Ibi *Idem eſt in his, qui nobilitatis dignitatẽ decorantur.*

22 Eſt prænotandum, ſi propriè loquamur, nobilem ab hidalgo in Hiſpania diſtingui, ita vt omnis nobilis hidalgus ſit, non autem omnis hidalgus nobilis, nobilitas illi eſt, qui ex vtroque parente generoſo naſcitur; at vt quis dicatur hidalgus, ſufficit, quòd à patre hidalgo ſit genitus, licèt genitricẽ plebeiam habuerit, *l.3 tit. 21 p. 2.* vbi Greg. Lop. *gloſ. fin. l.1. tit. 11 p.7.* Ceuall. *tom. 2 q 688 n. 9.* Olan. *in concord. iur. lit. 8 n. 10.* Et vtrinq; generoſus, *Hidalgo derechamente,* vocabatur, *l.7. & 20. tit. 18. p 2. l.25. tit. 22. p.* Greg. Lop. *in l.6 gloſ. 1. tit. 18 p. 2.* Sed communiter DD. pro hidalgo nobilem vſurpant, & è contra, quod vulgò etiam receptum eſt.

23 Filius itidem naturalis paternæ nobilitatis priuilegiis potitur *l.1. tit. 11. p 7.* vbi Gregor. Lop. *gloſ. 4.* Bart. *in l. fin. C. de V. S.* Ant. Gom. *in l. 9. Taur. n. 52. verſ. octauo notabiliter,* Parl. *differ. 145. § 2. n. 7* D. Couar. *ſupra c. 8 § 4. n. 7* Mol. *de iuſt. tract. 2 diſp. 170.* Gutier. cum alijs *practicar. lib. 4. c. 23. n. 4.* Villad. *c. 2. n. 90.* Et filius naturalis iure Canonico, & Regio eſt ille, qui naſcitur ex illis, qui tempore conceptionis, vel natiuitatis poterant ſine diſpenſatione matrimonium validè contrahere, modo à patre agnoſcatur, *l. 11. Taur.* vbi Ant. Gom. quæ eſt *l. 9 tit. 8. lib. 5. Recop.* D. Cou. *à n. 4* Villad. *n. 94* vxor quoque, etſi plebeia ſit, mariti nobilitate fulget, *l. 7. tit. 2 p. 4. l. 9. tit. 11. lib. 2. Recop. l. mulieres 13. C. de dignitat. lib. 12.* Gutier. *d. c. 16. n. 58.* Otalor. *de nobilit. p. 5. cap. fin.* Pichard. *de nobil. int. vir. & vxor. commun. nu. 42.* Ant. Gom. *in l. 79. Taur. in fin.*

24 Nobilis, ſiue hidalgus de iure Regio ob pecuniariũ debitum, niſi ex delicto, vel quaſi deſcẽdat, carceri ſubijciẽdus non eſt, Gutier. *d. c. 16. n. 1.* Pichar. *n. 45. verſ. Deinde quia licet,* Ant. Gom. *in d. l. 79. n. 1. 3.* Parlad. *rer. quotid. lib. 2 cap. fin. p 5. § 6. n. 9* Paz *ſupra n. 33.* Azeued. *in l. 2 n. 27. tit. 2. lib. 6 Recopil.* Laſarte *de decim. vend. c. 18. n. 63. 64.* Bouad. plurib. laudatis *d. cap. 15. n. 20* Quod priuilegium etiam iure communi nobilibus competere probant Gutier. Parlad. *vbi proximè,* & alij, quos ipſi referunt, quamuis dubitet Menoch. *d. q. 88. n. 9* Illud ſanè conſtat, antiquiſsimam apud Romanos fuiſſe diſtinctionem quoad vincula inter nobiles, & plebeios: nam Liuius *anno ab vrbe condit. 259* teſtatur, Appio Claud. & P. Seruil. Conſulib. lege lata, Populum ſtatuiſſe, ne quis ciuem Romanum ob æs alienum vinctum, clauſumve teneret, quominus ei nominis edendi apud Conſules poteſtas fieret, vt obſeruat Ræuard. *d. cap. 8. de nexis, col. 7.* Sed ad illud priuilegium obtinendum non ita exacta nobilitatis probatio deſideratur, vt cũ de eadem principaliter diſceptatur, quia, aduerſario citato, ſummariè cognoſcitur, an debitor nobilis ſit, vt à carcere relaxetur, Bouadilla cum alijs *vbi proximè.* Parlad. *ſup. nu. 10.* Gutier. *d. cap. 16 n. 9.* Imò, pendente lite ſuper nobilitate principaliter in Regali Cancellaria carceratus, ad huiuſmodi probationem admittitur, quod obſeruant, practicarique teſtantur Bouad. *ſupra,* Otalora *p. 3. cap. 10. n. 3. fol. 89.* nam ſententia, qua carceratus nobilis declaratur, nullũ infert cauſæ principali præiudicium, ſed illum duntaxat producit effectum, vt tunc à carcere reus liberetur, Gutier. *vbi proximè.*

Dubium fuit acerrimè agitatum, num priuilegium hoc nobilitatis tolli renunciatione poſſet? de quo ſunt conſulendi D. Couarru. *in dict. cap. quamuis pactum in princip. à num. 17* Gutierrez *vbi proximè numer. 37. cum alijs,* vterque latè diſputans, Eſcobar *de ratiociniis lib. 1. capit. 35. à num. 16. verſ. Inter has,* Menchaca *de ſucceſsion. creat. lib. 3. § 22. à numer. 74* Caualcan. *de tutor. num 322. cum ſequent.* Narbona *in 3. part. Recopilat. in leg. 14. gloſ. 4. titul. 2 lib 6.* Otalora *part. 3 principal. cap. 6. num. 3.* Ceuall. *quæſt. 668.* Anton. Gom. *in dict. leg. 79. Tauri num. 3.* Didac. Perez *in leg. 1. tit. 2. li. 4. Ordinam.* Azeued. *in leg. 4. & 5. numer. 19, in fine, titul. 2. lib. 6. Recopilat.* Gregor. Lop. *in leg. 34 gl. ſſ 1. titul. vltim. part 7.* Baeza *de inop. debit. cap. 16. à num. 47.* Ioannes Garcia *de nobilit. gloſſ. 6 in princip. num. 28. 29.* Molin. *de iuſtit. to. 2 diſp. 271. verſ. Contraria verò,* Parlad. *d. § 6. n. 12.* Bouad. *d. n. 20.* Sed nobis res hæc nulli controuerſiæ ſubijcitur, cum 25



cum *l. fin. tit. 2. lib. 6. Recop.* Stabilitum ſit, ne huic priuilegio nobiles valeant renunciare pœna pecuniaria aduerſus tabellionem ſtatuta, qui inſtrumentum cum tali renunciatione confecerit.

26 Vnde infertur, quod huiuſmodi renunciatio, etiam cum iuramento non ſuſtinebitur de iure Regio, nam ex quo lex vetat, renunciationem fieri, id priuilegium toti nobilitati nõ nobilibus, vt ſingulis cõceſſum fuiſſe, demonſtrat, quare à nobili, nec cum iuramento renunciari poterit, quod non fauore ipſius indultum eſt, argumento *cap. ſi diligẽti 12. de for. compet.* & quod ibi notat Barboſ. *in collect. n. 4.* & ita ante Regiã conſtitutionem placuit Ant. Gom. Perez, Ceual. & alijs *ex nuper allegatis.*

27 Præfata conſtitutio æquè locum obtinet in nobilitato ex Principis beneficio, nã etſi antea quoad renunciationẽ eius priuilegij inter hunc, & nobilẽ ſanguine diſtinxerint, Gutier. *d. c. 16. n. 74 & practicar. lib. 4. q. 14. n. 1.* Eſcob. *d. c. 35. n. 17. verſ. Inter has, & alij,* tamẽ cùm extet iam lex, quæ ſine diſtinctione prohibet renunciationẽ à nobilibus fieri, nobis diſtinguere nõ licet, *l. de pretio 10.* vbi notatur, *ff. de public. in rem act.* maximè cùm tractemus de materia fauorabili libertati, & fauorabilia debeant ampliari, *capit. odia, de reg. iur. in 6.*

28 Nonnulli tamen caſus reperiuntur, in quibus nobiles præfato priuilegio priuantur, vel ob eorum fraudẽ, vt ſi bona occultauerint, aut ſe nobiles eſſe negauerint, Anton. Gom. *d. l. 79. n. 4.* Azeud. *in l. 19. n. 70. tit 21 lib. 4. Rec.* Gutier. *d. c. 16. n. 25. 28. 29.* Baeza *ſup. d. c. 16. n. 19.* Vel propter fauorem creditoris, vt in conductione redituũ Regaliũ, *d. l. fin. tit. 2. lib. 6. Recop.* Parlad. *ſup. num. 12.* Gutier. *d. q. 14. num 7. verſ. Secunda limitatio.* Hoc tamen Fiſci priuilegiũ in conductores Regalium tributorũ non tranſit, vnde ſi nobilis partẽ eorum à primo conductore conducat, nequibit pro debito ad eius petitionem in carcerem mitti, & ita deciſum vidi in Regio hoc Caſtellę Senatu per ſupremos Iudices integritate, ac literis perinſignes, nam regulariter fiſcalia priuilegia in huiuſmodi conductores nõ transferuntur, Ceual. *commun. tom. 2 q 827. n. 11.* Aut propter ipſius nobilis vitæ exercitium, abiectamq; conditionem, veluti ſi officium ignominioſum exerceat, infamiave notetur, *l. 7 tit. 6 p. 7.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 137. à n. 6.* Bolaños *d. § 17. n. 14.* & de cæteris caſibus, in quibus ceſſat hoc nobilitatis priuilegium, conſulẽdi ſunt Narb. *in l. 14. gloſ. 1. tit. 2 lib. 6. Recop.* Bolañ. *à nu. 7.* Gutier. *d. q. 14. per tot.* Eſcob. *ex d. verſ. inter has,* Bouad. *ſup. c. 15. n. 23.*

Quæri ſolet, num nobilis, qui in cauſa criminali, ſe obligauit pro reo ad ſoluendum iudicatum ſit in vinculis detinendus pro pecuniaria cõdemnatione? Et affirmatiuè reſoluit Bouad. *ſup. n. 24. cum Caſtillo in d. l. 79. Taur. gloſ. fin. in fin.* quibus acceſsit Bolañ. *nu. 13.* Cui ſententiæ fauere videtur *l. 6. tit. 2. li. 6. Recop.* ibi: *ſi la tal deuda decendiere de delito, ò quaſi delito* cum hoc debitũ ſit ex delicto. Tamen mente Legiſlatoris exactè cognita, contrarium verius eſt: ſcilicet nõ poſſe nobilem carcerari, neceſſe enim eſt, vt debitũ à proprio nobilis delicto procedat, quod etſi conſtitutio Regia nõ exprimat, planè ex ipſa colligitur, quæ ideo nobilibus noluit indulgere, ſi ex crimine teneantur, quia indignus eſt legali auxilio, qui in leges committit, *l. auxilium 38 in fin. ff. de minorib.* Pretereà etiam prouiſum eſt, ne delinquens aduerſus publicam vtilitatem maneret impunitus, *l. ſi ita 52. § fin. ff. ad leg. Aquil.* ſaltimque, ſi in bonis non habeat, libertate priuetur, & carceris ęrumnas ſuſtineat. Quę rationes omnino deficiũt in nobili delinquẽtis fideiuſſore, in quo nulla culpa eſt, ob quam puniri, ſuoque priuilegio carere debeat. Nec refert, quod per inſtrumentum guarentigium nobilis alienã cauſam propriã efficiat, quia maleficium ab alio patratũ ſibi imputare proprio conſenſu nemo poteſt, *l. 1 § Si quis vltro, ff. de quæſtion.* cum delicta ſuos teneant authores, neque vnus alterius iniquitatẽ portet, *l. ſancimus 22. C. de pœn. l. 9 titul. 32. p. 7.* Quare fideiuſſor ad intereſſe ſolum obligatur, nullam in ſe criminis malitiam transferens. Quare hanc opinionẽ defendunt Norbon. *d. gloſſ. 1. à nu. 48.* Gironda *cum alijs de priuileg. explicat. n. 606.* Farin. *conſ. 85. ex n. 43.* Villar *ſilu. reſponſ. 1. reſponſ. 6.* 29

Ibi *Et tamen nec iure* Regio.

Habens priuilegium: ne conueniatur vltrà quam facere poſsit, cõſequitur, vt in preiudicium creditorũ ad victum neceſſaria retineat iudicis arbitrio taxãda, ſic vt nõ egeat, nihil, aut minus, quàm debetur ſoluto. Sed ſi debitor pinguiorẽ fortunã obtineat, ſolidum tenetur ſoluere. Idẽ eſt, ſi decedat, aut Religioſus fiat, aliave cauſa bona ſibi opus non ſint, vel officiũ habeat, quo ali poſsit, nam vbi cauſa priuilegij ceſſat, ipſũ priuilegium 30

ALERE FLAMMAM VERITATIS

legium extinguitur. Hęc omnia probantur, vel colliguntur ex *l. in condemnatione* 133. *ff. de regul. iur. l. cum ex cauſa* 30. *ff. de re iudic. leg. verum* 64 *ff pro ſoc. l. vnic.* §. *Cum autem, C. de rei vxor. act.* De quo latè Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 3. *cap.* 15. *per tot.* Plures ſunt perſonæ, quibus iure hoc beneficium conceſſum eſt, quæ enumerantur in *l. ſunt, qui* 16. *cum ſeqq. l. exhæredatum* 49. *ff. de re iudic. leg. is, qui* 4. *ff. de ceſſion. bonor.* Quibus alias addunt *gloſſ. in l. miles* 6. *verb. Facere poteſt, ff. de re iudic.* Carleual. *d. tom.* 2 *tit.* 3 *diſp.* 18. *n.* 3. Parlador. *d. cap. final. part.* 5. §. 3. *nu.* 32. & §. 6. *num.* 18. Melo *de induc. debitor. quæſt.* 5. *num.* 16. vbi de hoc priuilegio. Nobilis tamen inſolidum à ſuis creditoribus conuenitur, cui tale priuilegium: vt in quantum facere poteſt, dumtaxat conueniatur, datum non eſt, Gutier. *ſupra part.* 16. *cap.* 1. *nu.* 36. Sed aliter in Magnatibus obſeruatur, Parlad. *d.* §. 3. *n.* 32.

Ibi: *Arma verò, equi, nec domus.*

31 Hæc nobilibus reſeruantur, licèt quoad domus non ſit vſu receptum, maximè alijs deficientibus bonis, Gutier. *d. cap.* 16. *n.* 36. Parlador. *vbi proximè n.* 30. Bolaños *d. part.* 2. §. 16 *n.* 7. Bouadilla *d. cap.* 15. *n.* 22. Garcia *de nobilit. gloſ.* 6. *in princip. n.* 11. & probatur *in leg.* 3. & *fin. tit.* 2. *lib.* 6. *Recop.*

Ibi: *Quod ſi debitum à criminis cauſa.*

32 Ita communiter omnes, ſimiliter & qui habent priuilegium, ne conueniantur vltrà quàm poſsint facere, eo vti non poſſunt, ſi ex delicto, vel quaſi in eos experiatur, *l. etiã filios* 19. §. 1. *ff. ſolut. matrim.* Humada *in leg.* 23. *gloſ.* 6. *part.* 1. Bolaños *ſupra* §. 17. *n.* 24.

Ibi: *Fit tandem, vt qui habet priuilegium.*

33 Qui nequit conueniri: niſi quatenus facere poteſt, perſonaliter nõ eſt capiendus Bald. *in l. liber captus, numer.* 9 *C. de captiu.* Aretin. *in l. alia,* §. *Eleganter, ff. ſolut. matrim.* Angel. *in* §. *Sed etſi quis, num.* 1. *inſt. de actionib.* Suar. *tit. de los gouiernos, q.* 5. *n.* 5. Parlad. *d.* §. 6. *n.* 17 Auend. *reſp.* 8. *num.* 7. Gutier. *d. cap.* 16. *n.* 48. Azeued. *in l.* 19. *num.* 65. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Bolaños *d. num.* 24. *Melo d. quæſt.* 5. *num.* 1. 2. Petr. Barboſa *in l. maritum, num.* 2. *ff. ſolut. matrim.* Ratio eſt, nam cuius bonis, multò magis perſonæ parcendum eſt, argumento *l. ſi adulterium* 38. §. *Liberto, ff. ad leg. Iul. de adulter.*

Verſ. *Regulariter igitur.*

Ab hac regula multi excipiuntur, qui pro 34
debito ex cauſa ciuili, etſi bona nõ habeant, carcerari non poſſunt, quos recenſent Gutier. *d. cap.* 16. Parlad. *d.* § 6. *à num.* 9. Bolaños *vbi proximè*, Bouadilla *d. cap.* 15. *ex num.* 20. Paz *d. cap.* 2. *à n.* 33.

Conductor, ſiue exactor maior tributo- 35
rum regalium non mittitur in carcerem, ſi bona habens fideiuſſorem de euictione, ac idoneitate præſtiterit, *l.* 10. *tit.* 16. *lib.* 9. *Recopilat.* notat Gutier. *practicar. lib.* 2. *q.* 25. *n.* 2. Bolaños *d.* §. 17. *in princip.*

Num. 5.

Ceſsio bonorum in hoc fuit inuenta, vt 36
debitores, qui ſoluendo non ſunt liberentur à carcere, Parlador. *d. cap. fin.* §. 7. *num.* 2. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 183, *n.* 8 Bolaños *ſupra* §. 25. *in princip.* Melo *quæſt.* 2. *num.* 12. Vnde iuxta magis communem ſententiam debitor antequam carcere includatur, ad cedendum bonis non admittitur, maximè ſi ab aliquo creditore opponatur, Brun. *de ceſsion. bonor. quæſt.* 7. Boer. *deciſ.* 38. *numer.* 8. *cum ſeqq.* Villadieg. *in politica d. cap.* 2. *num.* 177. Melo *d. q.* 2. *n.* 33. Cancer. *variar. lib.* 1. *part.* 2. *tit. de ceſsion. bonor. numer.* 24. Giurba *deciſ.* 41. *n.* 5. Bolaños *d.* §. 25. *n.* 9. Paz *dict. tom.* 1. *part.* 4. *cap.* 5. *num.* 5. Quod verum eſt in eo, qui pro debito in carcerem detrudi permittitur, nam qui ex priuilegio nequit carcerari, ſufficit, quod debitum agnoſcat, vt cedere bonis, ipſi liceat, nam etſi dubium ſit, an poſsit bonis cedere, qui in vinculis eſſe non cogitur? Verius eſt beneficium hoc perſonis, quæ carcerari nequeunt, eſſe commune, vt in muliere probat *leg. penult. C. qui bon. ced. poſſunt, iuncta Authent. ſed hodie, C. de offic. diuerſor. iudic.* Barboſ. *in d. l. maritum, n.* 3. Melo *d. q.* 5. *num.* 22. Brun. *ſupra quæſt.* 1. In Clerico idem Barboſa *num.* 4. Melo *num.* 16 Roman, *ſingular.* 559. Menoch. *d. caſ.* 183. *num.* 16. In Eccleſia, Collegio, vel Vniuerſitate, *Authent. vt determin. ſit num. Clericor.* §. *Cum verò*, Menoch. *numer.* 13. 16. Pettin. *in tract. de re militar. part.* 9. *tit. de ſaluiſconduct. num.* 48. Sed quod, qui carcerari nequeunt, ceſsione bonorũm non iuuantur, docent Bald *in l.* 1. *C. qui bon. ced. poſ.* Trentacinq.
*variar.*



*variar. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſ.* 27. *n.* 31. Tamen non eſt à priore ſententia recedendũ, iuxta quam illi cedentes bonis conſequentur, ne exinde vltrà quàm facere poſſunt, conueniantur, *d. l. is qui* 4. *ff. de ceſsion. bon.* §. *final. inſt. de actionib.*

Ibi: *Nec ſunt alij creditores neceſſariò citandi.*

37 Ita docent Brun. *ſupra quæſt.* 9. *princip. nu.* 3. *ad fin.* Salicet *in l.* 1. *C. qui bon. ced. poſ. col.* 1. *in fine*, Guido Pap. *conſ.* 124. *num.* 9. Paz *ſupra num.* 6. Sed contrarium praxis obſeruat, nam qui bonis cedere intendit, libellũ apud iudicem exhibet cum memoriali, tàm bonorum, quàm creditorum ſuorum, aſſerens ſe velle bonis cedere, quia ſoluendo non eſt, renunciareque catenæ, de quo iudex nominatos præcipit certiorari, terque præconizatur publicè, carceratum bonorum ceſſionem facere nono quoque die, edictis tribus propoſitis idem denunciantibus, quo termino elapſo, boniſque ſequeſtratis, etiãſi abſint creditores, concluditur, ac ſententia iudicium finitur, & ex bonis ſequeſtratis, quæ ſub haſta ſunt diſtrahenda, creditoribus quatenus poteſt, ſoluitur. Ita Villadieg. *dict. cap.* 2. *num.* 171. Paz *cap.* 8. *num.* 2. Bolaños *d.* §. 25. *nu.* 8. 9. comprobaturque *ex l.* 5. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* Et quod creditores ſunt citãdi, definit lex Luſit. *lib.* 4. *tit.* 74. §. 1. vt notat Melo *q.* 2. *n.* 38.

Ibi: *Oportet tamen, vt prius quam ceſsio iſta fiat.*

38 Hęc cõcluſio recipitur ab omnibus, Gutier. *de iur. conſ. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 3. Afflict. *deciſ.* 379 Paz *d. cap.* 5. *num.* 8. Parlador. *dict.* §. 7. *n.* 7. Bolaños *vbi proximè n.* 8. Gregor. Lop. *in l.* 1. *gloſ.* 3. *titul.* 15. *part.* 5. vbi ait, licere cedere bonis, antequam debitor fateatur, vel condemnetur, ſi creditor conſentiat. Trentacinq. *d. reſol.* 27. *n.* 15.

Ibi: *Siquidem olim debitor non habens bona.*

39 Sed ſi vxori creditrici traderetur, torquẽ ferreum portare debitor, non cogebatur in honorem reuerentiæ coniugalis, Parlador. *d.* §. 7. *nu.* 4. 5. Matienç. *in l.* 6. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recopilat.* Ant. Gom. *in d. l.* 79. *Taur. num.* 1. *verſ. Item etiam*, Paz *cap.* 8. *numer.* 4. Gutier. *ſupra capit.* 18. *numer.* 8. Melo *quæſt.* 2. *num.* 1. Cæteri verò creditores ſi præmoniti intra ſex dies addicto torquem ferreum non imponerent, à iure ſuo cadebant, ita vt debitor ab eo, cui fuerat addictus, in ſequentẽ transferretur, *l.* 8. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilat.* Paz *ibidẽ in fine d. cap.* 8. Bolaños *d.* §. 25. *n.* 13.

Hic illud eſt adnotandum, quod ſi filius 40
familias bonis cederet (vt poteſt *l. penult. C. qui bon. ced. poſ.* Menoch. *d. caſ.* 183. *num.* 12.) pater potior erat creditoribus ob ius patriæ poteſtatis, atque ita filium poterat retinere, donec ſui iuris non efficeretur, Anton. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 12 *verſ. Nouum tamen*, Gutier. *d. cap.* 18. *num.* 8. Sed hæc omnia in Hiſpania in deſuetudinem iam abierunt, ſiquidem vſu recepta eſt conſtitutio *l. ob æs alienum, C. de action. & obligat.* neque enim vidimus quemquam creditoribus, vt ſeruiret, addictum, aut ferreum torquem portantem, quod aduertit Villadieg. *d. cap.* 2. *num.* 174.

Ibi: *Imò ſi debitor in vinculis.*

Adde Parlad. *d.* §. 7. *n.* 6. Montaluum *in l.* 2 41
*titul.* 8. *lib.* 3. *for.* Azeued. *in leg.* 4. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recopilat.* Bouadill. qui alios laudat, *dict. capit.* 15. *n.* 76. *lit.* F. Paz *dict. cap.* 5. *nu.* 22. Tamen hæc legalis bonorum ceſsio hodie non frequentatur, ſed debitor in vinculis detinetur, donec ſoluat, aut ceſsionem prædictam faciat.

Verſ. *Is autem, qui bonis cedit.*

Cedenti bonis veſtes quotidianæ ſunt re- 42
linquendæ, Trentacinq. *n.* 14. Gutier. *d. cap.* 16. *n.* 11. Matien. *in l.* 4 *gloſ.* 2. *n.* 8. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recopilat.* Melo *dict. quæſt.* 2. *numer.* 1. Parlador *ſupra num.* 3. Anton. Gom. *dict. cap.* 11. *num.* 51. Greg. Lop. *in l.* 1. *gloſ.* 5. *tit.* 15. *p.* 5. Necnon inſtrumenta officij, quibus victũ quærere valeat, Petr. Gregor. *ſyntagmat. lib.* 22. *cap.* 8. Paz *dict. cap.* 5. *num.* 9. Petr. Barboſ. *in l. maritum, ff. ſolut. matrim.* Villadieg. *ſupra num.* 173. *in fin.* Bolaños *in dict.* §. 25. *nu.* 12. Dominium etiam retinet rerum, quæ alienari prohibitæ ſunt, ſed earum commoditates minimè, Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *verſ. Quæro nunquid ille, C. qui bon. ceder. poſſ.* Trentacinq. *vbi proximè.* Tamen ſi vel vnum nummum reſeruet, ceſsio non tenet, Trentacinq. *num.* 9. Prætereà poſt ceſsionem ſuos debitores cõuenire nequit, *l. item ſi vnus* 17. *ff. de recept. arbitr.* notat Cujac. *lib.* 5. *digeſtor. Saluij Iuliani tom.* 1. Trentacinq. *num.* 12. Brun. *quæſt.* 17 *princip. num.* 1. Melo *quæſt.* 33. *num.* 2. 3. Quæ-
*ſit*

propter remedium hoc infœliciſſimum, ac miſerabile nuncupatur, *Authent. vt determin. ſit num. clericor. §. Cum vero, l. fin. C. qui bon. cedee. poſſ.* Menoch *ſupra n.* 11. Parlador *nu.* 7. Trentacinq. *nu.* 1. Et meritò cũ paupertate ita ſordeſcentibus mors ſit ſolatium, & vita ſupplicium, *l. quiſquis, §. Filij, in fine, C. ad leg. Iul. Maieſtatis.*

Num. 6.

43 Cedens bonis cautionem iuratoriam præſtare compellitur (quia à fideiuſſoria ob paupertatem excuſatur) vt, ſi ad meliorem fortunam deuenerit, reddat, quod creditoribus ſatisfacere protunc non poteſt, *gloſ. in l. cum non facile 6. ff. ſi cui plus, quam per leg. falcid.* Melo *q.* 24. *nu.* 14. Menoch. *n.* 21. Trentacinq. *num.* 5. Villadieg. *num.* 178. *verſ. En reſolucion.* Paz *d. c.* 5 *num.* 10.

44 Hoc tamen flebile ceſſionis bonorum auxilium debitoribus quibuſdam denegatur, qui aut ſoluere, aut in carcere perpetuò eſſe debent, veluti cõductoribus Regiorum redituum, illiſque qui pro ipſis interceſſerint, nam etſi regulariter Fiſcali ære grauati ad cedendum bonis admittantur, Gutier. *de gabell. quæſt.* 170. *num.* 4. *verſ. Et in terminis,* Baez. *de inop. debit, cap.* 13. *n.* 17. *cum alijs,* Perez *in l.* 7. *gloſ. fin. tit.* 4. *lib.* 2. *Ordinam.* Azeu. *in l.* 5 *num.* 7 *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* Illis expreſſè prohibetur *l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 9. *Recopilat.* notat Gutier. *vbi proximè per totam quæſtionem,* Bolaños *dict. §.* 25. *num.* 2. Villadieg. *ſupra num.* 176. Item qui ſuo dolo in paupertatem incidit bonis cedere non permittitur, Melo *quæſt.* 1. *num.* 14. Pichard *in §. fin. num.* 35. *inſt. de action.* Caball. *milleloq.* 325. Theſaur. *deciſ.* 36. *num.* 3. Giurba *deciſ.* 41. *num.* 9. 10. qui addit idem iuris eſſe, ſi partim dolo, partim caſu inops factus ſit. Eiuſdem conditionis ſunt decocti, Pichard. *ſupra numer.* 37. Trentacinq. *vbi proximè num.* 28. Necnon qui moratoriam à Principe impetrauerint, illa finita, Melo *ex alijs, quæſt.* 34. *nu.* 23. Vel inducias à ſuis creditoribus poſt tempus cõceſſum præteritum, *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* Melo *ibidem,* Greg. Lop. *in l.* 5. *gloſ.* 4. *tit.* 15. *p.* 5. Paz *ſupra d. part.* 4. *cap.* 6. *num.* 6. Trentacinq. *eod. tit. de ſolut. reſolut.* 1. *nu.* 30. *& reſol.* 2. *in fin.* Afflict. *deciſ.* 378. *num.* 2. Prætereà qui alienauit, vel occultauit bona in fraudem creditorum, quæ recuperari non poſſunt, illo beneficio non gaudet, *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. creditor. l.* 4. *tit.* 15. *p.* 5. vbi Gregor. Lop. *gloſ. fin.* Anton. Gom. *in dict. l.* 79. *Taur. num.* 3. Bolaños *num.* 5. Villadieg. *nu.* 176. Gutier. *d. c.* 16. *num.* 24. Tandem qui cum iuramento promiſit debitum ſoluere, ſciens id adimplere non poſſe, præfato auxilio deſtituitur, non tam propter vinculum iuramenti, quàm ob fraudem; forſan enim creditor, ſi iuramentum non adhiberetur, non cõtraheret, Gutier. cum alijs *d. c.* 18. *num.* 6. Et de cæteris caſibus, in quibus ceſſioni huic locus non eſt, conſulendi ſunt Petr. Barboſ. *in d. l. alia, §. Eleganter,* Pichard. *in dict. §. fin. inſt. de action.* Regulariter autem omnes debitores ex cauſa ciuili cedere bonis poſſunt, Gutier. *dict. quæſt.* 170. *in princ.* Bolaños *dict. §.* 25. *num.* 1. Quod & Iudæis permiſſum eſt, licèt aliàs, quæ æquitate nituntur, illis non competant, Trentacinq. *dict. reſolut.* 27. *numer.* 32. Brun. *dict. part.* 4. *principali, quæſt.* 36. Natta *conſ.* 620. Melo *q.* 32. *num* 9. vbi diſputat, an Iudæis ſit æquitas ſeruanda?

45 Ceſſio bonorum cum beneficium perſonale ſit, fideiuſſoribus non prodeſt, Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 701. *num.* 13. 14. Ant. Gom. *dict. cap.* 11. *n.* 52 Guzman *de euiction. quæſt.* 10. *nu.* 19. Villadieg. *num.* 178. *l.* 3. *tit.* 15. *part.* 5. *§. fin. Inſt. de replicat.* Trentacinq. *num.* 38. Paz *dict. cap.* 6. *num.* 16. Sed Gutier. *de iuram. confirmator. part.* 3. *cap.* 15. *à numer.* 15. duplicem cautelam docet, vt fideiuſſor ceſſionis bonorum beneficij particeps fiat.

46 Cedens bonis à futuris creditoribus inſolidùm iure conuenitur, nam ſolum præſentibus officit ceſſio, Trentacinq. *dict. reſolut.* 27. *num.* 6 Brun. *quæſt.* 10. *princ. num.* 6 Salicet. & Caſtrenſ. *in leg. ex contractu, ff. de bon. author. iudic. poſſ.* per illum textum Melo *q.* 10. *num.* 6. Pichard. *in dict. §. fin. num.* 42. Sed poteſt aduerſus illos iterum cedere, Trentacinq. *num.* 3. Cephal. *conſ.* 192. *num.* 2. Melo *quæſt.* 27. *num.* 17.

Ibi: *Cogendus enim erit, cum pinguiorem, nactus fuerit fortunam.*

47 Hæc ab omnibus adnotantur, vt ex præallegatis conſtat, ſed ad taxanda alimenta, quæ debent relinqui illi, qui bonis ceſſit, attendendus non eſt valor eorũ, quæ poſtea acquiſierit, ſed redditus, qui ex eis percipi quotannis poſſunt, Gutier. *d. cap.* 15. *nu.* 10. Menoch. cum plurimis *eod. caſ.* 183. *num.* 25 Vnde dubitatur, an ſi relicta ſit ei domus maximi valoris, ſed exigui redditus, cogendus ſit, ipſam vendere, vt creditoribus ſatisfiat? de quo Menoch. *ſupra,* Trentac. *nu.* 48. Gutier. *d. cap.* 15. *nu.* 13. & verius eſt cogendum.



Ibi: *In vſurario idem ſenſit Cardinalis.*

48 Vſurarium cedentem bonis poſſe retinere ex poſtea comparatis ad victum neceſſaria firmant Lara *in l. ſi quis à liberis, §. Solent. n.* 37. *ff. de agnoſc. liber.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 28. *num.* 6. Gemin. *de vſur. comment.* 4. *§.* 4. *num.* 64. & tam in hoc, quàm in alijs, qui bonis ceſſerint, ſunt alimenta taxanda, habita conſideratione ad paupertatis ſtatum, nec idem eis relinquendum eſt, quod cum diues eſſet, conſumebat, ſalua tamen perſonæ dignitate, & qualitate, Gutier. *dict. capit.* 15. *numer.* 8.

Ibi: *Sed ſi quis bonis ceſſerit actibus quibuſdam.*

49 Cedentem bonis cũ ignominia ex ſtatuto ab omni obligatione penitus liberari, tuentur cum Guidone Papa, Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 9. *numer.* 23. Theſaur. *deciſ.* 36. Giurb. *deciſ.* 41. *nu.* 21. Trentac. *ſupra num.* 8. Melo *q.* 2. *n.* 23. Menoch. *ſupra num.* 23. Quę ſententia omninò tenẽda videtur in vtroque foro, cum per ceſſionem huiuſmodi infamia contrahitur, turpiter cedente obęrato, vt Papiæ contingere, teſtis eſt Menoch. *vbi proximè,* valdè enim inhumanum foret, famæ iacturam paſſum ad ſatisfaciendum creditoribus etiam teneri, quare dum lex tam acriter in debitores cedẽtes bonis ſtatuit, æs alienum cum pœna ignominiæ compenſat, vt luant in honore, quod non habent in bonis. *l. ſi quis id quod* 7 *ff. de iuriſd. omn. iudic.* Nec mirùm eſt, poſſe ſtatuto tolli ius creditoribus, quod ad bona futura eis competit, ſiquidẽ & maior creditorum pars, alijs etiam inuitis, in eorum præiudicium poteſt partem debiti communi debitori condonare, *l. iuris gentium* 7. *§. fin. cum legib. ſeqq. ff. de pact.*

50 At cum ſtatutũ infamiã non irrogat, licèt leuẽ ignominiam cedens patiatur, verior D. Couar. opinio videtur, vt in Hiſpania eueniebat, torque ferreo impoſito, quo licet inops debitor erubeſceret, infamis minimè efficiebatur, quia ſolum erat nota quædam, qua ſtatus addictorum ſignificabatur, quapropter etiam ad æs alienũ, operis exhibitis, perſoluendũ compellebantur. Neq; ęquum eſt, amplã pecuniæ ſummam cum leuiſſimo nocumento in aliorum præiudicium compenſari, atque ita id voluiſſe legiſlatorem, non eſt credendum. Hæc diſtinctio non obſcurè deducitur ex mente nuper laudatorum Interpretum.

Ibi: *Nam & illud verum eſt.*

51 Non obſtat, quod per ceſſionẽ bonorum, nec ciuilis, nec naturalis obligatio tollitur, ſed ſolùm exceptio cedenti acquiritur: ne vltra quam facere poteſt, conueniatur in poſterum, *§. fin. inſtit. de replicat.* Pichard. *ibi, & in §. fin. inſtit. de action. n.* 31. Giurb. *d. deciſ.* 41. *num.* 20. 21. Paz *d. cap.* 5 *n.* 12. Melo *q.* 4. *nu.* 12. Nam id verum eſt, ſi iuxta ius commune ceſſio fiat abſque infamiæ nota, *l. debitores* 11. *C. ex quib. cauſ. infam. irroget,* Strac. *de mercatur. tit. de decoctorib. p.* 3. *n.* 2. Ant. Cont. *lection. ſucceſſiuar. iur. ciuil. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 2. (licèt aliàs iniurioſum fuerit, bona nomine alicuius, qui ſoluendo non erat, publicè venundari, *§. Licet autem inſtit. qui & ex quib. cauſ. manum non licet*) ſecus ſi ignominioſè ex ſtatuto bonis cedatur iuxta proximam diſtinctionẽ, nam pœna loco ſolutionis ſubrogatur, Menoch. *d. n.* 23. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 77. *n.* 31.

Num. 7.

52 Præſens dubiũ latè diſcutiunt Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 18. Ceuall. *quæſt.* 701. Menchaca *de ſucceſſion. creat. lib.* 3. *§.* 22. *à num.* 79. Brun. *quæſt.* 20 Barboſ. *in d. §. Eleganter, num.* 49. 50. apud quos poſſunt videri, qui docent, renunciationem ceſſionis bonorum eſſe validam. Contrariam opinionem veram D. Couar. tuentur Menoch. *d. caſ.* 183. *num.* 18. Meri. *de pignorib. lib.* 5. *quæſt.* 49. Theſaur. *deciſ.* 36. *numer.* 52. Melo *quæſt.* 2. *num.* 16. Bolaños *d. §.* 25. *num.* 7. Matien. *in l.* 7. *gloſ.* 2. *num.* 5. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recopil.* Paz *ſupra num.* 15. Baeza *de inop. deb. cap.* 16. *nu.* 35. Villadieg. *d. cap.* 2. *n.* 177 Gail. *de pace public. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 23. Trentacinq. *num.* 35. *verſ. Ego in iudicando,* qui plures pro vtraque ſentẽtia refert. Ratio eſt, nam talis renũciatio eſſet cotra natu-

ralem libertatem, qua quis, niſi iure permittente, ſe ipſum priuare non poteſt, *l. nec ſi volens 6. C. de liber. cauſ. l. interrogatam 24. eod. tit.* Aliam reddit Merlin. *vbi ſupra*, ſcilicet non poſſe renunciari huic priuilegio paupertatis, quia, quę miſerationis cauſa conceduntur, tolli renunciatione non permittuntur, gloſ. *verb. excedere in l. vnic. C. quando Imperat* vbi Barb. *in collectan. in fine*, multos ad hoc laudat.

Ibi: *Primum iure non valere pactum.*

53 Quia nemo poteſt ſe ad carcerem publicum obligare, Felin. *in cap. ex reſcripto, n. 13. de iureiurand.* Merlin *ſupra lib. 2. q. 50. num. 10.* Gutier. *d. cap. 18. num. 5.* vbi limitat, ſi iuramentũ accedat, quod nunc non diſcutitur, Menoch. *num. 10.* qui ait, ita Veronæ ſtatutum eſſe. Multoque minus ad priuatum, cum iure ſit vetitus, *l. vnic. C. de priuat. carcerib.* Bouad. *in politic. dict. cap. 15. nu. 13. lit. A.* vbi plures. Ita tenent Bald. *in d. cap. ex reſcripto, num. 6.* Merlin. *d. num. 10.* Similiter non valet conuẽtio, quod creditor propria authoritate ducat debitorem etiam in publicum carcerẽ, niſi ſit fugitiuus, Felin. *ſupra num. 14.* Merl. *d. n. 10. & 13.* Rip. *in l. obligatione, n. 22. ff. de pignor.* vbi rationẽ tradit: ſcilicet, quia captura, & carceratio perſonæ liberæ meri ſunt imperii, *Auth. de exhibend. reis § . ſi vero.* Quare priuatorum pactionibus non ſubijciuntur, Merl. *ſupra n. 11.*

Ibi: *Secundum hoc ipſum pactum.*

54 Poteſt quis lege, vel moribus permittentibus, ſe ad pœnam corporalem aſtringere, gloſ. *in cap. cum homo 23. quæſt. 5.* Menoch. *de arbitrar. q. 7. num. 12.* vbi alij, de quo *infra cap. 8.*

Ibi: *Tertiò, animaduertendum eſt.*

De hoc dictum eſt ſupra in principio ad numerum iſtum.

Ibi: *Quartò, renunciationem iſtam.*

55 Renunciationem ceſsionis bonorum, iuramẽto accedente, cõfirmari, probant Gutier. *d. p. 1. cap. 18. n. 4.* Villad. *ſupra n. 177.* & plures adduct. à Trentac. *nu. 36.* & à Menchaca *ſupra § . 29. n. 17.* & eſt cõmunis opinio. Contrarium tamẽ verius eſt, quod tenẽt Cin. & Salicet. *in l. 1. n. 19. C. qui bon. ced. poſ.* Baeza *cap. 1. n. 42.* Menchaca *d. § . 21. nu. 80.* Ceuall. *d. q. 701. n. 7.* Petr. Greg. *de cenſib. q. 6. priuil. 8.* Seraph. *de priuil. iuram. priuil. 91. n. 3.* Melo *q. 2. n. 16.* Paz *d. cap. 5. n. 15.* Cancer. *variar. lib. 1. part. 2. cap. 9. n. 4.* Coſta *de remed. ſubſid. remed. 27. n. 10.* Giurb. *d. deciſ. 41. n. 3.* Bolaños *ſupra n. 7.* Trentacinq. *n. 37.* Ariminen. *de ceſsion. bonor. q. 34. par. 4. princip.* Quæ opinio proculdubio erit admittenda, vbi perſona renunciantis alijs eſt neceſſaria, veluti vxori, liberiſque, quos propria induſtria alebat, quoniam iuramentum in tertij præiudicium non eſt ſeruandum, *cap. cum contingat 28. in fin. de iureiur. cap. quanuis pactum 3. de pact. in 6.* Tiraq. *in l. ſi vnquam in præfat. nu. 52. 164.* Sanch. *de matrim. lib. 6. diſput. 34. num. 2.* Caldas *de renouat. emphyteuſ. q. 11. nu. 25. 26.* Franc. Mol. *de rit. nupt. lib. 3. comp. 19. n. 72. 91.* Sed abſolutè ideò renunciatio iſta iuramento non confirmatur, quia libertas hominis non ſubeſt ipſius liberæ diſpoſitioni, vt Gutier. ipſe prędixerat, *ibidem num. 1.* & omnes communiter cõcedunt, iuramentum autem validare nõ poteſt actum prohibitum ratione materiæ, quæ iurantis poteſtati non eſt ſubiecta, argumento *cap. ſicut ex literis 13. & cap. venientes 19. de iureiur.* D. Couar. poſt Bart. Alciat. & alios *in d. cap. quanuis pactum, part. 2. § . 6. n. 11.* & eſt communis. Nec obſtat *l. 5. tit. 9. lib. 9. Recop.* adducta à Gutier. nam ideo ibi coductores regiorum redditũum valent cum iuramento ceſsioni bonorum renũciare, quia ſtatuto beneficium hoc illis ſublatũ eſt (quod fieri poteſt Trentacinq. *nu. 39.* Menoch. *d. caſ. 183. nu. 9.* vbi ait Brixiæ bonorum ceſsionem lege municipali eſſe prohibitam, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 222. nu. 24.* Melo *q. 9. n. 11.*) & ad cautelam renunciare cum iuramẽto coguntur, quod cum accedat actui valido, imò & neceſſario de iure, obligat iurantem, cùm non verſetur circa materiam prohibitã quia lege permittente, homo de propria libertate poteſt diſponere *§ . Serui autem el 2. vbi gloſ. verb. maior inſt. de iur. perſonar.*

Num. 5.

Hoc iuris axioma: *Qui nõ habet in bonis, luat in corpore*, videri poteſt apud Cuiac. 55 *lib. 1. quæſtion. Paul. in l. libertus 15. ff. de in ius vocando*, Menoch. *de arbitrar. quæſt. 80. num. 103.* Auendaño *in cap. 16. Corrector. part. 2. nu. 7.* Oſuald. *ad Donell. lib. 27. cap. 9. lit. R.* Farinac. *in prax. crim. tom. 1. tit. 3. quæſt. 26.* Baeza *de inop. debit. cap. 11. à nu. 50.* Pichard. *in § . Pœnales, num. 19. inſtit. de actionib.* Salgad. *in labyrinth. part. 1. cap. 7. à n. 1.* Theſaur. *deciſ. 182. n. 4. cum alijs,* Boer. *deciſ. 149. n. 8.* Afflictis *deciſ. 378. n. 2.* Sed hoc locum non obtinet in nobili, clerico, vel alijs, quorum dignitati deferendum eſt, D. Couar. pluribus allegatis, *infra h. lib. cap. 9. num. 4. verſ. Octauò, quanuis regulariter*, Bernard. Diaz *in prax. crim. cap. 142. nu. 4.* vbi Salced. *lit. D.* Gutier. *practicar. lib. 4. quæſt. 17. num. 8. 9.* Paz *in prax. d. cap. 5. nu. 19.* de quo latiùs per me *in d. verſ. Octauò.*

Ibi: *Et id non tantum procedit, vbi quis ob crimen.*

vbi reus ſoluendo non eſt, intereſſe,
57 quod parti offenſę præſtare debet, poteſt in corporalem pœnam commutari, notat Boer. *ſupra num. 11.* Gutier. *d. part. 1. cap. 17. à nu. 24.* Aug. Barboſ. *in collectan. nu. 5. ad cap. finem litibus, de dol. & contum.*

Ibi: *Hinc ſanè conſtat.*

58 Qui per calumniam etiam in cauſa ciuili ad iudicium prouocat, ſi in bonis nõ habeat, corporaliter punitur, tenet Petr. Barboſ. *in l. eum, qui temer, numè 49. de iudic. & DD. communiter in dict. cap. finem litibus*, Bouadill. *in politic. tom. 2. lib. 5. cap. 2. num. 94. in fine.*

Ibi: *Hæc verò commutatio pœnæ.*

59 Sequitur Gutier. *ſupra nu. 25.* Hoc ideò nam ſemel corporaliter punitus à pecuniaria obligatione penitus liberatur, etſi vberrimam ſortem poſtea nanciſcatur, gloſſ. *in cap. peccatum 4. de reg. iur. in 6.* Gratian. Falcon. *reg. 60.* Matien. *in l. 4. gloſ. 2. num. 12. tit. 16. lib. 5. Recopil.* Ripa *in cap. cum. M. 9. num. 38. de conſt.* Roman. *ſingul. 24.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ. 77. num. 39.* Boer. *deciſ. 349. num. 4.* Brun. *in tract. de ceſsion. bonor. 4. p. princ. n. 5.*

Ibi: *Hac igitur ratione.*

60 Quæſtionis eſt, an de iure communi delinquens damnatus ad damnum reſarciendum parti offenſæ ad bonorum ceſſionem admittatur? de qua Greg. Lop. *in l. 4. gloſ. penult. tit. 15. p. 5.* Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 11. num. 52.* Trentacinq. *ſupra num. 26.* Gutier. *d. cap. 17. num. 26.* Didac. Perez *in l. 3. tit. 1. lib. 3. Ordin.* Diaz *reg. 75.* vbi Salced. Matien. *in l. 9. gloſ. 2. n. 3. 4. tit. 16. lib. 5. Recop.* & verius eſt, nõ admitti, vt probant fundamẽta, quæ hic D. Couar. adducit, & *l. ſed hæc 22. ff. de re iudic. l. etiam 19. § . 1. ff. ſolut. matrim.*

Ibi: *Clericus ob crimen conueniri.*

Clericus ex delicto damnatus ad pęnã 61
pecuniariam, non gaudet ſuo priuilegio, *ex c. Oduardus de pignorib.* ſed eſt in carcere detinendus, donec ſoluat, gloſ. *in cap. olim el 2. de reſtit. ſpoliat.* Baeza *ſupra cap. 17. num. 13.* Gutier. *dict. cap. 27. num. 22.* Boer. *vbi proximè*, Hyppolit. *in prax. § . Attingam, num. 70. verſ. Hanc tamen concluſionem intellige*, Farinac. *in prax. crimin. q. 26. à n. 11. & q. 27. à n. 72.* quod limitat Gutier. *nu. 27. cum alijs*, niſi Clericus teneretur ad intereſſe ex delicto non ad pęnam, quia obſeruanda erit deciſio, *d. c. Oduardus*, de quo, proximè dictis attentis, quoad ius commune poteſt dubitari, etſi Ceuall. idem teneat *num. 8.*

Ibi: *Verùm cum hæc quæſtio proximis diebus*

Hodie aduerſus iuris communis regu- 62
las, vt aiunt Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib. 5. § . fin. q. 95. n. 2.* Ceuall. *d. q. 701. num. 4.* ſtabilitũ eſt *l. 9. tit. 16. lib. 5. Rec.* vt poſsit debitor ex delicto cedere bonis quoad intereſſe parti offenſæ ſoluendum, non quoad pęnam etiam ipſi applicatam, notant Gutier. *n. 27. 28.* Ceuall. *num. 5. 6.* Azeued. *in d. l. 9.* Bolaños *d. § . 25. num. 3.* Baeza *cap. 11.* Oian. *in concord. iur. lit. D. num. 18.* Paz *ſupra num. 18.* Didac. Perez *vbi proximè*, Matien. *in ead. l. 9. gloſ. 2. n. 5.* Montalu. *in l. 3. gloſ. magna, tit. 5. lib. 4. for.* Gratian. Falcon. *reg. 60. n. 2.* Villad. *dict. cap. 2. num. 175.*

Ibi: *Plerumque tamen* Regiarum *Curiarum iudices.*

Sed quando delictũ eſt leue, & conſtat 63
de inopia delinquẽtis, poteſt iudex pęnã pecuniariam Fiſco applicatam, aut ex le-





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

lege debitam remittere, *l.4. tit 22. part.* 3. Auendaño *ſupra part.1. capit.7 num.7.* Paz *num.*19. Bolaños *d.§.25.n.4.*

Num. 9.

64 Clericus qui ſoluendo non eſt, ob debita ex delicto, aut quaſi delicto non deſcendentia carcerandus, aut excommunicandus nõ eſt, Gutier. *ſupra n.1.7.* Cyriac. *Controuerſiar. tom.3. controuerſ.505. nu.17.* Ceuall. *num.9* Graffis *de effect. lib. clericat. effect.7.n.1.* Roder. Suar. *in l.2. q.5. nu.14. tit. de los gouiernos, lib.3. for.* Menoch. *de arbitrar. lib.1.q.88.n.8* Azeued. *in l.5.n.7 tit.2. lib.5. Recop.* Caſtagna *de benefic. deducto ne quis egeat, q.10. ſub nu.34. fol.255* Parlad. *quotidianar. lib.2. cap. vltim.§.7. n.24.* Farin. *ſupra part.1. q.27. de carceribus, num.65.* Padilla *in l.1. num.7. C. de iur. & fact. ignorant.* Paz *tom.2. part 3. cap. vnic. nu 5.* vbi ait, ſic obſeruari, non obſtante Trident. *ſeſ.23. cap.3. de reform.* de cuius intellectu Gutier. *ſupra n.9.* Bolaños *ſup. §.17.n.20.* Greg. Lop. *in l.23. gloſ.6. tit.6. p.1.* Imò nec bonis cedere compellitur, Baeza *cap.17. à principio.* Gutier. *num.4.* Menoch. *d. caſ.183.n.29.*

Ibi: *Quibus adſtipulatur, quod Clericus non poteſt conueniri.*

65 Clericum non poſſe pro debito ciuili, niſi in quantum facere poteſt, conueniri, receptius eſt, vt docent Menoch. Parl. Greg. Lop. Gutier. Baeza *vbi proximè.* Dec. *in cap. reprehenſibilis, num 9. de appellat.* gloſ. *in l. miles 6. ff. de re iudic.* Paz *d. num.5.* Cui priuilegio, & ne carcerari poſsint, Clerici etiã cum iuramento renunciare non valent, quoniam principaliter ſunt conceſſa in honorem Sacri miniſterij, Ordinumque, quibus ſunt inſigniti, & renuntiatio cederet in totius ordinis clericalis dedecus, Baeza *num.3.* Parlad. *d. num.24.* Ceuall. *num.11.* Bolaños *d. num.20.* Paz *vbi proximè num.6.* Nec opus eſt relaxatio iuramenti, vt Ceuall. vult, niſi ad cautelam cum illud non obliget, argumento *cap. ſi diligenti, de for. competent.*

Ibi: *Qua in re aduertendum eſt.*

66 Clericus habens Eccleſiaſticum Beneficium, ſi ſoluẽdo nõ ſit, exequutio in eius redditibus fit, relicta beneficiario cõgrua portione ad victum, & reliquum adiudicatur creditoribus annuatim ſoluẽdum, Carleu. *d. tom.2. tit.3. diſp.18. n 3.* Parlad. *d. cap. fin. §.3. n.32.* Bolañ. *ſupra* Menoch. *d. caſ.183. n.30.* Paz *d.c. vnic. n 7.* Gutier. *n.17.* Villad. *cap.2. num.79.* Dueñas *regul. 275. limitat.11.*

Ibi: *Verùm ſi Clericus ſit ſuſpectus de fuga.*

Clericus fugitiuus, aut de fuga ſuſpectus capi, vel à iudice ſæculari, vel ab ipſis creditoribus poteſt illico tradendus Eccleſiaſtico, à quo in vinculis eſt detinẽdus, donec ſolutio fiat ex bonis, quæ occultare tentauerat, Scacia *de iudic. tom.1. lib.1. c.39. nu 14.* Mol *de iuſt. tract.1. diſp.56. n.2.* Graffis *ſupra effect.1. nu.557.* Gutier. *ſupra cap.16. n.32. & cap.17. n.29.* Baeza *cap.16. n.126.* Greg. Lop. *in d. l.23. gloſ.5. tit.6. part.1.* Bouad. *in politic. tom.1. lib 2 cap.18. n.51.* vbi aduertit, ita demũ poſſe Clericum propter fugam à iudice ſæculari, vel creditore capi, ſi copia Eccleſiaſtici non ſit, de quo Azeued. *in l.2. à num 154. tit.13. lib.8. Recop. & in l.4. n.57 tit.4. eod. lib.* Maſcard. *de probat. tom.2 concluſ.823.* Ceuall. *tom.1. q 267. à nu.4.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.2 cap.9. dubit.8.* 67

Verſ. *Sed & quoad deciſionem.*

Priuilegia, de quibus ſupra ſolum conceduntur Clericis in Sacris conſtitutis, vel beneficium habentibus, aut actu Eccleſiæ inſeruientibus, vt docent communiter DD. Menoch. *d. caſ.183. in fin.* Baeza *cap.17 num.20.* Gutier. *d. cap.17. n.12. verſ. Secundò infertur,* vbi latè diſputat à *num.10.* num omnes Clerici gaudeant priuilegio, *dict. cap. Oduardus.* Bolaños *d. n.20.* Villadieg. *ſupra, n.97.* Paz *vbi proximè, n.6.* 68

Quæ autem de Clericis dicta ſunt, etiã ad Religioſos pertinent, Cyriac. *dict. controuerſ.505. num.18.* Bald. *in Auth. cauſa, quæ, num.3. in fin. C. de Epiſcop. & Cleric.* Emman. Rodrig. *de Regularib. tom.2. q.62. art 6 fol.188. in prima edit.* Quia Clericorũ appellatione in fauorabilibus, & Religioſi comprehenduntur, notatur in *cap. ſi quis ſuadente 17 quæſt 4.* gloſ. *in cap. duo ſunt genera 12. quæſt.1.* Viuian. *de iur. patronat. lib.6. cap.2. n.1.* Cyriac. *n 19.* 69

Verſ.



Verſ. *Quoties verò,* Ibi: *Non tamen poteſt opponi exceptio.*

70 De his latè Gutier. *dict. cap.17. à num.31.* qui D. Cou. accedit. Tamen cõtraria ſententia Gomezij aſſerentis, Clericum damnatum tribus ſententijs conformibus non iuuari auxilio, *d. cap. Oduardus,* nititur communi doctrinæ, quæ habet, beneficium ceſsionis bonorum non competere ei, qui debitum inficiatur, de qua Trentacinq. *ſupra à nu.17.* Pacian. *de probat. lib.1. cap.19. nu.85.* Ceuall. *tom.1. q.129.* quam doctrinam declarat Trentac. *numer.21.* docens, tunc dici, debitum fuiſſe negatum, cum debitor in inficiatione vſque ad vltimam appellationis ſententiam perſeuerat, ex quo rectè infert Gomezius, vt Clericus, qui appellauit ſemel, atque iterum negans vſque ad tertiam ſententiam condemnatoriam, cum iam amplius prouocare non liceat, priuandus ſit remedio, *dict. capit. Oduardus,* in quo inſinuatur, negantes debita non eſſe ad illud admittendos, ibi: *Idem in eum recognoſcentem huiuſmodi debita.* Et meritò, nam victus in dubio præſumitur non habuiſſe iuſtã cauſam litigandi, maximè cum tam proteruè in lite perſeuerat, Menoch. *de præſumpt. lib.2 præſ.87. num.1.* Amad. Rodrig. *in praxi de modo, & form. vidend. proceſ. cap.5. num.37.* Gloſſ. *verb. etſi conuictus in Auth. generaliter, C. de Epiſc. & Cleric.* D. Cauarru. *practicar. cap.27 num.3.* propter quem ſolum iure carceri ſubijci permittitur Clericus, non obſtante præfata deciſione, quemadmodum ſæpè contingit, vt conſtat ex traditis per Gutier. *d. cap.17.*

Ibi: *Idem eſſe cenſet.*

71 *Gomezij* ſententia cum oppoſita D. Couarru. poſſet conciliari, adhibita diſtinctione, quam tradit Gutier. *dict. part.1. cap.18. num.6.* nam ſi Clericus ſciens, ſe non fore ſoluendo, iurauerit reddere, quod accepit ex ſuo dolo, *dict. cap. Oduardus,* auxilio non gaudebit, vt Gomez. vult. At ſi abſque fraude putans, ſe idoneum futurum ſolutioni, ſoluturum ſe iureiurando promiſit, non ideo carcerari poterit, prout D. Couar. videtur, de quo *ſupra hoc cap. num.83.* Nec obſtat ſententia D. Couar. quam probat Gutier. ibidem, dum docet, iurantem, quod ſcit, ſe implere non valiturum, periurũ non eſſe, ſed temerariè iurare: Nam Clericus hoc caſu non carcerabitur ratione periurij, ſed doli, quem iureiurando commiſit.

Quando beneficium, *dict. cap. Oduardus,* ceſſet, tradit latè Gutier. *dict. cap.17 à num.20.* Quibus adde, Clericum ex depoſito damnatum non gaudere præfato priuilegio, ſed in carcerem eſſe detrudendum, Graffis *ſupra effect.7. num.38.* Auguſt. Barb. *in collectan. ad d. cap. Oduard. num.13.* Cyriac. *d. controuerſ.505. num.22* Matheſ. *ſing.60. alias 61.* Quia inficiatio depoſiti propè furtũ eſt, *l. inficiando 69. ff. de furt.* nec depoſitarius tenetur, niſi ex dolo, *l. contractus 24. ff. de reg. iur.* quod limitat Cyriac. *ex Matheſilano ibidem* cum Clericus contendit, iam depoſitum eſſe reſtitutum, quod abſque fraude contingere poteſt, vt ſi reddidit, cuius non debuit. 72

Num. 10.

Cadauer debitoris quacumque ex cauſa, ſiue ciuili, ſiue criminali non licet inſepultum, quaſi in pignus à creditoribus detineri, Ant. Gom. *variar. lib.2. cap.11. num.56.* Menoch. *de arbitrar. caſ.387. nu.20.* Parlador. *d. cap. fin. §.3. num.26.* Ioſeph. Ludouic. *Peruſ. deciſ.78. num.24.* Gutier. *de iurament. confirmat. part.2. cap.4. num.27.* Garcia *de expenſ. cap.8. nu.19.* Baeza *ſupra cap.1. à num.19.* Perez *in l.4. tit.8. lib.3. Ordinam.* Cened. *in collectan. ad Decretal. collectan.40. nu.3.* Ioan. Orozc. *in l.3. n.2. ff. de in ius vocand.* Bolaños *d. part.2. §.16. in fin.* Spino *in ſpecul. teſtament. gloſ.2. n.11. cum ſeqq.* Quod limitatur in cadauere vſurarij manifeſti, quod poteſt per iudicem ſequeſtrari, donec hæredes ſatisfaciant creditoribus iuxta diſpoſitionẽ *c. quanquam de vſur. in 6.* Salg. *de protect. Regia, part.2. cap.8. num.75.* Zerol. *in prax. Epiſcopal. part.1. verb. funus, verſ. Tertiò cadauer.* Menoch. *ſupra num.29.* Imò pecuniaria pęna præter debiti amiſsionem mulctatur creditor impediens, corpus debitoris ſepeliri, *l. fin. C. de ſepulch. viol. l. vltim. titul.13. part.1.* Menoch. *cum multis, vbi proximè dict. caſ.387. n.16.* 73

Non ſolum corpus defuncti debitoris, verũ neq; ipſius hæredes intra nouẽ dies 74

ab obitu vexari pro debitis, defenditur, *Auth. ſed neque, C. de ſepulch. violat. l. 13. tit. 9. part. 7.* Gutier. *vbi proximè, num. 18.* Dueñas *reg. 277. limit. 4.* Carleual. *d. tom. 2. tit. 3. diſp. 9. num. 8.* Gizarell. *deciſ. 79.* Baeza *ſuprà cap. 6. num. 15.* Nec intra tẽpus trium menſium lege datum ad inuentarij confectionem, *l. vltim. §. Donec, C. de iur. deliberand.* Carleual. *num. 9. cum ſeqq.* Gutierr. *ibidem, & alij ex nuper allegatis,* Paz *in prax. tom. 1. part. 4. cap. 1. à n. 42.* Ceuall. *tom. 2. q. 814. num. 7.* Qui docent deciſionem, *dict. §. Donec,* apud nos vſu non eſſe admiſſam; ſed quod hæres poteſt poſt nouem dies pro debitis defuncti conueniri. Et obiter notãdum eſt, d. *Authent. ſed neque,* procedere, cum hæres non vult facere inuentarium, nec tẽpore ad id conceſſo vti; at *dict. §. Donec,* locum habet, ſi velit inuentarium conficere, quo eorum textuum contrarietas tollitur, vt per Carleual. Paz, & alios *vbi proximè.*

Ibi: *Imò creditoris appellatio.*

73 Non obſtãte creditoris appellatione, corpus debitoris debet ſepeliri, Parlad. *vbi ſup.* Viui. *commun. opin. lib. 2. opin. 78.* Pichard. *in princip. n. 138. inſtit. de interdictis.*

Ibi: *Sunt etenim, qui exiſtimant.*

76 Etiam corpus defuncti, qui ex inſtrumento guarentigio tenebatur, ne ſepeliatur, à creditore impediri non poteſt, ita docent Ant. Gom. Gutier. Menoch. *& alij laudati, ſuprà num. 16.*

Ibi: *Impium enim eſſet.*

77 Adeò bonis moribus cõgruit, cadauera tradere ſepulturæ, vt diſpoſitio teſtatoris præcipientis, reliquias ſuas in mare proijci, non ſuſtineatur; imò hæres, ea conditione reiecta, humari faciens corpus, non priuatur hæreditate, ſed laudatur, *l. quidam in ſuo 27. ff. de condit. inſtitut.* Sed, & publica verſatur vtilitas in ſepeliendis defunctorum corporibus, *l. ſunt perſonæ 43. vbi gloſ. verb. propter, ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.* Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. 1. q. 15. n. 5.* Cagnol. *in l. Papinianus 8. §. Quarta, n. 13. ff. de inoffic. teſtam.* Inde prouenit, vt impenſa funeris omnibus creditoribus priuilegiatis etiam anterioribus cum expreſſa hypotheca præferatur, *l. impenſa 45. ff. de Relig. & ſumpt. fun. l. 12. tit. 13. p. 1.* Negueſant. *de pignor. p. 5. memb. 2. n. 28.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 23. n. 25.* Fachin. *controuerſiar. lib. 12. cap. 49.* Ceſi. *in tract. de portion. rat. q. 73. n. 2.* Flores de Mena *variar. lib. 1. q. 6. n. 11.* Gutierr. *practicar. lib. 2. q. 72. per tot.* Bolaños *in Curia commerc. tereſt. lib. 2. c. 12. n. 24.* latè Merlin. *de pignorib. lib. 4. tit. 1. q. 17.* Aliaq; priuilegia cõceduntur funeris impenſæ, de quibus per Ripam *de remed. præſeruat. cont. peſt. n. 131.* Inter quæ & illud numeratur, quod ſucceſſor maioratus, etſi ad alia poſſeſſoris immediati debita non teneatur, Molin. *de primog. lib. 1. cap. 10. n. 29.* tamẽ ſumptus funeris anteceſſoris, ſi aliàs ſolui non poſſunt ex ipſius bonis, præſtare compellitur, vt contra eundem Molinam *ibi nu. 33.* docet Padilla *in l. vnum ex familia, §. Si de falcidia, ff. de legat. 2.* Pereg. *de fideicõmiſ. art. 40. n. 19.* Garc. *de expenſ. cap. 16. n. 37.* Micres *de maiorat. part. 4. quæſt. 76. n. 37.* D. Garc. Maſtrill. *deciſ. 203. per totã, vbi plures.*

Num. 11.

Vſu receptũ eſt, vt cadauera damnatorum ex quibuſdã atrociſſimis facinoribus maneant inſepulta ad terrorẽ aliorum, ex quo apud Athenienſes, cùm aliquis, ſibi mortem conſciuerat manus vt facinoroſa præciſa inſepulta relinquebatur, eius cadauere tradito ſepulturæ, cuius legis meminere Æſchines *in orat. in Cteſiphontem,* Alexand. ab Alex. *dier. genial. lib. 5. cap. vlt. in fin.* Vbi hoc Platonis documentum fuiſſe dicitur, Menoch. *de arbitr. caſ. 284. n. 5.* Et in Hiſpania frequẽter corpora famoſorum graſſatorum in partes diſſecta in itineribus affigũtur, atque ita docent Bouadilla *d. lib. 3. cap. 15. n. 143.* Menoch. *d. caſ. 387. in fin.* Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib. 5. §. fin. q. 100. num. 1.* Bolaños *in Curia d. p. 3. §. 17. n. 16.* Nec contrarium probat *cap. quæſitum 13. q. 2.* Nam ibi agitur, de capacitate defuncti, vt in ſacro loco ſepeliatur, ſiquidem verum eſt, ei cui miniſtratur Sacramentum Pœnitentiæ, cum in extremis agit, nõ eſſe Eccleſiaſticam ſepulturam denegandã; niſi aliud obſtet, in præſenti autem propter vtilitatem publicam, quę in deterrẽdis malefactoribus verſatur, inhumata corpora oportet permanere. Qua de cauſa etiã iudex poteſt tradere cadauer delinquẽtis in anatomiã medicis, vel chirurgis, Anton. Gom. *var. lib. 3. c. vlt. in fin.* Sanch. *conſil. moral. lib. 3. cap. vnic. dub. 7.* Bouadill. *dict. num. 143. in fine.* Bertachin. *in ſuo repertor. verb. cadauer, num. 5.* Deci. *in l. imperium, num. 17. ff. de iuriſdict. omniũ iudic.* Bolaños *vbi proximè.* Menochius *caſ. 285. num. 10. 11.* vbi ait: Papiæ ſic ſtatuto caueri, *& num. 12.* admonet, non eſſe in anatomiam tradendum corpus aliàs honeſti hominis, ne eius familiæ irrogetur iniuria. 78

Ibi: *Sacramentum verò Pœnitentiæ.*

79 Iudex debet mittere damnato ad mortem confeſſarium, & tempus ſufficiens ad recipiendum Pœnitentiæ Sacramẽtum concedere, Anton. Gom. *ſupr. num. 6.* Bolaños *dict. §. 17. num. 14.* Aug. Barboſ. *in collectan. in fin. ad l. Archigerontes, C. de Epiſcop. audient.* Iul. Clarus, *dict. § fin. quæſt. 97. num. 4.*

Ibi: *Idem eſſe cenſet de Sacramento Euchariſtiæ.*

80 Euchariſtiæ Sacramentum damnatis ad mortem eſſe præſtandum, decretũ eſt motu proprio Pii V. edito anno 1569. & in Hiſpania obſeruari præcipitur *l. 9. tit. 1. lib. 1. Recop.* Et ita docent vltra proximè allegatos, Gamm. *in tract. de Sacrament. præſtand. vltim. ſup. damnatis,* Sà *in ſumm. verb. Euchariſtia, num. 2.* Caualcan. *de brach. Reg. part. 3. num. 326.* Bonacin. *oper. moral. tom. 1. tract. de Sacrament. diſp. 4. quæſt. 7. punct. 1. num. 5.* Ceuall. *tom. 3. de cognit. per viam violent. quæſt. 98. num. 12.* Diana *reſolut. moral. part. 5. tract. 3. reſolut. 38. § Nec valet, verſ. Notandum,* Franciſc. Marc. *deciſ. 10. in 2. part.* Ioan. Sãch. *ſelectar. diſp. 4. num. 3. 4.* Sicque de conſuetudine ſeruari, nec contrariam validam eſſe probant Bonacin. *ſuprà num. 6. verſ. Reſpondeo,* Zeuallos *num. 7.* vbi ait: nunquam ſe audiuiſſe, in Hiſpania contrarium eſſe vſu receptum. Pat. Suar. *tomo 3. in 3. part. diſp. 69. ſect. 3. in fin.* Henriquez *lib. 8. cap. 5. num. 4. lit. Z.* Angles *q. 2. articul. 9. difficultat. 3.* Chamerota *de Euchariſtia, cap. 10. num. 1.* Imò iudicem teneri differre exequutionem ſententiæ per tres, aut quatuor dies, ſi opus fuerit: ne damnatus Sacramentis non ſuſceptis moriatur, etiamſi timeatur reum interim fore eripiendum, ſentiunt Bonacina *dict. num. 6.* Diana *ſupr.* Fagundez *in præcept. Eccleſ. lib. 1. præcept. 3. cap. 4. num. 3. 4.* & alij apud ipſos. Quod tamen aduertatur, *dict. l. 9. Recopil.* vbi contrariũ ſtatuitur. Sed ſi ex dilatione ſupplicij immineat periculum damni communis, omnes concedunt celeriter ſententiam exequutioni eſſe mandandam, breui dato termino ad Sacramentorum perceptionem.

81 Poſſunt etiam iudices Eccleſiaſtici ſæculares cenſuris compellere: ne quenquã vltimo afficiant ſupplicio, non miniſtratis ipſi Sacramentis, Ceuallos, *dict. quæſt. 98.* Bolaños *dict. §. 17. nu. 14.* Niſi ipſe reus ea ſuſcipere renuat, tunc enim ſententia exequenda eſt, licèt in pœnitẽs moriatur, Bonacin. *num. 7.* Sot. *de iuſt. & iur. lib. 5. quæſt. 1. articul. 2.* Reginald. *lib. 29. num. 71. verſ. Prima eſt.*

Ibi: *Sicut nec eis iure datur.*

82 Sacramentũ Extremæ Vnctionis nõ ſuſcipiunt in patibulo morituri, quia infirmorum gratia fuit ſpecialiter inſtitutum, ex Diu. Iacob. *cap. 5. verſ. 14.* Concil. Florentin. de hoc Sacramento agens, inquit: *Hoc Sacramentum niſi infirmis dari non debet,* vnde oleum, quo miniſtratur infirmorum dicitur, conſtat ex *Pontificali Romano & cap. vnic. §. Ad exhibendum de Sacra Vnction.* Ita Bonacin. *ſuprà diſp. 7. punct. 5. num. 4.* Pat. Suar. *tom. 4. in 3. part. diſp. 42. ſect. 2. num. 6.* Viuald. *in Candelab. aur. tit. de Extrema Vnction. nu. 21.* Simancas *de Catholic. inſtitutionib. cap. 57. num. 16.* Caualcan. *ſuprà part. 4. nu. 307.* Zerol. *in prax. Epiſcop. part. 1. verb. Extrema Vnctio, verſ. 3.* Coninch. *de Sacrament. tom. 2. diſput. 19. à num. 22.* Reginald. *in prax. fori pœnitent. lib. 28. num. 68.*

Ibi: *Hodie autem eorum, in quos animaduertitur.*

83 Corpora punitorum abſque permiſſu iudicis, qui exequi ſententiam mandauit, humare non licet; ſed facilè ad id regulariter ſunt concedenda, *l. fin. tit. 31. p. 7.* Bouadilla *dict. numer. 143.* Farinac. *in prax. crim. tit. de delict. & pœn. quæſt. 20. num. 134.* Azeued. *in l. 6. num. 12. tit. 13.* lib.

*lib.4. Recopil.* Cened. *in collectan. ad Decretal. collectan.4. num.3.* Anton. Gom. *dict. cap. fin. num. 8.* Baiard. *ad Iul. Clar. in dict. §. fin. quæſt. fin.*

Ibi: *Hinc expendi poterit.*

84 Ad textum *in l.2. ff. de cadauerib. punitor. videndi ſunt* Ant. Gom. *dict. numer. 8. verſ. Item addo,* Gregor. Lop. *in l.2. gloſ.8. tit.28. part.2.* Medices *in tract. mors omnia ſoluit, part.3. num. 59. 60.* Farinac. *dict. quæſt. 20. num. 130.* Lara *de anniuerſarijs, lib.1. cap.25. num.37* Bart. *in cad. leg.2.*

Ibi: *Eademfere ratione manifeſtus vſurarius.*

85 Vſurario manifeſto Eccleſiaſtica ſepultura denegatur, donec hæredes eius male quęſita reſtituant, aut cautionem de ſatisfaciendo præſtent, Auguſt. Barboſ. *in cap. quanquam, nu. 1.2. de vſur. in 6* Zerol. *ſuprà part. 1. verb. funus, verſ. Tertio, cadauer,* Salgad. *de protect. Reg. part.2. cap. 8. num.75.* Sayr. *in clau. Reg. lib. 10 tract. 5. cap.5. num. vltim.* Quis autem ſit manifeſtus vſurarius, explicant D. Couar. *infrà lib.3. cap.3. num 4.* Menoch. *ſupr. caſ.215.* Ceuall. *tom. 1. quæſt. 11.* Azor. *inſtit. moral. part.3. lib.5. cap.18. verſ. Quæres quid.*

Ibi: *Item ſi Monachus aduerſus paupertatis profeſſionem.*

86 Monachus proprietarius, niſi pœniteat, Eccleſiaſtica ſepultura priuatur, etſi ſepeliatur in loco Sacro, exhumãdus eſt, ſi abſq; ſcandalo poſſit, de quo Sanch. *in præcept. Decalog. lib.7 cap 20. num. 11.* Pellizzar. *in manual. Regular. tom.1. tract. 4. cap.2 num. 244. cum ſeq.* Diana *part.4. tract.4 reſol. 23.* Layman *lib 4 tract. 5. c. 7. num.22.* Cardinalis *in cap. cum ad monaſteriũ, §. Prohibemus, num.1. de ſtat. Monachor.* Et pars aliqua Superioris arbitrio ex pecunia, quæ penes Religioſum fuerit inuenta, cum eodem debet ſepeliri, Gregor. Lop. *in l. 14. gloſ. 3. tit. 7. part. 1.* Ioan. Andr. *in dict. cap. cum ad monaſterium, num. 4.* Hoſtienſ. *num.7.* Ancharranus *num. 10. notabil.5.* Abbas *num.15.* Ait tamen Rodrig. *tom.3. quæſt.56. num.1.* Religioſum, apud quẽ pecuniæ crumena inuenitur aduerſus profeſsionem paupertatis, non ſtatim Eccleſiaſtica ſepultura priuandum, niſi viuens fuiſſet præmonitus. Sequitur Portell. *de dub. Regular. verb. ſepultura, num. 11.* Qui addit non eſſe denegandam Eccleſiaſticam ſepulturam hoc caſu, ſi factum ſit occultũ, quia non eſt infamia publicè notandus mortuus, qui viuus non poſſet publicè ob id puniri, Pellizzar. *ſuprà num. 245.* Diana *dict. reſolut. 23. & part.9. tract.8. reſolut.1. §. Notandum.*

Ibi: *Inde etiam fit, quòd licet reo delato.*

In delinquentium cadauera ſolet ob 87 criminum atrocitatem animaduerti, etſi regulariter non permittatur, Menoch. *caſ.285.* Carrer. *in praxi crim. §. Homicidium, n.223.* Bouadill. *dict. n. 143. verſ. Y por razon del exemplo,* Ant. Gom. *dict. lib.3. cap. 1. num.79.* Villadiego *in politic. dict. cap. 2. nu. 179.* Tuſch. *lit. M. concluſ. 396.* Farinac. *ſuprà quæſt 10. à num. 37.* Iul. Clar. *d. §. fin. q.31. verſ. Sunt tamen.*

Ibi: *Illud profectò non eſt prætermittendum.*

Se ipſum occidens debet Eccleſiaſtica 88 carere ſepultura, Gutier. *Canonic. quæſtion. lib.2 c.3. num.2.* Azor *ſupr. part. 1. lib.9. cap.31. q 5.* Menoch. *caſ 284. num. 35.* Nauar. *conſ.7. de ſepultur.* Farinac. *p. 5. q.128. num 16.* Sayr. *in clau. Reg. lib.7. cap.9. num 1.* Lara *de anniuerſarijs, lib. 1. c. 11 num.28.* Lauor *variar. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap.11. nu. 28.* Dian. *part.6. tract. 6. reſolut. 47* Plaça *in epitom. delictor. cap. 23. num.14.* Sed etſi quis laqueo ſuſpenſus, aut in puteum demerſus reperiatur, non ideo extra Eccleſiam humandus eſt; niſi ex coniecturis, aut alias conſtet, defunctum, cum cõpos rationis eſſet, ſe peremiſſe, Marian. Socin. *conſ. 51. num. 2.* Villalobos *in ſumm. tom.2. tract.31. difficult.3. num.4.* Auguſtin. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſiaſt. lib.2. cap 10. numer. 49.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Archiepiſcop. Neapolit. cap.61. num.20.* Dian. *vbi proximè,* Lauor *ſuprà n.31. cum alijs,* Menoch. *num.36.*

Ibi: *Legibus ſanè Romanorum.*

De pœnis eorum, qui ſibi ipſis violẽ- 89 tas manus inferunt, tam iure communi, quàm Regio Anton. Gom. *dict. lib.3. c 3. num.*



*num.13.14.* Menoch. *dict. caſ. 284.* Gurier. *vbi proximè à nu 18.* Plaça *dict. cap. 23.* Didac. Perez *in l. 19. tit. 19. lib.8. Ordinam.* Farinac. *d. quæſt. 128.* Molin. *de iuſtit. & iur. tract. 4. diſp.20.* Azeued. *in l. 5. tit.23. lib.8. Recop.* Amaya *in l. vlt. C. de iur. Fiſc. lib.10.* Bald. *in l.2. C. qui teſtamẽt. fac. poſ.* Gregor. Lop. *in l.2. tit.27. p.7.*

Verſ. *Scribit, & ad ea.*

90 De hoc exempla memorabilia affert Menoch. *dict. caſ.285*, inter quę illud ſingulare eſt, nam cum apud Mileſios virgines plurimæ laqueo ſuſpenſæ, cauſa incognita reperirẽtur, cũque huic damno obuiam iri non poſſet, quod ſuperſtites defunctarum imitabantur inſaniam, lege ſtabilitum eſt, vt, quæ ſic mortem obirent cum eodem laqueo, quo ſe ſuſpendebant, nudæ efferrentur, ex quo inhoneſti funeris pudore perterritę ab immani barbarie penitus abſtinuerunt, vt refert Plutarch. *de clar. mulierib. cap.10.* & Gell. *lib.15. noct. Atticar. cap.10.* Petr. Gregor. *Syntagmat. lib.36. cap.22. num.5.*

# AD CAPVT ſecundum.

## SVMMARIVM.

1 *D.D. de materia agentes recenſentur.*
2 *Legatarius, cui vſusfructus rei certæ relinquitur, non tenetur creditoribus defuncti reſpondere.*
3 *Onera hæreditaria ſequuntur hæredem.*
4 *Quando Legatarius poſsit à teſtatoris creditoribus conueniri.*
5 *Vſufructuarius rei certæ teſtamento relictus poteſt pro oneribus realibus moleſtari.*
6 *Cui vſusfructus totius hæreditatis, vel quotæ relinquitur, non cogitur creditoribus hæreditarijs reſpondere.*
7 *Vſufructuarius, qui ſoluit debitum defuncti, ad quod res, qua fruitur, erat obligata an poſsit ſolutum ab hærede exigere? variæ referuntur ſententiæ.*
8 *Quædam rejciuntur.*
9 *Aliæ etiam impugnantur.*
10 *Traditur reſolutio.*
11 *Cui partis bonorum vſusfructus legatur pro defuncti debitis, vexari nõ poteſt, & quid eo caſu facturus eſt hæres.*
12 *De intellectu, l.21. Taur.*
13 *Tertium, & quintum deducitur ex cumulo bonorum, priùs ære alieno detracto.*
14 *Melioratus in tertio, vel quinto poteſtà creditoribus defuncti conueniri.*
15 *Contra qui ſentiant.*
16 *Opiniones conciliantur.*
17 *Is, cui res certa prælegatur, ab æris alieni hæreditarij ſolutione eſt immunis, & quid in meliorato de iure Hiſpano.*
18 *Melioratus in tertio, aut quinto, an, & quo modo ad ſoluendum æs alienum defuncti teneatur.*
19 *Legatũ certæ partis bonorũ mobiliũ, & immobiliũ vel vſusfructus eorũ particulare eſt.*
20 *Iura, & actiones quando, & quomodo bonis mobilibus, vel immobilibus adſcribãtur.*
21 *Cum teſtator vult appellatione bonorum mobilium, & immobilium iura, & actiones comprehendere, legatum erit vniuerſale.*
22 *Is, cui pars, vel vſusfructus bonorum mobilium, & immobilium relinquitur, non tenetur ad onera hæreditaria, niſi plus ſit legatum, quàm per leges licet.*
23 *Aduerſus legatarium omnium bonorum creditores hæreditarij agere poſſunt.*
24 *Legatarius vſusfructus omnium bonorum non eſt pro ære alieno defuncti conueniendus.*
25 *Qui contra ſentiunt.*
26 *Inſtitutus in vſufructu bonorum dato cohærede vniuerſali, nequit ab hæreditarijs creditoribus moleſtari.*
27 *An vſufructuarius omnium bonorum, poſſit contra debitores hæreditarios abſque ceſſione agere? & cui tradenda ſit pecunia cẽſus, qui redimitur.*
28 *Is, cui vſusfructus legatur, tenetur ad onera rebus ipſis, quibus fruitur, impoſita.*
29 *Bonorum omnium vſufructuarius teſtamento relictus actione reali poteſt conueniri.*
30 *Legatum vſusfructus hæreditatis totius eſt particulare, quare ad onera hæreditaria nõ aſtringitur legatarius.*
31 *Donatarius omnium bonorum quãdo poſſit à creditoribus donatoris conueniri.*
32 *Legatum vſusfructus bonorum omnium valet, hærede poſt mortem fructuarij inſtituto, & quis huius diſpoſitionis ſit effectus, & quid in vxore vſufructuaria relicta filijs teſta-*

*lib.4. Recopil.* Cened. *in collectan. ad Decretal. collectan.4. num.3.* Anton. Gom. *dict. cap. fin. num. 8.* Baiard. *ad Iul. Clar. in dict. §. fin. quaeſt. fin.*

Ibi: *Hinc expendi poterit.*

84 Ad textum *in l.2. ff. de cadauerib. punitor. videndi ſunt* Ant. Gom. *dict. numer. 8. verſ. Item addo,* Gregor. Lop. *in l.2. gloſ.8. tit.28. part.2.* Medices *in tract. mors omnia ſoluit, part.3. num. 59. 60.* Farinac. *dict. quaeſt. 20. num. 130.* Lara *de anniuerſarijs, lib.1. cap.25. num.37* Bart. *in ead. leg. 2.*

Ibi: *Eadem ferè ratione manifeſtus vſurarius.*

85 Vſurario manifeſto Eccleſiaſtica ſepultura denegatur, donec hæredes eius malè quęſita reſtituant, aut cautionem de ſatisfaciendo præſtent, Auguſt. Barboſ. *in cap. quanquam, nu. 1.2. de vſur. in 6* Zerol. *ſuprà part. 1. verb. funus, verſ. Tertiò, cadauer,* Salgad. *de protect. Reg. part.2. cap. 8. num.75.* Sayr. *in clau. Reg. lib. 10 tract. 5. cap.5. num. vltim.* Quis autem ſit manifeſtus vſurarius, explicant D. Couar. *infrà lib.3. cap.3. num 4.* Menoch. *ſupr. caſ.2 5.* Ceuall. *tom.1. quaeſt.11.* Azor. *inſtit. moral. part.3. lib.5. cap.18. verſ. Quæres quid.*

Ibi: *Item ſi Monachus aduerſus paupertatis profeſſionem.*

86 Monachus proprietarius, niſi pœniteat, Eccleſiaſtica ſepultura priuatur, etſi ſepeliatur in loco Sacro, exhumādus eſt, ſi abſq; ſcandalo poſſit, de quo Sanch. *in præcept. Decalog. lib.7. cap. 20. num. 11.* Pelizzar. *in manual. Regular. tom.1. tract. 4. cap.2 num. 244. cum ſeq.* Diana *part.4. tract.4. reſol.23.* Layman *lib. 4. tract. 5. c. 7. num.22.* Cardinalis *in cap. cum ad monaſteriū, §. Prohibemus, num.1. de ſtat. Monachor.* Et pars aliqua Superioris arbitrio ex pecunia, quæ penes Religioſum fuerit inuenta, cum eodem debet ſepeliri, Gregor. Lop. *in l.14. gloſ.3. tit.7. part.1.* Ioan. Andr. *in dict. cap. cum ad monaſterium, num. 4.* Hoſtienſ. *num.7.* Ancharranus *num. 10. notabil.5.* Abbas *num.15.* Ait tamen Rodrig. *tom.3. quaeſt.56. num.1.* Religioſum, apud quē pecuniæ crumena inuenitur aduerſus profeſſionem paupertatis, non ſtatim Eccleſiaſtica ſepultura priuandum, niſi viuens fuiſſet præmonitus. Sequitur Portell. *de dub. Regular. verb. ſepultura, num.11.* Qui addit non eſſe denegandam Eccleſiaſticam ſepulturam hoc caſu, ſi factum ſit occultū, quia non eſt infamia publicè notandus mortuus, qui viuus non poſſet publicè ob id puniri, Pelizzar. *ſuprà num. 245.* Diana *dict. reſolut. 23. & part.9. tract.8. reſolut.1. §. Notandum.*

Ibi: *Indè etiam fit, quòd licèt reo delato.*

In delinquentium cadauera ſolet ob criminum atrocitatem animaduerti, etſi regulariter non permittatur, Menoch. *caſ.285.* Carrer. *in praxi crim. §. Homicidium, n.223.* Bouadill. *dict. n. 143. verſ. Y por razon del exemplo,* Ant. Gom. *dict. lib.3. cap.1. num.79.* Villadiego *in politic. dict. cap. 2. nu.179.* Tuſch. *lit. M. concluſ. 396.* Farinac. *ſuprà quaeſt. 10. à num. 37.* Iul. Clar. *d. §. fin. q.31. verſ. Sunt tamen.* 87

Ibi: *Illud profectò non eſt prætermittendum.*

Se ipſum occidens debet Eccleſiaſtica carere ſepultura, Gutier. *Canonic. quaeſtion. lib.2. c.3. num.2.* Azor *ſupr. part. 1. lib.9. cap.31. q.5.* Menoch. *caſ. 284. num. 35.* Nauar. *conſ.7. de ſepultur.* Farinac. *p. 5. q.128. num. 16.* Sayr. *in clau. Reg. lib.7. cap.9. num. 1.* Lara *de anniuerſarijs, lib. 1. c. 11. num.28.* Lauor *variar. lucubrat. tom. 1. tit.2. cap.11. nu.28.* Dian. *part.6. tract. 6. reſolut.47.* Plaça *in epitom. delictor. cap. 23. num.14.* Sed etſi quis laqueo ſuſpenſus, aut in puteum demerſus reperiatur, non ideo extra Eccleſiam humandus eſt; niſi ex coniecturis, aut aliàs conſtet, defunctum, cum cōpos rationis eſſet, ſe peremiſſe, Marian. Socin. *conſ. 51. num. 2.* Villalobos *in ſumm. tom.2. tract.31. difficult.3. num.4.* Auguſtin. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſiaſt. lib.2. cap. 10. numer. 49.* Marc. Anton. Genueuſ. *in practic. Archiepiſcop. Neapolit. cap.61. num.20.* Dian. *vbi proximè,* Lauor *ſuprà n.31. cum alijs,* Menoch. *num.36.* 88

Ibi: *Legibus ſanè Romanorum.*

De pœnis eorum, qui ſibi ipſis violētas manus inferunt, tam iure communi, quàm Regio Anton. Gom. *dict. lib.3. c.3. num.13.14.* Menoch. *dict. caſ. 284.* Gutier. *vbi proximè à nu 18.* Plaça *dict. cap. 23.* Didac. Perez *in l.19. tit.19. lib.8. Ordinam.* Farinac. *d. quaeſt. 128.* Molin. *de iuſtit. & iur. tract. 4. diſp.20.* Azeued. *in l.5. tit.23. lib.8. Recop.* Amaya *in l. vlt. C. de iur. Fiſc. lib.10.* Bald. *in l.2. C. qui teſtamēt. fac. poſ.* Gregor. Lop. *in l.2. tit.27. p.7.* 89



Verſ. *Scribit, & ad ea.*

90 De hoc exempla memorabilia affert Menoch. *dict. caſ.285.* inter quę illud ſingulare eſt, nam cum apud Mileſios virgines plurimæ laqueo ſuſpenſæ, cauſa incognita reperirētur, cūque huic damno obuiam iri non poſſet, quod ſuperſtites defunctarum imitabantur inſaniam, lege ſtabilitum eſt, vt, quæ ſic mortem obirent cum eodem laqueo, quo ſe ſuſpendebant, nudæ efferentur, ex quo inhoneſti funeris pudore perterritę ab immani barbarie penitus abſtinuerunt, vt refert Plutarch. *de clar. mulierib. cap.10.* & Gell. *lib.15. noct. Atticar. cap.10.* Petr. Gregor. *Syntagmat. lib.36. cap.22. num.5.*

# AD CAPVT ſecundum.

## SVMMARIVM.

1 *D.D. de materia agentes recenſentur.*

2 *Legatarius, cui vſusfructus rei certæ relinquitur, non tenetur creditoribus defuncti reſpondere.*

3 *Onera hæreditaria ſequuntur hæredem.*

4 *Quando Legatarius poſsit à teſtatoris creditoribus conueniri.*

5 *Vſufructuarius rei certæ teſtamento relictus poteſt pro oneribus realibus moleſtari.*

6 *Cui vſusfructus totius hæreditatis, vel quotæ relinquitur, non cogitur creditoribus hæreditarijs reſpondere.*

7 *Vſufructuarius, qui ſoluit debitum defuncti, ad quod res, qua fruitur, erat obligata an poſsit ſolutum ab hærede exigere? variæ referuntur ſententiæ.*

8 *Quædam reijciuntur.*

9 *Aliæ etiam impugnantur.*

10 *Traditur reſolutio.*

11 *Cui partis bonorum vſusfructus legatur pro defuncti debitis, vexari nō poteſt, & quid eo caſu facturus eſt hæres.*

12 *De intellectu, l.21. Taur.*

13 *Tertium, & quintum deducitur ex cumulo bonorum, priùs ære alieno detracto.*

14 *Melioratus in tertio, vel quinto poteſtà creditoribus defuncti conueniri.*

15 *Contra qui ſentiant.*

16 *Opiniones conciliantur.*

17 *Is, cui res certa prælegatur, ab æris alieni hæreditarij ſolutione eſt immunis, & quid in meliorato de iure Hiſpano.*

18 *Melioratus in tertio, aut quinto, an, & quo modo adſoluendum æs alienum defuncti teneatur.*

19 *Legatū certæ partis bonorū mobiliū, & immobiliū vel vſusfructus eorū particulare eſt.*

20 *Iura, & actiones quando, & quomodo bonis mobilibus, vel immobilibus adſcribātur.*

21 *Cum teſtator vult appellatione bonorum mobilium, & immobilium iura, & actiones comprehendere, legatum erit vniuerſale.*

22 *Is, cui pars, vel vſusfructus bonorum mobilium, & immobilium relinquitur, non tenetur ad onera hæreditaria, niſi plus ſit legatum, quàm per leges licet.*

23 *Aduerſus legatarium omnium bonorum creditores hæreditarij agere poſſunt.*

24 *Legatarius vſusfructus omnium bonorum non eſt pro ære alieno defuncti conueniendus.*

25 *Qui contra ſentiunt.*

26 *Inſtitutus in vſufructu bonorum dato cohærede vniuerſali, nequit ab hæreditarijs creditoribus moleſtari.*

27 *An vſufructuarius omnium bonorum, poſſit contra debitores hæreditarios abſque ceſſione agere? & cui tradenda ſit pecunia cēſus, qui redimitur.*

28 *Is, cui vſusfructus legatur, tenetur ad onera rebus ipſis, quibus fruitur, impoſita.*

29 *Bonorum omnium vſufructuarius teſtamento relictus actione reali poteſt conueniri.*

30 *Legatum vſusfructus hæreditatis totius eſt particulare, quare ad onera hæreditaria nō aſtringitur legatarius.*

31 *Donatarius omnium bonorum quādo poſſit à creditoribus donatoris conueniri.*

32 *Legatum vſusfructus bonorum omnium valet, hærede poſt mortem fructuarij inſtituto, & quis huius diſpoſitionis ſit effectus, & quid in vxore vſufructuaria relicta filijs teſta-*

*ſtatoris poſt mortem eius inſtitutis, num.* 35.
33 *Quid ſi inſtituatur quis in vſufructu bonorum omniũ, & alter abſolutè, poſt eius mortem inſtituatur?*
34 *Caſus ſuperior deciditur.*
35 *Inſtitutus in vſufructu bonorum, nullo cohærede vniuerſali dato, ipſe vniuerſalis hæres cenſetur cum onere reſtituendi hæreditatem, cum moriatur, ſucceſſoribus abinteſtato teſtatoris, quid in vxore.*
36 *Hæres, vbi alius eſt vſufructuarius bonorum omnium, quomodò creditoribus hæreditarijs ſit ſatisfacturus ante traditionem.*
37 *Quid poſt traditionem.*
38 *Vſufructuarius bonorum omnium non tenetur ad legatorum ſolutionem.*
39 *Vſufructuarius bonorum omnium an concurrat in vſufructu certæ rei alteri legatæ?*
40 *De intellectu, l. ſi alij, ff. de vſufruct. legat. qui agunt.*
41 *Fructuarius bonorum omnium debet annua legata à teſtatore relicta ſoluere.*
42 *Legata quæ annua non ſunt ab hærede petuntur.*
43 *Vſufructuarius legalis in quo differat, ab vſufructuario ex hominis diſpoſitione quoad legatorum ſolutionem.*
44 *Alexandri ſententia exponitur.*
45 *Ratio legis falcidiæ cum ponitur, taxatio vſusfructus quomodo facienda.*
46 *Computatio, l. hæreditatum, ff ad l. falcid. an in alijs caſibus admittatur?*

## Vſufructuarius num ad debita teſtatoris teneatur, à quo vſumfructum ex vltima voluntate obtinuit?

Num. 1.

1 De materia huius capitis latè diſſeruerunt Caſtill. *de vſufruct. cap.* 59. Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 1. *titul. de peculio, reſolut.* 6. Mori. *in empor. iur. titul.* 12. *quæſt.* 2. Cyriac. *controuerſ. tom.* 3. *controuerſ.* 489. Andr. Gail. *obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 146. Salgad. *in labyrinth, part.* 1. *cap* 2. *§. vnico*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt* 143. Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 29 Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *q.* 151. Garc. *de expenſ. cap.* 11. *à numer.* 61. Gamma *deciſ.* 265. Matheſilan. *ſingul.* 4.

Verſ. *Prima concluſio.*

Is, cui rei certæ vſusfructus relinqui- 2
tur, non tenetur ad æris alieni ſolutionẽ, ac per conſequens à creditoribus hæreditarijs conueniri non poteſt. Eſt omnium certiſsima concluſio, quam probant Caſtill. *ſuprà num.* 1. Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2. *cap. fin. part* 4. *§.* 2. *à num.* 6. Menoc. *num* 5. Michael. Craſ. *receptar ſententiar. §. Legatum, quæſt.* 35. *num.* 3. Garcia *dict. num.* 61. *verſ. Et in primis*, Frãciſc. Marc. *deciſ.* 533. *num.* 6. *& deciſ.* 814. *num.* 1. *p.* 1. Villalob. *commun. concluſ. verb. vſusfructus, concl.* 61. Bolañ. *in Curia Philippic. lib.* 1. *part.* 2. *§.* 10. *num.* 9.

Ratio primæ partis præfatæ reſolutio- 3
nis eſt, quoniam onera hæreditaria ſequuntur hæredem, nõ particularem ſucceſſorem, qui defunctum minimè repreſentat, Molin. *de primogen lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 10. Cyriac *ſuprà nu.* 1. *cum ſeqq.* Gutier. *practicar. lib.* 2. *quæſt* 58. *num* 3. Secundæ, quia actio perſonalis in ſucceſſorem ſingularẽ non tranſit, *l. ea, leg.* 3. *C. de condict. ob cauſ.* Molin. *ſupra*, Carleual. *de iudicijs, tom* 2. *tit.* 3. *diſ.* 11 *num.* 1. Cyriac. *controuerſ* 446. *num* 16. Argel. *de legitim. cõtradict. quæſt* 5. *art.* 2. *nu* 46. Gail. *de credit. cap* 4. *num.* 2068. Merlin. *de pignor. lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 2. Cenc. *de cenſib. part.* 2. *c.* 2. *quæſt.* 5. *art* 7. *num* 1. 2. 3. 22 27.

Aliquando tamen huiuſmodi legata- 4
rius particularis de iure poterit conueniri, vt ſi actione in rem creditor experiatur ad vindicandum id, in quo ille vſumfructũ habet, nam actio realis rem comitatur, & perſequitur quocunque vadat, gloſ. *verb. Quolibet modo, in l.* 2. *C. vbi in rem actio*, Viu. *deciſ.* 535. Molin. *ſuprà num* 12 Gutier. *dict. q.* 58. *nu.* 20. Nec liberabitur nominando proprietarium, Cancer. *variar. reſolut. lib* 2 *cap.* 13. *num.* 65. Florian. *in l in hac actione, §. Idem Iulianus, num.* 2 *ff ad exhibend.* Gamm. *dict. deciſ.* 265. Caſtill. *ſuprà cap.* 6 *n.* 28. Merlin. *dict. quæſt.* 151. *num.* 10. Quod etiam in hypothecaria procedit, licet controuerſum ſit, an fructuarius nominans proprietarium, ab hac actione liberetur? De quo Merlin. *à num.* 7. Cyriac. *dict. controuerſ* 489. *ex num.* 14 qui *nu.* 33. affirmatiuè reſoluit poſt Trentacinq. *ſupra n.* 4. Caualcan. *de vſufruct. mulier. relict. n.* 177. *& alios*, quos non iuuat, excuſsionis exceptionem competere tertiò poſſeſſori contra hypothecaria agentẽ, ex *Authentic. hoc ſi debitor. C. de pignorib.* vt Cyriac. conſiderat, quoniam illa non datur ex lucratiua cauſa poſsidenti, vt fructuario, de quo nobis ſermo eſt, Merlin. *ſupra lib.* 5. *q.* 69. *nu.* 48. Imò, etſi daretur, non impediret iudicium contra tertium poſſeſſorem directò proponi, ſufficit enim, vt, eo durãte excuſsio in bonis debitoris principalis fiat, Salgad. *in labyrinth. creditor. part.* 1. *cap.* 23. *num.* 66. Molin. *de primog. lib* 4. *cap.* 7. *num.* 38. 39. Caroc. *de executi. part.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 3. Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 180. Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 23. *num.* 13. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *part.* 13. *gloſ. vnic. à n.* 7. Ant. Gom. *var. lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 14. verſ. *Vnum tamen*, Maſtrill. *Sicil. deciſ.* 108. *num.* 11. 12. Atque ita verius videtur, eũ cui vſusfructus rei certæ legatus eſt, poſſe conueniri actione hypothecaria, ſiue rei vendicatione, nec liberari nominando ſucceſſorem vniuerſalem proprietarium.

5 Præterea præfatus fructuarius conuenitur pro oneribus realibus, ad quæ ipſe aſtringitur veluti ad cenſum, vel tributum, Trentacinq. *ſupra num.* 8 Mori. *dict. quæſt.* 2. *num.* 10. Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *num.* 72. *C. de bon. matern.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ.* 13. *num.* 81. Menoch. *dict. præſumpt.* 143. *numer.* 18.

Verſ. *Secunda concluſio.*

6 Legatarius, cui relictus eſt vſusfructus totius hæreditatis, aut quotæ illius pro rata tenetur creditoribus hæreditarijs reſpondere. Eſt communis doctrina, pro qua Menoch. *num.* 2 3. Ioan. Garc. *num.* 61. verſ. *Rurſum*, Trentacinq. *n.* 9. Craſ. *dict. quæſt.* 35. *nu* 6. Caualcan. *de vſufruct. mulier. relict. num.* 210. Turzan. *commun. opinion. quæſt.* 105. Franc. Marc. *deciſ.* 135. *&* 482. *part.* 1. apud quos plurimi. Contrarium tamen verius eſt, nam legatarius hic à creditoribus vexari non poterit, ſed ſolum cogitur præſtare patientiã, vt vendantur bona hæreditaria, in quibus vſumfructum habet ad æs alienũ per hæredem ſoluendum prout tenent Caſtill. *ſupra dict. cap* 59. *à num.* 9. Parlador. *rer. quotidianar. lib.* 2. *cap. fin. part.* 4. *§.* 2. *num* 6. 7. Mori. *dict. quæſt* 2. *nu* 11. verſ. *Sed contrarium.* Matheſilan. *ſupra num.* 2. Griuell. *deciſ* 73. Cyriac. *dict. controuerſ.* 489. *num.* 13. verſ. *Denique*, Caſtrenſ. *in l. fin §. Sin autem æs alienum, C. de bon. quæ liber. & alij.* Ratio eſt, nam aliud eſt legatũ hæreditatis, vel quotæ ipſius, & aliud legatum vſusfructus, illud vniuerſale eſt, hoc particulare, cum vſusfructus ſit ius ab ipſa hæreditate, in qua habetur, diſtinctũ, Cyriac. *vbi proximè num.* 7. 8. Vndè inſtitutus in vſufructu etiam omniũ bonorum dicitur inſtitutus in re certa, Cyriac. *controuerſ.* 43. *num.* 25. vbi plures Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *interpretat.* 1. *dubit.* 1. *ſolut.* 1. *num.* 8. Berol. *in cap. Rainutius, num.* 252. *de teſtament.* Riminald. Iunior *conſ.* 172. *n.* 12. *volum.* 2. Pedroch. *conſ* 7. *num.* 136.

Ibi: *Addit Bartolus extincto vſufructu.*

Bartolum ſequuntur Parlador. *dict. §.* 7
2. *in fin.* Franciſc. Marc. *deciſ.* 835 *num.* 1. At minimè poſſe fructuarium repetere, quod ſoluit, cũ D. Couarr. ſentit Craſ. *d. quæſt* 35. *num.* 6. Menoch. verò *dict. præſumpt.* 143. arbitratur, ſolutũ eſſe cum fructibus perceptis ex re, quæ fuerat venundanda, compenſandum, & reliquum ab hærede exigendum, ſi plus ſoluerit fructuarius, quàm perceperit. Caſtill. denique, *dict. cap.* 59. *nu.* 7. hæc controuerſia ſuperuacanea videtur, cũ liceat hæredi ante traditionem rerum ad fruendum omne deducere, quod debetur, atque ita nunquam caſus poterit occurrere, in quo fructuarius quicquam pendat, quod ſit repeturus.

Verùm nulla ex his quatuor aſſertio- 8
nibus, quieſcit intellectus. Non prima Bartoli, quoniam iniquum foret hæredem compelli ad ſoluendum ex propria ſubſtantia omne, quod fructuarius hæreditario creditori ſatisfecit, cum onus, hoc ad vtrunque ſpectauerit, nam ſi ſtatim cumpetebatur debitum, diſtraherẽtur bona hæreditaria, ex quibus ſolueretur, alter proprietate, alter vſufructu careret, Parlador. *num.* 7 Caſtill. *numer.* 19. Quare in effectu ſolutionem ambobus incumbere, docent Paul. de Monte Pico *in l. Titia §. Titia cum nuberet, quæſt.* 59. *num.* 149. Cyriac *dict. num.* 13. *verſ. In lecturis*, Caſtill. *num.* 9. Atque ideo ſi fru-

fructuarius perciperet fructus, ac finito vſufructu cōſequeretur ab hærede, quod ſoluit, cum aliena iactura locuples fieret, quod iure non permittitur, *l. nam hoc natura, cum vulgatis, ff. de condict. indebit.* Non ſecūda huic oppoſita, quam D. Couar. probat, quia fructuarius ſoluens hæredis negotium vtiliter gerit, ne res hæreditaria diſtrahatur, quo ille proprietate priuaretur, & cum ex hoc ſolutionis onus ad eundem pertineret, conuenit æquitati, vt quod fructuarius expendit, repetat ab eo, in cuius vtilitatem ceſsiſſe manifeſtiſsimum eſt, *l. 2. in fine, & per totum ff. de negot. geſtis.* Alioquin hæres cū detrimēto fructuarij locupletaretur cōtra regulam naturalis, ac ciuilis iuris, vt nuper à contrario dicebamus.

9 Non tertia tradita a Menochio, de cōpenſatione pecuniæ ſolutæ cum fructibus, nam qui percepti ſunt ex re hæreditaria, quæ vendita propter ſolutionem à fructuario factam non fuit, nullomodo ad hæredem pertinent, vt cum eo, quod ipſe debet, compenſentur. Imò, fructuarius ex voluntate teſtatoris eos ſuo iure capit, nec deterioris conditionis futurus eſt, quòd ſua pecunia rem à diſtractione liberauit. Nec magis ſatisfacit Caſtilli conſideratio, etenim, licet hæres deducere poſsit ex hæreditate quod creditoribus hæreditarijs debetur, antequā bona fructuario tradat, tamen ſæpè contingit, vt æs alienum hæreditarium lateat, quod ante traditionem bonorum deducere hæres nullomodo poterit, *l. 1. & per totum ff. ſi cui plus quàm per leg. falcid. l. fin. §. Sin vero hæredes, C. de iur. deliber. l. 2. § fin. ff. de condict. in debit § Sciendum inſt. de hæred. qualitate.* Molin. *dict. cap. 10. nu. 14. verſ. Verba autem illa.* Vnde ſi creditor, vſufructu iam conſtituto, appareat, fructuariuſque ſoluerit, an ſolutum exigere ab hærede valeat? merito dubitatur.

10 Quibus omnibus prætermiſsis, Doctiſſimorum virorum venia, rectius defendi poteſt, vſufructu finito, licere fructuario, vel eius ſucceſſori exigere ab hærede proprietario partē eius, quod ſoluit hæreditario creditori ratione proprietatis nudæ, quæ tunc ad ipſum pertinebat, quoniam, vt ſuprà dicebamus cōtra ſententiā Bartoli, hæres, & fructuarius quoad effectum pro rata ſunt debitores vnus reſpectu vſusfructus, alter reſpectu proprietatis, cumque fructuarius ſoluit impediens rei hæreditariæ venditionem ſibi vſumfructum ſeruauit, quo careret, ſi res fuiſſet diſtracta, quare pro ea parte, ſibi conſuluit, nihilque in vtilitatē geſſit hæredis, vt ab eo cōſequi poſsit, quod expendit, argumento *l. ſi pupilli 6. §. Sed & ſi quis, ff. de negot. geſt.* At quoad proprietatem negotiū hæredis vtiliter geſſiſſe, non eſt dubiū, quam proprio ſumptu ipſi conſeruauit, atque ita æquum eſt vt id repetat pro rata, in quo hæres locupletior effectus reperitur, *dict. §. Sed & ſi quis.* Igitur cum caſus occurrerit, iudex æſtimabit valorem vſusfructus rei, quæ ad ſatisfactionem æris alieni per fructuarium ſoluti venderetur, &, eo deducto, reliquum reſtitui a proprietario iubebit, in quo attendendum non eſt, quot fructus ſint percepti, ad conſtituēdam vſusfructus æſtimationem, ſed quāti vendi potuiſſet, *l. 1. §. Si hæres, ff. ad Trebellian. l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid.* Qua opinione admiſſa, vtrinque ſeruabitur æquitas, cum vnuſquiſque pro qua parte commodum ſentit, pro eadem incommodum etiam ſuſtineat, iuxta *l. ſecūdum naturam 10. cum vulgatis, ff. de regul. iur.*

Num. 2.

Is, cui vſusfructus partis bonorum re- 11
linquitur, creditoribus hæreditarijs in iudicio reſpōdere nō compellitur, Menoch. *dict. præſumpt. 143. nu. 10.* Gutier. *dict. quæſt. 58. num. 2.* Caſtill. *dict. cap. 59. num. 4.* Craſſ. *dict. quæſt. 35. num. 4.* Garc. *ſupra num. 62.* Hæres vero ex cumulo bonorū, æs alienum ante traditionem deducet, & ſi poſt traditionem creditores apparuerint, bona hæreditaria aſsignabit, ex quibus illis ſatisfiat, quæ & ipſe per ſe ad ſoluendum petere poterit, *l. 2. § fin. ff. de condict. in debit.* Gutier. *num. 9.* bona enim non dicuntur, niſi quæ, ære alieno deducto, ſuperſunt *l. ſubſignatum 39. §. Bona ff. de verbor. ſignif.* Molin. *dict. cap. 10. num. 10.* Menoch. *nu. 16.* Gutier. *num. 5.* Sic licet in effectu æs alienum vſusfructus legatum hoc caſu minuat, actione tamen in fructuarium dirigere creditores prohibentur.

Ibi: *Verum ex iure* Regio *adduci in contrarium ſolet.*

Vltra Cifuentes, Tellū Fernandez, Pa- 12
lacios Rubios, Auendañum & alios Taurinarum conſtitutionum Interpretes legem hanc vigeſimam primam explicarunt Garc. *dict. capit. 11. num 63.* Mier. *de maiorat. part. 1. quæſt. 24. numer. 34. & quæſt. 61.* Matienç. *in l. 5. gloſ. 5. titul. 6. lib. 5. Recopilat.* Menchac. *de ſucceſſion. progreſſ. lib. 2. §. 5.* Sarmient. *ſelectar. lib. 8. in l. ſi quis ſeruum, §. Si cui certam ff. de legat. 2.* Queſada *controuerſar. quæſt. capit. 24.* Perait. *in l. 3. §. Qui fidei commiſſam, à numer. 114. ff. de hæredib. inſtituend.* Molin. *dict. capit. 10. num. 14.* Roxas *in epitome ſucceſſion. capit 9. à numer. 2.* Gregor. Lop. *in l. 2. gloſ. 1. titul. 9. part. 6.* Angul. *in l. 5. titul. de las mejoras, gloſ. 6. numer. 3.* Gutierr. *dict. quæſt. 58.* Azeued. *in dict. l. 5. Recopilat. num. 10. 11.* Pat. Molin. *de iuſt. & iur. diſp. 640.*

Ibi: *Primùm, æs alienum apparens.*

13 Concluſio hæc nullum contradictorem habet, omnes enim agnoſcunt ex integro bonorum aceruo priùs æs alienum deducendum, quàm tertium, vel quintum bonorum deducatur, Eſcobar *de ratiocinijs, lib. 2. comput. 1. num. 5. verſ. pro ſedanda,* Gutier. *dict. lib. 2. practicar. quæſt. 61. numer. 4.* Matienç. *ſupra gloſ. vltim. numer. 3.* Villadieg. *in Politic. capit. 7. numer. 37.* Caſtill. *in dict. l. 21. Taur. num. 19. 20.* Gregor. Lop. *ſupr.* Anton. Gom. *in l. 20. Taur. num. 2.*

Ibi: *Secundùm, ab eadem conſtitutione colligitur.*

14 Hæc reſolutio communis eſt apud Interpretes noſtros ſentientes, Ius commune per *dict. l. 21. Taur.*, fuiſſe correctum in hoc, quod melioratus in parte bonorum poſsit à creditoribus hæreditarijs conueniri. Ita docent Cifuent. *ibi numer. 2.* Matienz. *dict. gloſ. vltim. numer 3.* Suar. *in l. quoniam in prioribus, ampliat. 7. num. 8. C. de inoff. teſtam.* Garc. *dict. numer. 63. verſ. In altero vero caſu,* Olan. *in antinom. verb. legata, numer. 7. & verb. melioratio numer. 34.* Parlador. *different. 146. à num. 11.* Palac. Rub. & Tell. Fernand. *in dict. l. 21. Taur.* & alij plures.

15 Sed oppoſitum, imo nihil lege Regia innouatum eſſe, nec poſſe melioratum a creditoribus conueniri, placuit Molin. *dict. numer 14. verſ. In ſecundo articulo.* Azeued. *in dict. l. 5. Recopilat. numer. 10. 11.* Gregor. Lop. *vbi proximè.* Angul. *in dict. l. 5. gloſ. 8. numer. 3.* Quam opinionum contrarietatem componūt Gutier. *dict. quæſt. 58. numer. 16.* & Auendañ. *in dict. l. 21. numer. 10.* ſic diſtinguendo, aut hæreditas non eſt diuiſa, nec tradita pars meliorato, & tunc hæres tantùm conueniri poteſt, vt Molina docet. Aut iam bona tranſlata ſunt in melioratum, & hic in Iudicium pro ære alieno hæreditario vocandus erit.

Quæ diſtinctio apertiſsima ratione 16
iuuatur, nam cum hæres antequam tradat bona hæreditaria meliorato poſsit ex eiſdem æs alienum propria authoritate deducere, vt nuper dicebamus, ipſe vexari à creditoribus debet, non melioratus, qui cum non poſsideat, ex quo ſoluere poſsit, non habet. Poſt traditionem autem bonorum ipſe melioratus ex diſpoſitione Taurinæ legis eſt conueniendus ad circuitum vitandum pro rata ſcillicet ſuæ meliorationis, pro qua quo ad effectum etiam iure ciuili tenebatur, vt ſupra oſtendimus. Ex his conſtat, ius commune correctum eſſe in hoc caſu iuxta communem opinionem, quę ſic accipi debet. Tutiùs quidem erit, tam melioratum, quàm hæredem ſemper cōuenire ob ſententiarum diuerſitatem, quod ad monent Molin. *dict. numer. 14. ver. Quod etiam probatur in fin* Gutier. *numer. 18.* qui *numer. 19.* aduertit, in praxi obtinuiſſe, vt melioratus directò conueniatur ob æs alienum.

Ibi: *Tertiò, eadem* Regia *conſtitutio.*

Eum, cui res certa prælegatur, iure cō- 17
muni extra dubium eſt, immunem prorſus eſſe ab æris alieni ſolutione, Gutierr. *num. 15.* Molin. *dict. cap. 10. nu. 10.* Greg. Lop. *dict. gloſ. 1.* Pat. Molin. *ſupra num. 2.* Valaſc. *conſultat. 110. num. 19. lib. 2.* Palac. Rub. *in l. 19. Taur.* Olan. *ſupra verb. melioratus in re certa num. 34.* Azeued. *in dict. l. 5. numer. 1.* Peralta *in dict. §. Qui fideicommiſſam, ex n. 143.* Caſtill. *in d. l. 21. Tauri,* & omnes id ſupponunt, qui de eiuſdem intellectu diſſeruerunt. Dubium autem nō leue eſt inter Noſtrates, num hoc correctum fuerit per prædictā

 Tan-

Taurinam conſtitutionem quoad melioratum in re certa, ita vt ſimul cũ hærede onus æris alieni ſuſtineat pro rata ſuæ meliorationis? Affirmant Palac. Rub. & Tell. Fernand. *vbi ſupra*, Mier. *dict. quæſt.* 61. Matienç. *ſupra numer.* 11. Garc. *dict. l. numer.* 63. Negant, & rectiùs, Molin. *dict. numer.* 14. *à princip.* Gregor. Lop. *dict. gloſ.* 1. Auendañ. *numer.* 13. Perait. *dict. numer.* 143. Angul. *dict. gloſ.* 8. *numer.* 3. Gutier. *dict. quæſt.* 58. *numer.* 11. 15. ſentientes, dictam conſtitutionem, dum rei certæ meminit, intelligendam, cum quis melioratur in tertio, vel quinto præſtando in certo fundo, vel domo, quo caſu melioratum teneri fatentur, ſecùs vbi nulla quotæ bonorum mentione facta, filius in aliqua re particulari melioratur, quoniam tunc ære alieno ipſe non oneratur iuxta iuris communis regulas, vt rectè explicat Molina, atque ita legum correctio euitatur, maximè cum, ſicut obſeruant Hiſpani DD. leges Taurinæ, vt plurimum, non venerint ad corrigendum, ſed ad ius commune declarandum Gutierr. *num.* 10. *in fin.* Palac. Rub. *in l.* 27. *Taur.* Burg. de Paz *in proœmio ad illas*, *numer.* 432. Molin. *ſupra lib.* 3. *capit.* 6. *numer.* 14. Ceuall. *commun. tom.* 2. *quæſt.* 762. *numer.* 117.

Verſ. *Quàm ob rem.*

18 Iuxta hic tradita per Dom. Couarruuias eſt intelligenda vltima opinio Molinæ, nam licèt melioratus in re certa non teneatur pro rata ad ſolutionem eius, quod teſtator debebat, id verum non eſt, quando ob æs alienum contingit, vt rei prælegatæ valor excedat tertium, & quintum bonorum, tunc enim quoad exceſſum tenetur melioratus, quod & iure communi obſeruabatur, cum plus legatum fuerat, quàm licebat per leges, *l.* 2. *§. vltim. ff. de condict. indebiti*, *l.* 1. *& per totum*, *ff. ſi cui pluſquam per leg. falc.* atque ita nihil lege Regia circa hoc innouatum fuiſſe, ſentit Dom. Couar. qui apertè cum Molina, & ſequacibus conuenit, qui quidem inficiari non poterunt, prælegatum fundi, vel domus minui propter æs alienum, quando, hoc deducto, plùs quàm tertium, & quintum bonorum abſorbet, vt probant Gutierr. *dict. quæſt.* 58. *numer.* 14. poſt alios Molin. *numer.* 14. *verſ. Ex eiſdem*. In eo autem ab iſtorum doctrina Author diſcedit, & accedit contrarijs, quod putat, pro eo exceſſu licere creditoribus melioratum conuenire iuris communis correctionem admittens, ſecundùm quod nulla erat actio aduerſus legatarios pro æris alieni hæreditarij exactione, quæ correctio cum quoad effectum nulla ſit, facilè admitti poteſt ad circuitum vitandum, etſi Molina, & qui cum eo ſentiunt, penitus correctionem excludant, aſſerentes, *dict. l. Taur.* ad hanc ſpeciem non pertinere, de qua loquuta non eſt, Molin. *vbi proximè*.

Num. 3.

Legatum certę partis bonorum mobilium, & immobilium, vel vſusfructus eorum particulare eſt, Alexand. *conſ.* 45. *numer.* 12. *lib.* 1. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 9. *titul.* 2. *numer.* 1. Mareſcot. *variar. lib.* 1. *capit.* 29. *numer.* 56. Menoch. *dict. præſumpt.* 143. *numer.* 6. Corn. *conſ.* 173. *numer.* 9. *lib.* 5. Nam diſpoſitio non refertur ad vniuerſum defuncti patrimonium, cum iura, & actiones non complectatur, Mareſcot. *ſupra* Merlin. *de pignorib. libr.* 2. *quæſt.* 29. *numer.* 52. Beroi. *in capit. nulli*, *numer.* 73. *verſ. Hæc declaratio*, *de reb. Eccleſ. non alienand.* Fuſar. *quæſtion. forenſ. libr.* 1. *quæſt.* 2. *à numer.* 6. Menoch. *dict. lib.* 4. *præſumpt.* 142. *numer.* 19. Rebuff. *in l. mouentium*, *ff. de verbor. ſignificat.* Caualcan. *ſupra numer.* 83. Abbas *in dict. capit. nulli*, *numer.* 9. Quæ tertiam ſpeciem bonorum conſtituunt, *l. quam tuberonis* 7. *§. In pecul. ff. de pecul. l. à Diuo Pio* 15. *§. In venditione*, *ff. de re iudicat.* Merlin. *num.* 50. 51. Hermoſill. *in l.* 9. *gloſ.* 1. *numer.* 22. *titul.* 4. *part.* 5. Gait. *de credit. capit.* 4. *quæſt.* 7. *numer.* 341. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 222. *num.* 93. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 21. *num.* 44. *part.* 2. Menoch. *cum multis, conſ.* 300. *numer.* 38. Anton. Fab. *de errorib. decad.* 5. *error.* 10. *in princip.* Theſaur. *quæſtion. forenſ. libr.* 1. *quæſt.* 2. *numer.* 1. 2. Trentacinq. *ſupra libr.* 3. *titul. de donat. reſolut.* 9. *numer.* 13. Gratian. *diſceptat. forenſ. capit.* 29. *numer.* 25. Rot. *deciſ.* 545. *numer.* 1. *part.* 1. *diuerſor.* Tuſch. *liter. L. concluſ.* 124. 19



20 Quod receptius eſt, ac tenendum in qualibet diſpoſitione, licèt aliqui ſentiant, iura, & actiones reduci debere ad mobilia, vel immobilia ſecundùm naturam rei, ad quam ius, vel actio competit, nam ſi mobilis ſit, & ius inter mobilia computabitur, ſin verò immobilis, ius quoque immobile reputabitur. Ita Bartol. *in dict. l. mouentium in fin.* Brun. *in tractat. quod extantib. maſcul. fœmin. excludant. articul.* 8. *quæſt.* 26. Pinell. *in rubric. part.* 1. *numer.* 29. *C. de bon. matern.* Rodrig. *de ann. reditib. lib.* 1. *quæſt.* 3. *numer.* 9. & alij quos refert Merlinus *ſupra numer.* 62. Hæc enim doctrina tunc duntaxat eſt certa, cum neceſſario iura, & actiones adſcribenda ſunt mobilibus, vel immobilibus, quo caſu præfata diſtinctione erit vtendum, veluti ſiquis teſtamento ſuo Caio, & Seio bona ſua reliquerit, vnum hæredem mobilium, & alterum immobilium ſucceſſorem inſtituens, notant Parlador. *dict. capit. in. part.* 5. *§.* 3. *num.* 15. Merlin. *numer.* 70. *verſ. Sunt tamen*, *& numer.* 71. Trentacinq. *dict. numer.* 13. *verſ. Veritas eſt*. Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 7. *numer.* 15. Rota apud Gratian. *dict. cap.* 29. *nu.* 24. Beroi. *in d. cap. nulli, num.* 73.

21 Sed ſi appareat ex coniecturis voluiſſe teſtatorem, appellatione mobilium, & immobilium iura, & actiones comprehendere, erit legatum eorum bonorum vniuerſale, ac ſi abſque illius qualitatis adiectione fuiſſet relictum (licèt aliud in vſufructu legato dicendum ſit, vt inferius conſtabit) Mareſcot. *dict. capit.* 29. *num.* 56. 57. Mantic. *dict. lib.* 9. *titul.* 7. *numer.* 4. Theſaur. *dict. quæſt.* 2. *numer.* 4. Merlin. *num.* 54. *verſ. Quæ omnia ſilent*. Abb. *vbi proximè*. Nam ex voluntate teſtatoris verborum à proprietate recedendum eſt, *l. non aliter* 67. *ff. de legat.* 3.

22 Ex præmiſſis apparet, huiuſmodi legatarium quotæ, vel vſusfructus bonorum mobilium, & immobilium, vt rei certæ, & non vniuerſitatis ſucceſſorem nullatenus ad onus æris alieni hæreditarij eſſe aſtrictum, vt pro eo poſſit conueniri. Imò nec ex tali legato, quod defunctus debebat, deducendum, niſi plus ſit relictum, quàm vires hæreditatis ferre poſſunt, Menoch. *dict. præſumpt.* 143. *num.* 6. Caſtill. *dict. capit.* 59. *numer.* 2. Craſſ. *ſupra quæſt.* 35. *numer.* 5. Ioann. Dilect. *de art. teſtand. cautel.* 42. Benedict. *in cap. Rainutius*, *verb. Cætera bona, num.* 43. *de teſtament.*

Num. 4.

Qui omnium bonorum legato à teſtatore honoratur, tenetur ad debita eius ſoluenda, poteſtque à creditoribus hæreditarijs conueniri, vt cum D. Couarruu. ſuſtinent Molin. *vbi proximè dict. capit.* 10. *numer.* 1. *verſ. In primo caſu*, *cum numer. ſequentib.* Auendañ. *in l.* 21. *Taur. numer.* 2. Perait. *in l.* 3. *§. Qui fideicommiſſam*, *numer.* 140. *ff. de hæredib. inſtituend.* Paul. de Caſtr. *in l. ſiquis ſeruum*, *§. fin. num.* 4. *ff. de legat.* 2. Burg. de Paz *capit.* 7. *de maiorat.* Et contra eum exequutio etiam competit, Ioan. Parlador. *quotidianar. lib.* 2. *cap. fin. part.* 4. *§.* 2. *numer.* 2. Bolañ. *in Curia*, *lib.* 1. *part.* 2. *§.* 10. *numer.* 5. Idem iuris eſt, ſi pars hæreditatis legetur, Molin. *numer.* 7. Sed ſecus erit, cum pars bonorum relinquitur, Molin. cum alijs, *num.* 58. 23

Ibi: *In vſufructuario tamen omnium bonorum eam iure negandam.*

Is, cui vſusfructus omnium bonorum legatur, non cogitur hæreditarijs creditoribus reſpondere: Hæc concluſio contra Bartolum communiter probatur, Menoch. *numer.* 9. *verſ. Altera, & ſecunda fuit opinio*, Salgad. *in labyrinth. creditor. part.* 1. *capit.* 2. *§. vnic. numer.* 5. Mareſcot. *variar. dict. lib.* 1. *capit.* 29. *numer.* 31. Caſtill. *ſupra à numer.* 17. Surd. *de aliment. titul.* 2. *quæſt.* 29. *num.* 2. Morla *in empor. iur. tit.* 12. *quæſt.* 2. *numer.* 3. And. Gail. *practicar. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 146. *num.* 1. Spin. *in ſpecul. teſtament. gloſ.* 13. *numer.* 82. Petr. Pecch. *de teſtament. coniugum lib.* 5. *capit.* 9. *numer.* 6. Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 191. *numer.* 5. Cardinal Tuſch. *practicar. concluſion. liter. L. concluſ.* 146. *nu.* 1. Alexand. Trentacinq. *dict. reſolut.* 9. *numer.* 3. *verſ. Secunda eſt opinio*, Amat. *Marchiæ deciſ.* 39. 24

*numer.* 9. Maſtrill. *deciſ.* 3. Cyriac. *dict. controuerſ.* 489. *numer.* 1. *cum ſequentib.* vbi plurimi Anton. Faber. *in ſuo Cod. libr.* 3. *titul.* 23. *de vſufruct. definit.* 1. Griuell. *deciſ.* 73 Amendol. *in Addit. ad* Franch. *deciſ.* 146. *num* 8. 9. Capic. Latr. *deciſ.* 102. *à numer.* 24. Olea *de ceſſion. iur. tit.* 3. *quæſt.* 9. *nu.* 17. Quod adeo verũ eſt, vt, ſi teſtator exprimeret, ſe velle, fructuarium teneri ad æris alieni ſolutionẽ, ſint nihilominus actiones in hæredem dirigendæ, Griuell. *ſupra num.* 7. Anton. Fab. *coniectur. lib.* 18. *coniect.* 18. Cyriac. *vbi proximè, num.* 13. *verſ. Denique in deciſionibus.* Ratio præcipuæ reſolutionis eſt, nã legatarius iſte eſt particularis ſucceſſor, in quem actiones hæreditariæ tranſire non poſſunt, cum vſusfructus ius ſit diſtinctum, ab ipſis bonis, eorumque vniuerſitate, Cyriac. *dict. controuerſ.* 489. *à princip.* Aegel. *de legitim. contradict. quæſt.* 12. *num.* 43.

25 Sunt tamen aliqui, quibus contraria Bartoli opinio placet Lancellot. Pollit. *in l. fin. ff. de vſufruct. legat.* Bald. *conſ.* 23. *in fin. volum.* 2. Decian. *conſil.* 278. *colum. fin.* Garcia *dict. capit.* 11. *verſ. Quod ſi relinquatur*, Practica Papienſ. *in forma libelli, quo agit. ad dot. verbo, dedit, & verbo legauit col.* 2.

26 Sed priore contra Bartolum opinione recepta nõnulla circa ipsã oportet adnotare. Primum procedere, etiam cum quis in vſufructu omnium bonorum inſtituitur, dato cohærede vniuerſali, nam adhuc legatarij particularis loco erit, ne à creditoribus conueniatur, vt in re certa inſtitutus, *l. quoties* 13. *C. de hæredib. inſtituend.* Surd. *de aliment. titul.* 9. *quæſt.* 25. *numer.* 31. Gratian. *ſupra capit.* 518. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 49. *num.* 35. Caſtrenſ. *conſ.* 294. *numer.* 3. *colum.* 2. *verſ. Nunc videndum, volum.* Simon de Prætis *ſupra libr.* 3. *interpretat.* 1. *dubitat.* 1. *ſolut.* 1. *numer.* 8. Beroi *in dict. capit. Rainutius, num.* 252. Mareſcot. *dict. lib.* 1. *capit.* 30. *numer.* 34. Cephal. *conſil.* 37 *numer.* 23. *verſ. His præmiſsis, lib.* 1. Merlin. *ſupra libr.* 4. *quæſt.* 151. *numer.* 3. Matheſilan. *dict. ſingul.* 4. *numer.* 2. Franciſc Marc. *deciſ.* 133. *in princip.*

27 Secundùm, animaduertendum erit, quod ſicut fructuarius non poteſt a creditoribus moleſtari, ita neque ipſe agere aduerſus debitores hæreditarios, ſine hæredis ceſsione permittitur, Grat. *ſupra quæſt.* 34. Caſtill. *numer.* 27. Caualcan. *numer.* 189. Merlin. *dict. quæſt.* 151. *numer.* 15. Pedroch. *conſ.* 7. *numer.* 174. 175. quod tamen ſine controuerſia non eſt, vt videre licet apud Olea *ſupra titul.* 4. *in miſcellanea à numer.* 23. qui cum alijs ſentit fructuarium iam conſtitutum in vſusfructus quaſi poſſeſsione nõ indigere ceſsione proprietarij, vel hæredis, ſed non recedendo à prima opinione debet intelligi, ſi agatur ad res, ex quibus fructus ſunt percipiendi, nam ad fructus ipſos, ſiue redditus, dubium non eſt, quin poſsit per ſe fructuarius poſt vſumfructum conſtitutum agere, vt obſeruant Merlin. Caſtill., & alij, qui ex hoc infert, vt inſtrumenta non apud fructuarium, ſed apud hęredem ſint ſeruanda. Tertiùm ex his oportet obſeruare, quod ſi redimatur cenſus, pecunia eſt fructuario tradenda non hæredi, modò idoneam cautionem *præ*ſtiterit, Olea *titul.* 6. *q.* 6. *nu.* 20. Seſſe *deciſ.* 63. *tom.* 1. Salgad. *dict. part.* 1. *capit.* 19. *numer.* 5. Fontanell. *ſupra clauſul.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 5. *numer.* 5. Etſi tutius ſit vtrique principale cenſus ſoluere, Cenci *de cenſib. quæſt.* 109. *numer.* 66. Denunciatio vero quæ ſolet præcedere ante bimeſtre cenſus redemptionem, ſufficit, quod ſoli fructuario fiat, Cenc. *quæſt.* 111 *numer.* 8. Duard. *ad bullam, §.* 5. *quæſt.* 19. *numer.* 8.

Quartùm, fructuarium teneri ad one- 28
ra rebus ipſis, in quibus vſusfructus conſtituitur, impoſita, Mori. *dict. quæſt.* 2. *numer.* 10. Pinell. *in l.* 1. *part.* 2. *à numer.* 72. *C. de bonis matern.* Molin. *de primogen. dict. lib.* 1. *cap.* 27. *à numer.* 8. Caſtill. *dict. tract. de vſufruct. capit.* 56. *à numer.* 14. Felician. *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cavit. vlt.* Cenc. *quæſt.* 89. Narbon. *in l.* 27. *gloſ. vnic. numer.* 32. *titul.* 4. *lib.* 2. *Recopilat.* Vander. *ſingul.* 10. ex quibus diſcere poteris, quæ onera ad vſumfructuarium ſpectent. Quid autem bonorum omnium vſufructu contineatur, latè tradit Mareſcot. *dict. cap.* 30. & Menoch. *d. lib.* 4. *præſumpt.* 142.

Quintum, præfatæ ſententiæ prin- 29
cipali locum non eſſe, cum agitur actione reali, quo caſu poterit fructuarius conueniri, vt per Merlinum *dict.*

*quæſt.*



*quæſt.* 151. *à numer.* 7. Cyriac. *dict. controuerſ.* 489. *num.* 14. *cum ſeqq.* Caſtill. *cap.* 6. *num.* 28. & diximus *ſupra hoc cap. num.* 4. *cum ſeqq.* Idem iuris eſt, ſi ſint debita annua, quæ ex fructibus ipſis ſolui debent, Menoch. *dict. præſumpt.* 143. *num.* 18. Cyriac. *vbi proximè, num.* 13. Merlin. *dict. quæſt.* 151. *numer.* 5. vbi alios laudat. Vide infrà num. 41.

Ibi: *Poſſet ſanè Bartoli opinio admitti.*

30 De hoc videnda ſunt tradita, *ſupra numer.* 9 *cum alijs*, & vltrà ibi laudatos conſulendi ſunt, Rodrig. *de exequut. cap.* 4. *à num.* 25. Roland. à Vall. *conſ.* 8 *volum.* 2. Veriuſque eſt Bartoli ſententiam admitti non poſſe, nec in fructuario totius hæreditatis, & quemadmodum D. Couarruu. conſtituit differentiam inter legatum omnium bonorum, & legatum vſusfructus eorum. Ita diſtinguendum eſt, an hæreditas, vel quota eius legetur, vel vſusfructus, hic enim ius particulare eſt ab eadem hereditatis vniuerſitate diſtinctum, Cyriac. *numer.* 8. quod probatur etiam ex *DD. adductis nuper, num.* 35.

Ibi: *De donatario autem omnium bonorum.*

31 Ad hoc, videndi ſunt Merlin. *dict. lib.* 4. *quæſt.* 143 *per tot.* Parlad. *dict. part.* 4. *§.* 2. *num.* 5. Gutierr. *dict. quæſt.* 58. *à num.* 6. Boer. *deciſ.* 204 Guid. Pap. *deciſ.* 105. Coſt. *de remed. ſubſidiar. remed.* 108. Giurba *deciſ.* 62. *num.* 32. Amat. *variar. reſolut. tom.* 2. *reſolut.* 58. Mier. *part.* 1. *quæſt.* 24. *à princip.* Ioann. Bapt. Thoro *vot.* 3. Cancer. *part.* 1. *cap.* 8. *num.* 68. Ex quibus conſtat, de iuris rigore non poſſe donatarium omnium bonorũ cõueniri actione perſonali à donatoris creditoribus, fallit tamen vbi nullus exiſtit hæres ei, qui donauit, vel ſi notoriè appareat, donatorẽ non eſſe ſoluendo, nam ęquitate ſuadente circuitus vitandi cauſa directo contra præfatum donatarium venire permittitur, Merlin. *numer.* 4. *verſ. diſtinctionis fœdere*, Amat. *à num.* 13. Olea *dict. titul.* 3 *quæſt.* 9 *num.* 26. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 14. *numer.* 11. Caroc. *deciſ.* 125. *num.* 3. & plerique ex *proximè* laudatis. Hipothecaria verò indiſtinctè omnium bonorum donatarius conuenitur, Merlin. *nu.* 8. Cyriac. *num.* 5. Nec excuſſionis exceptione defenditur, Merlin. *lib.* 5. *quæſt.* 69. *numer.* 48.

Num. 5.

Hanc quæſtionem examinant Me 32
noch. *d. lib.* 4. *præſumpt* 141 *à num* 33. Caſtill. *ſuprà cap.* 8. *à num* 24. Et valere legatum vſusfructus omnium bonorum, hærede non inſtituto, niſi poſt mortem fructuarij, receptum eſt, ac tenendum cũ Menoch. Caſtill. *num.* 31. Gail. *dict. lib.* 2. *obſeruat.* 143. *num.* 2. Viglio *in §. Hæres, num.* 6. *inſt. de hæredib. inſtit.* Crat. *quæſt.* 23. *num.* 2. Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 499. *numer.* 46 Caualcan. *num* 69. 224. Sim. de Præt. *lib.* 3. *ſolut.* 1. *num.* 35. Tell. Fernandez *in l.* 3. *Taur. part.* 3 *n.* 10. Sforc. Odd. *conſ.* 91. *n.* 9. 10. Montepic. *in dict. §. Titia cum nuberet, quæſt.* 26. *numer* 114. Salgad. *dict. §. vnic. num* 8. Mantic. *ſup lib.* 4. *tit.* 5. & alij plures congeſti a Paril. *conſ.* 97. *num.* 7. 8. *lib.* 2. & à Socin. Iunior. *conſ.* 85. *num.* 13. *lib.* 1. Quorum plures D. Couarr. doctrinam probant: ſcilicèt vſufructuarium legatarium cenſeri, hęredẽque poſt mortem inſtitutum poſſe, viuo illo, ſtatim adire, & tranſmittere hæreditatem, temporis intercapedine ſublata, quoniam hæc fuiſſe teſtatoris mens creditur, quod etiam iure Regio procedere, docent Caſtill. & Salgad. ſupra. Qui quidem hæres conueniri à creditoribus hæreditarijs poterit, ipſeque aſsignabit bona, ex quibus æs alienum ſoluatur, ſine magno fructuarij detrimento, Caſtill. *num.* 33. Crat. *quæſt.* 35. *num.* 7 Caualc. *dict. num.* 214. Montepic. *num.* 153. Menoch. *dict. præſ.* 143. *num.* 15 Quę etſi vera ſint, controuerſia non carent, nam varias in ſentẽtias ab Interpretibus itum eſt, vt conſtat ex Menoch. *dict. præſumpt.* 141. *à num.* 40. Caſtill. Salgad Mantic. *vbi proximè*, Mateſilan. *dict. ſing.* 4. Merlin. *dict. quæſt.* 151. *num.* 14. Trentacinq. *dict. reſolut.* 6. *num* 7.

Ibi: *Et idem erit, vbi Titius fuerit hæres.*

Huius opinionis ſunt, Caſtill. *d. cap.* 8. 33
*numer.* 44. Emman. Suar. *receptar. ſentent. lit. V. num.* 114 Imol *in l. filius à patre, ff. de liber. & poſthum.* Cyriac. *vbi proximè, numer.* 47. & alij relati à Caſtillo ibidem, & a Menochio *conſil.* 273. *numer.* 9.



qui

qui ſentiunt, Idem hoc caſu, ac proximo præcedenti dicendum, nam inſtitutus in vſufructu legatarij loco eſt, & abſolutè inſtitutus poſt mortem eius verè eſt hæres.

34 Frequentiùs tamen admiſſũ eſt, huiuſmodi inſtitutum in vſufructu hæredem vniuerſalem eſſe, detracta rei certę mentione, iuxta *l.1 §. Si ex fundo, & l. ſi ita quis hæres 74. ff. de hæred. inſtit.* cum onere reſtituendi hæreditatem poſt mortem ei, qui in id tempus fuit inſtitutus, Menoch. *cum multis dict. conſ. 273. num. 6. & dict. præſumpt. 141. num. 26. verſ. Secundũ quod, & num. 27.* Craſ. *dict. quæſt. 23. n. 3.* Durand. *de arte teſtand. tit. de legat. caut. 39 num. 2.* Crot *in l. re coniuncti, à n. 179. ff de legat. 3.* Peregrin. *de fideicomm. art. 5. num. 21.* Gail. *d. obſeruat. 143. nu. 5.* Præt. *dict. lib. 3. ſolut. 1. num. 7.* Salgad. *ſupra n. 13.* Mantic. *dict. tit. 5. art. 7.* Caualcan. *num. 72.* Fuſar. *de fideicomm. quæſt. 277. n. 41. 42.* Vndè infertur, quod, ſi inſtitutus poſt mortem decedat ante inſtitutum in vſufructu, nihil ad hęredes tranſmittet, Salgad. *num. 25.* Menoch. *dict. conſ. 273. num. 12.* & alij ex laudatis proximè.

35 Sed ſi nullus hæres deſignetur à teſtatore poſt mortem inſtituti in vſufructu, inducitur fideicommiſſum in fauorem eorum, qui abinteſtato ſucceſſuri erant teſtatori, quibus, mortuo fructuario, bona ſunt reſtituenda, Caſtill. *num 45.* Caualcan. *num. 75.* Sforc. Odd. *num. 4.* Montepic. *ſupra num. 26 27.* Salgad. *num. 23.* Menoch. *dict. præſumpt. 141. num. 5.* Petrus Pecch. *ſup. lib. 5. cap. 4. in fin.* Cum verò vxor quocunque titulo fructuaria omnium bonorum relinquitur, filio teſtatoris poſt eius mortem inſtituto, filius cenſetur ſtatim inſtitutus in ſua legitima, tam in vſufructu, quàm in proprietate, temporis dilatione ſublata, mulierque grauata ei, cum moriatur, cætera bona reſtituere, Menoch. *ſupra à num. 8.* de quo etiam Montepic. *à num 97.* Simõ de Præt. *num. 23.* legitima enim filiorum nullum grauamen patitur, Merlin. *de legitim. lib. 3 tit. 2. quæſt. 7. à num. 4.* Mareſcot. *dict. cap. 29 à n. 36.*

Num. 6.

36 Hæres, cum alij vſusfructus bonorum relinquitur poteſt per ſe ex bonis hęreditarijs, ante quã illa ad fruẽdum tradat, quod debetur deducere, hoc ſeruato ordine, vt prius ex pecunia, ſi extat, deinde ex actionibus, aut iuribus, & horum defectu ex venditione mobilium, ac tandẽ ex immobilium pretio creditoribus ſatisfiat, Merlin. *dict. q. 151. num. 4.* Caſtill. *dict. cap. 59. num. 19* Trentacinq. *d. reſolut 6. de peculio, num. 2.* Bellon. *conſ. 3 numer. 2.* Menoch. *d. præſumpt. 143 num 13 verſ. Altera fuit opinio, & num. 19* Mareſcot. *dict. cap 29 num. 32* Cyriac. *dict. controuerſ. 489. num. 9.* Pariador. *d. cap. fin. part. 4. § 2. num. 7.* Ceuall. *tom. 1. q. 191. num. 7. 8.* Gutier. *dict. quæſt. 58. nu. 9. 10.* Debentque minus fructuoſa prius diſtrahi, Mareſcot. *vbi proximè* Menoch. *conſ. 692. n. 35. verſ. & ex his intelligimus, & dict. præſumpt. 143. num. 19.*

37 Quod ſi iam bona tradiderit hæres, à creditoribus hæreditarijs conuentus ex eiſdem aſſignabit, quę ſufficiant ad æris alieni ſatisfactionẽ vt docent vltra laudatos nuper Gail. *dict. lib. 2. obſeruat. 146. num. 7.* Cyriac. *tom 3. controuerſ. 510. nu. 11.* Petr. Ricciard. *in §. Conſtituitur num. 24. verſ. Sed benè verũ eſt, inſt. de vſufruct.* Caualcan. *num. 221.* Petr. Barboſ. *in l. maritum, num. 21. ff ſolut. matrim.* Bolaños *d. §. 10. num 9.* Oportet tamen, vt vterque citetur ſemper in prędictis caſibus, Craſ. *ſuprà num. 36.* Ceuall. *dict. quæſt. 191. in fin.* Gutier. *quæſt. 58. numer. 18.* Trentacinq. *ſupra num. 3.* Merlin *dict. q. 151. num. 12.* Matheſil. *ſupra nu. 2.* Caualcan. *num. 217.* Alioqui cõtra non citatũ, quatenus ſua intereſt, exequutioni locus nõ erit, Trentacinq. *dict. lib. 1 tit. de intereſſe, reſolut. 5. num. 3. in fin* Caſtill. *cap. 34. numer. 5. 6.* Merlin. & Cyriac. *vbi proximè.*

Ibi: *Procedit tamen, niſi ex coniecturis.*

Adde Menoch. *dict. præſumpt. 143. nu. 20. cum ſequentibus.*

Num. 7.

38 Vſufructuarius omnium bonorum nõ tenetur ad legatorum ſolutionem, ſed hæres debet conueniri, Menoch. *d. præſumpt. 143. num. 18.* Spin. *dict. gloſ. 13. n. 82.* Tuſch. *lit. L. concluſ. 146 nu. 1* Trentacinq. *dict. tit. de peculio, reſolut 6. num. 15.* Matheſilan. *dict. ſingul. 4.* Montepic. *quæſt. 60.* Merlin. *dict. quæſt. 151. num. 3.* Garc. *de expenſ. cap. 11. à num. 6.* Ceuall. *ſuprà num. 5.* vbi plures.

Ibi:



Ibi: *Primò, etenim ſi legata fuerit res.*

39 Vſufructu omnium bonorum relicto vni, & alteri fundo, vel alia re particulari legata ab eodem teſtatore, vniuerſalem vſufructuarium cum legatario particulari æquis portionibus in vſufructu concurrere iuxta *l. ſi alij 19. ff. de vſufruct. legat.* tenẽt cum D. Couar. Mareſcot *d. cap. 30. num. 17.* Craſ. *d. §. Legatum, quæſt. 25. num. 1.* Caſtill. *ſupra cap. 47. nu. 6.* Caualc. *n. 45. 221.* Mantic. *d. lib. 9. tit. 6. n. 22. 23* Prætis *lib. 4. interpret. 1. n. 22.* Barb. *ſup. n. 22.* Gratian. *c. 350. n. 4.* & alij plures ab his laudati, eſtque procuidubio receptior ſententia. Sed contrarium: nempè legatarium rei particularis non concurrere, imò integrũ vſumfructũ habere, quia generi per ſpeciẽ derogatur, cum Baldo ſuſtinent Ant. Gom. *variar. lib. 2. c. 15. n. 5.* Petr. Pecch. *ſupra cap. 9. nu. 1.* Sarmient. *in d. l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 7. verſ. Et ita non placet*, Lancellot. Polyt. *in d. l. re coniuncti, nu. 7.* & alij relati a Caſtillo, *vbi proximè num. 5* Cuius ſententiæ fundamento nõ ſatisfaciunt DD. contra ſentientes, dum aſſerunt generi per ſpeciem non derogari, niſi cum circa idem verſatur diſpoſitio, nam præter quam quod ſuam diſtinctionem, ac limitationem ad regulam iuris nulla lege probant, obſtat eiſdem *textus in §. 1. inſt. de vſufructu*, vbi habetur, quod ſi legetur vſusfructus fundi hæres nudam proprietatem obtinebit, legatarius verò integrum vſumfructum. Igitur idem in caſu, de quo agimus, erit dicendum ob ſimilitudinem, paritatemque rationis, quem textum pro ſua opinione Gomezius expendit, cui libentius adhęrerem, niſi ex mente teſtatoris contrarium colligatur, veluti ſi tot res particulares ex bonis legaret, vt inutile, aut valdè tenue relinqueretur legatum vſusfructus bonorum, tunc quidem ex præſumpta voluntate defuncti vſufructuarius vniuerſalis cum legatarijs particularibus ad partem vſusfructus rerum ſingularum admitteretur, argumento *l. ſi quando 112 ff. de legat. 1.* quæ in legatis quantitatis non procedunt. Vide *infra num. 42.*

Ibi: *Secundò, vbi vni certus fundus.*

40 Hæc eſt notiſsima iuris deciſio *in d. l. ſi alij*, cuius meminere Anton. Gom. *vbi ſupra*, Caſtill. *d. cap. 47. num. 1* Sarmient. *n. 6.* Durand. *d. tract. de arte teſtandi tit. de legat. caut. 24.* Garcia *de expenſ. cap. 10. nu. 19 20.* Caualcan. *num. 45.* Prætis *dict. interpret. 1. num. 11.* Petr. Anton de Petra *de fideicommiſ. quæſt. 9. num 34.* Craſſ. *dict. quæſt. 25 num. 2* Spin. *dict. gloſ. 13. numer. 27. 28.* Pichar. *in §. 1. n. 3. inſt. de vſufruct.*

Verſ. *Tertiò, conſiderandum eſt.*

41 D. Couar. in præſenti ſequuntur Trentacinq. *dict. reſolut. 6 nu. 12.* Theſaur. *ſupra lib. 2. quæſt. 32 num 5.* Menoch. *dict. præſ. 143. num. 18.* Iaſo *in l. 1. num 4. ff ad Trebelian.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 265. n. 56.* Caſtill. *ſupra cap 58 n. 10 12* Surd. *deciſ. 193.* Gratian. *ſupra cap. 193. n. 1. & c. 350. n. 26.* Craſſ. *q 36 num. 2* Gail. *dict. obſeruat. 146 num 8* Spin. *dict. gloſ. 13. nu. 82.* Merlin. *dict. quæſt. 151. nu. 5.* vbi alij. Ex quibus conſtat, vſufructuarium omnium bonorum teneri ad annua legata, pro quibus directò à legatarijs poterit in iudicium trahi, vt ea ex fructibus ſoluat, dixit *ſupra n. 29.*

Verſ. *Cæterum, ſi legata annua non ſint.*

42 Legata, quæ annua non ſunt, ab hærede petuntur, à quo ex bonis hæreditarijs præſtantur, Barboſ. *in dict. l. maritum. nu. 21.* Theſaur. *ſupra nu. 7.* Craſſ. *dict. quæſt. 36. num. 4.* & alij plures proximè laudati, in quibus, cum quantitatis ſint, vſufructuarius omnium bonorum concurſum prætendere non poteſt, licèt in legatis aliarum rerum contra magis communiter placeat, vt oſtendimus *ſupra num. 39* quam differentiam notat Craſſ. *vbi proximè d. n. 4. & 5.*

Ibi: *Sic dum Alexander in d. l. vſufructu.*

43 Vſufructuarius ex teſtamento, & legalis quoad effectũ minimè diſtinguuntur, vterq; enim, bonis venditis, patitur deminutionem ad ſoluenda legata, non tamen tenetur ea ex fructibus ſoluere, niſi ſint annua. In eo autem ſolùm differunt, quod legalis, vt patet, poteſt directò à legatarijs conueniri, ipſeque bona diſtrahit, vt ſatisfaciat, cum legitimus ſit adminiſtrator. At vſufructuarius ex diſpoſitione hominis pro legatis, quæ annuatim præſtanda non ſunt, ad iudicium nõ

tra-

hitur,ſed patitur,vt hæres conuentus ex bonis,in quibus habet vſumfructum,diſtrahat,quæ ſufficiant ad legatorum ſatisfactionem,Caſtill.*dict.cap.58.num.5.* Spin.*ſupra gloſ.13.num.82.* Garcia *de expenſ.cap.11.nu.6.* Tuſch.*lit.V.concl.321.n.21.* Morl.*d.q.2.n.4.*

Verſ. *Scribit ſanè Alexander.*

44 Alexandri aſſertio videtur accipienda,cum plus legatum eſt,quàm bona patiuntur, & ad deductionem falcidię omnium legatorum computatio fit,vt omnia pariter minuantur,quo caſu æſtimari debet vſusfructus, vt ſciatur, pro qua parte minuendus ſit, ne propter venditionem bonorum ad ſoluenda cætera legata maius detrimentum ſentiat vſufructuarius, quā cæteri legatarij,ſi enim propter falcidiam quarta pars ex legatis eſſet detrahenda, vſusfructus vtique pro quarta parte minuetur,atque ita tot bona relinquenda ſunt vſufructuario, vt pro alijs tribus partibus vtilitatem percipiat, quod attendendū admonet Alexander in venditione bonorum ad alia legata ſoluenda,ſed in æſtimatione vſusfructus non eſt habenda ratio bonorum omniū,ſed eorum, in quibus vſufructuarius ius eſt habiturus cum effectu, ſic ad computationem faciendam ex valore totius hæreditatis vltrà æs alienum deducenda ſunt legata quantitatis integra, & etiam certarum rerum ſaltim pro parte dimidia, ſi in vſufructu admittatur concurſus, aliàs integrè ſunt deducenda, & ex reſiduo valor vſusfructus bonorum, deductis oneribus,computabitur.

Verſ. *Quòd ſi quandoque.*

45 Iuxta præmiſſa cum de legis falcidiæ ratione imponenda tractetur, erit facienda taxatio vſusfructus, vel iuxta *l. cum Titio 55.ff.ad l.falcid.* habito reſpectu ad pretium,pro quo vendi poſſet, vel iuxta *l. hæreditatum 68.eod.tit.* Inſpecta ætate eius,qui fruiturus eſt, nam computationem, quam maluerit iudex, eligere poterit, Noguerol.*ex alijs allegat.37.n.75.*

46 An autem computatio *dict.l.hæreditatum*, ſit obſeruanda in alijs caſibus præter legem falcidiam? controuertitur,& non habere locum veriùs eſt, ſed valorē vſusfructus,alimētorum, vel cenſus ad vitā, vbi lege taxatus non eſt, iudicis arbitrio æſtimandum, qui tamen regulari poterit iuxta computationem dictæ legis, de quo D.Couar.*infra lib.3.cap.9.num.8* Molin.*de primogen.lib.1.cap.19.num 40.* Rodrig.*de ann.redditib.lib.1.quæſt.5.nu.17.* Eſcob. *de ratiocin. lib.2. comput. 2. à princip.* Pinel.*in l.2.part.3.cap.4.numer.32.C.de reſcind.vendit.* Padilla *in Auth.res quæ,num.3.C.commun.de legat.* Suar.*in l.quoniam in prioribus ampliat.3.num.9.10.C.de inoffic.teſtam,* Palac.Rub.*in Rubric.de donat.inter §.25.à num.2.*

# AD CAPVT Tertium.

## SVMMARIVM.

1 *Scribentes de l.2.C.de reſcind.vendit. referuntur.*

2 *Beneficium d.l.2. omnibus contractibus bonæ fidei commune eſt.*

3 *In contractu aſſecurationis locus eſt prædicto remedio, item in pretio, quod pro fide iubendo conſtituitur.*

4 *Artifices,qui opus aliquod faciendum pro certa quantitate ſuis expenſis ſuſcipiunt,eo auxilio non gaudent.*

5 *Item nec conductores Regalium redditu \u016b.*

6 *Pretium rerum quotuplex.*

7 *Pretium legitimum in indiuiſibili conſiſtit,& quilibet exceſſus debet reſtitui.*

8 *Pretium naturale triplex,& quare in indiuiſibili non conſiſtit.*

9 *De intellectu,l.in cauſæ 17.§.Idem Pomponius ff.de minorib.vſque ad num 14.*

15 *Seruitutes iuri naturali permiſſiuo contrariæ ſunt.*

16 *Læſio in emptione quatenus olim & nunc permiſſa.*

17 *Pro quacunque læſione circa quantitatem,vel qualitatem rei venditæ competit actio læſo.*

18 *Vſura non eſt vendere ſummo pretio ad creditum,quod præſenti pecunia infimo, quis eſſet venditurus.*





19 *Pretium rei venditæ, vt competat remedium d.l.2. quo tempore inſpiciendum.*

20 *Pretium rei,quomodo probandum, cum agitur de illo remedio.*

21 *Quantuſcunque exceſſus vltra dimidiam contractus reſciſſionem operatur.*

22 *Teſtis aſſerens, contrahentem fuiſſe vltrà dimidiam læſum, non probat, niſi dicti rationem reddiderit.*

23 *Quid operetur, vbi de remedio dict.l.2. agitur, depoſitio teſtis aſſerentis rem valuiſſe centum,& amplius.*

24 *Pretium iuſtum rerum ex particulari affectione non conſtituitur.*

25 *Pretium commune iuſtè exceditur propter affectionem venditoris nolentis res ſuas diſtrahere.*

26 *Declaratur prædicta reſolutio.*

27 *Quid inter valorem, & pretium interſit, & de pretiorum differentia.*

28 *Pretium iuſtum rebus, ex quo conſtituatur.*

29 *Licitum eſt apud barbaras gentes permutare res viliſſimas pro pretioſis, ſi ab eis hominibus communiter ita æſtimentur.*

30 *Pretium commune, nec augetur, nec minuitur ob ſumptus maximos, quibus merces comparatæ ſunt.*

31 *Non poteſt quis tanti vendere, quanti emit vltra communem æſtimationem.*

32 *Pretium commune iuſtè transgreditur venditor propter damnum, quod ex alienatione peculiariter patitur, aut ſi compulſus vendat.*

33 *Pretium iuſtum excedi non poteſt, quia emptor peculiarem vtilitatem ex re empta eſt percepturus.*

34 *Res minoris emi poteſt propter onus, vel periculum annexum, & quid de nomine debitoris.*

35 *Res vendi poteſt cariùs ad creditum, cum periculum amittendi pretium, aut expenſæ faciendæ veroſimiliter timentur.*

36 *Valor rei conſideratur cum omnibus circunſtantijs, ex quibus pretium augeri, aut minui poteſt.*

37 *Typographorum error notatur.*

38 *Pretia rerum, ex quibus circunſtantijs augentur, aut minuuntur.*

39 *Res ita venditioni expoſitæ, vt eis emptor quæratur, minus valent.*

40 *An in venditione ſub haſta admittatur remedium d.l.2. & n.41.*

42 *Vilitas pretij rerum inopiam generare ſolet.*

43 *Merces victui neceſſarias dominus, publica vrgente neceſsitate, cogitur iuſto vendere pretio.*

44 *Eccleſiaſtici cogi poſſunt vendere res victui neceſſarias iuſto pretio tempore publicæ neceſsitatis, & hoc per iudices ſæculares.*

45 *Contrarium ſcilicèt non poſſe compelli per iudices ſæculares traditur, niſi Eccleſiaſtici iudices abſint, & periculum ſit in mora, aut negligenter ſe gerant.*

46 *Pretia rerum taxari debent tempore neceſsitatis publicæ, & quando ſecus.*

47 *An liceat vendere, habita fide de pretio, merces cariùs, quā præſenti pecunia venderentur, ſi conſuetudo ſit vendendi ad creditum, & pretium commune ſic vendendi non excedatur? vſque ad n.50.*

51 *De intellect.cap.in ciuitate de vſur.*

52 *Quando liceat ad creditum vendere pro pretio, quod currerit tempore ſolutionis.*

53 *Non licet vendere ad creditum quanti plurimi res fuerit vſque ad certum tempus.*

54 *Licitum eſt præſenti pecunia vendere vltrà iuſtum pretium currens, ſi venditor ad preces emptoris ſtatim diſtrahat, quod foret ſeruaturus in tempus, quo res plus eſſet valitura.*

55 *Quomodò iuſtum pretium computetur, quando res venditur cariùs, quoniam dominus eam eſſet ſeruaturus in tempus, quo plus valeat.*

56 *Qui merces ſeruaturus eſt in tempus, quo plus veroſimiliter valebunt, poteſt eas ad creditum vendere pro pretio curenti tali menſe, vel hebdomada.*

57 *Poteſt itidem conuenire, vt pretium præſtetur currens, cum ſibi placuerit intra tempus ad quod merces ſeruare deſtinauerat.*

58 *Vendere licet cariùs, habita fide de pretio, propter lucrum ceſſans.*

59 *Licitum eſt emere, anticipata ſolutione, infra pretium currens, modò dubium ſit, an tempore traditionis plus, vel minus res valitura ſit.*

60 *Quid in Hiſpania circa emptionem frumenti, anticipata ſolutione, ſit cantum, quidque obſeruetur.*

61 *Frumentum vetus quomodò licitè detur, vt tantundem ex nouo reddatur, & num.62.*

63 *Contractus, qui vulgo, Mohatra, dicitur, damnatur.*

64 *Quando mercator licitè poſsit merces, quas ad creditum vendidit, ab eodem emptore*

hitur, ſed patitur, vt hæres conuentus ex bonis, in quibus habet vſumfructum, diſtrahat, quæ ſufficiant ad legatorum ſatiſfactionem, Caſtill. *dict. cap. 58. num. 5.* Spin. *ſupra gloſ. 13. num. 82.* Garcia *de expenſ. cap. 11. nu. 6.* Tuſch. *lit. V. concl. 321. n. 21.* Morl. *d. q. 2. n. 4.*

Verſ. *Scribit ſanè Alexander.*

44 Alexandri aſſertio videtur accipienda, cum plus legatum eſt, quàm bona patiuntur, & ad deductionem falcidię omnium legatorum computatio fit, vt omnia pariter minuantur, quo caſu æſtimari debet vſusfructus, vt ſciatur, pro qua parte minuendus ſit, ne propter venditionem bonorum ad ſoluenda cætera legata maius detrimentum ſentiat vſufructuarius, quã cæteri legatarij, ſi enim propter falcidiam quarta pars ex legatis eſſet detrahenda, vſusfructus vtique pro quarta parte minuetur, atque ita tot bona relinquenda ſunt vſufructuario, vt pro alijs tribus partibus vtilitatem percipiat, quod attendendũ admonet Alexander in venditione bonorum ad alia legata ſoluenda, ſed in æſtimatione vſuſfructus non eſt habenda ratio bonorum omniũ, ſed eorum, in quibus vſufructuarius ius eſt habiturus cum effectu, ſic ad computationem faciendam ex valore totius hæreditatis vltrà æs alienum deducenda ſunt legata quantitatis integra, & etiam certarum rerum ſaltim pro parte dimidia, ſi in vſufructu admittatur concurſus, aliàs integrè ſunt deducenda, & ex reſiduo valor vſusfructus bonorum, deductis oneribus, computabitur.

Verſ. *Quòd ſi quandoque.*

45 Iuxta præmiſſa cum de legis falcidiæ ratione imponenda tractetur, erit facienda taxatio vſusfructus, vel iuxta *l. cum Titio 55. ff. ad l. falcid.* habito reſpectu ad pretium, pro quo vendi poſſet, vel iuxta *l. hæreditatum 68. eod. tit.* Inſpecta ætate eius, qui fruiturus eſt, nam computationem, quam maluerit iudex, eligere poterit, Noguerol. *ex alijs allegat. 37. n. 75.*

46 An autem computatio *dict. l. hæreditatum*, ſit obſeruanda in alijs caſibus pręter legem falcidiam? controuertitur, & non habere locum veriùs eſt, ſed valorẽ vſuſfructus, alimẽtorum, vel cenſus ad vitã, vbi lege taxatus non eſt, iudicis arbitrio æſtimandum, qui tamen regulari poterit iuxta computationem dictæ legis, de quo D. Couar. *infra lib. 3. cap. 9. num. 8* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 19. num. 40.* Rodrig. *de ann. redditib. lib. 1. quæſt. 5. nu. 17.* Eſcob. *de ratiocin. lib. 2. comput. 2. à princip.* Pinel. *in l. 2. part. 3. cap. 4. numer. 32. C. de reſcind. vendit.* Padilla *in Auth. res quæ, num. 3. C. commun. de legat.* Suar. *in l. quoniam in prioribus ampliat. 3. num. 9. 10. C. de inoffic. teſtam.* Palac. Rub. *in Rubric. de donat. inter § 25. à num. 2.*

# AD CAPVT Tertium.

## SVMMARIVM.

1 *Scribentes de l. 2. C. de reſcind. vendit. referuntur.*
2 *Beneficium d. l. 2. omnibus contractibus bonæ fidei commune eſt.*
3 *In contractu aſſecurationis locus eſt prædicto remedio, item in pretio, quod pro fide iubendo conſtituitur.*
4 *Artifices, qui opus aliquod faciendum pro certa quantitate ſuis expenſis ſuſcipiunt, eo auxilio non gaudent.*
5 *Item nec conductores Regalium redditũ.*
6 *Pretium rerum quotuplex.*
7 *Pretium legitimum in indiuiſibili conſiſtit, & quilibet exceſſus debet reſtitui.*
8 *Pretium naturale triplex, & quare in indiuiſibili non conſiſtit.*
9 *De intellectu, l. in cauſæ 17. §. Idem Pomponius ff. de minorib. vſque ad num 14.*
15 *Seruitutes iuri naturali permiſſiuo contrarię ſunt.*
16 *Læſio in emptione quatenus olim & nunc permiſſa.*
17 *Pro quacunque læſione circa quantitatem, vel qualitatem rei venditæ competit actio læſo.*
18 *Vſura non eſt vendere ſummo pretio ad creditum, quod præſenti pecunia infimo quis eſſet venditurus.*





19 *Pretium rei venditæ, vt competat remedium d. l. 2. quo tempore inſpiciendum.*
20 *Pretium rei, quomodo probandum, cum agitur de illo remedio.*
21 *Quantuſcunque exceſſus vltra dimidiam contractus reſciſſionem operatur.*
22 *Teſtis aſſerens, contrahentem fuiſſe vltrà dimidiam læſum, non probat, niſi dicti rationem reddiderit.*
23 *Quid operetur, vbi de remedio dict. l. 2. agitur, depoſitio teſtis aſſerentis rem valuiſſe centum, & amplius.*
24 *Pretium iuſtum rerum ex particulari affectione non conſtituitur.*
25 *Pretium commune iuſtè exceditur propter affectionem venditoris nolentis res ſuas diſtrahere.*
26 *Declaratur prædicta reſolutio.*
27 *Quid inter valorem, & pretium interſit, & de pretiorum differentia.*
28 *Pretium iuſtum rebus, ex quo conſtituatur.*
29 *Licitum eſt apud barbaras gentes permutare res viliſſimas pro pretioſis, ſi ab eis hominibus communiter ita æſtimentur.*
30 *Pretium commune, nec augetur, nec minuitur ob ſumptus maximos, quibus merces comparatæ ſunt.*
31 *Non poteſt quis tanti vendere, quanti emit vltrà communem æſtimationem.*
32 *Pretium commune iuſtè tranſgreditur venditor propter damnum, quod ex alienatione peculiariter patitur, aut ſi compulſus vendat.*
33 *Pretium iuſtum excedi non poteſt, quia emptor peculiarem vtilitatem ex re empta eſt percepturus.*
34 *Res minoris emi poteſt propter onus, vel periculum annexum, & quid de nomine debitoris.*
35 *Res vendi poteſt cariùs ad creditum, cum periculum amittendi pretium, aut expenſæ faciendæ veroſimiliter timentur.*
36 *Valor rei conſideratur cum omnibus circunſtantijs, ex quibus pretium augeri, aut minui poteſt.*
37 *Typographorum error notatur.*
38 *Pretia rerum, ex quibus circunſtantijs augentur, aut minuuntur.*
39 *Res ita venditioni expoſitæ, vt eis emptor quæratur, minus valent.*
40 *An in venditione ſub haſta admittatur remedium d. l. 2. & n. 41.*
42 *Vilitas pretij rerum inopiam generare ſolet.*
43 *Merces victui neceſſarias dominus, publica vrgente neceſſitate, cogitur iuſto vendere pretio.*
44 *Eccleſiaſtici cogi poſſunt vendere res victui neceſſarias iuſto pretio tempore publicæ neceſſitatis, & hoc per iudices ſæculares.*
45 *Contrarium ſcilicet non poſſe compelli per iudices ſeculares traditur, niſi Eccleſiaſtici iudices abſint, & periculum ſit in mora, aut negligenter ſe gerant.*
46 *Pretia rerum taxari debent tempore neceſſitatis publicæ, & quando ſecus.*
47 *An liceat vendere, habita fide de pretio, merces cariùs, quã præſenti pecunia venderentur, ſi conſuetudo ſit vendendi ad creditum, & pretium commune ſic vendendi non excedatur? vſque ad n. 50.*
51 *De intellect. cap. in ciuitate de vſur.*
52 *Quando liceat ad creditum vendere pro pretio, quod currerit tempore ſolutionis.*
53 *Non licet vendere ad creditum quanti plurimi res fuerit vſque ad certum tempus.*
54 *Licitum eſt præſenti pecunia vendere vltrà iuſtum pretium currens, ſi venditor ad preces emptoris ſtatim diſtrahat, quod foret ſeruaturus in tempus, quo res plus eſſet valitura.*
55 *Quomodò iuſtum pretium computetur, quando res venditur cariùs, quoniam dominus eam eſſet ſeruaturus in tempus, quo plus valeat.*
56 *Qui merces ſeruaturus eſt in tempus, quo plus veroſimiliter valebunt, poteſt eas ad creditum vendere pro pretio currenti tali menſe, vel hebdomada.*
57 *Poteſt itidem conuenire, vt pretium præſtetur currens, cum ſibi placuerit intra tempus ad quod merces ſeruare deſtinauerat.*
58 *Vendere licet cariùs, habita fide de pretio, propter lucrum ceſſans.*
59 *Licitum eſt emere, anticipata ſolutione, infra pretium currens, modò dubium ſit, an tempore traditionis plus, vel minus res valitura ſit.*
60 *Quid in Hiſpania circa emptionem frumenti, anticipata ſolutione, ſit cautum, quidque obſeruetur.*
61 *Frumentum vetus quomodò licitè detur, vt tantundem ex nouo reddatur, & num. 62.*
63 *Contractus, qui vulgo, Mohatra, dicitur, damnatur.*
64 *Quando mercator licitè poſſit merces, quas ad creditum vendidit, ab eodem emptoré*

*tore villiori precio comparare.*

65 *Vendere carius ob dilationem, aut emere vilius propter anticipationem ſolutionis eſt vſura.*

66 *Quando contractus in foro exteriori, vel interiori vſurarius cenſeatur, ſi carius venditur ad creditum, aut vilius ematur, ſolutione anticipata, & num. 67.*

68 *Vendens rem fructiferam, habita fide de pretio, poteſt iuſtum pretium currens excedere in fructum ab emptore percipiendorum, dum non ſoluit, compenſationem.*

69 *Computatio quomodò facienda, vt venditor, vel emptor vltra dimidiam læſus dicatur.*

70 *Quomodò pretij computatio fieri debeat ad læſionem vltra dimidiam.*

71 *Pretium iuſtum rerum quoad læſionem, quo tempore inſpiciendum.*

72 *Verum reſciſſo contractu ex l. 2. C. de reſcind. vendit. fructus debeant reſtitui per emptorẽ, venditore agente, vſque ad n. 79.*

80 *Emptor agens remedio d. l. 2 fructus reſtituere debet, ſi venditor velit rem iterùm recipere.*

81 *Remedium d. l. 2. non tranſit contra tertium poſſeſſorem, limitatur vſque ad n. 85*

86 *Remedium l. 2. C. de reſcind. vend. nõ cõpetit ſingulari ſucceſſori læſi, niſi ei cedatur actio.*

87 *Venditor læſus vltrà dimidiam agit aduerſus eum, à quo læſionem paſſus eſt, etſi rem emptam ille alienauerit.*

88 *Emptor, qui rem alienauit, in qua læſus vltra dimidiam fuit, niſi rem reſtituat emptori eligenti contractus reſciſſionem, nihil conſequetur.*

89 *Intra quod tempus remedium d. l. 2. extinguitur.*

90 *Variè apud diuerſas Prouincias tempus ad reſcindendos contractus præſcriptũ eſt.*

91 *Excluſus tempore à remedio d. l. 2. nec excipiendo illud proponere valet.*

92 *Perſonæ priuilegiatæ in Hiſpania vltrà quadriennium agunt ad reſciſſionem.*

93 *Enormiſſimè læſus etiam ad triginta annos aduerſus contractum venire poteſt.*

94 *Minor propter læſionem vltrà dimidiã, vbi ſolemnitas iuris non interuenerunt, vſq; ad tricennium reſciſſionem petens auditur, & de alijs caſibus remiſſiuè.*

95 *Quandiu reus in iudicio reſciſſiuo contractus eligere poſſit, ab eo reſilire, aut pretium ſupplere.*

96 *De iure Regio, qui abſque læſione vltrà dimidiã bona fide emit ab eo, qui vltrà dimidiam alium læſit, à primo venditore cõueniri non poteſt.*

## De læſione circa pretium contingente ad interpretationem l. 2. C. de reſcindend. vendition. latè diſſeritur.

Ad *l. 2. C. de reſcindend. vendit.* videndi 1 ſunt, latè ſcribentes Arias Pinell. Anton. de Padill. Pãthal. Cremenſ. Cagnol. Auguſt. Barboſ. *in collect.* Hermoſill. *in l. 56. gloſ. 4. cum ſeqq. tit. 5. part. 5.* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 1. q. 443. 508. 510. 536.* Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 22. cum alijs* Fachin. *controuerſ. lib. 2. cap. 16. cum ſeqq.* Mozz. *de contractib. tract. de empt. tit. quib. mod. annullet. empt.* Anton. Gabr. *commun. concluſ. lib. 3. titul. de empt. concluſ. 1.* Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 3. tit. de empt. reſolut. 3.* Rodriguez *de annuis redditib. lib. 1. q. 11.* Aug. Morl. *in empor. iur. part. 1. tit. 9. q. 18. cum ſeqq.* Gutierr. *practicar. lib. 2. quæſt. 133. cum ſeqq.* Matienç. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopilat.* Caſtill. *controuerſ. tom. 2. libr. 2. cap. 8. vbi quàm plurimi,* Petr. Gregor. *Syntagmat. lib. 25. cap. 24.* Cui conſtitutioni conſonant *cap. 2. cap. cum cauſa 6. de empt. & vendit. l. 1. tit. 11. lib. 5. Recop. dict. l. 56. tit. 5. part. 5.*

Ex quibus illud in primis eſt adnotã- 2 dum, quod, licet Imperatores in ea conſtitutione venditoris duntaxat meminerint, beneficium tamẽ illud etiam emptori commune eſt, omnibuſque bonæ fidei contractibus cõuenit, in quibus vnũ pro altero datur, nam, perpenſo vtriuſque valore, aliquis ex cõtrahentibus læſus reperitur, Anton. Gom. *dict. num. 22. in fin.* Bartol. *in dict. l. 2. num. 4. verſ. Quid in alijs contractib.* Ceuall. *dict. quæſt. 136. num. 24.* Hermoſ. *dict. gloſ. 4. num. 1. 12.* Gutierr. *ſupra quæſt. 138. in princip.* Cardinal. Lug. *de iuſtit. & iur. tom. 2. diſp. 26. ſect. 6. num. 79.* Molin. *de iuſt. tract. 2. diſp. 349. num. 14.* Petr. Gregor. *num. 4.* & alij quos refert Barboſ. *num. 34.* Sic in locatione, datione in ſolutum, permutatione, dotis conſtitutione, & alijs contractibus



bus locus eſt, præfatis conſtitutionibus, vt fuſè tradunt Hermoſ. *dict. gloſ. 4.* & Barboſ. *in collectan.* vbi & limitationes ad illam congerunt, ſed an hoc remedium ad contractus ſtricti iuris etiam pertineat? quæſtionis eſt, alij enim affirmant, alij negant ſentiẽtes per indebiti condictionem eſſe repetendum, quoties læſio in his contractibus contingit, & vtriuſque ſententiæ laudat authores Hermoſ. *n. 25.*

3 Habet etiam locum eadem conſtitutio in aſſecurationibus, cum ſcilicet aliquis, certa quantitate accepta, promittit, ſe ſoluturum pecuniam, vel pretium mercium, quæ in periculo verſantur ob nauigationem, aliamvè cauſam, ſi perierint, nam in pretio periculi poteſt interuenire vltra dimidiam deceptio, Padill. *num. 25.* Matien. *in dict. l. 1. gloſ. 8. num. 62.* Scaccia *de commerc. § 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 10. nu. 5. verſ. Infero ſecundo,* Gutier. *ſupra quæſt. 142.* Hermoſ. *dict. gloſ. 4. num. 59.* Similiter dicendum eſt in eo, qui pro fideiubendo pretium accipit, Hermoſ. *num. 61.* Gutier. *num. 2. in fin.* Valaſc. *conſult. 18. num. 5.* Padill. *num. 26.* Matienç. *num. 63.*

4 Licèt autem regulariter in locatione læſis vltra dimidiam ſubueniatur, fallit de iure Regio (quamuis iure communi cõtrouerſum ſit) in architectis ac fabris, cæteriſvè artificibus, qui ædificiũ, aliudvè opus ſuo periculo pro certa mercede faciendum ſuſcipiunt, nam ſi vltrà dimidiam in his conuentionibus decipiantur, ad beneficium *l. 2.* non admittuntur, *l. 3. tit. 11. lib. 5. Recopilat.* vbi Azeued. qui *num. 4.* ait conuentum ex *dict. l. 2.* teneri ad probandum, artificem in ſua arte peritum eſſe, Hermoſ. *dict. gloſ. 4. num. 5.* Gutier. *quæſt. 144.* Padill. *num. 14.* Matienç. *in dict. l. 3. gloſ. 1.* Morl. *dict. tit. 9. q. 19. nu. 8.* Bouadill. *in ſua politic. lib. 3. cap. 5. n. 46. tom. 2.*

5 Similiter non ſubuenitur læſis in conductione redituum Regalium, ſiue Princeps, ſiue conductor vltra dimidiam læſionem patiatur, *l. 14. 15. tit. 9. lib. 9. Recopil.* Matien. *in dict. l. 1. gloſ. 6. numer. 4.* Azeued. *in dict. l. 14.* Gutier. *de gabell. q. 147. num. 6.* Ceuall. *dict. quæſt. 536. num. 30.* Gironda *de gabell. part. 2. § 1. num. 1.* Morl. *ſup. n. 9.*

Num. 1.

6 Iuſtum pretium cuiuſque rei, aut eſt lege, vel conſuetudine taxatum, quod legitimum dicitur; aut ſecundum communem hominum æſtimationem, & vulgare, ſiue naturale nuncupatur, Hermoſ. *in dict. l. 56. gloſ. 6. num. 2.* Diana *reſolut. moral. part. 1. tract. 8. reſolut. 56.* Auendaño *de cenſib. cap. 28.* Bonacina *in ſumma, tom. 2. tract. de reſtit. & contractib. diſput. 3. quæſt. 2. de empt. punct. 4. num. 1.* Bolaños *in ſua Curia, tom. 2. lib. 1. cap. 12. num. 28.* Ioan. Nider. *tract. de empt. capit. 11. numer. 2.* Morl. *ſupra quæſt. 6. numer. 4.* Leſ. *de iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 21. dubit. 2. à nu. 7.* Matien. *in d. l. 1. gloſ. 2. num. 9.* Dicaſtill. *de iuſtit. lib. 2. tract. 9. diſput. 2. num. 1. 2.* Card. Lug. *ſupra ſect. 4. n. 38.*

Pretium autem legitimum in indiuiſibili cõſiſtit, ita vt exceſſus quilibet reddat contractum iniuſtum cum obligatione reſtituendi in vtroque foro, niſi materiæ paruitas excuſet, D. Cou. *infra lib. 3. cap. 14. numer. 3. verſ. Quod ſi quis,* Olea *deceſ. iur. tit. 6. quæſt. 10. num. 3.* Hermoſ. *vbi proximè,* Noguerol. *allegat. 18. num. 67.* Gutier. *dict. lib. 2. quæſt. 181. numer. 8.* Diana *par. 2. tract. 17. reſolut. 1. § Sed his,* Bolaños *ſupra num. 30.* Raphael de Turri *de cambijs, diſput. 1. quæſt. 13. numer. 32.* Bouadill. *dict. lib. 3. cap. 4. num. 79.* Leſ. *ſupra num. 10.* Scaccia *dict. ampliat. 10. nu. 65.* Medina *de reſtit. quæſt. 36. fol. 104. verſ. Quo præmiſſo,* Auiles *ad c. 17. prætor. gloſ. à Razonables precios, num. 1.* Cardin. Lug. *ſupra,* Dicaſtill. *dub. 1. nu. 12.* Didac. Perez *in l. 1. verſ. Prior pars, titul. 23. lib. 2. Ordinam.* Felician. *dict. cap. 1. num. 2. 12. verſ. Legitimum verò,* Matien. *dict. gloſ. 2. num. 10.* Morl. *dict. quæſt. 6. num. 4.* Pat. Mol. *de iuſtit. & iur. diſput. 347. num. 2.* Et ad repetendum, quod vltra taxam datũ eſt, non requiritur remedium *dict. l. 2.* ſed tanquam indebitum per cõdictionẽ ex lege repetitur, D. Couar. *vbi proximè,* Barboſ. *cum plurimis, num. 103.* An verò liceat aliquando propter rei excellentiam, aut ſterilitatem excedere taxam quoad vtrunque forum? docent Bouad. *dict. cap. 4. num. 81.* Diana *dict. tract. 8. reſolut. 52. & 70.* Molf. *tom. 2. tract. 2. cap. 5. num. 86.* Trullench. *in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 20. dub. 2. num. 10.* Bonac. *ſupra nu. 8.* Cardin. Lug. *ſect. 5. num. 65.* qui cum Diana, & alijs affirmat.

Sed naturale pretium (ſic appellatum, 8 quia naturalis ratio dictat, tantum rerũ va-

valorem eſſe, quanti ab hominibus, quorum vſibus deſeruiunt, æſtimantur.) de quo D. Couar. in præſenti ſermonem inſtituit, nõ in indiuiſibili cõſiſtit, imò per triplicem gradum variatur, aliud enim eſt pretium ſupremum, ſeu rigoroſum, aliud medium, & infimum, ſiue pium aliud, intra quorum latitudinem iniquitas aliqua, vel iniuſtitia non reperitur, quomodo autem hoc redigatur ad praxim prudentis viri arbitrio relinquitur, communiter tamen DD. exemplum cõſtituunt in re, quæ infimo pretio valet nonaginta quinque, medio centum, ſupremo quinque ſupra centum, Card. Lug. *num* 39. Rodrig *de ann. redditib. lib. 1. quæſt. 13. num* 12. Dicaſtill. *ſupra dub. 2 num.* 26. Auend. *de cenſib. cap* 27 *num.* 1. Leotard. *de vſur. quæſt.* 24. *num.* 8 Bonac. *dict. num. 1. verſ. Pretium vulgare*, Bolaños *num.* 29 Cyriac. *controuerſ. forenſ. tom* 1. *controuerſ.* 169 *num.* 16 Hermoſ. *num* 3. 4 Olea *dict. quæſt.* 10. *num* 24. Valenç *conſ.* 156. *num.* 52 *tom.* 2. Turri *dict. diſput.* 1. *q.* 24. *num* 4. Rebell. *de obligat. iuſtit. part.* 2. *lib.* 9. *quæſt.* 1. *nu.* 33. Scaccia *dict. ampliat.* 10. *num.* 59. 101. Diana *part.* 2. *tract.* 5. *reſolut.* 112. Matien. *dict. gloſ.* 2 *num.* 9. Filiuc. *tom* 2. *tract* 35. *cap* 3 *num.* 57. Petr. Greg. *ſyntagmat. iur. lib.* 25. *cap.* 14. *num.* 3. Valaſc. *conſ* 44 *num.* 1. Molin. *dict. diſp.* 347. *num* 3. 4 Hæc naturalis pretij latitudo prouenit ex eo, quod cum hominum æſtimatio communis, à qua illius iuſtitia pendet, licèt non multum diſcrepet, non omnino vniformis eſt, experientia docẽte, cum res eiuſdem bonitatis ſub ipſum tempus, eodem loco, & cum eiſdem circunſtantijs paulò plus, minuſvè diſtrahi ſoleant, ideò pretio iuſtum, niſi lege, aut conſuetudine taxetur, in indiuiſibili nequit conſiſtere, ſed intra modicam quantitatem in eo diuerſitas admittitur vbique gentium. Videndus omninò Card. Lug. *num.* 39. *cum ſeqq.* vbi latè de Iuſtitia pretij naturalis.

Num. 5.

6 Plures intellectus ad *l. in cauſæ* 17. *§. Idem Pomponium, ff. de minorib.* refert Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 512. *à num.* 5. de cuius textus interpretatione agunt Caſtill. *controuerſiar. lib.* 2 *cap.* 8. *ex num* 13. Morl. *d. titul* 9. *quæſt.* 8. *num.* 4. Nauar. *in cap. qualitas, num.* 45. *de pænit. diſt.* 5. Padill. *num.* 11. Pinell. *part.* 2. *cap.* 1. *à num.* 32. Leſ. *d. cap.* 21. *dubit.* 4. *numer.* 20. Matienç. *in dict. l.* 1. *gloſ.* 1. *à num.* 3. Rodrig. *dict. q.* 11 *num* 5. 6. Pat. Suar. *de legib. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 4. 5. Felician. *dict. cap.* 1. *num* 11. Farinac. *in fragment. crimin. part.* 1. *verb. decipere numer.* 30. & alij permulti adducti à Caſtill. *dict. num.* 13. à Gratian. Falcon. *regul.* 119 & à Barbos. *ſupra num.* 112. Ex quibus Molin. Nauarrus, Roderic. ſupra Auendañ. *dict. cap.* 27. *num.* 17. & alij poſt Conrad *de contract. nu.* 55 ſentiunt cum D. Couarr. in præſenti, Conſultum docuiſſe, intra latitudinem iuſti pretij læſionẽ iure naturali eſſe permiſſam, quibus accedit Bonacina *ſupra punct.* 4. *num.* 6. *verſ. Reſpondeo primò*

Verſ. *In huius verò difficillimæ rationis examine.*

Cõmuniter præallegati Interpretes in verbum, *naturaliter*, referunt non ad ius naturale, ſed ad naturam contractus, vt teſtantur Caſtill. & Barboſ. *vbi proximè*, pro quibus Ceuall. *dict. q.* 511. *in fin.* bonum textum expendit, *in l.* 2. *§.* 1. ibi: *Quæ naturaliter inſunt legatis*; id eſt, ſecũdum naturam legati, *C. commun. de legat.* iuxta quam ſententiã conſulti mens ea fuit, vt iure ciuili non eſſet vetitum, cõtrahentes ſe inuicem lædere in pretio emptionis, quia natura huius cõtractus, id patitur, ita vt illis temporibus, ante *d. l.* 2 læſis etiam vltrà dimidiam, ſine dolo nullum iuris remedium competeret, vt paulò inferiùs probabitur, & ita interpretatur eum textum vltrà alios, quos refert Felician. *ſupra num.* 11.

Ibi: *Et quamuis iuxta rigorem ſignificationis.*

11 Omnes ſupponunt verbum, *Circumuenire in dict. §. Idem Pomponius.* Non ſignificare doloſam læſionem, ſed damnificationem ſine fraude, dolus enim nullo iure licitus eſſe poteſt, ſic D. Paul. 2. *ad Theſalonicenſ. c.* 4. admonet, vt nemo fratrem ſuum circunveniat, & Conſultorum temporibus contra dolum comitantes actio, vel exceptio competebat, ne ex improbitate ſua commodum reportarent, *l. iuris gentium* 7. *§. Prætor. ait. ff. de pact. l. elegãter* 7. *ff. de dol.* Ceuall. *tom.* 1. *q.* 226. *à num.* 5. Barbos. *alios referens, num.* 105. 106. Anton. Gom. *dict. capit.* 2. *num.* 21. *in fin.* Nec nouũ eſt in iure, quod ita



ita verbum, circumvenire, vſurpetur, *l. ait Prætor* 7. *§. non ſolum in fine*, ibi: *Et ſe circumuentum doceat*, id eſt, *læſum. ff. de minorib. l. iure ſuccurſum* 7. *§. fin.* ibi: *Si in donatione data circum ventus ſit*, iuncta gloſ. ibidem *ff. de iur. dot.* facit, l. *ergo* 4. *§. Si quis autem* ibi: *Si effectu fraudentur creditores, ff. de fideicommiſ. libert.* Præterea contrahentes, dum de pretio conſtituendo diſceptant, quadam vtuntur ſimulatione, venditor enim rem laudat, emptor vituperat, etſi aliter ſentiant, *Prouerbior. cap.* 20. ibi: *Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor, & cum receſſerit, gloriatur*, quo ſenſu, circumvenire, quodammodo rectè dici potuit, licèt hæc contrahentium ars ad dolum non imputetur. Videantur Dicaſtill. *diſp.* 1. *dub.* 9. *ex num.* 289. Auedañ. Roderic. & alij.

Ibi: *Quod ſi quis dixerit, naturalem fuiſſe.*

12 Nemo ex Interpretibus ait, naturalem, ſiue eſſentialem eſſe venditioni in quacunque quãtitate deceptionem, ſeu læſionem, ſed ſecundum naturam huius contractus ſuſtineri, vt contrahentes ſe inuicem damnificent, cum nullum ſuperſit læſis iuris remedium, vt videre licet apud Caſtillum, Matiençum, & alios *vbi proximè*, qui de interpretando, *d. §. Idem Pomponius*, egerunt, affirmant tamen id intra latitudinem iuſti pretij licitum eſſe, ac neceſſarium, quia pretiũ in indiuiſibili ſciri non poteſt Auẽd. *d. n.* 17

Ibi: *Cæterum quod Accurtius.*

13 Gloſſæ intellectus, qui magis ſine diuinatione congruit Pomponij verbis, vt poſſit facilè ſuſtineri, animaduertẽdum eſt, quod licèt ius gentium non valeat quicquam naturali rationi contrarium ſtatuere, id aliquando ſolet permittere, quia ea permiſsio poteſt eſſe tam neceſſaria pro fragilitate, & hominum conditione, vt in ea omnes nationes conueniãt, quemadmodum meretrices in Rebuspublicis benè inſtitutis, ac Chriſtiano nomine decoratis, ex ea cauſa tolerantur, quarum turpitudo etſi naturali iuri ſit contraria, vt agnoſcunt omnes, ad maius malum vitandum permittitur, Pat. Suar. *ſuprà lib.* 2 *cap.* 20. *num.* 3. Matienç. *d. gloſ.* 1. *num.* 3. Quo præmiſſo conſtat, quid in eo textu ſibi Conſultus voluerit, aſſerit igitur iure gentiũ (quod naturale dicitur, *l.* 1. *ff. locat.* Parlador. *different.* 3. *à num.* 1. Card. Lugo *de iuſt. & iur. tom.* 1. *diſp.* 6. *ſect.* 1. *num.* 5.) circumventionem non fraudulentam in pretio venditionis permitti, non approbari, nã etſi malum ſit cum aliena iactura locupletari, *l. nam hoc natura* 14. *ff. de condict. indebit.* maius damnum vitum eſt, cum hic contractus hominum commercijs valde ſit neceſſarius, ac frequens, ſi paſſim propter læſionem reſcindi poſſet, homines aſsiduis litibus vexari, quàm rationem tradunt DD. tractantes de læſione intra dimidiam, quæ & hodie in foro exteriori licita eſt, Barboſa *num.* 98 Pinell. *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 39. 40. Petr. Gregori *d. lib.* 25. *cap.* 24. *num.* 20. Matienç *num* 4. quæ interpretatio conuenit verbo, licere, quo vtitur Conſultus, cum non approbationem, ſed permiſsionem importet *l. non omne quod licet* 187. *ff. de reg. iur.* Iacob. Ræuard. *in l. ſemper in coniunctionibus* 158. *eod. tit.* vbi rectè ait, concubinatum iure ciuili licitam fuiſſe coniunctionem, id eſt, permiſſam, non tamen iuſtam, cum non probaretur, ſiquidem inhoneſta fœmina putabatur, quæ erat in concubinatu alterius, quàm patroni, *l. ſtuprum* 41 *ff. de rit. nuptiar.* Vndè vulgo iactatur: Non omne, quod licet, honeſtum eſt, Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 104 *num.* 2. Menoch. *conſ.* 137. *num.* 21. Ita cum textum in d. §. Idem Pomponius intelligunt, Matienç *ſupra* Rebell. *d. lib.* 9. *quæſt.* 3. *num.* 4. *verſ. Ad leges igitur Cæſareas*, Pat. Suar. *num.* 4. qui *num.* 3. conſtituit differentiam inter ius naturale ſtrictè ſumptum, & gentium, nam illud ita omnia mala prohibet, vt nullum permittat, hoc verò nonnunquam malũ tolerat, atque ita omne, quod natura licet, honeſtum eſt, ſecus autẽ de iure gentium, vel ciuili, ipſum intellectum probat Dicaſtill. *ſup. lib.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 1. *dub.* 9. *§* 2. *num.* 296. Molin. *diſp.* 350. *num.* 8. Card. Lug. *diſp.* 26. *ſect.* 6. *n.* 82. Pinell. *in d. l.* 2. *part.* 1. *cap.* 141. *ad fin.*

Poſſet itidem verificari ſententia Pomponij, ſi accipiatur de illis rebus, quę neque lege, neque communi æſtimatione certum pretiũ habent, vt equi generoſi, enſes veteres, picturęve inſignis artificis, & alia huiuſcemodi, quæ naturaliter vẽdere licet pro ea quãtitate etiam exceſſiua, quę ab emptore poſſit abſque frau- 14

de extorqueri, provt docent Sot. *de iuſt. & iur. lib. 6. q. 3. art. 3.* Pat. Mol. *diſp.* 348. Emmanuel Sa, *verbo vēditio, n.* 14. Dian. *p. 1. tract* 8. *reſol.* 56. Reginald. P. Nauar. Azor. & Valēcia, apud Bonacin. *d. pūct.* 4. *n.* 25. *verſ. Reſpōdet Sotus*, etiū ipſe, cum Leſ. *d. cap.* 21. *dubit.* 3. *n.* 16. ſentiat, pretium eatū rerū boni viri arbitrio fore taxandum, Noguer. *alleg.* 18. *n.* 40. Cardin. Lug. cum aliis, *ſect.* 4. *num.* 47. Dicaſtill. *dub.* 8. *n.* 124.

15 Ibi: *Et id, quod de ſeruitute adduci ſolet.*

Quomodo ſit accipiendum ſeruitutes iure naturali eſſe contrarias, explicant Pat. Suarez. *ſupra cap.* 14. *à n.* 6. Pichard. *in §. Sed naturalia num.* 4. *inſt. de iur. nat. gent. & ciuili.* Auguſt. Barbos. *in collectan. ad cap. ius naturale* 7. *num.* 20. *diſt.* 1. Card. Lugo *ſuprà ſect.* 2. *n.* 10. Paleoth. *de nothis & ſpur. lib.* 2. *cap.* 3. & cum D. Couar. *in regul. peccatum part.* 2. *§.* 11. *n.* 3. *verſ. Secundo loco*, dicendum eſt, hominum libertatem non eſſe de iure naturali præceptam, ſed permiſſam duntaxat ſecundùm ſtatum illum, antequam bella orirentur, vbi autem ius naturale ſe habet permiſſiuè mutari poteſt, ſecus ſi poſitiuè quare iure gentium potuerunt ſeruitutes, & alia, quæ ſunt iuri naturali permiſſiuo contraria induci quod latè proſequitur Pat. Suar. *vbi proximè.*

Ibi: *Quod ſi de quauis deceptione.*

16 Per *d. l.* 2. Ius nouum Imperatores induxiſſe, communiter placet, Caſtill. *d. cap.* 8. *num.* 1. Pinell. *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. Padilla *num.* 11. Azeued. *in l.* 14. *num.* 1. *tit.* 9. *lib.* 9. *Recopilat.* etenim antea, ſic fuit permiſſa læſio in pretio venditionis citra dolum, vt nullum auxilium quantuncumque læſis concederetur maioribus. Roderic. *d. quæſt.* 11. *n.* 11. Matienç. *d. gloſ.* 1. *num.* 5. Pinell. *vbi proximè*, Fachin. *d. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 11. ea ratione quam nuper tradidimus, *num.* 16. ob eādemque hodie læſio iniqua infra dimidiam iuſti pretij permiſſa eſt in foro exteriori Dicaſtill. *dub.* 9. *num.* 285. Hermol. *in d. l.* 56. *gloſ.* 9. *num.* 2. 3. Sot. *ſupra quæſt.* 2. *art.* 3. Ceuall. *quæſt.* 518. *num.* 1. Felician. 1. *cap.* 1. *num.* 11. *verſ. Quoniam*, Leſ. *d. cap.* 21. *dubit.* 4. *n.* 20. Menoch. *conſ.* 401. *n.* 179. quod, & de iure Canonico procedere probat, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 56. Martin, Nauar. *in cap. nouit. n.* 108. *de iudic.* Pinel. *in d. l.* 2. *p.* 1. *n.* 38. Farinac. *conſ.* 30. *num.* 221. & alij communiter. Sed eſt limitandum in æſtimatione rerum dotalium, in qua, læſione quacunque intercedente, læſo ſuccurrebatur ante d. conſtitutionem, & nunc ſuccurritur, *l.* 16. *tit.* 11. *p.* 4. *d. l. iure ſuccurſum in fine, ff. de iur. dot.* Pinell. *part.* 1. *cap.* 5. *ex n.* 13. Aſſl ct. *deciſ.* 270. *num.* 3. Ant. Gom. *in l.* 50. *Taur. num.* 44. *verſ. Quod tamē int llige* Ant. Fab. *de erroribus decad.* 8. *error.* 6. Ceuall. *d. quæſt.* 536. *num.* 21. 22. Fontanella *de pact. nupt. clauſul.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 13. *num.* 50. 51. Matiēç. *ſupra gloſ.* 8. *num.* 20. 21. Hermoſ. qui & alios laudat, *vbi proximè n.* 6. Petr. Barbosa *in l. æſtimatis ex num.* 21. *ff. ſolut. matrim.* Aug. Barboſ. *ſupra num.* 102. Quanquam alij doceāt, de iure communi læſionem vltra dimidiā hoc caſu deſiderari, quos referunt, Ceuall. & Matienç. Similiter ob quamlibet læſionem agere licet, vbi pretium lege, vel conſuetudine taxatum eſt, Barboſ. *in d. collect. vbi plures n.* 103. & diximus *ſupra n.* 7. Item in venditione inter virum, & vxorem facta, *l. ſi ſponſus* 5. *§. Circa, ff. de donat. inter.*

Vbi autem læſio non in pretio, ſed in 17
rei qualitate, vel quātitate conſiſtit, læſis ſubuenitur indiſtinctè, ſiue vltrà, ſiue intra dimidiam valoris eius, quod venditur contingat, Pinell. *part.* 3. *cap.* 2. *n.* 1. 2. Barboſ. *in d. collectan. num.* 99. Boeri. *deciſ.* 50. *num.* 3. 4. Panth. Cremenſ. *in d. l.* 2. *num.* 163. Hermoſ. *d. gloſ.* 9. *n.* 4. Farinac. *in fragment. part.* 1. *verbo decipere, n.* 40. Idem eſt, ſi dolus in læſione interuenerit, de quo D. Couarr. *infra cap. ſequenti, num.* 12. Dicaſtill. *num.* 291. 293. 344. *cum ſeqq.*

Verſ. *Secundò inde conſtat.*

Licitè poteſt quis pecunia credita vē- 18
dere ſummo pretio, quod ſtatim numerata, infimo foret venditurus, quia nulla iniuſtitia interuenit & ſic nec vſura, Dicaſtill. *diſp.* 2. *dub.* 6. *n.* 62. Bonacina *ſupra d. quæſt.* 2. *punct.* 4. *num.* 6. *verſ. Reſpondeo primo*, Pet. Nauarra *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Reginald. *lib.* 2. *num.* 309. Rebell. *d. lib.* 9. *quæſt.* 2. *ſect.* 2. Lup. *de vſur. comment.*



*ment.* 3. *in cap. nauiganti. §* 5. *num.* 116. *de vſur.* Vgolin. *eod. tract. cap.* 30. *ſect.* 1. *nu.* 4. 6. Franciſc. Tolet. *in ſua inſtruct. Sacerdot. lib.* 5. *cap.* 31. *num.* 4. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 169. *num.* 16. 17. Lopez *de cōtract. lib. lib.* 1. *cap.* 36. *concluſ.* 2. *fol.* 152. *col.* 2. Azor. *inſt. moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 8. *col.* 1. Sot. *d. lib.* 6. *quæſt.* 1. *art.* 3. *col.* 3. Gutierr. *Canonicar. quæſtion. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 11. Auendano *de cenſib. cap.* 27. *num.* 9. Pater Molin. *d. diſp.* 347. *n.* 5. Valaſc. *conſ.* 44. *num.* 4. Pat. Sanch. *conſil. moral. lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 15. *n.* 1. Sic poterit anticipata ſolutione, pretio infimo emi, vt ſentiunt Dicaſtill. & alij *ſup.*

Num. 3.

9 De probatione iuſti pretij rei venditæ ad dignoſcendum, an læſio vltrà dimidiam interceſſerit latiſsimè diſſeruerūt, Pinell. *d. part.* 3. *§. vltim.* Hermoſ. *in d. l.* 56. *gloſ.* 6. Ceuall. *quæſt.* 664. Gutierr. *de gabell. d. cap.* 147. *à num.* 14. & alii, quorum illi meminerunt illud adnotātes ad læſionem conſiderandum eſſe rei valorem iuxta tempus, quo cōtrahitur, nam augmentum, vel deminutio expoſt facto ſuperueniens iuſtum, aut iniuſtum facere contractus, haud poteſt Hermoſ. *gloſ.* 5. *num.* 1. vbi plurimi Pinell. *d. §. vlt. num.* 13. Ceuall. *vbi proximè num.* 1. Matienç. *in d. l.* 1. *gloſ.* 4. *num.* 1. *vbi* Azeued. *num.* 12. Padilla *in d. l.* 2. *num.* 70. Scaccia *d. §.* 1. *quæſt.* 1. *à num.* 292. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 11. *num.* 28. *verſ. Aduerte etiam* Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 22. *n.* 1. 2. Menoch. *conſ.* 843. *num.* 43. Cenc. *de cenſib. part.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 4. *art.* 3. *num.* 30. Gratian. *diſceptat. cap.* 756. *ex num.* 31. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 1. *à num.* 33. Quod tamen fallit, cum effectus, ſiue executio contractus in futurum confertur, nam tunc traditionis tempus inſpicitur Hermoſ. *cum multis num.* 10. 11. *qui num.* 12. ait, contractum poſſe reſcindi, licèt in eo à principio læſio non fuerit, ſi ex deinceps contingat, cum ſcilicet habet tractum ſucceſsiuum, veluti ſi quis ſe obligaret ad coquendum panem certæ familiæ, ac poſtea multum augeretur, nam ſi, conſiderata mercede tempore contractus cōſtituta, contrahens læſus reperiatur, iuuabitur *d. l.* 2. auxilio, & ita docēt, *Pinell. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 27. Theſaur. *deciſ.* 226. *num.* 2. Cancer. *variar. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 253. Deci. *conſ.* 334. & alij apud Hermoſill. D. Larrea, *allegat. Fiſc.* 23. *num.* 3. & *allegat.* 32. *per totam*, quæ doctrina intelligenda non eſt, cum aliquid emitur, in quo contrahentes fortunæ ſe committunt, vt in cenſu vitalitio, vel alimentis, iactu retis, & ſimilibus, nam etiā plurimùm excedat ſpem, quod rete percipiatur, aut diutiſsimè viuat, qui alimenta, vel cenſum recipit, non ideo erit remedio reſciſsionis locus, vt DD. paulò ante laudati tenent.

Ibi: *Ego ſanè diſtinguendum eſſe arbitror.*

Venditore agente ad reſciſsionem cō- 20
tractus, vt teſtes concludenter deponāt, dicere debent, rem infimo pretio tantū valere, vt ex eo læſio vltrà dimidiam cōputetur. Per contrarium emptor ſimiliter agens probaturus eſt rei valorē iuxta ſupremum pretium, vt inde an vltrà dimidiam læſus fuerit, ſciri poſsit. Ita cum D. Couar. ſentiunt Hermoſ. *gloſ.* 9. *num.* 43. Matienç. *gloſ.* 2. *num.* 48. Valaſc. *d. conſ.* 44. *num.* 3. Nauarr. *in manual. cap.* 17. *num.* 228. & *cap.* 23. *num.* 38. Molin. *d. diſp.* 349. Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap. vlt. num.* 18. Tametſi Saloni. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *quæſt.* 79. *art.* 1. *cōtrouerſ.* 17. & Scaccia *d. q.* 7. *ampliat.* 10. *num.* 40. opinentur à pretio medio tam quoad venditorem, quàm quoad emptorem læſionis computationem eſſe faciendam.

Ibi: *Quibus ea ratio aduerſatur.*

Qualiſqualis exceſſus vltra dimidiam 21
ſufficit ad venditionis reſciſsionē, Hermoſ. *d. gloſ.* 9. *num.* 24. vbi plures, Burgos de Paz *in cap. cum dilecti, n.* 14. *de empt. & vend.* Ant. Gab. *d. tit. de empt. concluſ.* 1. *n.* 6. *ampliat.* 2. Scaccia *d. ampliat.* 10. *n.* 6. Pinell. *d. cap. vlt. n.* 9. Seraphin. *de priuileg. iuramēt. priuileg.* 83. *n.* 96. *verſ. Et cum læſio*, Barboſ. *in d. collect. n.* 110. Maſcar. *de probat. concluſ.* 1215. *n.* 11. Matienç. *d. gloſ.* 2. *n.* 45. Valaſc. *ſupra n.* 2. Pet. Greg. *d. cap.* 24. *n.* 13. Vnde ſi teſtes pro venditore interrogati dixerint, rē iuſto pretio infimo valuiſſe centū, & plus & vendita fuerit quinquaginta læſionē vltrà dimidiā concludēter probabunt, quia neceſſe non eſt, vt conſtet, quātus fuit exceſſus, cū vel minimus ſatis ſit, quo caſu teſtes ita deponētes probare, generaliter docuit Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 47. atque ita in

D 2 ſpe-

ſpecie affirmant Barboſ. Pinell. Hermoſ. *vbi proximè*, Padill. *n. 41* Matien. *d. n. 45.* Azeued. *in d. l. 1. Recopilat. n. 19.* Valaſc. *vbi ſupra*; licet in contrariam ſententiã itum ſit ab aliquibus relatis per Hermoſ. *d. n. 44. verſ. Si autem pauca.*

Ibi: *Verum ſi teſtis hac de re interrogatus.*

22 Teſtis aſſerens, contrahentem vltrà dimidiam læſum, tunc probabit, cum rationem dicti ſui concludentem reddiderit, declarato rei iuſto valore; alioquin ei credendum nõ eſt, maximè in re adeo difficili cũ poſsit ex credulitate, vel ſua particulari affectione ad rem illam deponere, Valaſc. *ibidem num. 1. in fin.* & faciũt tradita per Hermoſ. *d. gloſ. 6 nu. 80. 82.*

Ibi: *Illud propterea adnotanter.*

23 Quanquam vbi certum tempus, vel quantitas probanda eſt neceſſario, teſtes deponentes per adiectionem verbi, plus, minime concludant Menoch. poſt Bartolum *d. caſ 47. num. 4.* Tamen ſi læſus, volente altero contrahente pretium ſupplere, eſſet contentus ea quantitate vſque ad dimidiam iuſti valoris, & quicquid ſub verbo, plus, contineretur remittere, vt onus probandi exceſſum euitet, audiendus erit, cum ſumma læſionis vſque ad dimidiam, de qua teſtes certò depoſuerunt, ſatis probata ſit; quod aperte colligitur ex Menoch. *ſupra.* Nec deferretur iuramentum ſuppletorium probationis læſo, quod in hac materia non admittitur, quia valor rerum melius ab alijs, quàm à dominis ſciri præſumitur, cum plerumque propter affectionem pluris eas æſtiment, quam valent, Pinell. cum alijs *d. cap. vlt. n. 13.*

Num. 4.

24 Iuſtum rerum pretium non ex affectione particulari alicuius, ſed ex communi hominum opinione æſtimatur, quia ex delitijs, vel ſingularibus votis res metiendæ non ſunt vt Conſultus ait *in l. illud 16 ff de manumiſ. vindict.* Hermoſ. *in l. 3. gloſ. 4 n. 21. tit. 5. p. 5* Pinell. *ſupra num. 17.* Pichard. *in § His autem verbis, n. 12. inſtit. de leg. Aquil.* Menoch. *conſ. 183. nu. 27.* Panthal. Cremenſ. *in d. l. 2. num. 318.* Cyriac. *d. controuerſ. 1. nu. 29.* Eſcob. *de ration. lib. 1. cap. 17. n. 23.* Gutier. *d. lib. 2. practicar. q. 182. n. 10.* Gom. Vayo *in prax. lib. 3. num. 106.* Franciſc. Marc. *quæſt. 484. n. 1. 37. p. 1.* Mori. *d. tit. 9 q. 8. num. 15.* Raphael de Turri *ſupra diſp. 1 q. 24. num. 36.* Valenç. *conſ 156. nu. 55.* Valaſc *in prax. partition. cap. 10 n. 2.* Ceuall. *d q. 664. n. 2.* Mantica *deciſ 239. num. 3.* Tiraquel. *de retract. lignag. § 1. gloſ. 18 in princip.* Matien. *d. gloſ. 2. n 1.* Vnde tantũ res valet, quanti communiter cuique eius conditionem non ignoranti citra fraudem venire poteſt. *l. 1. § Si heres ff ad Trebellian. l. liberto octoginta 26. ff de bon. libertor.* Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 6. nu. 6.* Mareſcot. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 114. n. 13.* Bonac. *d. punct. 4. n. 6 verſ. Obycies primo*, Cyriac. *tom 3. controuerſ. 453 num. 72.* Maſtrill. *deciſ. 280. n. 52* Gutier. *practicar. lib. 4. q. 61. num 12. 13.* Didac. Per. *in l. 2. col 6. verſ. Sed huic noſtræ regulæ, tit. 23. lib. 4. Ordinament.* Ricc. *collectan. 916.* Afflictis *deciſ. 23. num. 316.* Mantica *de tacit. conuent. lib. 4. tit. 20. nu. 8.* Mori *ſupra quæſt. 6. num. 4.* Scaccia *dict. ampliat. 10. num. 56. verſ. Nam in re mobili*, & pretium iuſtum cenſetur, quod currit loco, vbi res eſt; non vbi contrahitur, niſi venditor ſuo periculo, & expenſis eam adſportare in locum contractus promiſerit, Dicaſtillo cum alijs *dubit. 7. num. 110.*

Eſt tamen aduertendum, propter affe- 25
ctionem venditoris rem pluris venundare licere; quam communiter valet, etiamſi pretium lege taxatum ſit, Card. Lug. *ſect. 7. num. 90.* Rebell. *d. lib. 9 quæſt. 1. ſect. 7.* Salon *2. 2 q. 77. art. 1. controuerſ. 18. & quæſt. 88 art. 2. controuerſ. 21. num. 4* Remig. *in ſumm. tract. 2 cap. 7. § 26. num. 3. verſ. Tambien ſi vna coſa*, & alij apud Bonac. *dict. punct. 4. num. 15.* Cyriac. *dict. controuerſ. 453. per totam*, vbi agens de rebus, quarum pretium taxatum lege non eſt, idem in foro exteriori procedere, nec locum eſſe contractus reciſsioni optimè, lateque probat, quoties dominus exceſſu iuſti pretij inducitur ad vendendum, quod alioqui non eſſet venditurus, modo emptor nulla neceſsitate cõpulſus valorem rei non ignorans emat, quia affectus, quem quiſque ad res proprias habet, & actus vendendi, ad quẽ regulariter cõpellitur nemo, *l. 3. tit. 5. p. 5. l. inuitum 11. l. dudum 14. C. de contrahen. empt* pretio ſunt æſtimabiles, Leſ. *d. cap.*





21 *dubit 3 nu. 17 & dub. 4 n 31.* Nauar. *in manual. cap. 23 num. 83.* homines enim voluptate, aut commoditate, quã ex rebus proprijs percipiunt, ob lucrum, vltrà valorem earum carere conſentiunt. Sic Cicer. *in 1. orat. de lege Agraria contra Seruilium Rullum, quæ eſt inter ſuas 14.* inquit: *Nihil enim eſt, quod non emi poſsit ſi tantùm des, quantùm velit venditor.* Et hoc bonũ pharmacum ad comparandum, quod deſideratur, etiã ab inuitis, appellat Cyriac. *n 6* ſicut conſulit Iacob. Thoming. *conſ. 48. n 47. volum. 1.* Quo caſu omnino vera eſt ſententia communis, quę habet ſciẽti valorem rei non competere remediũ *d. l. 2.* de qua Cyriac. *n. 18.* Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ 4. n 78* Barboſ. *in d. collectan. n. 51* qui plurimos laudant, etſi alias dubia cẽſeatur; illud vero, quod vltrà iuſtum pretium datur, propriè donatio dici nõ poteſt, vt communiter docetur, ſed ob cauſam datum, magiſque pertinet ad cõtractum innominatum, do, vt facias, datur enim domino, vt vendat. De quibus vide *infra n. 32.*

26 Quod ſi remedium *d. l. 2.* in præfata ſpecie non denegaretur emptori, fraudibus via aperiretur, nam qui vellet re aliena ſaltim ad tẽpus vti, poſſet exceſsiuũ pretium domino offerre, quo eam conſequatur, ac poſsideat, quandiu licet ex ea cõſtitutione agere, ac poſteà per illud remedium, aut totum, aut quod vltra iuſtum pretium ſoluit, repetere, qua arte contra domini voluntatem toto eo tempore re aliena potiretur, quæ iniquitas, cùm ſit naturali iuri contraria ſuſtinẽda non eſt. Duo tamen notat Leſ. *d. dub 4 n. 27. verſ. Secũdo affectus, & verſ. Sed quid.* Primùm, affectum rationi conſonũ eſſe debere, vt res vltrà iuſtũ pretium propter illum venire poſsit. Secundùm, nõ pro libito vẽditoris pretium affectus præſtandum, ſed boni viri arbitrio. Vnde colligi poteſt limitatio ad doctrinã Cyriaci ſupra traditam, nam ſi perpenſo iuſto valore rei, & affectus æſtimatione rationabili tantus ſit exceſſus, vt emptor cenſeatur vltra dimidiam læſus, æquum erit ei in tanto detrimento ſuccurri, venditorique imputandum eſt, quod voluit, tam exorbitans ſui affectus pretium extorquere.

27 Illud itidem adijciendum eſt, inter valorem, & pretium verſari diſcrimen, valor enim eſt æſtimatio intrinſeca, quam res habet à lege, vel communi hominum placito, pretiũ vero eſt quid extrinſecũ, quod ad venditionis cõtractum refertur Raphael de Turri *d. diſp. 1. q. 24 n. 19. 20.* Vnde aliud eſt rem tãti vendi poſſe, etiã iuſto pretio huic vel illi homini, & aliud tantũ valere, pretium namque ex ſingulari affectione iuſtũ fieri poteſt, valor non vtique, Illud triplex eſt commune, conuentum, & ſingulare, Grammat. *deciſ. 58 n. 8* Bertazzol. *de clauſ. in inſtrum. clauſ 30 gloſ. 1. n. 15.* Cyriac. *ſup. nu. 19* Primum dat valorem rebus, non alia quanuis iniquitatem non contineant, nam priuatus poteſt ex conuentione pretium vltra valorem conſtituere, cum pecuniæ ſuæ ſit moderator, & arbiter. *l. in re mandata 21. C. mandat.* ſed non efficere, vt tanti apud cæteros omnes habeatur (in quo valor conſiſtit) quantùm ipſe dedit; Princeps vero, vel Reſpublica taxans pretium valorem rebus imponit, quoniam poteſtatem obtinet ſubditos obligãdi lege lata, vt tãti res æſtiment, quantũ valere ſtabilitur, vt in cenſu redimibili, & in frumento eſt in Hiſpania conſtitutum *l. 12. tit. 15. l. 12. tit. 25 lib. 5 Recop.* Gutier. *d. lib. 2 practic. q. vlt n. 12.* Turri *ſup. n 36.* Adde Petr. Greg. *ſyntagmat. lib. 25. c. 14. n. 3.* vbi docet pretium aliud eſſe legale, aliud cõuentionale & commune aliud.

Verſ. *Primum in contractibus.*

Iuſtum rerum pretium non regulatur 28
ſecundum excellentiã, quam in ſe naturaliter habent, ſed pro hominum libito etiam à ratione diſſono conſtituitur, quia ea ipſis ſunt pretioſora, quæ humanis vſibus magis deſeruiunt, atque ita pretiũ rebus non imponitur ex naturali ordine, ſed ex vtilitate, vel oblectatione, quã ex eiſdem capiunt, cumque ſæpe quæ ſuperioris ordinis ſunt iuxta naturam, vt animata, nullam, aut minorem commoditatem afferant, quam inanimata, ideo hæc pluris, quam illa haberi ſolent, vt egregiè D. Auguſt. *de ciuit. Dei, lib. 11. c. 16. Quis enim domi ſuæ panem habere, quàm mures, nummos, quàm pulices non malit? cum tamẽ ordine naturæ viuentia non viuentibus præponantur. Atque hinc etiam fit, vt plerumque cariùs comparemus equum, quàm ſeruum, gemmam, quàm ancillã vtilitatis, vel voluptatis non naturæ in æſtimatione ordinem ſequẽtes* Card. Lug. *ſect 4 n. 42.* Bonac. *d. punct.*

4.n.2.Cyriac.ſup.nu.71.& in deciſ. quæ eſt
poſt controuerſiam 261 n.8.tom.2. Rebell.
d.lib.9.q.1.n.31. Valaſc conſ.43.n.3.Gu-
tier.lib.2.practicar.q 173.n.6.Matien. d.
gloſ.2.n.2 Molin.diſp. 348.n.2. Stracha
de mercat.tract.de contract.mercat c.2.n.3.

29 Hinc licitum eſt, apud Indos, Ætiopes,
Iaponios, aliaſque barbaras nationes io-
calia quædã, ac viliſsima pro auro, argẽ-
to, vel gemmis permutare; nã homines
illi propter indigentiam, aut voluptatẽ
tanti communiter habent, quæ ſecundum
ſuam naturam ſunt contẽptibilia, quanti
pretioſa; vnde contra iuſtitiam non pec-
cant, qui iuſtum earũ rerum valorẽ non
excedunt, qui ex communi æſtimatione
licet barbara gentium illarum conſtitui-
tur, Rebell.nu.37.Bonac.nu.5. Mol.n.3.
Card.Lug.ſect.4.n.48.Dicaſtill.dub.7.n.
115.Leſ.lib.2.c.21.dub.11.

Verſ. *Secundò, hinc apparet.*

30 Venditor merces vltra communẽ æſti-
mationẽ venundare nequit, licèt cariùs
eas emiſſet, maximoſq; ſumptus, ac ex-
traordinarios in eis comparãdis feciſſet,
Rebel.n.39.verſ.Ex dictis collige, Gutier.
d.q.vlt.n.10.Sot.d.lib.6.q.2.art.3. Bona
cin. cum alijs n.29.Leſ d.cap 21.dubit.4.
n.29.Cyriac.tom.1.controuerſ 170. nu.1.
Farin.deciſion.crim.30.n.7 p.1. Matienç.
n.3.Valaſc.conſ 43.nu.6.Nam cum mer-
cator commerciando ſe exponat tam lu-
cro, quàm damno, ſicut quando fęliciter
res eueniunt, lucrari poteſt vſque ad cõ-
mune pretium, etſi plurimùm excedat
expenſas, ita & diſpẽdium ob aduerſam
fortunam debet ſuſtinere, Bonac. vbi pro-
ximè. Mol.d.d.ſp.348.n.9. Sanch d.dub.
15.n.6 Dicaſtill.diſp.2.dub.2.nu.22.23.
Sed ſi nondum pretium taxatum ſit lege,
communivè æſtimatione, veluti cũ mer
ces incognitæ ex Indis adſportantur, ad
iuſtificationem pretij expenſarum, quas
fieri oportuit neceſſariò, & pretij, quo
fuerunt emptæ, ratio haberi debet, nõn
tamen detrimenti, quod propter aduer-
ſitatẽ, vel ſuam ignauiam mercator paſ-
ſus eſt, Bonac.&Leſ.vbi proximè, Gutier.
d.n.10.Sot.d.art.3.Dicaſtill n.24.25.

Verſ. *Tertio, eadem ratione.*

31 Hanc concluſionem probat textus in l.
ad reſcindendam 4 C.de reſcind.vend & vl-
trà proximè allegatos videndi ſunt Pat.
Vazq.in opuſc.de reſtit.cap.5 § 4.dub.4 ad
fin.Rebuff in l.vnic.n.499. C.de ſent. quæ
pro eo quod intereſt, Matien.n.4.Mol.nu.8.

Verſ. *Quartò, manifeſtum eſt.*

Licitum eſt, pretium excedere cõmu- 32
ne propter damnum, quod ex diſtractio-
ne rei ſuæ ſentit vẽditor, Card.Lug.ſect.
7.n.91 Gutierr.canonicar.lib.1.c.39.nu.
25 Cyriac.d.controuerſ.453 n.12.cũ ſeqq.
Caſtill.Sicil.deciſ 127 nu.22.part.2.Ma-
tienç. vbi proximè. Crauet. conſ 1000 in
vlt part.n.160 vol.6.Bonacin.cum alijs
d punct 4 n 27.Molin d.diſp 348.nu 6.
Leſ.d dubit.4 n 26.Idem erit, ſi compul-
ſus vẽdat, Maſtril.deciſ.17 tom.1 & de-
ciſ 280.n.16.tom 3 Giurb.deciſ 86 n.14
Hermoſill.in d.l.3.gloſ.1.n.54.tit.5.p.5.
Rota per Farinac.deciſ.372.n.3.p.1.No-
guer.alleg.18.n.70.verſ.Atque ita, cũ ſeqq.
Damnũ autem in præſenti accipitur, nõ
ſolùm pro intereſſe pecuniario, ſed etiã
pro affectu, nàm ſiquis in alterius gratiã,
vendat domum auitam, aut picturã, vel
ſtatuam egregij artificis, quam charã ha-
bet, poterit plus exigere, quàm cõmuni-
ter ea res æſtimatur Bonacin.n.15.Leſ.
n.26.Petr.Greg d.c.14 n.3.de quo dixi-
mus ſupr.n.28. Vt autem ratione damni
venditoris carius res vẽdi poſsit, neceſ-
ſe eſt, quòd emptor valorẽ iuſtum rei nõ
ignoret, atq; certioretur quod propter
eam cauſam à pretio communi receci-
tur, nàm etſi precetur, vt ſibi domus, vel
quid aliud vendatur, non inde ſequitur,
velle ſupra iuſtum pretiũ aliqui largiri,
Molin.d.diſp.348.n.7.Leſ ſupra nu.27.
Per contrarium nihil ſupra iuſtum pre- 33
tium commune accipi poteſt, ob vtilita-
tem particularẽ, quã ex re empta emp-
tor eſt percepturus propria induſtria, ar-
tificio, vel fortuna, nàm cum hæc vendi-
toris non ſint, iniquum erit, vt aliquid
propter ea percipiat, Bonacina cum
alijs n.27.Gutier.d.c 39 nu 30 Molin.
ſupra n.6.Leſ.d.dubit.4 n 31.verſ.Aduer-
te tamen. Nec propter neceſsitatẽ emp-
toris, Dicaſtill.diſp.2.dub.2 num.32.

Verſ. *Quintò, infertur poſſe iuſtè emi.*

Res iuſtè minoris emitur, quã in ſe va- 34
let propter onus, vel periculum ei anne-
xum, Cyriac.tom.1.controuerſ 87 à n.4.
Hermoſ.in d.l.56 gloſ.6.n 86.Gutierr.
de iurament.confirmat part.1.cap.26.n.14.
15.Noguerol.cum multis allegat.37.nu.
62 Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.
4.titul 20.à num.38 Pinell dict.cap.vlt.
num.19.cum alijs, Matienç.ſupra n.5.26.
Gra-



Gratian.diſcept.cap.600.nu.7.Menoch.
conſ.353.n 27.Sot.lib.1.q.4.art 2.Rodr.
de ann.redditib.lib.1.q 9 n.26.Sic licèt, no
men debitoris emere pro minori quan-
titate, quàm debetur propter expenſas,
periculumque exactionis, Cyriac.contr.
169.nu.23.Menoch.de præſumpt.libr.3.
præſumpt.129.n 4 Leſ dict.cap.21.dubit
8 n.64 Molin.diſp 361.n 4. Salon.ſupra
tom 2 378 art.2.controuerſ.17. Mangil.
de euictiõn.q 79.n.19 Mantic ſupr.tit.13.
n.16.Trull.in Decalog.lib.7.cap 20 dub.
10.n.3 Gutier.d.cap.39.n.33. Felician.
de cenſib.lib.2.ca.1.Giurb.deciſ.117.n.3.
Imò ſentiunt aliqui, minoris etiam emi
poſſe debitum in tuto collocatum, faci-
liſque exactionis, Cyriac.vbi proximè, n.
27.28.vbi alii, Pat Sanch.conſ.moral lib.
1 cap.7 dub.17.n 4.Dian.part.1.tract 8.
reſol 40.Trullench.n 4 Quoniam mino
ris actio quàm res communiter æſtima-
tur Hermoſ.vbi proximè, n.93.Pinell.n.
37.Matienç n 37.Contrarium tamẽ re-
ceptius eſt, & vſuram hoc caſu committi,
cum pluribus reſoluit Bonacin.d.tom 2.
diſp 3 de contractib.q.3.de mutuo, & vſur.
punct.10.n.2 Card Lug.ſect.7 § 1.n.95.
cum ſeq.vbi plures referens, latè diſſerit,
& quid de debitore ipſo, & Regijs Mini-
ſtris, Dicaſtill.d.dub.6 ex n 68.

35 Ex contrario propter periculum amit-
tendi pretium, ac difficultatem exigen-
di illius carius res vendi poteſt pecunia
credita, quàm ſtatim ſoluta, valet, Dica-
ſtill.d.diſput 2.dub.6 n.63.Gutier d.cap.
39 n 23.Cyriac.ead.controuerſ.nu.2 ,.Sã
in ſumma verbo, venditio, n.3.Molin.diſp.
356.& alii, quos refert Bonacin.d.punct.
4 n.18.verſ Ex quo fit, qui num. 19 rectè
obſeruat, nõ teneri, quẽ reſtituere, quod
plus accepit, vel minus ſoluit iuſto pre-
tio ob periculum, vel expẽſas, quas pro-
babiliter ſe facturũ credidit, etſi in effe-
ctu nullum detrimentum ſuſtineat, quia
iam ſe periculo expoſuit, quod pretio
eſt æſtimabile, l.periculi 5 ff.de nautic fœ-
nor.conſentit Gutier dict.cap.39.nu.32.
Dicaſtill.num.63.vbi idem docet ratio-
ne damni emergentis, aut lucri ceſſantis.

36 Ratio præmiſſæ principalis concluſio-
nis eſt, nam valor rerum conſideratur cũ
omnibus circumſtantijs, & qualitatibus
earum æſtimationem augentibus, aut
minuẽtibus, tãtũq; aliquid valet, quan-
ti cum ſuis grauaminibus, vel commo-
dis communiter vendi poteſt. l.in quãti-
tate 73 §.Magna, ff.ad leg falcid.d.l.1.§.
Si hæres.ff.ad Trebellian.l.liberto octo-
ginta, ff de bon.libertor.Cyriac.tom.1.con-
trouerſ.87.à n.4.Matienç.d.gloſ.2.nu.25.
Menoch.conſ.1169.n 2 Cagnol in d.l.2.
n.253.254.Hermoſ.vbi proximè, nu.86.
Surd.d.deciſ.217.n.250.Mantic.d.tit.20.
n.41.Vnde onera impoſita emptori in
venditione pars pretij eſſe dicũtur, quia
illud minuunt, l.fundi partem 79.ff.de cõ-
trahend.empt.Cyriac.vbi proximè num.6.
Matienç.num.26.

Ibi: *Et quamuis Hoſtienſis, & alij.*

Hæc, quę ſequuntur typographorum 37
errore hic ſunt inſerta, cũ ad præmiſſam
concluſionem minimè pertineant, quod
ex eo apertiùs conſtat, quia in columna
proxima ſequẽti, ſub num.6.verſ. Cæte-
rum, ſuo loco iterum repetuntur, qui er-
ror in Antuerpienſi editione reperitur.

Num. 5.

Pretium mercium ſolet augere earum 38
indigentia, multitudo emptorum, & pe-
cuniæ abundantia, & è contra illud mi-
nuunt copia ipſarum, emptorum pauci-
tas, ac pecuniæ indigentia, Card.Lug.n.
44.Dicaſtill.d.diſp.2.dub.3.nu.33.Leſ.
d.dub 4 n 26.Cagnol.in d.l.2 n.25.Lup.
in l.2.n.137.C.de pact.int.empt.& vẽdit.
Maſcard.concluſ.651 n.7.Bonacin.dict.
punct 4 n.14.Menoch.dict.conſ.1169.n.
3.Gutier.practic.lib.4.q.61.n.7.Cyriac.
cum aliis, d.controuerſ 453 n.51.Rebell.
d.lib.9.q.1.n.34.verſ.Prima ergo, Bouad.
in politic lib.3.c.4.n.65.vbi tradit, quæ
ſint conſideranda ad pretium rebus im-
ponendum, Valaſc.d.conſ 43.n.5.Scacc.
d.§.1.quæſt.1.n.436.Leſ.n.30.36.Ma-
tienç ſupr.n 6.Dian.d.p.1.tract.8.reſolut.
23 Molin.diſp.348.n.4.Hinc eſt, quod
merces minoris æſtimantur, cum nundi-
næ diſſolutioni ſunt proximę, quã cum
inchoantur, quia emptores, & pecunia
deficiunt Gutier.d.c.39.n.13.Sot.dict.
li.6.q.4.art.1.Dicaſtill.n.41.Hinc tẽpore
peſtis, & belli rerum pretia decreſcunt,
Hermoſill.d.gloſ.6.num.104.Cyriac.vbi
proximè, & alij communiter, quod limi-
ta quoad res victui neceſſarias ægrotis,
nã hæ plurimi habentur, vt experientia
docet.

Ibi:

Ibi: *Et eodem pacto pretium minuitur.*

39 Res, quæ venditioni ſic exponuntur, vt emptor ipſisquæratur, minoris, quàm aliàs valerent, communiter æſtimantur, quare vilius ſub haſta regulariter emitur Menoch. *dict. conſ.* 558. *num.* 4. Cagnol. *ſupra num.* 161. 266. Gutierr. *practicar lib* 2. *quæſt.* 81. *num.* 4. Medin. *de reſtitut. q.* 31. *verſ. Procedit hoc documentum,* Bonacin. *dict. punct* 4. *nu.* 21. *verſ. Secundò ſi merx*, Sà *verb. em tio*, *num.* 4. Diana *vbi proximè*, Pat. Vazq. *ſuprà cap.* 5. §. 1. *dub.* 10. *num.* 61. Turrian. 2. 2. *tom* 2 *diſp.* 57. *dub.* 6. *num* 5. Molin. *dict. diſput.* 348. *n.* 5. Leſ. *vbi ſupra n.* 33. Cardin. Lug. *ſect.* 4. *num* 45. vbi probat, venditorem iuſtè exigere pretium commune, Dicaſtill. *dub.* 4. *per tot.* Et quidem pro tertia parte, aut dimidia pretium minuitur, Molin Leſſi, Cardin. Lug. & alij ſuprà. Quæ omnia procedunt etiamſi venditor neceſsitate compulſus res proprias exponat venditioni, Bonacin. vbi proximè, vbi alij. Vide Caramuel *in Theolog. fundament. num.* 1095. qui probat, iuſtè eas res emi poſſe pro quocunque pretio ſi alius non reperiatur, qui plus offerat, cui fauet Petr. Greg. vbi ſtatim laudabitur. Videas Dicaſtill. *ſupr.*

40 Ex his maximè dubitatur, an admittatur ad remedium *d. l.* 2. Is, cuius bona ſub haſta ſunt diſtracta, ſiue vltro, ſiue iudicis præcepto, nam cum illud iuſtũ pretium ſit, quo aliquid communiter æſtimatur, & ea, quæ ſubhaſtantur, tanti habeantur, quantum pro eis abſque fraudẽ potuerit reperiri, nulla iniuſtitia, aut læſio in huiuſmodi venditionibus conſideratur, maximè cum per licitationem aliquãdo pluris, aliquando minoris res veneant, Cardin. Lug. cum plurib. *num.* 43. *verſ. Huc pertinet.* Bonacin. *vbi proximè*, *verſ. Tertiò ſiquid ſub haſta*, vbi cum communi Theologorum reſoluit, licitè poſſe retineri, vel pretij exceſſum, vel rem viliſsimo pretio cõparatam, vbi ſub haſta cõtractus venditionis celebratur. Nec locum eſſe affirmat prædictæ conſtitutioni, niſi pretium rei vẽditæ fuerit lege taxatum, & quod læſionis, vltrà dimidiã ratio non habeatur in caſu, de quo agimus, docent Cyriac pluribus laudatis, *dict. controuerſ* 453. *nu.* 33. Panthal. Crement. *in dict. l.* 2. *n.* 308. Fabian. de Monte *de empt. & vend. quæſt.* 5. *ſub q.* 8. *principali, num.* 22. Afflict. *in tract. de iur. prothomiſeos*, §. 2. *num.* 19. Guid. Pap. *quæſt.* 22. *in fin.* & eſt communis opinio, imò magis cõmunem eam dixit Menoch. *conſil.* 844. *num.* 33. Petr. Gregor. *dict. cap.* 24. *num.* 17.

Nihilominus contrarium, vt verius, ac 41
receptius tenendum eſt, tam de iure cõmuni, quàm Regio, iuxta quod nulla, de hoc poteſt eſſe controuerſia, extante *d. l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.* vbi expreſſum eſt, remedium reſciſsionis cõpetere pro rebus ſub haſta diſtractis, & ita docent Cardin. Lug. *ſect.* 6. *num.* 79. Ant. Gom *dict. cap.* 2. *num.* 23. Hermoſ. *in dict. l.* 56. *gloſ.* 4. *num* 13. 14. Parlador. *rer. quotidianar. lib* 2. *cap. vltim. part.* 5. §. 16. *à numer.* 10. Ceuall. *dict. quæſt.* 536. *à princip.* Aug. Barboſ. *in dict. collect. num.* 9. 10. Trentacinq *dict. reſolut.* 3. *nu.* 4. Gratian. *diſcept. cap.* 461. *num.* 30. Oſtuald. *ad Donell. libr.* 23. *cap.* 13. *in fin.* Gutier. *practicar dict. lib.* 2. *quæſt.* 161. *num* 5. Padill. *in dict. l.* 2. *num* 30. Salgad. *in labyrinth part.* 3. *cap.* 10. *ex num* 4. Amaya *in l.* 1. *num* 56. 57. *C. de fide inſtrument. & iur. haſt.* Fiſcal. *lib.* 10. D. Larr. *allegat. Fiſcal.* 106. *num.* 9. Molin. *d. diſput.* 349. *num* 13. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 4. & plurimi alij. Quod procedit etiam in re vendita pro debito Fiſcali, Trentacinq. cum alijs *ſupra num.* 3. Hermoſ. *dict. num.* 14. Quod remediũ emptori, ac venditori commune eſt, nec diſtingitur an fuerit ſubhaſtatio voluntaria, vel neceſſaria, Adde Fachin. *lib.* 2. *cõtrouerſ. cap.* 20. *verſ. Sed nullius.*

Ibi: *Quod ſi merces ſint neceſſariæ.*

Vilitas enim precij mercium inopiam 42
ſolet generare, vt Marcellinus Iulianum Imperatorem reprehendens oſtẽdit *lib.* 22. *hiſtoriar.* ibi: *Nulla probabili ratione ſuſceptæ popularitatis amore vilitati ſtudebat venalium rerum, quæ nonnunquam ſecùs, quàm conuenit ordinata inopiam gignere ſolet, & famem.* Quem refert Bobadill. *dict. cap.* 4. *num.* 65. *ad fin.* Et per contrarium pretij augmentum facit, Rempublicam neceſſarijs abundare, Bouadill. *vbi proximè*, Petr. Gregor. *Syntagmat, lib.* 36. *capit.* 30. *num.* 4.

Ibi:



Ibi: *Et probatur ex eo quod vbi adeſt neceſsitas.*

43 Merces ad victum neceſſarias, publica vrgenti neceſsitate, dominus iuſto pretio vendere compellitur, quod per iudicem moderari poteſt boni viri arbitrio, etſi alioquin propter ſterilitatem pluris venirent Bouadill. *ſupra n.* 65. Matienç. *dict. gloſſ.* 2. *num* 41. 42. Franciſc. Marc. *deciſ* 510. *num.* 42. 43. Afflict. *in proœm. conſtitut. Neapolit quæſt.* 3. *num.* 6. Molin. *diſput.* 341. *num* 4. Didac. Per. *in l.* 2. *gloſſ. magna, tit.* 23. *lib* 2. *Ordinamẽt.* Ant Gom. *dict. cap.* 2. *num.* 52. *verſ. Secundus caſus*, Gutierr. *practicar. lib* 4. *quæſt.* 49. *num.* 3. Suar. *in Theſaur. receptar. ſentent. verb. vẽdere, num* 13. Hermoſill. *in l* 3. *gl. ſ* 1. *num* 60. *tit* 5. *part.* 5. Cancer. *part* 1. *cap.* 11. *de empt. nu.* 77. Aluar. *de priuileg pauper. part.* 1. *quæſt.* 24. *num* 4. Azeued. *in l.* 1. *nu.* 21. *tit.* 25. *lib.* 5. *Recopil.* Surd. *de aliment tit.* 1. *quæſt* 77. *num* 6. & *tit* 8. *quæſt* 94. *num* 4. Maſtrill. *deciſ* 17. Franch. *deciſ* 9. *per totam* Quod non ſolùm in comeſtibilibus, ſed etiam in eis, quæ ad veſtitum, aliumvè vſum ad vitam neceſſarium pertinẽt, locum habet, Strach. *de mercatur. part* 4. *tit. in quib. caſib. mercatur. poſſ exerceri*, *nu.* 51. Aviles *in cap.* 17. *Prætorum*, *verb. à razonables precios*, *nu.* 5. Caball *reſ. lut. crim. cent.* 1. *caſ* 9. *num.* 3. 4. Surd. *dict titul.* 8. *q.* 48. *num.* 8. Hermoſill. cum alijs *ſupra numer.* 61.

44 Imo, & Eccleſiaſtici quacunque fulgẽtes dignitate ad vendendum compelli poſſunt per publicam ſæcularem poteſtatem, quæ abſque metu ex communicationis victualia ex ipſorum horreis, & domibus extrahet, *l.* 1. *tit.* 25. *lib.* 5. *Recopilat.* Gregor. Lop. *in l.* 54. *gloſ.* 1. *tit.* 6. *p.* 1. Didac. Pet. *in l.* 12. *gloſſ.* 1. *verb. ſi acaece ſer, tit.* 2. *lib.* 1. *Ordinament* Ignat. del Vill. *in ſylua reſponſ. lib.* 1. *reſponſ.* 5. *nu.* 14. *part.* 3. Caualcan. *deciſ.* 37. *à nu.* 67. *part.* 2. Gutierr. *practicar. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num* 3. Mexia *in tract. de taxa panis concl. ſ.* 1. *numer.* 60. 64. Menoch *conſ.* 137. *nu.* 8. *verſ Cæterum*, & *n.* 9. Bouadill. *lib* 3. *cap.* 3. *n.* 13. Gratian. *diſceptat. cap.* 149. *num.* 43. latè Hermoſill. *vbi proximè, nu* 62. quæ pretio taxato vendi debent, Curtell. *de immunitat. Eccleſiaſt. libr.* 2. *quæſt.* 9. Ortiz *in ſumma, cap* 4. *numer.* 9. Valer. *de different. vtriuſque for. verb. Clericus, differẽt* 3. Sal. *tractat. de emption. & vendit. dub.* 9. *nu.* 2. Villadieg. *in ſua politic. cap.* 3. §. 20. *num.* 90. Nam Eccleſiaſtici taxam rebus impoſitam tenẽtur, obſeruare Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap* 9. *dub.* 15. *num.* 2. Gutierr. *practicar. lib.* 4. *quæſt.* 38. *num.* 21. Molin. *diſp.* 31. *num.* 13. Nauarr. *in manual. cap.* 23. *num.* 88. Sot. *ſupra lib.* 1. *quæſt.* 6. *art* 7. Bouadill. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 122. Mexia *ſupra concluſ* 5. *num.* 1. *cum ſeqq* maximè *num* 35.

Contrariũ verò ſcilicet Clericos, aliaſ- 45
que perſonas Eccleſiaſticas ad vendendũ cogi non poſſe per iudices ſæculares, docent Caball. *dict. caſ.* 9. *num.* 10. Bene *ſupra dubit.* 14. *n.* 1. Caualc. *deciſ.* 37. *n.* 76. *p.* 2. Ripol. *variar. reſolut cap.* 11. *de empt. n.* 91. Moſcl. *in ſumm. tom* 2. *tract.* 12. *cap.* 5. *num* 85. Beller. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit.* 5. § 2. *num* 9. Mad. *in tractat. de Sacr. ordinib cap.* 14. *num.* 28. Duard. *in Bull. Cœnæ, lib.* 2. *canon* 15. *quæſt.* 17. *nu* 45. Guazzin. qui generàliter loquitur *de defenſ. reor lib* 2. *defenſ.* 20. *cap.* 9. *num.* 10. In qua controuerſia verior reſolutio videtur, quòd quando periculum eſt in mora, vel ſuperiores Eccleſiaſtici negligunt per ſe compellere, aut ſæcularibus concedere compellendi facultatem Clericos ad vẽdenda victualia tempore publicæ neceſſitatis, poterunt laici iudices extorquere frumentum, & alia ab Eccleſiaſticis abſque excõmunicationis metu, quia vtuntur naturali defenſione aduerſus eos, qui neceſſaria ſubtrahendo ciuium, ac Reipublicæ interitum moliũtur, quibus ceſſantibus, iuxta ſecundam opinionem nõ licèt ſæcularibus in perſonas Eccleſiaſticas prætextu neceſsitatis iuriſdictionem, nec quoad bona exercere. Ita Bene *dict. dubit.* 14. *num.* 2. 3. Hermoſ. *dict. gloſ.* 1. *n.* 62. *in fin.*

Ibi: *Vndè quod Bartolus ſcribit.*

Receptiſsima, ac tuta eſt Bartoli ſentẽ 46
tia, vt conſtat ex DD. in principio huius verſiculi allegatis indiſtinctè docentibus, pretium rerum ſpectantium ad victum tempore neceſsitatis earum taxãdum eſſe etiam infra illud, quo propter penuriam venundari poſſent, nec inopiam pecuniæ deſiderant, bonum enim commune poſtulat, vt nedum indigentiæ victualium ſubueniatur ſed etiam, vt exceſſus pretij moderetur, cui ſterilitas

præ-

præbuit occaſionem. Nec refert, quod ex hoc videatur iniuria earũ rerum dominis irrogari, cum publica vtilitas priuatorum commodis ſemper præferatur, *l. vnica, §. Tantum enim, C. de caduc. tollẽd.* facilius tamen Bartoli doctrina practicabitur, vbi tàm pecuniæ, quàm mercium penuria cõcurrerit, prout aduertit Bouadill. *dict. lib 3. cap 4. num. 66. verſ. Y aunque eſta opinion.* Ea verò pretij deminutio erit faciẽda cum merces ſunt penes eos, qui ad vendendum compelli poſſunt, ſed ſi per mercatores ſint aliunde conducẽdæ, potiùs augeri debent pretia, quã minui, vt ſpe maioris lucri ad eas adportandas inuitentur, Petr. Gregor. *ſyntagmat. iur. part. 3. lib. 36. cap. 30. nu. 4.* Ioan. de Plat. *in l. modios, in princip. C. de ſuſcept. & arcar.* Bouadill. *ſupra num. 65. ad finem,* qui rectè ait, minus eſſe malum, victualia carius vendi, quã Rempublicam fame premi. Et an expediat generaliter rebus taxam imponi, tractat Card. Lug. *ſupra ſect. 4. num. 50.* qui *num. 49.* alios laudat, de hac re diſputantes, Petr. Gregor. *dict. lib. 25. cap. 14. num. 5. 6.*

Num. 6.

47 Concluſio hæc communis eſt, ac per conſequens tuta, nam vbi habita fide de pretio communiter venduntur merces, poſſunt ſic pluris venire, quàm præſenti pecunia, aliquando diſtrahi ſolent, nec exceſſus iſte percipitur ob dilationẽ ſolutionis, ſed quia eſt iuſtũ pretiũ, pro illo vendendi modo communiter conſtitutum, cum homines eius loci perpẽſis omnibus circunſtantijs talis contractus, merces, ſic venundatas tanti æſtimarunt. Imo licèt illæ in aliquo ſpeciali caſu deficerent, non ideò dicetur, vendens, aut vſuram, aut in iuſtitiam committere, quoniam ſemel pretio taxato, nihil intereſt, quod abſint cauſæ, propter quas fuit conſtitutum, quominus venditor tutè poſsit, vſque ad illud lucrari, vt diximus *ſupra num. 33.* veluti ſi mercator mercem incognitam, quàm plurimi emit, maximiſque ſumptibus neceſſarijs conduxit, afferat, & his perpenſis certum pretium communi æſtimatione ſtabiliatur, licet poſteà vilius comparet, & exiguas expenſas faciat, iuſtè percipit tantundem; ſic quamuis in cõſtitutione pretij mercium, quæ ad creditum venduntur, ratio habeatur damni emergentis, lucri ceſſantis, periculi exactionis, expenſarum, ac moleſtiæ, quæ in exigendis debitis frequenter contingunt, tamen etſi nullum ex his timeat, aut patiatur venditor detrimentum, tuta conſcientia communi pretio venundare poteſt. Quã principalem aſſertionem ſolidis defendit fundamentis, Sanch. *dict. dub. 15. à n. 4.* eamque tenent Dian. *dict. part. 1. tract. 8. reſolut. 21.* Leſ. *dict. capit. 21. dub. 4. nu. 56.* Sà *verb. venditio, nu. 7.* Bonacin. *dict. punct. 4. nu. 27. verſ. Hinc ſequitur eas merces.* Molin. *diſput. 357. num. 3.* Dicaſtill. *dub. 6. nu. 75. cum ſeqq.* Anania *in dict. cap. in Ciuitate, col. 1. num. 3. de vſur.* Dec. *conſ. 111. numer. 8. 12.* Syueſt. *in ſumma verbo, vſura, 2. quæſt. 2.* Ang. *eodem verb. 1. num. 59.* accedunt Sot. *dict. lib. 6. quæſt. 4. artic. 1.* Cordub. *in ſumm. q. 85. verſ. Lo tercero.* Etſi cum limitatione formidineque loquantur. Idemque dicendũ eſt, de ementibus anticipata ſolutione, quod emere minoris poſſunt, quàm tempore traditionis mercium præſenti pecunia compararent, ſi hic modus cõtrahendi frequentior ſit, iuſtaque conſuetudine introductus, Sanchez *ſupra dub. 16.* Dian. *dict. tract. 8. reſol. 22.* Cardin. Lug. *ſect. 7. §. 3. num. 110.* Dicaſtill. *dict. lib. 2. tract. 9. diſp. 2. dub. 6. à num. 82.* Molin. *diſp. 360.* Et alij aput Sanch. qui Authores contrarium ſentientes, tam in hoc, quàm in ſuperiori caſu refert, quos ſequitur Gutie. *dict. cap. 39. num. 35. verſ. Hæc tamen ſententia,* vbi latè præfatam opinionem impugnat, cuius argumentis, vt ſatisfaciam aliquandiũ oportet immorari.

48 Et in primis ad textum in cap. in Ciuitate, cum ſimilibus, de vſur. dicendũ eſt, ibi ſolum prohiberi, aliquid carius vendi ob dilatam ſolutionem, quando iuſtum pretium exceditur, atque ita intra illius latitudinem ea prohibitio locum non habet, nec vſura committitur, vt ipſe Gutierr. docuit, ibi *num. 11.* & cum D. Couarr. probauimus *ſupra num. 21.* In caſu autem, de quo agimus, venditores iuſtum pretium non trãſgrediuntur, cum ſit illud, quod homines communiter cõſtituunt circunſtantijs, ac modo vendendi animaduerſis. Nec obſtat ſecundum, nam cum ille vendendi modus, ad creditum ſit legitima conſuetudine inductus propter inopiam emptorum, & naturam mercium, quæ ſic venduntur, nihil eſt, quod venditoribus poſsit imputari. Non tertium, quia pretium earum mercium, quæ, habita fide, de pretio, vẽduntur, non fuit communi æſtimatione taxatum ob emptorum vtilitatem prouenientem ex dilatione ſolutionis, ſed quoniam attentis incommodis vendentium, & emptorum commoditate, in eo vendendi modo, qui frequentabatur, tãtũ merces ita vẽditas valere, apud ſe homines conſtituerunt. Præterea cum rarò in eis locis res, de quibus agitur, præſenti pecunia veneant, æſtimatio, quæ fit, cum ſic emũtur potius eſt particularis, quã communis, quare illi ſtandum non eſt ad dignoſcendum earum valorem, vt diximus.

49 Non quartum, nam etſi nulla Reſpublica diuerſum pretium præſcribat rebus diſtractis præſenti pecunia, ac venditis ad creditum vbique tamen, niſi lege prohibeatur duplex rerum pretiũ reperitur, vnum commune, alterum conuentionale, ſiue ſingulare, & vtrumque iuſtum, primum communi hominum opinione conſtituitur, ſecundum partium conſenſu cum propter contractus circũſtantias æquè à communi æſtimatione receditur. Cyriac. *cum alijs dict. controuerſ. 453. num. 19.* & dictum eſt *ſupra num. 30.* In ſpecie igitur noſtra vnicum eſt pretium commune, illud ſcilicet, quo merces ad creditum comparãtur, nam ita ferè ſemper venire ſolent. Alterum conuentum quando præſenti pecunia emũtur, quod raro contingit, quo caſu iuſtis de cauſis à communi æſtimatione receditur, cum vẽditor incommoda euitet, quorum ſupra meminimus, prætérquam quod pecunia præſens pluris, quam poſt tempus ſoluenda communiter æſtimatur, Noguerol. *allegat. 18. nu. 78.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 170. num. 16.* Sanch. *dict. cap. 7. dub. 17. num. 4. propè finem.*

50 Quintum diſſoluitur ex præmiſsis, ſiquidem pretium iuſtum commune venditores, non excedunt, licet ſupra particulare, vel conuentum quicquam accipiant. & vſura, aut iniuſtitia non committitur, niſi illud tranſgrediatur, à quo valorem iuſti, ſecum res obtinent, vt oſtendimus *dict. num. 30.* Nec improbitati mercatorum tribuendum eſt, quod emptores non inueniantur, qui pecunia ſtatim numerata, compararent, imò regulariter, ſic vendere exoptant, paruoque lucro, ob repreſentationem pecuniæ ſolent eſſe contenti, vt iterum eam in alias negotiationes expendant, vt obſeruat Sanch. *dict. dub. 15. nu. 4. verſ. Tertio probatur.* Ad vltimum tandem reſpõdetur, mercatores exponere res ſuas venditioni iuxta cõſuetudinem loci in quo ſunt, vt recipiant pretium, quod ibi commune eſt, cum que in vſu ſit, vt ad creditum vendantur pro pretio ſic currenti, nõ tenentur vnum, vel alterum cum præſenti pecunia emptorem admittere neq; modum ibidem vendẽdi inſolitum acceptare, maximè cum ex paucitate emptorum pretia rerum minuantur, atque ideò iuſtè recuſãt vẽdere eo modo, quo pauci inueniũtur, qui velint emere, tam propter pecuniæ penuriam, quàm ob conſuetudinem vendendi ad creditum, vt docet Syueſt. *vbi ſupr.* Ex quibus D. Couar. ſententia defendi poteſt, quæ tamen ex mente Gutier. poſſet limitari, cum non neceſsitas, ſed auaritia mercatorum eam corruptelam vendendi ad creditum introduxerit, ac obſeruauerit, vt plus lucrentur ob dilationem ſolutionis, cum enim hoc vſurarium ſit, nulla conſuetudine licitum fieri valet, *cap. fin. de conſuetud.* & data copia emptorũ præſenti pecunia ab hoc abuſu recedere venditores tenebuntur. Ad quæ omnino videas, Cardin. Lug. *ſect. 7. §. 2. per tot. à nu. 105.*

Verſ. *Cæterum quandoque licèt mercatori.*

51 Ad intellectum *dict. cap. in Ciuitate de vſur. videndi ſunt,* Gutier. *dict. cap. 39.* Molin. *diſp. 355.* Bonacin. *dict. punct. 4. num. 16.* Didac. Per. *in l. 2. col. 34. titul. 2. lib. 8. Ordinament.* Petr. Nauarra *de reſtit. lib. 3. cap. 2. num. 280.* Geminian. *de vſur. comment. 3. § 5. à num. 99.* Cened. *ad decretal. collectan. 47. ex num. 4.* Azor. *part. 3. lib. 8. cap. 8. 9.* Matienç. *in l. 22. gloſs. 9. tit. 11. lib. 5. Recopil.* Layman. *in theolog. moral. lib. 3. tract. 4. cap. 15. num. 14.* Rebell. *dict. lib. 9. quæſt. 11. num. 4.* Sot. *dict. lib. 6. quæſt. 4. art. 2. verſ. Poſterior concluſio,* Bolañ. *in Curia, tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 16.* Nauar. *in manual. cap. 17. num. 241.* Leſ. *dict. cap. 21. q. 8.* Dian. *part. 3. tract. 6. reſolut. 2.* Aragon. *2. 2. quæſt. 77. art. 4.* Qui omnes, & alij plurimi tenent, tunc carius

rius vendi poſſe pretio currenti, cum ſi-
mul concurrit, tum quod dubium ſit, an
tempore, in quod ſolutio cōfertur, plus,
minuſve valituræ ſint? tum quod domi-
nus eas eſſet vſque ad illud ſeruaturus, vt
in *d. cap.* nauiganti in fine, expreſsim ha-
betur, quibus adde Leotard. *tract. de*
*vſur. quæſt.* 98. *num.* 41. Card. Lug. *ſect.* 7.
*§.* 2. *num.* 104. Dicaſtill. *ſup. dub.* 6. *num.*
61. licèt hanc vltimam conditionem nō
eſſe neceſſariam, cum Caietano nouiſsi-
mè probare nitatur Mag. Palacios *lib.* 4.
*de contract. lib. cap.* 9 *pag.* 150. *cum ſeqq.*

52 Quodſi à principio pretium certum
non determinetur, ſed vendatur ad cre-
ditum pro eo, quod currerit ſolutionis
tempore, & veroſimile ſit, tunc minus
valiturum, quod venditur, aut ſaltim du-
bitetur, neceſsè non eſt, quod dominus
foret ſeruaturus, nam etſi forſitan poſsit
venditor vltrà pretium tempore cōtra-
ctus currens aliquid lucrari, non eſt ob
dilatam ſolutionẽ, ſed quia ſe exponit,
etiam periculo minus recipiendi, quã,
ipſe tunc temporis perciperet, Leiſi.
*ſuprà num* 1. Scot. 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 2. *art.*
2. Florentin. *part.* 3. *cap.* 7 *§.* 13. *tit.* 1.
Angel *in ſumm. verbo, vſura, num.* 34. Syl-
ueſt. *ibi quæſt* 14. Medina *de reſtitut. §. Se-*
*quitur, fol.* 116.

Ibi: *Quo ſit cum contractum illicitum eſſe.*

53 Non licet vendere, habita fide de pre-
tio rē, quanti plurimi fuerit à die cōtra-
ctus, vſque ad Kalendas Martij, vel Ap-
prilis, ita vt ſi pretium currens de præſen-
ti augeatur ad exceſſum emptor tenea-
tur, ſi verò decreſcat, illud ſine deminu-
tione venditor capiat, quod verùm eſt,
quamuis in tempus deſignatum merces,
qui vendidit, non eſſet ſeruaturus, Nau.
*ſuprà nu.* 242. Armilla *verbo, vſura, num.*
10. Gutier. *d. cap.* 39. *num.* 9. Bonacin. *d.*
*n.* 16. *verſ. Si quæras,* Leiſ. *d. dub.* 4. *n.* 28.

Ibi: *Quamuis adhuc non iudicarē contractũ.*

54 Poteſt quis, etiam pecunia ſtatim nu-
merata, pluris vendere iuſto pretio cur-
renti habito, reſpectu ad tempus, in quod
merces ſeruaret, quas in gratiam emp-
toris diſtrahit, velut ſi oleum venunde-
tur Ianuario, quod dominus non eſſet
venditurus, vſque ad Octobrem, licebit
conuenire de pretio illo, quo communi-
ter hoc menſi oleum venire ſolet, dedu-
cta tamen aliqua parte arbitrio boni viri
ratione cuſtodiæ, & periculi, quod ven-
ditor interim ſuſtineret, vſque ad tem-
pus, quo vendere deſtinauerat, à quo ſta-
tim tradendo, liberatur. Vnde ſi tempo-
re contractus amphora olei ſedecim nũ-
mos valebat, & menſe Octobri, certum
foret, quod viginti communiter vende-
retur, iuſtè recipit venditor viginti num-
mos in ſingulas amphoras, cum aliqua
deminutione ob expenſas cuſtodiæ, &
periculum, quod euitat. Sed ſi dubitetur
an viginti, vel viginti quatuor nummos
amphora olei ſit valitura, fas erit, pro ſin-
gulis viginti duo cũ dicta deminutione
recipere, Gutier. *n.* 3. 4. Rebell. *d. q.* 11. *n.*
8. 9. Bonacin *d. punct.* 4. *n.* 16.

Ibi: *Quibus quidem prænotatis.*

Quoties pretium temporis contractus 55
exceditur, quia merces venditor eſſet
ſeruaturus ad id, quo pluris venire pote-
runt, ſemper ex futuro pretio ſunt dedu-
cendæ arbitrio boni viri expenſæ, quas
dominus eſſet neceſſariò facturus in illis
interim cuſtodiendis, nec non æſtimatio
periculi deteriorationis, vel amiſsionis
earundem, quoniam hæc onera ſubitu-
rus foret, ſi ſtatim non venundediſſet,
alioquin plus conſequeretur ob dilatam
ſolutionem, quam haberet merces ſeruã-
do, quod vſuræ labem cōtineret, Gutier.
*d. num.* 3. Bonacin. *eod. num.* 16. *verſ. Se-*
*cundò vt aliquid, & verſ. Secundò ſequitur,*
Salon. 2. 2. *quæſt* 88. *art.* 2. *controuerſ.* 21.
*num.* 8. Trullench. *in Decalog. tom.* 2. *lib.*
7. *cap.* 20. *dub.* 8. *num.* 10. Diana *d. tractat.*
6. *reſol.* 2. Dicaſtill. *diſp.* 3. *dub.* 7. *num.* 74.
Cardin. Lug. *ſup. ſect.* 7. *num.* 104. *verſ.*
*Aduertit tamen.*

Verſ. *Item ſecundo, hinc apparet.*

Licitè merces veroſimiliter in poſte- 56
rũ plus valituras vendere quiſque poteſt
quanti tali menſe, vel hebdomada ve-
neant ſimiles intra id tempus, ad quod
eas ſeruare decreuerat, non tamen de
ſummo pretio paciſci poterit, ſed de me-
diocri, Leiſ. *d. dub.* 4. *nu.* 28. 51. Rebell.
*d. lib.* 9. *quæſt.* 9. *num.* 8. Gutierr. *n.* 6. Na-
uarr. *d. cap.* 17. *n.* 241. Bañez 2. 2. *quæſt.*
77.



77. *art.* 4. *dub* 7. Sot. *d. quæſt.* 4. *art.* 2. Mo-
lin *diſp.* 355 *num* 5. Azor. *d. lib.* 8. *cap.* 9.
*quæſt.* 1. Bonacina *d. verſ. Secundo ſequi-*
*tur.* Dicaſtill. *vbi proximè n.* 72. Leotard.
*de vſur. q.* 24. *n.* 29.

Verſ. *Quod ipſe verum exiſtimauerim.*

57 Qui merces ad certum tempus eſt ſer-
naturus, poteſt eas vendere eo pretio,
quod currerit, cum ſibi placuerit intra
idem tẽpus, ad quod ſeruare ſtatuerat, &
ſemel, electione facta, priuatur iterum
mutandi conſilium facultate, debetque
medio illius temporis pretio contentus
eſſe, Gutierr. *n.* 7. 8. Dicaſtill. *n.* 73.

Verſ. *Tertiò, eadem inſpecta ratione.*

58 Ratione lucri ceſſantis, quòd vendi-
tor veroſimiliter caperet, ſi ſtatim pre-
tium ſolueretur, poterit carius ad cre-
ditum, quam præſenti pecunia vende-
re, quòd vt licitè fiat, nonnullæ cōditio-
nes deſiderantur. Prima, vẽditorem ha-
bere, cui ſtatim pecunia præſenti ven-
dere poſsit merces, quas credidit. Se-
cunda, quod propter defectum pecu-
niæ, cuius ſolutio differtur, credat vero-
ſimiliter ſe non lucraturum, quòd acqui
reret, ſi eam præ manibus haberet. Ter-
tia, quod in gratiam emptoris, & ad
eius preces venditio fiat. Quarta, vt ipſe
emptor certior fiat de exceſſu pretij cur-
rentis, ac de cauſa, propterquàm exce-
ditur, nam quoties additur aliquid iuſto
pretio ob incommodum, quod vendi-
tor patitur ex diſtractione rei ſuæ, opus
eſt, vt emptori notum fiat, atque ita in
exceſſum cõſentiat, diximus *ſuprà num.*
35. quibus concurrentibus, communiter
obtinuit, licere, habita fide de pretio, ca-
rius vendere ob lucrum ceſſans, etſi abſ-
que controuerſia non ſit, de quo Gutier.
*à num.* 23. Medina *de reſtit. quæſt.* 38. *in* 2.
*cauſa, & in* 4 *cauſa, verſ. Eſt itaque reſolu-*
*tio,* Deci. *conſ.* 111 *num* 9. 12. 13. Magiſt.
Palac. *de contract. d. lib* 4. *cap.* 3. *pag.* 244.
Mercado *in tract. de tratos, y contratos,*
*lib.* 2. *cap.* 13. *del mercar, y vender al fiado,*
*per totum* Cordub. *ſupra, quæſt.* 84 *in* 2.
*opinion. ve ſ. Tampoco juſtifica,* Menoch. *de*
*arbitrar. caſ.* 119 *num.* 2. vbi de probatio-
ne lucri ceſſantis, Rebell. *d. quæſt.* 11 *n.*
5. Molin. *d. diſp.* 355. *num.* 4. Dicaſtill.
*ſup. diſp.* 2. *dubit.* 6. *num.* 63. Idem eſt, ra-
tione damni emergentis, vt proximè
laudati tradunt, & Dicaſtill. *diſp.* 3. *dub.*
6. *num.* 54. Leotard. *d. quæſt.* 24. *num.* 13.
Card. Lug. *d. diſp.* 26 *ſect.* 7. *num.* 104.
*verſ. Tertiò, certum videtur.*

Ibi: *Quibus omnibus illud adijciendum eſt.*

Tuta conſcientia emũtur merces an- 59
ticipata ſolutione minoris, quàm tem-
pore contractus communiter vendun-
tur, modò dubitetur, num die traditio-
nis plus minuſvè valebunt, quàm inter
contrahentes conuenit, vndè ſi Apprili
valeat faneca hordei nũmis duodecim,
poterit ad rationem octo anticipata ſo-
lutione emi, conferendo traditionem in
Auguſtum, modo eo loci hordeum ali-
quando pluris, aliquando minoris tem-
pore meſsium colligẽdarum venire ſo-
leat, Gutierr. *num.* 46. Bolaños *d. tom.* 2.
*lib.* 2. *cap.* 1 *num.* 16. Sot. *d. lib.* 6. *quæſt.* 4.
*art.* 2 Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 115.
Romald. Col. *tract. de empt. cum pretio*
*anticipato. cap.* 2 *num.* 6 Azor. *part.* 3. *lib.*
8. *cap.* 9. *quæſt.* 4. Trullench. *ſuprà dub.* 9.
*num.* 4. Matienc. *in l.* 17. *gloſ.* 2. *num.* 2. *tit.*
11. *lib.* 5. *Recopilat.* In quo eſt aduerten-
dum, quod cum aliquid emitur antici-
pata ſolutione iuſtum pretium non eſt,
quòd currit tempore cōtractus, ſed tra-
ditionis rei, *d. cap.* nauiganti, *§.* 1. *de vſur.*
Sanch. *d. dub.* 16 *num.* 1. Sot. *ſupra art.* 1.
*verſ. Secundò, id.* Syl ueſt. *verbo vſura* 2. *q.* 1
dicto 1. Mercado *de contract. lib. lib.* 2. *cap.*
12. Metina *de reſtitut q.* 38. *cauſa* 6. *verſ.*
*Eſt itaque.* Ratio eſt, nã cum res emãtur
propter vſum, & tunc veniant in vſum
venditoris, quando traduntur, iuſtum
earum pretium eſt, quod eo tempore
valent. Sed hæc locum non habent, cum
quis fructus alicuius vineæ, vel oliueti
pendẽtes emit, nam etſi in futurum eos
ſit percepturus, ſtatim dominium eorũ
nanciſcitur, nec hæc venditio anticipata
ſolutione fieri, dici poteſt, atque ita pre-
tium erit, quòd tempore contractus va-
lent, vt aduertit Trulench, *vbi proximè.*

Eſt apud nos, *l.* 17. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopi-* 60
*lat.* qua prohibetur emptio frumenti,
anticipata ſolutione, alio pretio, quàm
quod valuerit quindecim diebus ante,
vel po natalem Deiparæ in oppido, cu-
ius iur diſtioni locus ſubijcitur, in quo

 fru-

frumentum ſolui debet, vt notant Matienç & Azeued. ibi, Gutierr. *ſup. num.* 48. vbi ait, illud eſſe iuſtum pretiũ, quod diutiùs intra illud temporis lege præſcripti frequentetur, quãuis Matienço putet, terminum illum non eſſe obſeruandum, ſed à die decima quinta Iulij, vſque ad decimam quintam Auguſti, à quo Azeued. diſſentit. De hoc multùm curare non eſt neceſſe, cum eam conſtitutionem obſeruari nunquã videamus, etſi frequentiſsimè agricolæ præ inopia fructus, anticipata ſolutione, diſtrahant, ſed prout de pretio paciſcitur, ita adimpletur. At anticipata frugum emptio pluribus diuerſorum Principum conſtitutionibus vetatur, vt iniquitatis occaſio, & Reipublicæ nociua, notat Leotard. *ex n.* 36.

Ibi: *Sic etiam licitum erit.*

61 Quando abſque vſuræ, vel iniuſtitiæ labe poſsit vetus triticum dari, vt tantundem ex nouo recipiatur tẽpore meſſium colligendarum, vel alio, ex ſequentibus aſſertionibus apparebit. Prima ſit, frumentum vetus etiam peſsimum iuſtè pro nouo in futurum ſoluẽdo permutatur, cum illud tantũ valet traditionis tẽpore, quantum hoc, quando reddendum eſt, nam etſi mutuator melius frumentum recipiat, quàm dedit, nihil amplius lucri conſequitur, ſiquidem iuxta communem æſtimationem pro temporũ diuerſitate tantũ præſtitit, quãtum ſibi reſtituitur. Secũda, hæc ipſa permutatio ſimiliter eſt permiſſa, ſi dubitetur, an nouũ frumẽtum plus, vel minus ſit valiturum tempore ſolutionis, quàm vetus, cum contrahitur, nam qui mutuat lucro, & damno ſe exponit, vnde ſi fanega tritici veteris viginti nummis cum traditur communiter æſtimetur, & dubium ſit, num nouum tempore ad ſolutionem deſtinato ſedecim, aut viginti quatuor valebit, æquiſsimè de eadem quantitate tritici reddẽda paciſcitur, nam medium pretium eligi debet. Nec caſibus iſtis requiritur, quod dominus vetus frumentum eſſet ſeruaturus necne, quia ea conditio ſolum deſideratur, cùm aliquid vltrà pretium iuſtum currens tẽpore contractus accipitur, eo quod res in futurũ pluris venire poteſt *d.c.* In Ciuitate.

62 Tertia, quoties certum eſt, frumentum nouum pluris habendum, quàm vetus, cùm mutuatur, vſurarium erit de reſtituendo tantundem paciſci. Quarta, ſi probabilius ſit, plus valiturum frumentũ ſoluendum, quàm vetus mutuatũ in præſenti vendi poſſet, eodem modo vſura committetur. Quinta, ſi mutuator eſſet frumentum vetus ſeruaturum in aliud tempus, quo plus valeret, quàm cum tradit, tanti æſtimabitur, quanti tunc vendi poſſet detracto aliquo ratione periculi, & expenſarum, quas, ni mutuaret, eſſet facturus, iuxta quod computabitur, an nouum frumentũ plus vel minus valeat, quàm vetus. Sexta, vſuram perpetrat, qui mutuat frumentũ, vt tantundẽ cũ pluris fuerit, ſibi reddatur. Ita docent Bonacin. *diſp.* 3. *q.* 3. *de mut. & vſur. n.* 19. 20. 21. 26 vbi plures, Rebell. *lib.* 8. *q.* 8. *à n.* 6. Molin. *diſp.* 311. Pet. Nauarr. *d. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 262. Leſ. *d. lib.* 2. *c.* 20. *dub* 7. *n.* 152. Azor. *part.* 3. *lib.* 7. *c.* 7. *quæſt.* 5. Nauarr. *in manual. c.* 17. *n.* 224. Gutierr. *d. c.* 39. *à n.* 56. cuius doctrina ex parte non placet, quatenus ad iuſtitiam huius cõtractus dicit attendendam qualitatem frumẽti, & intentionem mutuantis, nã vt ex DD. allegatis colligitur, ſolùm eſt inſpicienda æſtimatio eius, quod mutuatur, & redditur, vt dignoſcatur, an vſurarius contractus ſit, cum vſura in eo conſiſtat, vt quid pretio æſtimabile vltrà ſortem propter mutuum accipiatur, quod non cõtingit, cum vtriuſque frumenti idem eſt valor, etſi plurimũ inter ſe quoad qualitatem differant. Imò ſi minùs nouum valiturum ſit, quã vetus tẽpore contractus æſtimatur, conuenire licet, vt plures fanecæ reſtituantur, quàm mutuo fuerint acceptæ. Gutier. *n.* 52. apud quẽ Metina. Conrad *de contract. lib. q.* 35. *concluſ.* 5. Rebell. *vbi proximè*, Siluest. *verbo vſura*, 1. *q.* 16. Nauar *d. c.* 17. *n.* 225. Illud etiam adijciendum eſt, vſurarium eſſe dare frumẽtum, vt certo tempore tantundem, vel pretium conuẽtum prout maluerit qui mutuat, reddatur, Dian. *d. tract.* 6. *reſol.* 2. *verſ. vltim.* Rebell. *d. lib* 9. *q.* 11. *n.* 12. Villalob. *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 11. *diffic.* 6. *n.* 3. Quæ diximus de frumento, æquè admittẽda ſũt de oleo, vino & alijs, in quibus mutuum conſiſtere poteſt, quia functionem recipiunt in genere ſuo, vt ait Conſultus *in l.* 1. *§. Mutui datio, ff. de reb. credit.* De quibus nouiſsimè Dicaſtill.





videndus, *d. lib* 2. *tract.* 10. *diſp.* 2. *dub.* 2. *per tot.*

Ibi: *Illud profectò latrocinij genus.*

63 Vendere merces credita pecunia, vt easiterum venditor minori pretio redimat ab emptore per ſe, vel per alium, improbum, ac execrabile negotiationis genus eſt, quòd Hiſpanè, *Mohatra*, Italicè *Stochi, è biſtochi, è ripicolli*, Gallicè *vẽte, & revente* nuncupatur, eiuſque meminere, Gutier. *numer.* 71. Rebell. *d. lib.* 9. *quæſt.* 7. *numer.* 7. Bolañ. *d cap.* 1. *num.* 27 Nauarr. *d. cap.* 17. *num.* 242 Trullench. *ſuprà cap.* 20. *dub.* 16. Azeued. *in l.* 22 *num.* 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.* vbi Matienç. *gloſ. vlt.* Molin. *diſp.* 310. *ex num.* 4. Cordub. *in ſuis quæſtion. quæſt.* 76 *verſ. Lo ſegundo*, Dicaſtill. *diſp.* 2. *dub.* 13. *à num* 156 Leotard. *d. quæſt.* 24. *num.* 25. vbi plures, Cardin. Lug. *ſup. diſp.* 26. *num.* 204 & alij ſtatim referendi, quod delictum improbatur, ac coercetur, *l.* 29. *tit.* 4. *lib.* 3. *& l.* 22. *tit* 11. *lib.* 5. *Recopilat.* Cyriac. *controuerſ.* 169. *num.* 8. Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 188. *num.* 7. *part.* 1. idem latrocinium admittunt, qui merces ab egentibus emunt exiguo pretio, ac poſteà, credita pecunia, carius vltrà iuſtum valorẽ eiſdem emptas reuendunt. Leotard. cum alijs *n.* 26.

64 Aliquando tamen talis contractus non erit vſurarius, ſed licitus, ſi conditiones quædam adhibeantur. Prima, quòd cum primùm merces venduntur iuſtum pretium non excedatur ob dilationem ſolutionis. Secunda, vt idem ſeruetur in retrouenditione, ſic poterit mercator vendere pretio ſupremo, & infimo redimere abſque vſura, vel iniuſtitia. Tertia, non debet apponi pactum primo emptori, vt iterùm venundare mercatori teneatur. Quarta, quòd ceſſet ſcandalum, quòd ex huiuſmodi conuentionibus oriri poteſt, cum ſint de vſura valdè ſuſpectæ, Bonacin. *d. diſp.* 3. *quæſt.* 2. *punct.* 3. *num.* 20. Gutierr. *num.* 72. Diana, *part.* 1. *tract.* 8. *reſolut.* 33. Molfeſ. *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 5. *num.* 11. Layman *in Theologia moral. lib.* 3. *ſect.* 5. *tract.* 40. *cap.* 16. *num.* 16. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 9. *caſ.* 8. Leſs. *d. cap.* 21. *num.* 130. Dicaſtill. *num.* 157. 162 Card. Lug. *ſup. num.* 206. Imò ſi mercator intentione ſincera merces vendat ad creditum, permittitur eas ab emptore redimere pro pretio, quo alij cuilibet iuſtè venderentur, etiamſi multo minoris emat, quàm vendidit, Nauarr. *in manual. cap.* 23. *num.* 91. Rebell. *vbi ſuprà* Emman. Rodrig. *in ſumm. tom* 2. *quæſt* 85. *num.* 9. Sylueſtr. *in ſumm. verbo vſura* 2. *quæſt.* 4. Garcia *de contract. lib. cap.* 22. *pag.* 527. Maſcard. *eod tract. lib.* 2. *cap.* 21. Gutierr. *de delict. quæſt.* 88. *num.* 3. De quo videas, Card. Lug *num* 206. *cum ſeqq.* vbi docet intentionem redimendi merces viliori pretio non efficere hunc contractum illicitum. A quibus abſtinendum ob periculum admonet Leotard. *n.* 28.

Num. 7.

Vendens carius iuſto pretio ob dilationem ſolutionis vſuræ reus ſit, quemadmodum, & qui propter anticipatam ſolutionem vilius emit infra latitudinem iuſti pretij, nam etſi abſque mutuo vſura reperiri non poſsit, ſub venditione mutuum virtuale, ſiuè palliatum in his caſibus cõtinetur, quo & ipſa vſura palliatur, nam venditor iuſtũ pretium ſub vſuris in tempus ſolutionis cẽletur mutuare, & emptor anticipate pecuniam tradens, eam vſque ſimiliter dicitur mutuare, vſurarumque nomine percipit, quòd iuſto pretio adimitur. 65
Ita Bonacin. *d. quæſt.* 3. *de mut. & vſur. pũct.* 1. *num.* 4. *verſ. Tacitum*, Molin. *diſp.* 313. Gutierr. *d. cap.* 39. *numer.* 22. Deci. *d. conſ.* 111. *num.* 2. Abbas *in d. cap. in ciuitate num* 6. Vgolin. *de vſur. cap.* 39 *§.* 1. *num.* 1. Sot. *d. lib.* 6. *quæſt.* 4. *art.* 1. Ludouic. Lop. *de contract. lib. lib.* 1. *cap.* 36. *verſ. Igitur iam expeditur*, Pet. Nauarra *d. cap.* 2. *num.* 13. 99. Azor. *part* 3. *lib.* 8. *cap.* 8. Cyriac. *controuerſ.* 169. *numer.* 5. latè Leotard. *de vſur. quæſt.* 24. *ex num.* 2. Cardin. Lug. *ſect.* 7. *n.* 104. *verſ. Quintò certum.*

66 Vt autem contractus in foro exteriori vſurarius iudicetur, probare non ſufficit, rem eſſe venditam, pecunia credita, ſuprà iuſtum pretium, vel infra illud, anticipata ſolutione, fuiſſe comparatam, ſed neceſſe eſt, quòd conſtet, exceſſum, aut deminutionem iuſti pretij ob dilationem, vel anticipationem ſolutionis cõtigiſſe, cum ſæpè contrahentes merce, & pretio ſtatim tradito ſe circumvenire ſoleant; quod etſi iniuſtum ſit, ad vſuram non pertinet, qua-

re credens merces poterit aliquid ſua induſtria, & arte vltrà iuſtum pretium extorquere, non quia fidem de pretio habet, ſed quoniam ita conuentum eſt, ac ſi pecunia illicò foret numeranda, quàm ſententiam expreſsit textus in *d. cap. in ciuitati*, ibi: *Licèt autem contractus huiuſmodi ex tali forma non poſſit cenſeri nomine vſurarum.* In foro verò animæ ex intentione contrahentis iudicabitur, an vſura fuerit commiſſa, Gutierr. *num.* 14 Abbas *ſupra num.* 5. Cyriac. *d. controuerſ.* 169 *num.* 15. Cened *ad Decretal. collectan.* 47. *num.* 3. Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. conſuluit n.* 5. *de vſur.* Leotard. *n.* 18.

67 Quòd quidē abſque diſtinctione procedit, ſiue res vendita pondere; numero, vel menſura conſiſtat, ſiue non, provt præfati DD. loquuntur maximè Gutierr. *ſupra à num.* 17. vbi Baldi differentiam pluribus fundamētis meritò refellit poſt Laurent. de Rodulf. *de vſur. part.* 2 *in repetit. d. cap. conſuluit in* 4. *oppoſitione. num.* 9. Deci. *ſupra num.* 1. *in fine, & conſ.* 119. *num.* 13. Socin. *conſ.* 88. *num.* 12. 15. *volum.* 4 Dicaſtill. *diſp.* 2. *dub.* 6. *num* 66. Leotard. *de vſur. quæſt.* 24 *num.* 10. licèt Menchac. *lib.* 3. *controuerſ. vſufrequent. cap.* 50. *numer.* 5. *& cap* 60 *numer.* 19. cum Ancharrano, & alijs, Baldum ſequatur, vſura enim in venditione non committitur circa rem venditam, ſed circa pretium, in quo mutuum virtuale contrahitur, vt dictum eſt proximè, quare nihil intereſt, quid fuerit venditum, vt contractus vſurarius cenſeatur. Illud autem diſcrimen, ſcilicèt, quod in rebus, quæ functionem recipiunt in genere ſuo mutuum poſsit conſiſtere, quod ad vſuram deſideratur, & non in alijs, attendendum non eſt, cùm venduntur, quia non redditur tantundem in genere ſuo, ſed pecunia pro vino, vel tritico datur.

68 Poſſet tamen diſtinctio Baldi ſuſtineri quoad res fructiferas, ſi ratione fructuum, quos emptor eſt percepturus, dum pretium non ſoluit, cariùs ad creditum vendantur, quod abſque crimine fieri poſſe videtur, ex *l. curabit* 5. *C. de action. empt.* de qua D. Couarr. *infrà lib.* 3. *cap.* 4. *per totum*; licèt enim controuerſum ſit, an, data dilatione ad ſoluendum pretium, præfatæ conſtitutioni ſit locus? communiter placet, poſſe venditorem de vſuris compenſatorijs paciſci, dum pretium non ſoluitur, quamuis, ſi id omittat, agere ex ea lege non poſſit, vt videre licet apud D Couarr. *ſuprà num.* 5. Mozz. *de contractib. tract. de empt. & vendit. tit. de ſubſtantialib. empt. num.* 39 Fachin. *controuerſiar. lib.* 2. *cap.* 32. *col.* 2. *verſ. Tertiò controuertitur*, Rodrig. *de annuis redditib. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 78. Felician. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 38. Gratian. *diſceptat. cap.* 523. *n.* 13. Scaccia *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 7. *part* 2. *ampliat* 8. *à num.* 132. Hermoſill. *in l.* 28. *gloſ.* 2. *ex num.* 45. *tit.* 5 *part.* 5. Leotard. *num.* 14 Vndè, quòd vltra iuſtum pretium accipitur, non eſt ob dilationem ſolutionis, ex quo vſura committitur, ſed ob fructuum compenſationem, vſuræ autem compenſatoriæ omni iure ſunt licitæ, D. Couarr. *num.* 2. in rebus verò ſterilibus titulus hic ad excuſationem vſurarum non reperitur. De quo videas Dicaſtill. *ſup.* qui hanc limitationem reijcit, & ab omnibus explodi, teſtatur.

Num. 8.

Venditor, vt poſsit agere ad contra- 69
ctus reſciſsionem ex *d l.* 2. minus, quam dimidiam partem iuſti pretij accepturus eſt, velut ſi pro re valente centum, nec quinquaginta ſibi præſtentur. Emptor verò dicetur vltra dimidiam læſus, cum pro re, quæ viginti æſtimatur, aliquid præſtat vltra triginta, vt habetur in *l* 56 *tit.* 5. *part.* 5. *& in l.* 1. *tit* 11. *lib* 5 *Recopilat.* Card. Lug *ſect* 6 *num* 79. Molin. *diſp* 349. *num.* 2. Petr. Greg. *d. cap.* 24. *num.* 13. Dicaſtill. *num.* 305. *cum ſeqq.* Hermoſ. *in d. l.* 56 *gloſ.* 8. 9. *à num.* 39. Eſcob. *de ratiocinijs lib.* 2. *comput.* 6. *num.* 4. Ceuall. *quæſt.* 536. *num.* 9. 10. Rebuff. *ad leg. Galliæ tom.* 2. *tract. de reſciſ. contract. art. vnic. gloſ.* 15. *à princip.* Gutierr. *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 137. *per totam*, Anton. Gom *d. cap.* 2. *num.* 22. Scaccia, *d. part.* 2. *ampliat.* 10. *num.* 6. Franchis *deciſ.* 243. *num.* 2 Barboſ. *in collectan. ad d. l.* 2. *numer.* 107. *cum ſequentib.* & ita eſt tenendum, etiam de iure communi, ac partitarum quamuis, *l.* 16. *tit.* 11. *part* 4. probet, tunc emptorem cenſeri læſum vltra dimidiam, cum pro re valente decem, viginti, & amplius ſoluit, & ita de iure communi defendunt Anton. Faber. *de errorib. decad.* 8. *error.* 7. *in fine* Fachin. *d. lib.* 2. *cap.* 16. Rodrig *ſupra quæſt.* 11. *num.* 18. latè Cyriac. *tom.* 3. *controu.* 423. *per totum*, vbi plures pro hac, & contraria allegat. De quarum legum conciliatione tractant Ant. Gom. Eſcob. Hermoſ. *vbi proximè*, Padilla *in d. l.* 2. *num* 40. Azeued. *in d. l.* 1. *Recopilat. num.* 10. Mexia *de taxa pan. concluſ.* 2. *num.* 42. *& in l. Toleti in reſponſ ad* 6. *&* 8. *part primæ fundamentum, num.* 61. *in fine*. qui *d. l.* 16 emendat, inter quam, & *d l.* 56. manifeſta eſt antinomia.

70 Eſt hic animaduertendum, quod ſupra retigimus, læſionem vltra dimidiam reſpectu venditoris eſſe conſiderandam iuxta pretium infimum, nam cum iuſtū ſit, intra illud læſio contingere non poteſt, quoad emptorem verò ex eadem ratione iuxta ſupremum. Hinc eſt, quod, ſi res valens nouem infimo pretio, decem medio, & vndecim ſupremo, veneat pro quatuor, & dimidio, venditor non cenſebitur vltra dimidiam læſus, nec emptor ſi pro eadem re ſedecim, ac dimidiū numerauit, Hermoſ. *d gloſ.* 8. *num.* 43. Matienç *in d. l.* 1. *gloſ.* 2. *num.* 48. Valaſc. *conſ.* 44. *num.* 3. Molin. Card. Lug. *vbi ſup.* Felician. *ſupra tom.* 2 *lib.* 1. *cap. fin. num.* 18. Dicaſtill. *num.* 303. 304. licèt Salon. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *quæſt.* 79. *art.* 1. *controuerſ.* 17. Scaccia *d. ampliat.* 10. *n.* 40. putet, læſionem à medio pretio tam quoad venditorem, quàm quoad emptorem eſſe computandam, quod probabile videtur.

71 Pretium iuſtū rei vēditæ illud dicitur, quod tempore contractus valuit, nec ſi poſtea accreuerit, vel decreuerit valor ad reſciſsionem contractus prodeſt, *l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat. l.* 3. §. *vltim. ff. de iur. fiſc.* Canc. *variar. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 12. Barboſ. *in d. collectan. ad l.* 2. *num.* 108. Pet. Greg. *d. lib.* 25. *cap.* 14. *n* 7. Dicaſtill. *num.* 302. *& diſp.* 2. *n.* 105. Molin. *diſput.* 349. *num* 3. Hermoſ. omnino videndus plures ampliationes, ac limitationes adducens in *d. l.* 56. *gloſ* 5. *per totam*, vbi DD. refert, quia læſus dici nequit nullus, vbi æqualitas inter acceptum, & datum ſeruatur & quæ poſtea eueniunt, ad contractum non pertinent, vt eum iniuſtum faciant, cum poſt perfectam venditionem vtriuſque contrahentis conſenſu damnum rei venditæ, & commodum ad emptorem ſpectet § *Cum autem inſt. de empt. l. id quod* 7. *ff. de pericul. & comm. rei vendit. l. ſicut periculum* 12 *C. de action. empt. l.* 23. *tit.* 5 *part.* 5 Molin. *diſp.* 349. *num.* 3. de quo *ſup. num.* 19. quæ bene explicat Card. Lug. *diſp.* 26. *num.* 216. 217. aſſerens, iuſtum pretium eſſe, quod currit, cùm contrahitur, ſi res ſtatim tradenda ſit, ſed ſi in futurum traditio conferatur, habetur ratio pretij, quòd tunc currerit, atque ita conſtituitur æſtimatio ſecundum id, quod tempore contractûs res cum ea qualitate valeret.

Num. 9.

Emptor conuentus, ex *d. l.* 2. ſi iuſtum 72
pretium ſupplere renuerit, rem cum fructibus omnibus perceptis reſtituere cōpellitur ſecundum Menchac. *ſupra lib.* 3. *quæſt.* 71. *num.* 2. Matienç. *in d. l.* 1. *gloſ.* 5. *à num.* 7. Ioan Garcia *de nobilitat. gloſ.* 6. §. 1. *num.* 6. *& de expenſ. cap.* 23. *num* 58. Mozz *ſupra tit. quib. caſib. empt. annullet. num.* 26. Morla *d. tit* 9. *quæſt.* 21. *à num.* 2. Verol. *in cap. ad noſtram, num.* 25. *de empt.* Ant. Gom. *in l.* 70. *Tauri, num.* 29. *verſ. Confirmatur, quia facta*, Greg. Lop. *in d. l.* 56. *gloſ.* 8. *& alios.*

Sed contrarium, ſcilicèt, non teneri 73
ad reſtitutionem fructuum ante litis conteſtationem perceptorum, verius, ac multò receptius eſt, Dicaſtill. *num.* 328. Anton. Gom. *d. cap.* 2. *num.* 24. Pinell. *in d. l.* 2. *part* 2. *cap.* 4. *à num.* 1. Ægid. *in l. ex hoc iure part.* 1. *cap.* 8. *num.* 114. *cum alijs, ff. de iuſt. & iur.* Bonacin. *d. quæſt.* 2. *de empt. punct.* 7. *num.* 9 Azeued *in d. l.* 1. *Recopilat. num.* 25. Scaccia *d. ampliat.* 10. *num.* 39. *verſ. Secūda opinio*, Ceuall. *quæſt.* 536. *num.* 20. Ant. Fab. *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 36. *diffinit.* 21. 26. 31. 32. Gutierr. *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 134. *num.* 1. Magon. *Florent. deciſ.* 23. *num* 7. 8. Mercad. *ſupra tit. de vender, y comprar al contado, cap.* 11. Hermoſ. *in d. l.* 56. *gloſ.* 8. *num.* 3. Molina *d. diſputat.* 349. *num.* 12. Cardin. Lug. *d. num.* 79. Franchis *deciſ.* 495. *num.* 3. Padilla *in d. l.* 2. *num.* 50. Gamma *deciſ.* 94. *num.* 2. Iacob de Laurent. *de iudice ſuſpect. cap.* 16. *numer.* 93. Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, verbo, implorare, numer.* 13. *verſ. Contra quam, & in fine, verſicul. Sed aduerte*, Fachinæ ſu-

*ſuprà lib.2.cap.24.*Parlador.*rer. quotidianar.lib.2.cap.vlt.part. 5.§.16. num.12.* Cremenſ.*in d.l.2. col.19.* Felician. *tom. 2 lib.1.cap.13. num. 2. in fine, & num. 4.* Cardoſ.*in prax.iudic. verbo, fructus, num.* 10. Rebell.*d.part 2.lib 7.quæſt.4.num.9. verſ. Contrariam tamen ſententiam,* Valalc. *conſ.*161.*num.*12. Fōtanella *de pact.nupt. tom.2.clauſ.7.gloſ.2.part.5.nu.* 10. Cancer.*part. 1. cap.13 num.*48. Cened.*collectan.*158.*num.*4. quod reſtringunt Card. Lug. Dicaſtill. Molin. & alij ad fructus correſpōdentes pretio ſoluto, de qua limitatione dubito.

74 Pro qua omninò tenenda ſententia multa faciunt, quorum nonnulla referre libet. Primùm, quia cum ea conſtitutio iuris antiqui ſit derogatoria, vt dictum eſt *ſupra num.*19. ſtrictè eſt accipiēda, nec debet, vltra quòd expreſſum eſt, ampliari, cum legum correctio, quoad poſsit, ſit fugienda *Anthent. de adminiſtrātibus offic. in fine, collat.3.l.ſancimus 27.C. de teſtament.* Bald. & DD. *in l.3.§. Hæc verba el 2.ff.de negot. geſt.* Carleual. *de iudic.tom.2.tit.3.diſp.5.num.3.* Sed emptor ante eam cōſtitutionem rem, & fructus ex venditione, in qua interueniebat læſio vltrà dimidiam retinebat, dixi *ſup. num.*16. ergo cum lex ſolùm præcipiat rem reddi, nihil de fructibus ſtatuens, quoad eos ius antiquum erit obſeruandum, in cuius diſpoſitione hoc tanquam caſus omiſſus relictum eſt, *l. præcipimus 32.C.de appellation.* vbi notatur. Nec obſtat, quod cum lex iubeat, rem reddi, videtur velle, fructus quoque reſtitui, argumento *l. videamus 38 § In Fabiana, ff. de vſur. l. in condemnatione 133.§.1.ff.de reg. iur.* nam reſpondetur, ea iura loqui cum Legiſlator verbo, reſtituere, vtitur, quod ex vi propriæ ſignificationis ad fructus extenditur, quia reſtitutio eſt in priſtinū ſtatum repoſitio, ac ſi nihil, interceſsiſſet, *l. quod ſi minor 24.§. Reſtitutio ff. de minorib.* at in *d.l.2.* tali verbo Imperatores non vtuntur, ſed venditorem alloquentes aiūt: *Fundum venundatum recipias,* vt prænotauit Pinellus, *vbi proximè.*

75 Secundùm, naturali ratione quidquid ex rebus dominio noſtro ſubiectis naſcitur, noſtrum eſt *l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum 5.§. Idem ſcribit, ſi equam, ff. de rei vendicat. §. Item ea, quæ ex animalibus. §. Si Titius alienam, inſt. de rer.diuiſ.* At emptor, etiam vbi læſio venditoris vltra dimidiam interuenit, dominus rei venditæ per traditionem efficitur, *l. dolus 10. vbi DD.C.de reſcind. vendit.* prout ſupponit D. Couarr. in præſenti, & Pinellus, *ſupra n.*13. & omnes concedunt. Igitur ad eundem naturaliter fructus debent pertinere. Tertiù Secundùm naturam eſt commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem incommoda comitantur, *l.ſecundùm naturam 10. ff. de reg. iur. cap. qui ſentit 55. eod tit. in 6. l.2.§ Sicuti, ff. de hæred. vel act. vend.* Sed rei periculum emptor ſuſtinet, vt compertum eſt, ergo fructus lucrari debet.

Vltimùm, æquitas non patitur, vt 76
contrahens ſimul rei pretio, ac fructibus potiatur, *l. curabit 5.C.de action. empti, l. Iulianus 14.§. ex vendito. ff. eod.* Sed ſi in caſu noſtro fructus venditori reſtituerētur, reſciſſa venditione, hoc eueniret. Imò maior iniquitas ſequeretur, ſiquidem venditor fructuum vtilitatem, ac commoditatem pretij eodem tempore habuiſſet, emptore tunc rei venditæ periculum ſuſtinente, ergo iuſtitiæ non congruit, fructus reſtitui. Quæ ratio euidenter cōuincit, ſaltim eo iure, quo vſuræ ſunt vetitæ, cum non poſsit emptor intereſſe pro vſu pecuniæ à venditore poſtulare, quòd rectè D. Couar. aduertit. Ex quibus maximè magis cōmunis opinio ſuadetur.

Nec refragatur, quòd D. Couar. pro 77
contraria conſiderat, quoniam in *d. l. 2.* nulla conceditur ex rigore reſtitutio, ſed humanitate ſuadente, vt ibi dicitur, cōtractus quaſi ex nunc reſcinditur, nec beneficium retrò vertit oculos, quare conſultò in ea deciſione verbum, reſtituere, adiectum non eſt. Et exemplum, quod de minore affertur diuerſam rationem habet, nam ei iura impensè ſubueniunt: ne ex lubrico ætatis conſilio ſentiat detrimentum, ideoque reſtitutio cum fructibus conceditur, *d.l. quod ſi minor. §. Reſtitutio.* In maioribus autem læſis illa fauorabilis cauſa non inuenitur. Diſsimilis etiā ratio datur in redhibitoria actione, quæ competit emptori intra ſemeſtre ad reſcindendum contractum propter rei venditæ vitium, quod non fuit per venditorem declaratum, pertinetque ad mancipia, vel animalia vendita, de qua *in l.1. l. ædiles aiunt 38. ff. de ædilit. edict.* necnon ad alia, tàm mobilia, quam immobilia, *l. etiam in fundo 49. ff. eod.* de qua latè *Hermoſ. in l. 64. & 65. titul.5.p.5.* Petr. Gregor. *ſyntagmat. lib.25. cap.20. 21.* In ea igitur actione veniunt fructus, quoniam emptor voluntariè contractū impugnat, quare nihil ex eo debet retinere, vt in ſimili docent Gutier. *d. quæſt. 134. num 4.* Ceuall. *quæſt. 763. num 45.* Hermoſill. *in dict. l.56. gloſ.8. nu. 6.* ſecùs in ſpecie, de qua agimus, cum emptor aduerſus contractum, vltrò non veniat, ſed à venditore vexatus mauult, rem reſtituere, quàm pretium ſupplere.



78 Magis vrgere videtur, *l.1.C ſi mai. factus alienat. ſine decreto rat. habuerit,* vbi expreſsim deciditur, vēditione propter læſionem reſciſſa, emptorem teneri ad ſupplementum pretij, vel ad rem cum fructibus reſtituendam. Pro cuius intellectu ſupponēdum eſt, legem illam fuiſſe latam à Gordiano Imperatore, qui ante Dioclecianum, & Maximianum, *d.l. 2.* conditores occupauit Imperium, atque ita illa deciſio ad hanc non pertinet, ſed ſecundùm ius antiquius eſt interpretanda, quo, vt dictum eſt maioribus læſis etiam, vltrà dimidiam nullum remediū competebat. Quo cognito, dicendū eſt, in eo textu tractari de reſtitutione in integrum, quæ minoribus datur, quæ cum fructibus eſt facienda, vt notauimus *ſupra lib. 1. cap.3. num.4.* Nec refert, quod læſus maior factus alienation em ratam habuerit, ex quo tanquā minor, ad reſtitutionem admittendus non erat, ſed vt læſus vltrà dimidiam, quoniam, vt Gutierr. *dict. quæſt.134. num.2.* ait, ratihabitio illa ſuſtulit vitium defectus ſolemnitatis, quia prædium, ſine decreto fuerat alienatum, non læſionis, quam ratificans ignorauit, nec conſenſus ad incognita potuit extendi *l. tres fratres 36. vbi gloſ. ff. de pact.* Modò ſupereſt difficultas, vnde prouenit, quod emptori concedatur electio ſupplendi pretium, aut rem reſtituendi, quod proprium eſt *dict. l.2.* & quidem ab alio iuris principio dimanat, quoties enim minor reſtituitur, non quia ſua nō intererat vendere, ſed quoniam in pretio fuerat læſus, minimè permittitur rem præcisè auocare ab emptore, ſed huic electio reſtituendi rem cū fructibus minori, aut pretium ſupplendi conceditur, quod obſeruauimus cum multis *ſupra dict. capit.3. numer.93.*

Quod ſi aliquis replicet, in eo textu 79
nullum verbum de reſtitutione reperiri, imò ex eius ſeriè colligi poſſe, factū antiquum fuiſſe, atque ita tempus ad reſtitutionem poſtulandam eſſe præſcriptum, intellectum alium eidem conſtitutioni aptabimus aſſerentes, nullum vitiū per ratihabitionem fuiſſe ſublatum, cum dolo inductus maior ratū habuiſſet, quare ob defectum ſolemnitatis alienatio nulla permanſit, ſecundùm quę actor poterat ad rem agere, ipſe tamen precibus ſupplementum iuſti pretij poſtulabat, vt patet, ibi: *Non abs re erit, ſuperfluum pretij in compenſationem adduci.* Quæ verba ad petitionem ſupplicantis referuntur, ſed cum nullo iure ad hoc præcisè compelli poſsit emptor, cùm olim neque hodie nemo ad pretium ſupplendum neceſſariò teneatur propter læſionem, ideo electio ei datur, vt ſi velit, pretium ſuppleat iuxta actoris petitionem, alioquin rem cum fructibus reſtituat, ad quod de iure cogi poterat, cum contractus fuiſſet nullus, in quo defuit decretum iudiciale. Et licèt videatur, audiendus non eſſe actor petens pretiū ſuppleri ex contractu nullo, cum actionem non habeat, ſine qua in iudicio nullus admittitur, diximus *ſupra lib.1. cap.6. num.6.* certum eſt, potuiſſe ex vendito agere ſuo cōſenſu reddens contractum validum, nam cū nullitas actus fauore alicuius inducta eſt, ipſo volente, validatur, Ant. Gom. *dict. cap 2. num.21. in fine,* probauimus ſupra *dict. lib.1. cap.20. numer.17.* cumque nullitas alienationis rerum immobilium minoris abſque decreto eiuſdem fauorem reſpiciat, *l.1. & per tot. ff. de reb. eorum,* poterit ipſe, eiuſvè ſucceſſor alienationem nullam validare, quare quaſi ex contractu valido, *in dict. l.1* actor petebat, ſibi pretium iuſtum ſuppleri. De alijs intellectibus ad eam conſtitutionē agit, Gutier. *dict. quæſt.134. num.2.*

Licèt autem, vt huculque oſtēdimus, 80
emptor nō teneatur ad fructuum reſtitutionē, ſi rem elegerit læſo reddere, aliud dicendum eſt, cum emptor ipſe, ſe deceptum vltrà dimidiam dicens, ad contractus agit reſciſsionem, nam ſi venditor voluerit rem accipere, & pretium reddere, fructus quoque cum re reſtitui debent, nam cum ipſe emptor contractum im-

impugnet ſpontè, omni commodo pri-
uandus erit, Gutierr. *ſupra num.* 4. Ce-
uall. *vbi proximè*, Auguſt. Barboſ. *in colle-
ctan. ad d. l. 2. num.* 86. Frãchis *deciſ.* 495.
*num.* 6. Pinell. *part. 2. cap. 4. num.* 28. Pa-
normitan. *in cap. illo vos, num. 6. de pigno-
rib.* Burg. de Paz *in cap. ad noſtram, num.
26. de empt. & vend.* Hermoſ. Latè *d. gloſ.
8. num.* 6. vbi limitationes, & ampliatio-
nes tradit, contra quos tenet Dicaſtill.
*num.* 325.

Num. 10.

81 Præmittendum eſt, ex *d. l.* 2. non offi-
cium iudicis, vt volunt aliqui, ſed ac-
tionem perſonalem competere, Anton.
Gom. *d. cap. 2. num. 22. verſ. Item adde,
quòd remedium*, Batt. *in d. l. 2. quæſt.* 1. Pet.
Greg. *d. cap. 24. num.* 7. Pariador. *different.*
114. *num.* 3. Hermoſ. cum alijs *in d. l.* 56.
*gloſ. 7. num.* 35. Ceuall. *d. quæſt.* 536. *num.*
13. Balb. *de præſcript. part. 4. partis quartæ
principalis, num.* 26. Quæ regulariter in
tertium poſſeſſorem non datur, *l. fin. §.
fin. ff. de contrah. empt.* Pinell. *in d. l. 2. part.
2. cap. 1. num.* 30. Hermoſ. alios referens,
*vbi proximè* & diximus ſupra *lib. 1. cap.
8. num.* 3. Hæc tamen iuris regula fallit
aliquando in caſu *d. l.* 2. Primò, ſi à pri-
mo emptore tertius poſſeſſor rem, circa
quam læſio interceſsit, titulo lucratiuo
comparauerit, nam tunc eo remedio ad-
uerſus ipſum poterit experiri, Padilla,
*ibi num. 9. verſ. Sed contra tertium*, Pereira
de Caſtro, *deciſ. 15. num. 2. verſ. Non ob-
ſtat*, Hermoſ. *vbi proximè, num.* 45. Feli-
cian. *ſupra tom. 2. lib. 2. cap. 1. in fine*, Ce-
uall. *quæſt.* 443. *num.* 6. Gamma *deciſ.* 21.
*num.* 1. Auguſt. Barboſ. *in d. collectan. ad
l. 2. num.* 536. Matienç. *in d. l. 1. gloſ. 8. n.*
24. Dicaſtill. *num.* 309. Molin. *diſp.* 349.
*num.* 4. quicquid ſentiant Pinell. *ſuprà
num.* 32. Fachin. *d. lib. 2. cap. 18. in prin-
cipio.*

82 Secundò fallit, cum tertius poſſeſſor
rem iniuſto pretio emit à primo empto-
re, cum eadem ſcilicèt læſione vltra di-
midiam, Felician. *ſupra num. 5. ad finem*,
Cacheran. *deciſ. 65. num.* 9. Arimin. Te-
pa *variar. ſentent. tom. 2. tit. 403. cap. 7.
verſ. Remedium*, Pinell. *num.* 31. Ceuall.
*ſuprà* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verbo, re-
uertatur, num. 329. C. de reuocand. donatio-
nib.* Matienç. *ſuprà*, Franchis *deciſ.* 665.
*num.* 6. Hermoſ. *num.* 44. Giurba *deciſ.*
105. *num.* 16. Aug. Barboſ. *num.* 134.
Alij caſus proponentur paulò inferiùs
cum D. Couar. *ad verſ.* Tertia concluſio.
Sed vt tertius poſſeſſor cõueniatur prius
excutienda ſunt bona primi emptoris,
& cum ſoluendo non fuerit, actio in ſub-
ſidium contra tertium poſſeſſorem con-
ceditur, Flores de Mena *in additionib. ad
Gamm. deciſ.* 21. Ceuall. Pereira, Barbo-
ſa, *vbi proximè*, Hermoſill. *num.* 48. Ro-
deric. Xuar. *allegat. 21. in fine*, Cancer.
*p. 1. c. 13. n.* 31. Etſi Gãma *d. deciſ.* 21. ex-
cuſsionem non præreq uiri, tenuerit.

Verſ. *Secunda concluſio.*

Tertius poſſeſſor, qui rem abſque læ 83
ſione vltra dimidiam habuit remedio,
*d. l.* 2. vexari nõ poteſt, Herm. *n* 39. Ce-
uall. *n* 7. Cagnol. *in d. l. 2. n.* 114. 120. Pi-
nell. *d. cap. 1. n.* 30. Padilla *n. 36. verſ. Se-
cunda concluſio*, Anton. Gom. *d. num.* 22.
*verſ. Item adde quòd ſi res ſit*, Barboſ. *num.*
133. Ant. Gabr. *d. tit. de empt. concluſ. 1.
num. 24. limit.* 2. Mozz. *d. tract. de empt.
tit. quib. mod. annullet. emptio, n.* 15. Mo-
lin. *d. diſp. 349. num.* 4. Giurba *ſuprà num.*
26. Coſta *in l. Gallus §. Et quid ſi tantum,
num. 46. ff. de liber. & poſthum.* Viu. *deciſ.*
430. *num.* 4. 6. Matienç. *vbi proximè*,
Petr. Barboſ. *in l. diuortio, §. Si fundum, n.
33. ff. ſolut. matrim.* Cancer. *vbi proximè.*
Quod procedit, quanuis primus emptor
ſoluendo non ſit, Hermoſ. *cum alijs, n.* 40.

Verſ. *Tertia concluſio.*

Qui ſciens, læſionẽ vltra dimidiam in- 84
teruenisse, emit à primo emptore, ex *d.
l.* 2. in ſubſidium tenetur, licèt iuſtum
pretium numerauerit, Auguſt. Barboſ. *n.*
135. Ceuall. *num.* 8. Franchis *num.* 6. Fa-
chin. *d. cap. 18. verſ. Quòd ſi proponatur*,
Giurb. *num. 6. in fine*, Felician. *d. cap. 1.
num.* 2. Matienç. *d. num. 24. verſ. Si tamen
tertius*, Pinel. *d. cap. 1. num.* 32. Cagnol.
*num.* 144. Hermoſ. *num* 41. Dicaſtill. *n.*
309.

Prçtereà idem iuris erit, cum, lite iam 85
cum primò emptore conteſtata ſuper
contractus reſciſsione, aliquis, ſiue ſciẽs,
ſiue ignorans, rem liti ſuppoſitam com-
parauerit, nam ex ea conſtitutione con-
uenietur, Hermoſ. *num* 42. Cacheran. *d.
deciſ. 65. num.* 13. Barboſ. *in d. collectan.
num.*



*num.* 137. Simillimodo vbi enormiſsi-
mè, ſuit læſus venditor agere contra ter-
tium poterit poſſeſſorem, Hermoſ. *num.*
43. Roderic. *de ann. redditib. lib. 1. quæſt.
14. num* 62. Franchis *ſupra num.* 7. Bar-
boſ. *num.* 138. qui aduertit, in hoc caſu
non deſiderari bonorum primi empto-
ris excuſsionem, etſi in alijs omnibus
ſupradictis ſit neceſſaria, Hermoſ. *num.*
49 vbi notat, non excuſari tertium poſ-
ſeſſorem ignorantia læſionis, niſi quan-
do ſolùm ob ſcientiam conuenitur, &
*num.* 51. docet cum alijs, quod cum ter-
tius poſſeſſor cõueniri poteſt, diſcuſsio-
ne præmiſſa, licet ſimùl in eodem pro-
ceſſu tam contra illum, quàm contra pri
mum emptorem cauſam tractari & vna
ſententia definiri, quòd ad praxim no-
tatu dignum eſt, in qua ita receptum te-
ſtatur Flores de Mena, in *d. deciſ.* 21.
*Gamm. in fine*, Barboſ. *n. 138. in fine.*

Succeſſor vero ſingularis eius, qui læ-
86 ſionẽ vltra dimidiã paſſus eſt, velut qui
ab emptore læſo rem habuit, nullo mo-
do remedium *d. l.* 2. proponere aduerſus
deceptorẽ poteſt, niſi ſibi cedatur actio,
Hermoſ. *num* 53. Cremenſ. *in d. l. 2. num.*
63. *verſ. Sed aduertẽdum.* Quoniam actio-
nes perſonales ſingularibus ſucceſſori-
bus non competunt, Pariador. *different.*
36. *num* 8. vbi ait, verum eſſe, quanuis
ratione rei competant, quia cum ipſa
non tranſeunt ad poſſeſſorem, Anton.
Gom. *d. cap. 2. num.* 29. Cyriac. *controuerſ.*
120. *num. 3. 4. tom.* 1. Olea, plurimis lau-
datis, *deceſsion. iurium, tit. 4. in miſcellam.
num.* 1. ſuntque optimi textus, in *l. cum
qui 14. in princip. ff. de furt. l. ſed nec 11. ff.
de condict. furt.*

87 Vndè ſi emptor rem alienauerit, in
qua læſio contigit, venditor læſus ad-
uerſus eum actione perſonali poterit in
iudicio experiri, nõ contra tertium poſ-
ſeſſorem, & licèt ille primus emptor ne-
queat rem reſtituere, quàm in aliũ tran-
ſtulit, pretium ſupplere compelletur, ſi-
bique imputet, quòd electionem ſuo fa-
cto amiſerit, Dicaſtill. *num* 308. Herm.
*d. gloſ. 7. num* 38. Pinell, *part, 2. cap. 1.
num.* 29. Anton. Gom. *d. num. 22. verſ.
Item adde, quòd ſi res ſit*, Ceuall. *d. quæſt.*
443. *num.* 4. 5. Molin. *ſup. num.* 4. Quod
procedet quanquam res, apud ſecũdum
emptorem perierit, quia primus, qui læ-
ſit, pretium retinet, & ſic rem ipſam ha-
bere videtur, *l. quia qui pretio 46. ff. de
vſufruct.* Petr. Greg. *d. cap. 24. num.* 18.
etſi aliud ſit re perempta apud eum, qui
lęſit abſque culpa ipſius, vt *infr. dicetur
cap. prox. n.* 76. Vide *num. 77. cum alijs.*

Quod ſi emptor fuerit læſus non pro- 88
hibetur, etſi rem alienauerit contra vẽ-
ditorem agere, tamen ſi tempore exe-
quutionis ſententiæ reſciſsiuæ contra-
ctus rem præſtare non valuerit, cum eam
iterum recipere venditor elegerit, nihil
omninò conſequetur, quia nequiuit per
alienationem auferre electionem ei, qui
læſit, nec ſupplementum pretij petere,
præcisè licebit, lege vetante, Gutierr.
*practicar. lib. 2 quæſt.* 157. Franchis *deciſ.*
243. *num.* 5. Barboſ. *num.* 139. Hermoſ.
*in d. l. 56. gloſ. 10. num.* 9. quicquid in cõ-
trarium tradat Anton. Gom. *d. num.* 22.
*verſ. Si verò ipſe emptor.* Vide Dicaſtill. à
*n.* 314. vbi quòd in foro animæ vẽditor
debet exceſſum pretij reſtituere.

Verſ. *Quoties verò venditor.*

Venditor læſus vltra dimidiam ſi ad- 89
uerſus tertium rei venditæ poſſeſſorem
agat, cum licet, intra quadriennium iure
communi auditur, quo tranſacto à die
contractus, præſcriptione excludetur,
Cancer. alios referens, *d. part. 1. cap.* 13.
*num.* 31. quanuis remedium *d. l.* 2. con-
tra lædentem ipſum, niſi triginta anno-
rum lapſu non præſcribatur, nam hæc
iure cæſarum omnibus actionibus per-
ſonalibus communis eſt vita, niſi aliqua
ſpeciali lege amplietur, vel reſtringatur,
*l. 3. l. omnes 4. C. de præſcript. trigint. vel
quadrag. annor.* atque ita in ſpecie docẽt
Ant. Gom. *d. num. 22. verſ. Item adde quòd
remedium*, Cyriac. *controuerſ.* 257. *num.*
34. Padilla *in d. l. 2. num.* 47. Ceuall. *d.
quæſt. 536. num.* 15. Greg. Lop. *in l. vlt.
gloſ. fin. tit. fin. part.* 6. Pinell. *part. 2. cap. 1.
num.* 26. Azeued. *in l. 1. num.* 32. *tit.* 11.
*lib. 5. Recopilat.* Matienç. *ibidem gloſ.* 10.
*num.* 7. Morla *d. tit. 9. quæſt. 21. in fine.* Fe-
lician. *tom. 1. lib. 2. cap. 1. num.* 39. Fulgoſ.
*in l. in contractibus, C. ex quib. cauſ. maio-
res*, Petr. Gregor. *ſup. cap. 24. num.* 7. Sed
aliquando ius agendi ex ea conſtitutio-
ne, vſque ad quadraginta annos prote-
latur, vt in Eccleſia, Principe, vel Re-
pu-

publica læſis *Auth. quas actiones, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Idem eſt in priuatis enormiſsimè læſis, Azeued. *vbi proximè* Alciat. *in cap. cum contingat de iureiurando,* Gomez de Leon *allegat.* 96. Ripa *reſponſ.* 138. Greg. Lop. *in d. gloſ. vlt.*

90 Quòd tempus variè apud diuerſas prouincias reſtrictum eſt: in Gallia ad decennium, in Luſitania ad quindecim annos, in Valentia ad triennium, in Caſtella ad quadriennium, *d. l.* 11. *tit.* 5. *lib.* 5. *Recopilat.* Barboſ. *in d. collectan. num.* 120. *cum ſequentib.* Pinell. *vbi proximè.* Matienç. *d. num* 7. Molina *ſuprà* Caſtill. *controuerſiar. lib.* 7. *cap.* 18. *num.* 81. Anton. Gom. *ſupra,* Rebell. *d. part* 2 *lib.* 9. *quæſt.* 3. *ſect.* 2. *num.* 14. Caldas Pereira *in d. l. ſi curatorem habens verbo, infrà n.* 10. Gregor. Lop. *ſupra,* Hermoſ. *in d. l.* 56 *gloſ.* 12. *n.* 123. Parlador. *d. different.* 114. *n.* 1. Petr. Greg. *n.* 11.

91 Vltra quæ tēpora læſus nedum agendo; ſed nec excipiendo ex ea conſtitutione audiendus erit, nam ad vtrunque terminus ille præfinitur, non obſtante regula iuris, ſecundùm quam, quæ temporalia ſunt ad agendum, perpetuo ad excipiendū durant, quia intelligitur, actione, & exceptione ſeparatim conſideratis, non quando vtraque in eadem perſona concurrit, vt in caſu noſtro, tunc enim qui agere omittit, cum poſsit, intra tempus lege definitum, exceptionis quoque auxilio deſtituitur, quod ſecùs eſt in habente ſolam exceptionem, cui negligentia nequit imputari, cur ſua defenſione vſus non fuerit, quàm niſi ab aduerſario impetitus deducere in iudicium non valet, ſiquidem exceptio nihil eſt aliud, quàm actionis excluſio, *l.* 2. *ff. de exception.* ſicque interpretatur communiter *l. pure. §. fin. ff. de dol. except.* ex qua axioma repetitum deducitur, & in ſpecie noſtra tenent Gutierr. *d. lib.* 2. *practicar. quæſt.* 143. *per totam,* Matienç. *d. gloſ.* 10. *n.* 8. vbi alij.

92 Sed quadriennij metæ apud nos non obſeruantur, cum Eccleſia, Princeps, vel Ciuitas ſic læſi reperiuntur, ſed vſque ad tricennale tēpus prædicto remedio iuuantur, argumento *l. fin. tit. vlt. part.* 6. Hermoſ. *numer.* 127. Barboſ. *numer.* 124. Matienç. *in dialog. relator. part* 3. *cap.* 20. *num.* 25. Coſta *in d. §. Et quid ſi tantùm part.* 2. *num.* 83. Ceuall. *vbi proximè num.* 16. Salced. *ad Bernard. Diaz regul.* 219. *limitat.* 12. *in fine,* Olan. *in antinom. iur. lit. E. n.* 23. Gomez Vaio *in prax. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 153.

Idem iuris eſt, vbi priuatus enormiſ- 93
ſimè læditur, Gregor. Lop. *vbi ſupra,* Felician. *vbi proximè, num.* 40. Hermoſill. *d. gloſ.* 12. *n.* 124. D. Couarr. *in cap. quamuis pactum part.* 3. *§* 4. *num.* 7. *verſ. Vndecima concluſio,* Gutierr. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. Gomez Vaio *ſupra,* Barboſ. *num.* 123. Gomez de Leō, *d. allegat.* 96. Matienç *in d. l.* 1. *gloſ.* 8. *num.* 49. Gamma *deciſ.* 66. Cabed. *Luſitan. deciſ.* 70. *num.* 3. *part.* 1. Gonçalez *ad regul.* 8. *Cācellar. gloſ.* 21. *num.* 28. Rebell. *d. lib.* 9. *quæſt.* 3. *ſect.* 2. *num.* 8. *verſ. Si tamen,* quamuis Caſtill. *d. num.* 81. ſequutus Parladorium *d. different.* 114. *n.* 3. opinetur, ius ad agendum propter enormiſsimā læſionē viginti annis præſcribi, quia nō ampliùs actiones perſonales iure noſtro cōſiſtunt, *l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 4. *Recopilat.* Sed à communi recedendum non eſt, nā dolus, qui in huiuſmodi læſione interuenire creditur, rem ipſam afficit. Rodrig. *de ann. reditib. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 63. Hermoſ. *d. gloſ.* 7. *n.* 43.

Alios caſus, in quibus remedium iſtud 94
ſimiliter vſque ad triginta annos extenditur, tradit Hermoſ. *d. gloſ.* 12. *num.* 125. 126. vt in contractu cum minore celebrato, iuris ſolemnitatibus non ſeruatis, in quo læſus vltrà dimidiam ipſe reperitur, nam propter dolum præſumptum actio diutius permanet, cū videas, & loca, ad quę ibi ſe remittit.

Solet dubitari intra quod tempus li- 95
ceat reo, eligere iuxta *d. l.* 2. diſpoſitionem, aut pretium ſupplere, aut rem reddere, & tenendum eſt, electionem durare vſque ad exequutionem iudicati, ſuperqua, litē conteſtata, eligendi facultas adimitur, Alberic. *in d. l.* 2. *verſ. Vſque ad quòd tempus,* Baldus *ibi quæſt.* 10. Pinel. *part* 3. *cap.* 3. *num.* 38 *verſ. Electio autem,* Francois *deciſ.* 495. Hermoſill. *d. gloſ.* 9. *num.* 28. Barboſ. *in d. collectan. n.* 79. & cum emptor ſupplere iuſtum pretium eligit, rem habere dicitur ex priſtina cauſa, non quaſi nunc emeret. Marta *in votis nouiſsimis deciſiu. vot.* 128. Barboſ. *n.* 78. Hermoſ. *d. gloſ.* 7. *n.* 26.

Ibi: *Eo obid iure itidem Regio.*

Iure regio etiam verius eſt, tertium 96
poſ-



poſſeſſorem, qui iuſto pretio ignorans læſionem emit à primo emptore, minimè poſſe conueniri ex *d. l.* 2. quamuis ſoluendo non ſit, qui cum læſo contraxit, nec locum eſſe deciſioni Conſulti *in l. in cauſæ* 14. *§. vltim. ff. de minorib.* vt docent Pinell. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 31. Padilla *in d. l.* 2. *num.* 36. *verſ. Secunda concluſio,* Matienç. *in d. l.* 1. *gloſ.* 8. *nu.* 25. Felician. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. *verſ. Igitur,* Pereira *lib.* 4. *de emphyteuſ. extinct. cap.* 4. *numer.* 8. Calla. *de modo articuland. §* 2. *gloſ. vnica, num.* 1253. Hermoſ. *in d. l.* 56. *gloſ.* 7. *nu.* 40. & diximus, *nuper ad verſic. Tertia concluſio.* Nam etsi quoad tempus pari paſſu currant per l. Regia remedium hoc, & reſtitutio in integrum, non inde ſequitur, quoad omnia eſſe equiparata, maximè cum inducta ad diminutionem non debeant augmentum operari, probauimus *ſupra, lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 25. Vndè cum lex Regia remedium, *d. l.* 2. coarctauerit, vt citius pereat, ex ipſa eius remedij natura ampliari non poteſt, igitur ſi iure communi, vt D. Couarr. rectè docuit in *d. verſ. Tertia concluſio.* tertius poſſeſſor in caſu, de quo agimus conueniri non poterat, idem de iure Regio dicendum eſt quod illud auxilium reſtringere intendit, alioquin lex ad vnum finem facta operaretur contrarium aduerſus iuris regulas (de quo *ſupra lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 47.) *l. Diuus* 25. *ff. de milit. teſtament. l. legata inutiliter* 19. *ff. de legat.* 1. Ceuall. *tom.* 2. *quæſt.* 805. *num.* 18.

# AD CAPVT Quartum.

## SVMMARIVM.

1 *DD. de materia conſulendi laudantur.*
2 *Renunciatio generalis omnium iuris remediorum non continet læſionem vltra dimidiam.*
3 *Sub generali diſpoſitione non veniūt illa, de quibus diſponens veroſimiliter præſumitur non cogitaſſe.*
4 *Ampliatur concluſio tradita num.* 2. *ad renunciantem ſcientem iuſtum valorem rei.*
5 *Ampliatur itidem ad renunciantem cum iuramento.*
6 *Renunciatio ſpecialis l.* 2. *C. de reſc. vendit. eius auxilium tollit.*
7 *Ampliatur ad ignorantem iuſtum rei pretium.*
8 *Renunciatio vnius ex contrahentibus alteri remedium d. l. non aufert.*
9 *Scienti rei valorem an detur remediū eius conſtitutionis? latè traditur, ad n.* 13.
14 *Renunciatio l.* 2. *in eodem inſtrumento cōtractus facta vtrum impediat agere ad reſciſsionem? Et n.* 20.
15 *Renunciatio exceptionis nonnumeratæ pecuniæ in eodem inſtrumento obligationis facta num valeat iure communi, & Regio? vſque ad n.* 19.
21 *Quibus non officiat renunciatio d. l.* 2. *ſi in continenti fiat.*
22 *Facilitas in renunciationibus in continenti factis etiam in maioribus non ruſticis conſideratur.*
23 *Neceſsitas rerum, vel pecuniæ cogit contrahentes ad renunciationē læſionis vltra dimidiam in continenti.*
24 *Non caret doli ſuſpicione, qui cum maxima proximi iactura contrahit.*
25 *Quando ſpecialis renunciatio condictionis indebiti impediat repetitionem, remiſsiuè.*
26 *Renunciatio l.* 2. *C. de reſc. vendit. ex ſtylo tabellionum inſtrumentis adycitur.*
27 *Non obſtante renunciatione eius conſtitutionis, quæ à tabelionibus inſeritur, admittitur ſecundùm praxim ad illud remedium læſus.*
28 *Enormiſsimè læſo auxilium illud competit, non obſtante renunciatione, etiam iuramento roborata, d. l.* 2.
29 *Enormiſsimè læſo non nocet ſpecifica renunciatio, & remiſsio cum iuramento læſionis enormiſsimæ.*
30 *Quæ ſit enormiſsima læſio, iudicis arbitrio relinquitur.*
31 *Vtrum deſideretur iuramenti relaxatio ad impugnandum cōtractum iuratum, ſi ex enormiſsima læſione ſit agendum?*
32 *Renunciatio læſionis enormiſsimæ, etiam geminata, & ex interuallo non officit renuncianti.*
33 *Læſio enormiſsima dolo ex propoſito æquiparatur.*

Clau-

publica læſis *Auth. quas actiones, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Idem eſt in priuatis enormiſsimè læſis, Azeued. *vbi proximè* Alciat. *in cap. cum contingat de iureiurando,* Gomez de Leon *allegat.* 96. Ripa *reſponſ.* 138. Greg. Lop. *in d. gloſ. vlt.*

90 Quòd tempus variè apud diuerſas prouincias reſtrictum eſt; in Gallia ad decennium, in Luſitania ad quindecim annos, in Valentia ad triennium, in Caſtella an quadriennium, *d. l.* 11. *tit.* 5. *lib.* 5. *Recopilat.* Barbol. *in d. collectan. num.* 120. *cum ſequentib.* Pinell. *vbi proximè*. Matienç. *d. num* 7. Molin *ſuprà* Caſtill. *controuerſiar. lib.* 7. *cap.* 18. *num.* 81. Anton. Gom. *ſupra*, Rebell. *d. part* 2 *lib.* 9. *quæſt.* 3. *ſect.* 2. *num.* 14. Caldas Pereira *in d. l. ſi curatorem habens verbo, infrà n.* 10. Gregor. Lop. *ſupra*, Hermoſ. *in d. l.* 56 *gloſ.* 12. *n.* 123. Parlador. *d. different.* 114. *n.* 1. Petr. Greg. *n* 11.

91 Vltra quæ tẽpora læſus nedum agendo; ſed nec excipiendo ex ea conſtitutione audiendus erit, nam ad vtrunque terminus ille præfinitur, non obſtante regula iuris, ſecundùm quam, quæ temporalia ſunt ad agendum, perpetuo ad excipiendũ durant, quia intelligitur, actione, & exceptione ſeparatim conſideratis, non quando vtraque in eadem perſona concurrit, vt in caſu noſtro, tunc enim qui agere omittit, cum poſsit, intra tempus lege definitum, exceptionis quoque auxilio deſtituitur, quod ſecùs eſt in habente ſolam exceptionem, cui negligentia nequit imputari, cur ſua defenſione vſus non fuerit, quàm niſi ab aduerſario impetitus deducere in iudicium non valet. ſiquidem exceptio nihil eſt aliud, quàm actionis excluſio, *l.* 2. *ff. de exception.* ſicque interpretatur communiter *l. pure. §. fin. ff. de dol. except.* ex qua axioma repetitum deducitur, & in ſpecie noſtra tenent Gutierr. *d. lib.* 2. *practicar quæſt.* 143. *per totam*, Matienç. *d. gloſ.* 10. *n.* 8. vbi alij.

92 Sed quadriennij metæ apud nos non obſeruantur, cum Eccleſia, Princeps, vel Ciuitas ſic læſi reperiuntur, ſed vſque ad tricennale tẽpus prædicto remedio iuuantur, argumento *l. fin. tit. vlt. part.* 6. Hermoſ. *numer.* 127. Barboſ. *numer* 124. Matienç. *in dialog. relator. part* 3. *cap.* 20. *num.* 25. Coſta *in d. §. Et quid ſi tantùm part.* 2. *num.* 83. Ceuall. *vbi proximè num.* 16. Salced. *ad Bernard. Diaz regul.* 219. *limitat.* 12. *in fine*, Olan. *in antinom. iur. lit. E. n.* 23. Gomez Vaio *in prax. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 153.

Idem iuris eſt, vbi priuatus enormiſ- 93
ſimè læditur, Gregor Lop. *vbi ſupra*, Felician. *vbi proximè, num.* 40. Hermoſill. *d. gloſ.* 12. *n.* 124. D. Couarr. *in cap. quamuis pactum part.* 3. *§* 4. *num.* 7. *verſ. Vndecima concluſio*, Gutierr *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. Gomez Vaio *ſupra*, Barboſ. *num.* 123. Gomez de Leõ, *d. allegat* 96. Matienç *in d. l.* 1. *gloſ.* 8. *num.* 49. Gamma *deciſ* 66. Cabed. *Luſitan. deciſ.* 70. *num.* 3. *part.* 1. Gonçalez *ad regul.* 8. *Cãcellar. gloſ.* 21. *num.* 28. Rebell. *d. lib.* 9. *quæſt.* 3. *ſect.* 2. *num.* 8. *verſ. Si tamen*, quamuis Caſtill. *d. num.* 81. ſequutus Parladorium *d. different.* 114. *n.* 3. opinetur, ius ad agendum propter enormiſsimã læſionẽ viginti annis præſcribi, quia nõ ampliùs actiones perſonales iure noſtro cõſiſtunt, *l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 4. *Recopilat.* Sed à communi recedendum non eſt, nã dolus, qui in huiuſmodi læſione interuenire creditur, rem ipſam afficit. Rodrig. *de ann. reditib. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 65. Hermoſ. *d. gloſ.* 7. *n.* 43.

Alios caſus, in quibus remedium iſtud 94
ſimiliter vſque ad triginta annos extenditur, tradit Hermoſ. *d. gloſ.* 12. *num.* 125. 126. vt in contractu cum minore celebrato, iuris ſolemnitatibus non ſeruatis, in quo læſus vltrà dimidiam ipſe reperitur, nam propter dolum præſumptum actio diutius permanet, cũ videas, & loca, ad quę ibi ſe remittit.

Solet dubitari intra quod tempus li- 95
ceat reo, eligere iuxta *d. l.* 2. diſpoſitionem, aut pretium ſupplere, aut rem reddere, & tenendum eſt, electionem durare vſque ad exequutionem iudicati, ſuper qua, litẽ conteſtata, eligendi facultas adimitur, Alberic. *in d. l.* 2. *verſ. Vſque ad quòd tempus*, Baldus *ibi quæſt.* 10. Pinel. *part* 3. *cap.* 3. *num* 38 *verſ. Electio autem*, Francois *deciſ.* 495. Hermoſill. *d. gloſ.* 9. *num.* 28. Barboſ. *in d. collectan. n.* 79. & cum emptor ſupplere iuſtum pretium eligit, rem habere dicitur ex priſtina cauſa, non quaſi nunc emeret. Marta *in votis nouiſsimis deciſiu. vot.* 128. Barboſ. *n.* 78. Hermoſ. *d. gloſ.* 7. *n.* 26.

Ibi: *Eo obſid iure itidem Regio.*

Iure regio etiam verius eſt, tertium 96
poſ-



poſſeſſorem, qui iuſto pretio ignorans læſionem emit à primo emptore, minimè poſſe conueniri ex *d. l.* 2. quamuis ſoluendo non ſit, qui cum læſo contraxit, nec locum eſſe deciſioni Conſulti *in l. in cauſæ* 14. *§. vltim. ff. de minorib.* vt docent Pinell. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 31. Padilla *in d. l.* 2. *num.* 36. *verſ. Secunda concluſio*, Matienç. *in d. l.* 1 *gloſ.* 8. *nu.* 25. Felician. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. *verſ. Igitur*, Pereira *lib* 4. *de emphyteuſ. extinct. cap.* 4. *numer.* 8. Calla. *de modo articuland. §* 2. *gloſ. vnica, num.* 1253. Hermoſ. *in d. l.* 56 *gloſ.* 7. *nu.* 40. & diximus, *nuper ad verſic. Tertia concluſio.* Nam etſi quoad tempus pari paſſu currant per l. Regia remedium hoc, & reſtitutio in integrum, non inde ſequitur, quoad omnia eſſe ęquiparata, maximè cum inducta ad diminutionem non debeant augmentum operari, probauimus *ſupra, lib* 1. *cap.* 6. *num.* 25. Vndè cum lex Regia remedium, *d. l.* 2. coarctauerit, vt citius pereat, ex ipſa eius remedij natura ampliari non poteſt, igitur ſi iure communi, vt D. Couarr. rectè docuit in *d. verſ. Tertia concluſio.* tertius poſſeſſor in caſu, de quo agimus conueniri non poterat, idem de iure Regio dicendum eſt quod illud auxilium reſtringere intendit. alioquin lex ad vnum finem facta operaretur contrarium aduerſus iuris regulas (de quo *ſupra lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 47.) *l. Diuus* 25 *ff. de milit. teſtament. l. legata inutiliter* 19. *ff. de legat.* 1. Ceuall. *tom.* 2. *quæſt.* 805. *num.* 18.

# AD CAPVT Quartum.

## SVMMARIVM.

1 *DD. de materia conſulendi laudantur.*
2 *Renunciatio generalis omnium iuris remediorum non continet læſionem vltra dimidiam.*
3 *Sub generali diſpoſitione non veniũt illa, de quibus diſponens veroſimiliter præſumitur non cogitaſſe.*
4 *Ampliatur concluſio tradita num.* 2. *ad renunciantem ſcientem iuſtum valorem rei.*
5 *Ampliatur itidem ad renunciantem cum iuramento.*
6 *Renunciatio ſpecialis l.* 2. *C. de reſc. vendit. eius auxilium tollit.*
7 *Ampliatur ad ignorantem iuſtum rei pretium.*
8 *Renunciatio vnius ex contrahentibus alteri remedium d. l. non aufert.*
9 *Scienti rei valorem an detur remediũ eius conſtitutionis? latè traditur, ad n.* 13.
14 *Renunciatio l.* 2. *in eodem inſtrumento cõtractus facta vtrum impediat agere ad reſciſſionem? Et n.* 20.
15 *Renunciatio exceptionis nonnumeratæ pecuniæ in eodem inſtrumento obligationis facta num valeat iure communi, & Regio? vſque ad n.* 19.
21 *Quibus non officiat renunciatio d. l.* 2. *ſi in continenti fiat.*
22 *Facilitas in renunciationibus in continenti factis etiam in maioribus non ruſticis conſideratur.*
23 *Neceſſitas rerum, vel pecuniæ cogit contrahentes ad renunciationẽ læſionis vltra dimidiam in continenti.*
24 *Non caret doli ſuſpicione, qui cum maxima proximi iactura contrahit.*
25 *Quando ſpecialis renunciatio condictionis indebiti impediat repetitionem, remiſſiuè.*
26 *Renunciatio l.* 2. *C. de reſc. vendit. ex ſtylo tabellionum inſtrumentis adycitur.*
27 *Non obſtante renunciatione eius conſtitutionis, quæ à tabelionibus inſeritur, admittitur ſecundùm praxim ad illud remedium læſus.*
28 *Enormiſſimè læſo auxilium illud competit, non obſtante renunciatione, etiam iuramento roborata, d. l.* 2.
29 *Enormiſſimè læſo non nocet ſpecifica renunciatio, & remiſſio cum iuramento læſionis enormiſſimæ.*
30 *Quæ ſit enormiſſima læſio, iudicis arbitrio relinquitur.*
31 *Vtrum deſideretur iuramenti relaxatio ad impugnandum cõtractum iuratum, ſi ex enormiſſima læſione ſit agendum?*
32 *Renunciatio læſionis enormiſſimæ, etiam geminata, & ex interuallo non officit renuncianti.*
33 *Læſio enormiſſima dolo ex propoſito æquiparatur.*

Clau-

34 *Clauſula, qua contrahentes ſibi inuicem donare dicuntur exceſſum pretij, vel deminutionem quid operetur.*

35 *Inſinuatio quid ſit, & cauſæ, propter quas deſideratur.*

36 *In donatione, quæ dicitur fieri circa contractus oneroſos, an inſinuatio præcedere debeat? & n. 37. 41.*

38 *Renunciatio proprij iuris continet donationem.*

39 *Remiſsio debiti certi inſinuationem poſtulat.*

40 *Non intelligitur donare, qui ex neceſſitate præcedentis contractus oneroſi iuri ſuo renunciat.*

42 *Contractus tales cenſentur, quales celebrare contrahentes volunt.*

43 *Vbi donatio vera interuenit circa Contractus oneroſos, inſinuatio opus eſt.*

44 *Contractus, vbi dubium eſt, iudicatur iuxta nomen à contrahentibus impoſitum, & quando cenſeatur venditio, vel permutatio contracta, ibidem, & vſque ad num. 51.*

52 *Vbi conſtat de voluntate contrahentis, quod voluerit donare, coniecturis locus non eſt.*

53 *Donatio inter quas perſonas præſumatur.*

54 *Iure gentium læſio in contractu vendit, onis toleratur.*

55 *Licet minus malum ad maius vitandum permittere.*

56 *Lædens alterum in contractu venditionis, etiam intra dimidiam peccat, & ad reſtituendum obligatur, niſi paruitate materiæ excuſetur.*

57 *Quædam limitatio ad prædictam concluſionem reijcitur, & quomodo vera eſſe poſſit, explicatur n. 58.*

59 *Læſio quibus modis in contractibus contingere poſſit.*

60 *Vbi dolus ex propoſito in venditione inuenitur, reſcinditur contractus, aut annullatur.*

61 *Quid ſit dolus ex propoſito, & quos effectus in contractibus producat.*

62 *An ſit differentia iure Canonico inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris.*

63 *Vt annulletur ob dolum contractus neceſſe eſt, quod talis ſit, vt in prudentiſſimum virum poſſit cadere.*

64 *Dolus incidens quid ſit, & de eius effectibus.*

65 *Dolo adhibito à tertio, quod ius decepto competat.*

66 *De effectibus doli dantis cauſam contractibus.*

67 *Doloſus agere poteſt, vt deceptus eligat, an velit, ſtare contractui, vel ab eo reſilire?*

68 *Læſus dolo incidenti ſolùm agere poteſt ad pretij exceſſus reſtitutionem, vel ad ſupplementum.*

69 *Qui ſciens iuſtum rei pretium minoris emit, aut pluris vendit, doloſus non cenſetur.*

70 *Vtrùm poſsit vilius emi, aut cariùs vendi iuſto pretio ei, qui iuſtum rei valorem non ignorat? & num. 71.*

72 *Vbi propter læſionem vltra dimidiam pretium ſuppletur omne id præſtandum eſt, quod deeſt vſque ad iuſtum rei valorem.*

73 *Argumentum ab abſurdo vitando validum eſt in iure.*

74 *Quādo venditio modico pretio facta poſſit, ſuperuenientibus liberis reuocari, remiſsiuè.*

75 *Venditio vili pretio facta per patrem in præiudicium liberorum quādo, & quomodo ab eis poſsit reuocari.*

76 *Vtrùm re apud emptorem abſque culpa ipſius extincta, venditor vltra dimidiam læſus ad pretij ſupplemētum poſſit agere? & num. 77.*

78 *Re per empta ſine culpa deceptoris, apud tertium poſſeſſorem, venditor vltra dimidiam læſus agere ad pretij ſupplemētum non prohibetur.*

79 *Re caſu extincta penes emptorem læſum non poteſt exigere pretij exceſſum.*

80 *Quoties res perit culpa eius, qui decepit, actio læſo datur ad pretij ſuplementū, vel exceſſus reſtitutionem.*

81 *Num læſis aliud remedium præter id, quod d. l. 2. indulgetur, competat? remiſsiuè.*

## Remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. vtrùm contrahentiū renunciatione tolli poſsit?

De renunciatione beneficij *l. 2. C. de* 1
*reſcind. vendit.* ac de cæteris, quæ preſens caput complectitur, lato calamo diſſeruerunt Hermoſilla *in l. 56. ex gloſ. 4.* maximè *gloſ. 11. num. 21. cum alijs tit. 5. part. 5* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 1. quæſt. 443. 511.* Auguſt. Morla *in emporio iur. part 1. tit. 9. quæſt. 20.* Fachin. *lib. 2. controuerſiar. cap. 19. 20.* D. Ioan del Caſtillo *controuerſiar. lib. 4. cap. 52. à num. 38.* Auguſtin. Barboſa *in collectan. ad d. l. 2. à num. 64.* Ioan. Matienço *in l. 1. gloſ. 8. tit. 11. lib. 5. Recopilat.* Pat. Ludouic. de Molina *de iuſt. & iur. diſp. 349.* Ferdinand. Rebell. *de obligationib. iuſtit. part. 2. lib. 9. quæſt. 3. ſect. 2.* Iacob. Menoch. *de arbitrarijs, lib. 2. caſ. 144.* Pet. Noguer. *allegat. 18. num. 54 cum ſeqq.* Ant. Gao. *commun. tit de empt. conc. 1.*

Num. 1.

2 Renunciatio generalis omnium remediorum iuris non ſufficit, vt læſus vltra dimidiam iuſti pretij auxilio ex *d. l. 2* ſibi competente priuetur. Eſt omnium ferè communis reſolutio, quam tuentur Mozz. *de contractib. tract. de emp. tit. quibus caſib. annullet emptio, num. 20.* Cagnol. *in d. l. 2. num. 134* Maſcard. *de probat. cōcluſ. 1264. aliàs 1270. num. 31.* Bertaz. *de clauſul. inſtrument. clauſ. 40. gloſ. 6. num. 6.* Franciſc. Molin. *de ript. nuptiar. lib. 3. quæſt. 96. num. 35.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens verbo, læſis, num. 2. C. de in integr. reſtitut.* Salas *de cōtractibus, tract. de empt. dub. 27. num. 14.* Gomez Valo *in praxi lib. 1 cap. 5. n. 18.* Fachin. *d. cap. 19. verſ. Secundo ita Pinellus*, Gutierr. *de iuramēt. confirmator. part. 1. c. 26. n. 1.* Ceuall. *d. quæſt. 511. num. 1.* Hermol. *d. gloſ. 11. n. 26.* Morla *d. tit. 9. q. 24 n 6. 7.* Barboſa *n. 67.* vbi plures, Molin. *n. 16.*

Ratio eſt, nam ſub generali diſpoſi-
3 tione non veniūt illa, quæ ob graue præiudicium veroſimiliter præſumitur nolle diſponens, vt continerentur, *l. obligatione generali 6. ff. de pignorib. c. in generali 81. de reg. iur. in 6.* vbi Barbol. *in collect.* varia adducit exempla, & de renunciatione ita docet Cyriac. *controuerſiar. forenſ. tom. 3. controuerſ. 474. num. 33. 34.* Albin *in l. qui Romæ, §. Duo fratres, numer. 110 ff. de verb. obligat.* Dec. *conſ. 495. num. 15.* Crauet. *conſ. 290. col. 2 verſ. Similiter*, Cancer. *variar. part. 3. cap. 15. num. 154.* Molin. *d. diſp. 349. num. 16.* In qua præmiſſa doctrina maximè locum habet, cum renunciatio ſtricti iuris ſit, *l. ſi de certa 31. C. de tranſactionib.* Cancer. *vbi proximè*, Noguerol. *allegat. 16. num. 112.* Paz *in prax, tom. 1. part. 4. cap. 3. num 31. ad finem*, Cyriac *ſupra num. 60.* Carleual. *de iudic. tom. 2 tit. 3. diſput. 23 num 43.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 23 num 29.* Cùmque læſio vltrà dimidiam maximum afferat detrimentum, veriſimile non eſt, voluiſſe per generalem renunciationem remedio *d. l. 2.* renunciare contrahentem.

Ampliatur tradita concluſio, vt pro 4
cedat etiam in ſciente iuſtum rei venditæ valorem, nam etſi generaliter renunciet, legis auxilio iuuabitur, Hermol *d. num. 26. in fine*, Alexand *conſ. 42. numer. 7. lib. 1.* Panthal. Crement. *in d. l. 2. num. 56.* etſi contra ſentiat Marta *de clauſul. clauſ. 126 num. 23.* quæ ampliatio procedit, ea opinione admiſſa, quæ habet, remedium iſtud competere, etiam ſcientibus iuſtum pretium eius, quod venditur, nam ſi, vt multi ſentiūt, denegetur, erit ſuperflua renūciatio. De quo infra à *n. 9.*

Ex ratione tradita ad præcipuam cō 5
cluſionem dicendum videtur, generalem renunciationem etiam iuramento roboratam non officere renuncianti, vt *d. l. 2.* remedio vti non valeat, argumento *l. fin. C. de non numer. pecun.* iuramentum enim ſequitur naturam actus, cui accedit, nec vltra intentionem iurantis quicquam operatur, aut effectum obligationis extendit, ſed ſolùm addit Religionis vinculum, D. Couarr. *in cap. quamuis pactum, part. 1. §. 4. num. 4. verſ. Vt denique de pact. in 6.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 56.* Gutier. *de iurament. confirmat. part. 1. cap. 37. à princip.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 21. num. 83.* & plurimi, quos congerit Barboſa *in collectan. ad d. l. fin. ex numer. 6.* Pet. Gregor. *ſyntagmat. iur. lib. 50. cap. 5. numer. 2.* Molin. *de iuſt. tractat. 2. diſput 281. numer. 11.* Dicaſtill. *eod. tractat. lib. 2. tract. 5. diſput. 1. dub 7. numer. 148.* Ad quæ videas Cardin. Lug. *de iuſt. tom. 2. diſput. 22. ſect. 8.* vbi latè de iuramento confirmatorio. Vndè cum renunciatio generalis ex defectu conſenſus nō noceat quoad hoc remedium, vt probauimus, idem erit, quāuis firmetur iuramēto, ſic in ſimili docet, Cyriac. *d. cō*

*trouerſ.474.num.45.* vbi generaliter docet, renunciationem quoad non cogitata iuramento non confirmari cum gloſſa *verb. praſciuiſſet in cap. veniens 16. de iureiurand.* Cyn. *in l.1. nu 5. in 3. quaſt. C. commodat.* Iaſon *in l. ſub pratextu 29. n. 3. C. de tranſact.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam in prafat. num 170. C. de reuoc. donat.* Mancin. *de iurament. part 4. effectu 66. num. 5.* Contrarium tamen communiter DD. tenent, cum quis iuramento promiſit, ſe nullo modo aduerſus contractum venire, imò etiam ſi ſimpliciter id iuret, pleriſque placet, non poſſe ad remedium *d. l. 2* confugere, de quo Hermoſ. *in d. gloſ. 11. num. 30.* Crederem tamen, impetrata iuramenti relaxatione, priorem ſententiam veriorem eſſe.

Ibi: *Poſterior verò aſſertio.*

6 Specialis renunciatio *d. l. 2.* impedit, quod renuncians eiuſdem auxilio iuuetur, nam fauori pro ſe introducto liberum eſt cuilibet renunciare, *l. ſi quis in conſcribendo 29. C. de pact.* & renunciantibus ſuis actionibus ad ipſas regreſſus denegatur, *l. quamuis 39. C. de tranſactionibus, l. quaritur 14. §. Si venditor, ff. de adilit. edicto.* Hermoſ. *ſupra num. 21. 26.* Gutierr. *d. cap. 26. num. 2.* Caroc. *de locat. part. 1. rub. de reſcindend. locat. n. 41.* Matienç. *d. gloſ. 8. num 42.* Fachin. *d. cap. 20. verſ. Sexta & poſtrema.* Gomez Vaio *vbi ſupra*, Cacheran. *Pedemont. deciſ. 41. num. 9.* Bolaños *in Curia tom. 2. lib 1. cap. 12. num. 31.* Mozz. *ſupra* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de empt. reſolut. 3. num. 11.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 3. num. 19.* Anton. Fab. *de error. pragmaticor. decad. 7. error. 8. à n. 1.* Ant. Gab. *d. concluſ. 1. à n. 52.* Ceuallos, *quaſt. 511. numer. 2.* Padilla *in d. l. 2. num. 42.* vbi Pinel. *part. 1. cap. 2. num. 20.* Pet. Greg. *ſyntagm. lib. 25. cap. 24. nu. 14. 15.* Pat. Molin. *ſup.*

7 Quæ ſententia obtinet, etiam cum renuncians iuſtum rei valorem ignorat, Gutierr. *vbi proximè.* Barboſ. *in collectan. ad d. l. 2. num. 65.* Hermoſ. *num. 22.* Matienç. *ſupra* Villadiego *in l. 8. numer. 23. verſ. Intellige tamen tit. 4. lib. 4. fori iuzgo.*

8 Licèt autem vnus ex contrahentibus ſibi renunciando præiudicet, alter ſi læſus reperiatur, non prohibetur actione, ex *d. l. 2.* in iudicio experiri, notant Gregor. Lop. *in d. l. 56. gloſ. vlt. tit. 5. part. 5.* vbi Hermoſ. *d. gloſ. 11. num. 118.* Matienç. *ſupra n. 44.* Farinac. *in fragment. verbo, deceptio, n. 24.*

Num. 2.

9 Scienti iuſtum rei pretium, quę venditur, auxilium *d. l. 2.* denegari defendunt Menchac. *controuerſiar. vſufrequent. lib. 3. cap. 61. num. 10.* Stracha *de mercatura tit. de ſponſorib. quaſt. 10. num. 2.* Barboſ. *vbi proximè num. 51.* Cerall. *d. num. 2.* Caroc. *d. rub. de reſcind. locat. num. 8.* Auēdañ. *de cenſib. cap. 36. num. 4.* Scaccia *de comercijs §. 1. quaſt. 7. part. 2. ampliat. 10. num. 5. verſ. Aſtringe* Arimin. Tepat. *variar. ſentent. tom. 2. tit. 403. cap. 7. in princip.* Morla *d. tit. 9. quaſt. 24. num. 2. cum ſeqq.* Salas, *d. tract. de empt. dub. 27. num. 8.* Gratian *diſceptat. forenſ. cap. 461. numer. 28.* Carcer *ſupra part 1. cap. 13. num. 32.* Coſta *de fact. ſcient. & ignorant. cent. 2. diſt. 3. num. 2.* Suarez *receptar. ſententiar. lit. L. num. 1.* Cacheran *deciſ. 40. num. 12.* Anton Gab. *d. concluſ. 1. numer. 98.* Bernard. Diaz *regul. 560.* vbi Salcedo. Menoch. *conſ. 1. num. 350.* Cyriac. *controuerſ. 453. num. 18.* Gail *practicar. obſeruation. lib. 2. obſeruat. 29. numer. 10.* Matienç. *d. gloſ. 8. num. 35.* Pet. Greg. *ſyntagmat. lib. 25. cap. 24. num. 14.* Ratio eſt, nam ſcienti, & conſentienti nulla fit iniuria, neque dolus, *cap. ſcienti 27. de reg. iur. in 6. l. cum donationis 34. C. de tranſact. l. 1. §. vſque adeo ff. de iniurijs*, ſed donatum cenſetur, quod ſupra iuſtum pretium præſtat emptor, aut infra illud venditor recipit, argumento *l. donari 29. ff. de donat. & l. ſi quis donationis 38. ff. de contrah. empt.* Pet. Gregor. *num 15.*

10 Cui ſententiæ, vt defendi poſsit, præfati DD. declarationes quaſdam adijciunt, ſine quibus, & ipſis diſplicet. Primum, eſſe probandam ſcientiam pretij iuſti in læſo non ex quibuslibet præſumptionibus, ſed ita manifeſtè, vt de illa dubitari nullo modo poſsit: veluti ex confeſsione ipſius læſi, ex æſtimatione per peritos facta, illique nota tempore contractus, aut quia eſſet circa rem venditam expertus, Morla *ſupra*, Matienç. *d. gloſ. 8. num. 38. verſ. Item.* Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 4. num. 85.* Secundam, quod nulla neceſsitate, aut ratione coactus venditor viliùs diſtrahat, vel cariùs compararet, Matienç. *num. 36.* Barboſa *in d. collect. num. 51.* Ant. Fab. *d. error. 8. num. 8.* Burgenſ. *in cap. cū dilecti, n. 19. de empt.* Hermoſ. *num. 89.* Tertiam, quod cum his concurrant aliquæ coniecturæ; ex quibus donandi animus deprehendatur, Matienç. *num. 39.* Morla *num. 4.* Quartam, quod deceptus ruſticus, mulier, minor, aut prodigus nō ſit, quoniam horum facilitati potiùs, quam liberalitati tribuitur læſio, quàm in ſuis contractibus paſsi ſunt, Hermoſ. *num. 88. 90.* Burgenſ. *n. 18.* Barboſ. *vbi proximè* Anton. Gab. *d. concluſ. 1. n. 104.*



11 Quibus ſimul cōditionibus datis, procul dubio communis ſententia tradita nuper eſt tenēda, prout fatetur, Hermoſ. *num. 90.* pro qua bonus eſt textus in *l. ſi num 17. in fine princip. iuncta gloſſa ibi verbo, & ſcit. ff. locati.* Quæ ſic admiſſa extenditur, etiamſi interceſſerit læſio enormiſsima, vt tenent plures, quos refert Hermoſ. *num. 80.* & in foro conſcientiæ æquè procedit, Abbas *in cap. 1. num. 3. de empt.* Corn. *in l. ſi paſcenda, numer. 2. C. de pact.* Tiraquell. *de legib. connubialib. l. 9. num. 13. in fine.* Hermoſ. *num. 81.* nam cū ſupponatur voluntas donandi, ac poteſtas alienandi nulla iniuſtitia conſiderari poteſt, vt aliud agens, ait Menoch. *d. conſ. 144. n. 3. verſ. Extenditur ſecundò.*

12 Aliquando tamen licet ea omnia ſimul inueniantur, admittetur læſus aduerſum venditionem, conſiderato eo, quod donatum cenſetur, nam licèt in donationibus remedio *d. l. 2.* non ſit locus, vt ex alijs probat Barboſa *num. 57.* Nihilominus ſi enormiſsimè læſus donator doceatur, auxilium eidem nō negabitur, Hermoſ. *d. gloſ. 11. num. 18. 56.* Fontanella *ſupra d. clauſ. 4. gloſ. 18. part. 1. num. 75.* Gratian. *Marchia deciſion. 40. num. 12.* Eſcobar *de ratiocinijs lib. 2. comput. 6. verſ. Aut loquimur*, Theſaur. *deciſ. 223. num. 11.* Vndè etſi in caſu, de quo agimus quoad venditionem læſio non conſideretur, quia donatus eſt exceſſus, poteſt dari reſpectu eius, quod donatum eſt, Bart. *in d. l. 2. n. 15.* Tunc autem cenſebitur donator enormiſsimè læſus, cum ipſius facultatibus perpēſis, ei non ſupereſt, ex quo iuxta perſonæ ſuæ qualitatem viuere poſsit, quòd iudex pro ſuo arbitrio decernet, Socini *conſ. 266. vol. 2.* Gregor. Lop. *in l. fin. gloſ. 7. tit. vlt. p. 6.* Afflictis *deciſ. 312. n. 2.*

13 Sed cum raro, ſupra traditas conditiones ſimul concurrere, contingat ad excludendum remedium *d. l. 2.* rectiùs cōtra communem, non excludi ſcientem rei pretium à reſciſsione contractus, ſentiunt abſolutè vltra Pinellum, Caſtill. *d. cap. 52. num. 41.* Rodetic. *de ann. redditib. lib. 1. quaſt. 8. num. 10.* Sarmient. *lib. 1. ſelectar. cap. 11. num. 6.* Fachin. *d. cap. 20. verſ. Sed contrariū docuit*, Herm. *d. gloſ. 4. num. 90.* Suar. *in addit. ad Pinell. part. 1. cap. 2. num. 11.*

Verſ. *Rurſus, & hæc ſecunda principalis concluſio.*

14 Quod renunciatio *d. l. 2.* facta in eodem inſtrumento contractus impediat eius actionem, cum D. Couar. probant Gutier. *d. cap. 26. n. 3. & practic. lib. 2. q. 140. num. 2.* Padilla *in d. l. 2. num. 42.* Fachin. *d. cap. 20. verſ. Porrò* Villadieg. *in d. l. 8. num. 22. verſ. Extende*, Barboſ. *in d. collectan. ad l. 2. num. 66.* Bolaños *vbi proximè*, Gomez Vaio *d. num. 18.* Pet. Greg. *ſup. num. 15.* De quo iterum inferiùs *num. 20.*

Num. 3.

15 Renunciationem exceptionis, non numeratæ pecuniæ eidem inſtrumento confeſsionis inſertam iure cōmuni nullius roboris eſſe, veriùs, ac receptius eſt, Gregor. Lop. *in l. 9. gloſ. fin. tit. 1. part 5.* Trentacinq. *ſupra tit. de ſolutionib. reſolut. 20. numer. 16.* Anton. Gom. *in l. 50. Tauri, num 52. verſ. Quod extende, circa principium*, Mat. Mota *deciſ. 71.* Coſta *in l. ſi ex cautione fallent. 1. C. de non numer. pecun.* Cardin. Tuſch. *practicar. concluſ. lit. E. concluſ. 421. num. 7.* Valaſc. *conſ. 5. num. 12. 13.* Rebuff. *ad leg. Gallia tom. 1. tract. de chirograph. ac cedul. recognit. in præfat. art. 2. num. 27.* Colet. *de proceſ. executiu. part. 1. cap. 10. num. 194.* Dueñas *reg. 260. num. 4.* Pet. Barboſ. *in l. 1. part. 6. num. 27. 28. ff. ſolut. matrim.* Tiraquel. *in tract. de iure conſtituti, part. 3. num. 30. 31.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 18. tit. 4.* Hermoſill. *in d. l. 9. gloſ. 8. num. 2. tit. 1. part. 5.* vbi latè, Molin. *diſp. 302. n. 3. & diſp. 439. n. 4.* Gutier. *de iurament.* con-

*confirmat. part. 1. cap. 37. num. 10. verſ. Hanc communem*, Ceuall. *tom. 1. q. 365.* quanuis contrarium placuerit gloſ. *in d. l. ſi ex cautione verbo, probare, in fine, C. de non num. pecun.* Cardinal. *in cap. fin. num. 9. de ſolut.* Azon. *in ſumma C. de non numer. pecun.* Aufred. *in addit. ad Capell. Tholoſan. deciſ. 375. n. 2.* Auendañ. *de cenſib. cap. 45. num. 6.*

16 At communis opinio limitatur, etiam communiter, quando renunciationi iuramentum accedit, tunc enim & in eodẽ inſtrumento facta nocet renuncianti ſecundum ius commune, Bart. *in l. fin. C. de non numer. pecun.* Menchac. *de ſucceſsion. creatione, lib. 1. §. 9. num. 25.* Gratian. Falcon. *reg. 168. num. 5.* Vital de Cambano *de clauſul. quæſt. An nõ numeratæ pecun. exceptioni renunc. poſsit num. 1. verſ. Breuiter diſtingue*, Mancin. *de iuramẽt. part. 4. effect. 155. num. 3.* Maſcard. *de probat. concluſ. 695. num. 19.* Carol. de Graffis *de exceptionib. except. 43. num. 15. 35.* Gutierr. *vbi proximè d. num. 10.* Bertazol. *clauſ. 32. gloſ. 3. 4. numer. 2.* & alij *proximè* laudat. Oppoſitum defendunt Alciat. *in cap. cum contingat, nu. 177. de iureiurand.* Marta *de iuriſdict. part. 4. cent. 2. caſ. 161. num. 23.*

17 Eſt tamen aduertendum, quòd licet ei, qui renunciationem iurauit, poſt ſolutionem tanquam indebitè ſolutum repetere, quod dedit, argumento *cap. debitores 6. de iureiurando*, Hermoſ. *d. gloſ. 8. num. 12.* Bart. *in d. l. fin. C. de non numer. pecun.* Gutierr. *d. n. 10. in fine*, vbi alij.

18 Regio autem Partitarum iure exceptio pecuniæ non numeratæ non datur ei, qui illi etiam in eodem inſtrumento obligationis renunciauerit, vt ex *d. l. 9. in fine, tit. 1. part 5.* obſeruant Ant. Gom. *vbi proximè*, Menchac. *d. §. 9. num. 22. 25.* Dueñas *regul. 260. num. 5.* Gutier. *ſupra num. 9.* Villadieg. *in Politica cap. 2. num. 103.* Hermoſ. *d. gloſ. 8. num. 4.* Falcon, *reg. 108. num. 4.* Auendañ. *de cenſib. cap. 45. num. 6.* Coſta *in d. l. ſi ex cautione, num. 2. cum ſeqq.* Ceuall. *d. quæſt. 365. nu. 7. & num. 5.* Regiam legem limitat, ſi renunciatio in continenti fiat in priuato chirographo, nam minimè valebit.

19 Illud eſt adijciendum, quòd, etſi vall. dè exceptioni præfatæ cum iuramento, aut ſine illo renuncietur, poteſt reus ipſam obijcere aſſumendo in ſe onus probandi pecuniam ſibi non fuiſſe numeratam; quoniã huiuſmodi defenſio per illã renunciationẽ non intelligitur ſublata, ſed ſolùm onus probandi traditionem; quod aliàs incũberet intra bienniũ creditori, remouetur, Greg. Lop. *in d. l. 9. gloſ. fin.* Hermoſ. *ſupra num. 5. 14.* vbi plures. Coſta *vbi proximè, num. 4.* Menchac. *d. num. 25.*

Ibi: *Contrariam ſanè opinionem.*

Hanc ſententiam: vt ſcilicèt renun- 20
ciatio *d. l. 2. C. de reſcind. vendit.* in eodem inſtrumento facta non teneat, contra D. Couarr. tuentur Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 11. num. 24. verſ. In fœminis*, Cancer. *part. 1. cap. 13. num. 25. & part. 3. cap. 15. num. 264.* Matienç. *in d. l. 1 gloſ. 8. num. 42. tit. 11. lib. 5. Recopil.* vbi de praxi teſtatur, Ant. Gom. *d. lib. 2. variar. cap. 2. num. 26.* Morla, *d. tit. 9. quæſt. 24. num. 8.* Ceuall. *d. quæſt. 511. num. 3.* Burgenſis *in cap. cum cauſa, nu. 20. de empt.* Noguerol. *allegat. 18. num. 55.* Villadieg. *in Politic. tract. de formula libellandi, num. 139. verſ. Y eſte remedio, y leſion.* Quæ opinio æquior, ac in praxi recepta eſt, nam eàdem facilitate, qua quis ſe lædi patitur, ad renunciandum inducitur, Molin. *diſp. 349. nu. 16.*

Verſ. *Primò, quod eàdem facilitate.*

Omnes ferè conueniunt, mulieribus, 21
ruſticis, & minoribus nõ officere renunciationem *d. l. 2.* in continenti factam, propter ſexus, ac iudicij imbecillitatem, Barboſ. *in collectan. ad illam conſtitutionem num. 66.* Gutierr. *practicar. d. quæſt. 140. num. 3.* Caroc. *de locat. part. 1. Rubric. de reſcindend. locat. num. 34.* Hermoſill. *d. n. 24. verſ. In fœminis*, Pet. Greg. *ſup. num. 15.* quanuis Trentacin. *d. tit. de empt. reſolut. 3. num. 12. in fine.* Hoc limitet, ſi huiuſmodi perſonæ de legis prouiſione certioratæ ſpecialiter illi renuncient.

Ad hanc ſolutionem D. Couarr. pro 22
Calcaneo poteſt replicari, quod etiam in viris maioribus non ruſticis facilitas conſideratur, vt iure communi attendebatur in renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ, quæ, vt diximus, ex hac cauſa in continenti facta non tenebat, quanuis ex interuallo ſubſiſteret.

Verſ. *Secundò, in eiuſdem opinionis.*

Similiter contra hanc reſponſionem, 23
D. Couarr. dici poterit, homines itidem in venditione auiditate comparandi alienã, vel neceſsitate vendendi propria cõpulſos ſæpè labi ad cariùs emendum, viliùsve diſtrahendum, & eàdem facilitate, qua hæc faciunt, mouentur ad renunciandum in continẽti legis auxilio, quæ ratio ceſſat, ſi poſt cõtractum iam perfectum ſuo iuri cedant, quod cum liberius operentur, ſibi præiudicant.



Verſ. *Tertiò, accedit quod Romanus.*

24 Non omninò excluditur Romani ratio, nam doli qualiſquali ſuſpicione non caret, qui cum læſione vltra dimidiam alterius contrahit, volens cum tanta iactura aliena locupletari, Cancer. *d. part. 1. cap. 13. num. 25. verſ. Ob quæ non intereſt*, Noguerol. *allegat. 18. num. 56.* Thor. *conſ. vnic. poſt vota deciſiua, num. 42.* Sforcia Odd. *conſ. 37. num. 58. vol. 1.* Hermoſill. alios referens, *d. gloſ. 11. num. 49.* Vnde ſaltim ſecundùm hanc ſententiam non eſt abſonum de renunciatione doli ad eam, de qua agimus, arguere, quanquam verum ſit ex læſione vltrà dimidiam dolum non præſumi, Petr. Greg. *ſup. cap. 24. num. 3.*

Num. 4.

25 Verè textus *in l. vlt. §. Item quæſitum, ff. de condict. indebit*, minimè iuuat Calcanei opinionem, vt ſentit D. Couar. cum in renunciatione loquatur generali: quã do autem ſpecialis renunciatio condictionis indebiti impedat repetitionem, explicat latè Gutierr. *de iuram. confirmat. part. 1. cap. 27. per totum.*

Verſ. *Quintò, Calcanei ſententiam adiuuat.*

26 Dubium non eſt, vt experiẽtia docet, quin renunciatio *d. l. 2.* ex ſtylo tabellionum in inſtrumentis venditionum adijciatur, eiſdem cõtrahentibus inſcijs, atque ita teſtantur Villadieg. *vbi proximè d. nu. 139. verſ. Y eſte remedio*, Noguerol. *ſupra num. 55.* Matienç *d. gloſ. 8. num. 45.* Nec refert, quod illis inſtrumenta ante præſtitum conſenſum prælegantur, quia communiter ad huiuſmodi clauſulas nõ aduertunt, qui contrahunt, nec vim, quã habent, homines literarum imperiti intelligunt, & per tabelliones declarari nõ ſolent, quapropter clauſulas ex ſtylo tabellionum apponi conſuetas nullius eſſe momenti, ſaltem quoties de graui præiudicio tractatur, ſentiunt Tiraquel. *in l. ſi vnquam, n. 126. C. de reuocand. donat. & de iure conſtitut. part. 3. limit 31. num. 12.* D. Couarr. *in rubric. de teſtament. part. 2. ex n. 39.* vbi alij Matienç *in l. 1. gloſ. 10. n. 65. tit. 4. lib. 5. Recopilat.* Gutierr. *de iurament. confirmat. part. 1. cap. 27. num. 5. verſ. Sed cõtraria*, Pareja *de inſtrument. edit. tom. 1. tit. 5. reſolut. 10. n. 68. 69.* & alij multi, apud Menochium *conſ. 37. à n. 157.* Contraria verò ſententia communis etiam docens, has clauſulas eſſe obſeruandas, acſi à contrahentibus adijcerentur, quã amplectuntur plurimi, quos referunt, ac ſequuntur ipſe Menoch. *à n. 130.* & Hermoſ. *in l. 32. gloſ. vlt n. 9. tit. 5. p. 5.* eſt intelligenda, ſi de modico præiudicio tractetur aut illæ ad ſolemnia, vel ſubſtantialia actus pertineant, nam in ipſas creduntur partes conſenſiſſe eo ipſo, quòd inſtrumentum fieri voluerunt, renunciatio autem *l. 2.* non eſt modici præiudicij, nec ad ſolemnitatem, vel ſubſtãtiam venditionis ſpectat, atque ideo à tabellione adiecta pro non ſcripta debet haberi. Nec quicquam intereſt, quòd renũciatio vtrinque fiat, poſsitque vel vẽditori, vel emptori vtilis eſſe, quoniam hoc verùm eſt, ſi in abſtracto conſideretur, non ſi iam in contractu poſita, etenim ſtatim læſo erit nociua, & deceptori fauorabilis, cum ad læſionem tempus contractus inſpiciatur regulariter, vt c. *proximo præced.* dictum eſt.

Ibi: *Quamobrem quanuis ſæpiſsimè.*

Tamen nõ obſtante renunciatione fa- 27
cta in eodem inſtrumento auxilium *d. l. 2.* concedi quotidie videmus, vt teſtatur Matienç. *d. gloſ. 8. n. 43.* alioqui inutilis iam eſſet prouiſio eius conſtitutionis, cum in omnibus inſtrumentis talis clauſula renunciationis ex conſuetudine tabellionum adijciatur, ſicut conſiderat Morla, *d. q. 24. n. 8.* Et quanuis de iure dubia ſit quæſtio, Calcanei ſententia, quàm amplectuntur tot grauiſsimi Interpretes aduerſum D. Couarr. laudati *ſupra n. 20.* æquior eſt, atque ideo tenenda, cũ in dubijs non minus tutum ſit, quàm iuſtũ benigniorem ſequi Interpretationem, *l. ea quæ 153. §. In re dubia, ff. de reg. iur.* magiſque repetitioni, quàm aduentitio lucro fauendũ, *l. nõ debet 42. §. In re dubia, ff. eod.*

Num. 5.

28 Enormiſsima læſione in cõtractu contingenti renunciatio, *d.l.2.* quomodolibet facta, imo & iuramento fulcita non obſtat læſo agẽti aduerſus deceptorum, Eſt cõmunis reſolutio, pro qua ſunt Molin. *de primogen lib.2.c.3. verſ Quod temperandum.* Barbol. *in d. coll. Clan. num.* 130. Ant.Gab. *d.lib.3 tit.de iur.dot. concluſ* 1. *num* 8 Gregor.Lop. *in d.l.56 gloſ. vlt.* Simoncel *de decretis lib 3 tit 8. nu* 233. Gutierr. *d.cap 26 num.7.* Trentacinq *d. tit.de empt. reſolut 3. num* 8. Villadieg. *d. num.139 verſ. Y lo miſmo ſerá* Burat *deciſ.75 num.6.8. & deciſ 116. nu.* 15 Paſchal. *de patr.poteſt.part 1.c.8.n.47* Thor. *d.conſ vnic.n.43.* Galerat. *de renunciat. cẽt. 2.renunc.102.nu 24. verſ.Contrarium verius,* Padilla *in d. l 2 num* 43 Mariẽç. *d.gloſ 8.num* 48 Ceuall. *tom 1.quæſt* 115 *num.4.* Afflictis *deciſ 322.num.7.* Caſtill. *quotidianar.lib.3.cap 2. num* 36. 41. 53. qui ait, nullam cautelã excogitari poſſe, vt remedium contra enormiſsimam læſionem excludatur, Hermoſ. apud quẽ alij multi, *d gloſ.11.num.35*

29 Sed ſi læſioni enormiſsimæ fuerit cũ iuramento ſpecificè renunciatum, ceſſare omne legis auxilium ad cõtractus reſciſsionem, opinantur Ant. Gom. *variar. lib.2 cap.14 num.20. verſ. Tertio infero,* Michael Graſſ. *in § Sucesſio abinteſtato, q.13. verſ Contrariam,* Tuſch *lit. L.concluſ. 494 num 44.* Butr. *in cap.cum contingat, num.13. verſ. ſic concludunt, de iureiurand.* Berol. *conſ 51. num 16. lib. 1.* Bargal. *de dolo, lib.2.cap 2 num 42. verſ Ex aduerſo,* Gailauta *conſ 32 num.* 32. Contrarium vero ſuſtinẽt Hermoſ. *d gloſ 11. num 4..* Abbas *in d.cap. cum contingat num.* 2 *.de iureiur.* Cagnol. *in d.l. 2. num* 98. Padilla *ibi, num* 43. Rot. apud Caſsiod. *deciſ 1. de empt.* Grammatic. *deciſ.66. num.* 48 49. Molin. *vbi proximè num* 19 Gutierr. *in Authent.ſacramenta puberum num 98 C.ſi aduerſ. vendit.* Pet. Barbol. *in l.1. part 5. num.53 ff ſolut. matrim.* Caſtill. *d.cap.2.á num.28.* Auguſt. Barbol. *in d collectan. n.* 130. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.131 num.6.* quæ ſententia verior eſt, ac communior, iura enim dolum in hac læſione præſumunt, vt cum alijs docet Hermoſ. *num.46.* qui iuramenti vi fouẽdus non eſt, qui quidem dolus quaſi adhibitus, ex propoſito conſenſum iurantis tollit & ideo nec contractus, nec renunciatio iuramento firmatur, Faciunt tradita *ſupra n.5.*

30 Quæ ſit enormiſsima læſio iudicis relinquitur arbitrio iuxta veriorem opinionem, Giurba *deciſ 110. nu 4.* Caſtill. *tom 7. de tertijs, cap.18 num 91* Ferentil. *in addit. ad Buratum, deciſ 116. lit.C* Molin. *d.cap 3 num 18. in fine,* Garcia *de expenſ. cap 18. num 21 ad finem,* Sforcia Oddo *de in integ. reſtitut. part 1 quæſ 4 n. 12.* Hermoſ. cum pluribus *d gloſ 11 n. 11* Noguerol *ſupra n 59.* Eſcobar *de ratiocin lib 2 comput. c n 10.*

31 Vt ũ n deſideretur relaxatio iuramẽti, cum aduerſus contractum iuratum ob enormiſsimam læſionem agitur? quæſtionis eſt & negant Mariẽç. *d. gloſ. 8 num.49.* Caroc. *ſupra d. rubric. de reſcindend.locat num.35 36.* Mancin. *ſupra part. 6. quæſt. 4. num 1* Farinac. *in fragment. part. 2 verb. iuramentum, nu.* 1273. 1290. Benechend *in addit. ad Seraphin. de priuileg iurament. priuileg.31. num 16. 17 & priuileg 61 num 55* Ioſeph Lucouic. *Lucenſ. deciſ 27. num 18 20.* & alij apud Hermoſ. *d.gloſ 11 num 82* & Barbol. *in collectan. ad Auth. ſacramenta puberum, num. 17. C.ſi ad verſ. vendition.* Sed contra non eſſe audiendum enormiſsimè læſum, niſi relaxatione iuramenti impetrata, ſuſtinent Caſtill. *quotidianar.lib 3.cap.2.num.26. verſ. An abſolutio,* Capic. *deciſ.159* D Couarr. *in c. quamuis pactum part 3 § 4 n.8. de pact in 6* Gutierr. *in d authent. ſacramenta puberum, num 96. verſ. Sed his non obſtantibus,* Fachin *ſupra lib 8 cap.60 in fine,* Cácer. *a cap 13 num 11. verſ. Ex quibus,* Molin. *d.cap 2 num.25.* Azeued. *in l 4. num. 137. tit.21. lib 4 Recopilat* Ceuall. *tom. 2 quæſt 900. num 35* quæ ſententia magis communis eſt, ac tuta. Sed priorem admiſit Rota *deciſ 102 num 2. part.2. diuerſor.* cum manifeſtè de enormiſsima læſione, conſtat, Hermoſ. *numer. 84.* de quo diximus *ſup. lib 1 cap 4 num.43.* Sed etſi contrahens iurauerit, ſe non petiturum abſolutionem a iuramẽto, quo contractum firmauit, poterit tam á primo, quam à ſecundo iuramento abſolui. Molin. *n 25.* Hermoſ. qui alios refert, *ſup n.92* Sed ſi dolus ex propoſito interuenerit, nulla debet abſolutio poſtulari, Molin. *num 14.* D Couarr. *in cap. quamuis pactum part.3 §.4. num. 3* Abbas *in cap. cum contigat, num.3.23. de iureiurand.*



32 Quæ communis ſententia tradita *n. 29.* ampliatur etſi renunciatio ſit ex interuallo geminata, adhuc enim enormiſsimè læſus erit audiendus ob præſumptum dolum deceptoris Hermoſ. *d. num.46* Boer. *deciſ.35. num 5* Molin. *d. num. 19. ad finem,* Gutierr. *vbi proximè, num.99. verſ. Sed ſi benè, in fine,* Pinel. *part. 3 cap.1. num.36.* Burg. de Paz, *conſ 28. num.22.*

Ibi: *Quo quidem caſu læſio re ipſa contingẽs.*

33 Læſio enormiſsima quoad iuris effectus dolo comparatur adhibito ex propoſito, Hermoſ. *num.46.* Valaſc *cõſ.130. num.22.* Maſcard. *concluſ. 531. num 7. 28.* Ioſeph. Ludouic. *Peruſ. deciſ 18. num. 55. 56 63 70.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem verbo, læſis, num. 1. verſ. Quando agitur,* Cancer. *d.cap.13. num.11.* Andr. Gail *obſeruat. lib 2. obſeruat. 147. nu. 8.* Caſtill. *quotidianar. lib 3. cap. 2 num 20. 41 53. verſ. Ij autem,* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 83. numer. 77.* Farinac. *in prax. crimin. quæſt 89. numer. 140.* qui plurimos referunt. Hinc eſt, vt ſi læſio enormiſsima interueniat, deceptori electio denegetur, quæ ex *d.l.2. competit,* ſed læſus ad contractus reſciſsionẽ agere præcisè poteſt. Barboſ *in d. collectan. num 76.* Fontanella *ſupra tom. 2 clauſ 7 gloſ 2. part. 2. num. 59. 60.* Hermoſ. *in d l. 56. gloſ.7. num.20 tit.5. part. 5.* Cagnol. *in d. l 2. num.81.* Theſaur. *deciſ 165. num 8.* Noguerol. *allegat.29. num. 216.* Et ita in praxi ſeruari, teſtis eſt Anton. Fab *in ſuo Codic. lib 4 tit 30. diffinit. 3* etſi ipſe contra teneat, *de errorib. decad. 7. error 10.* à *num 7* & D.Couarr *in d cap. quamuis pactum § 4 num 14* Inde etiam prouenit, vt hoc caſu res cum fructibus per deceptorem ſit reſtituenda, nedum perceptis, ſed & qui percipi potuerunt. Fontanell. Barbol. Hermoſ. *vbi proximè,* Giurba *deciſ. 165. num. 1.* Gomez de Leon *in ſua centur. reſponſ 19.* Gamma *deciſ. 40. 94 num. 9.* vbi Flores de Mena, Pariador. *rer. quotidianar. lib 2. cap vltim. part.5. §. 15. num 13* Ceuall. *tom. 2. quæſt. 763. numer 43.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ 258. numer. 10.*

Num. 6.

Clauſula hæc, per quam contrahentes 34 ſibi inuicem donãt, quod vltrà vel infra iuſtum pretium datur, vel recipitur, eſt ex illis, quas tabelliones ex officio adijcere ſolent, vt aduertunt Gutierr. in *d. authent. ſacramenta num 101* Menoch. *de arbitrar lib.2. caſ 144 numer 4* Hermoſ. *d gloſ 11. num. 119.* Gomez Val *lib 1. cap 5 num 20* & quamuis multi ſentiant cum D. Couar. in præſenti, per illam tolli remedium *d.l 2.* aut ſaltim aliqualem donationem induci iuxta verba in inſtrumento ſcripta, vt videre licet, apud Menochium *vbi proximè,* Fachin. *d. lib 2. cap 19. verſ. ſed & tertia,* Morla *d. tit. 9. quæſt. 20. per totam,* qui plures referunt; verius tamen eſt per talem clauſulam, nec remedium, *d.l.2.* auferri, nec aliquã donationem induci, niſi aliunde conſtet de ſcientia iuſti pretij, ac animo donandi. Ita Gutierr. Valo, Hermoſ. vbi nuper, Monterrol *in ſua praxi tract. 7 in prax. inſtrument vendit. circa principium,* Pinell. *part. 1. cap.2. n.22 25.* Mariẽç. *d.gloſ 8 n. 44* Caſtill *controuerſ lib 4. cap.52. à num. 38.* Theſaur. *Pedemontan. deciſ.1 5* Marta *de clauſul. part.1. clauſul. 163.* Molin. *de iuſt. & iur. diſp.349. num. 16* Róderic. *de ann. redditib. lib 1. quæſt. 11 à num. 6.* Azeued. *in l.1 num.29. tit 11 lib 5 Recopilat.* Dicaſtill *de iuſt lib 2 tract. 9 diſp. 3. dub 5. num 34.* Barbol. *num 58.* vbi alij. Ea enim verba præter contrahentium intentionem adijciũtur, qui minimè de donatione cogitãt, ſed cõtractum vtrinque oneroſum volunt celebrare, ac perfunctoriè ponuntur, Caſtill. *ſupra num. 39. in fine,* Tuſch *lit.C. concluſ.304. numer. 12.* Actus autem non debet vltrà agentium intentionem operari, *l non omnis 19 ff ſi cert. petat* etſi ſonus verborum aliud ſuadeat, cum non illa, ſed mens ſit attendenda diſponentis, *l. generaliter 6. C. de impuber. & alijs, l ſi quis filium 3. C. de liber. præterit. l 3 §. Conditio. ff de adimend legat. cap aures 22. quæſt. 5* Auguſt. Barboſ. *de axiomatib iur. axiom. 222. nu. 1.* vbi plures refert, & videas ad hæc notata ſup. *num.26.*

Num 7.

Inſinuatio nihil aliud eſt niſi *factæ do* 35 *nationis apud iudicem competentem publica-*

*catio*, quam & alias definitiones tradit, & exornat Hermoſ. *in l.9. gloſ.1. num.28 tit.4. part.5.* quę quatuor de cauſis iure ad valorem donationis vltrà quingētos ſolidos deſideratur. Primò, vt inter donationem & inſinuationem donans maturiùs deliberet, num ſibi expediat actum illum perficere, nam ante inſinuationem poteſt donatio reuocari ſaltim quoad exceſſum quantitatis lege permiſſę. Hermoſ. *in d.l.9 gloſ 15. num.2.* Secundò, vt iteratio actus perſeuerantiā & animum deliberatum oſtendat. Tertiò, ad tollendam omnem ſuſpicionē fraudis, & metus. Quartò, vt probationum occurratur falſitati, ita Ant. Canar. *de inſinuationib. p.1. n.18.* Seraphin. *priuileg.73. n.50.* Rebuff. *ad leg. Galliæ, tom.2. tit. de donationib. inſinuand. art.1. gloſ.1. num.2.* Menoch. *conſ.261. num.19 cum alijs,* Pet. Gregor. *ſyntagmat. lib.28. cap.13 num.4. 6.* Card. Lug. *ſup. diſp.23. ſect.10. num.149. vbi num 156.* An inſinuatio in foro conſciētiæ requiratur, vt tuta conſcientia poſſit retineri, quòd vltrà quingentos ſolidos donatum eſt; & donatarium ad reſtitutionem non teneri, niſi petatur, cum Molina, & alijs reſoluit, Dicaſtill. *ſup. tract.5. diſp.1. dub.6. num.113. 137.* vbi quod ſat eſt, ſi tacitè exceſſus exigatur.

36 Communis doctrina eſt, quòd, vbi inter contrahētes remittitur maximè per verba importantia donationem, quod datur, vel accipitur præter iuſtum prætium, ſi ſummam quingentorum ſolidorum id excedat, inſinuatio requiritur Tiraquell. *in d.l. ſi vnquam, verbo, donatione largitus, num.4.* Ancharran. & Imola *in cap. cum cauſa de empt.* Roman. *in l.2. in princip. col 4. ff. de verbor. obligat.* Alciat. *ibi num 16.* Alexand. *in l. ſi quis cum aliter col.4. verſ. Item quæ ſunt, ff. eod.* Firmian. *de gabell. part.3. partis 8. principalis, quæſt. 12. in fine,* Socin. *conſ.215. col.1. lib.2.* Put. *deciſ. 230. n.8. lib.1.* latè Fachin. *d. lib.2. cap.19. verſ. Ego in hac re duo.* Quæ opinio quando vera ſit, ex dicendis apparebit.

Verſ. *Primùm, locus Iuriſconſulti.*

Huic fundamento ſatisfacit D. Couar. *infrà num.10.* Et ſequentibus *num. 12. in fine.*

Verſ. *Secundò, ratione inſtruitur.*

37 Huic rationi reſpondetur, nō eſſe gratuitam donationem, quàm contrahentes faciunt, ſed neceſſariam, ſuppoſito contractu venditionis, cum ideo renuncient, vel remittant, quia, alter contrahens emere, aut vendere renueret, niſi his pactionibus contractus firmaretur. Vnde donatio non eſt, niſi impropriè, cū ob cauſam fiat, *l. hoc iure 12. §. fin. l. Aquilius Regulus 27. iuncta gloſ. ibi verbo, non meram ff. de donat.* quæ ad ſui validitatem inſinuatione non eget, Molin. *de primogen. lib.2. cap.8. num 16.* Bart. *in d.l. Aquilius, num.3.* Ant. Gabr. *d. lib.3. tit. de donat. concluſ.1. num 62.* Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib.4. §. Donatio quæſt.17 ad finem,* Segura *in l. ab exhæredati nu.9. ff. de legat. 1.* Cyriac. *tom.1. controuerſ.128. num.109* Gratian. *diſceptat. cap.82. num.24. 25.* Hermoſ. *in d.l.9 gloſ 15 n.15. tit.4. part. 5.* Videas pro ſolutione huius argumēti D. Couarr. *infra n.12. in fine.*

Num. 8.

Renunciatio proprij iuris, ad fauo- 38
rem alterius cenſetur donatio, gloſ. *verbo, dimittere in cap. ex part. 12. de offic. & poteſt. iudic. deleg.* Bart. *in l. ſi fraudator 25. in princip. ff. quæ in fraud. creditor.* Tiraquell. *in d.l. ſi vnquam verbo, donatione largitus num 71.* Afflictis *deciſ.322 ex num. 2.* Nauarr. *de ſpolijs §.15 num.5.* Cernantes *in l.6. Tauri, num.70.* Carleual. *de iudic. tom.2 tit 3. diſp.23. num.43.* Hodierna, *ad Surdum deciſ.70. num.12.* Bellon. *de iure accreſcendi cap.7. quæſt.41. num.68. 69.* Tondut *ſupra num.14* qui conſtituit differentiam cum Cancerio *part.3. cap. 22. num.211. & cap.15. num.171.* inter renūciationem, & repudiationem, nam hæc tollit iuris quærendi facultatem, in qua nec conſideratur donatio, nec inſinuatio requiritur; illa iam quæſitum aufert, quæ cū donatio vera ſit, vltrà quantitatem permiſſam abſque inſinuatione nō ſubſiſtet, Seraphin. *priuileg 109. num. 4.* idem Tondut. *num.21.* Rota, *deciſ.323 num.34. & deciſ.320. num.24. 30. 34. part.6. in recentior.* Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap.4. num.10. verſ. Item etiam prædicta habent locum.* Hermoſ. *d. gloſ 15. n.17.* Dicaſtill. *d. tractat.5. n.119.*

Ibi: *Quo fit, vt etiam in remiſsione debiti.*

Si debitum certum remittatur, inſi- 39
nuatio, vt in donatione opus erit, ſecùs ſi dubiū ſit, Card. Lug. *ſup. diſp.23 ſect.10 n.150.* Dicaſtill. *d. tractat.5. dub.6. num. 128.* Bald. *in l. illud, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Ant. Gom. *d. cap.4. num.9.* Dueñas *reg.220. ampliat.1.* Iul. Clar. *d. §. Donatio, quæſt.16. num.2. 3.* Mozz. *de contract. tract. de donat. tit. de ſubſtantialib. donat. n. 17. 18.* Matienç. *in l.7. gloſ.6. num.6. tit. 10. lib.5. Recopilat.* Hermoſ. *d. gloſ. 15. num 5. 6.* Cancer. *part.1. cap.8. num.4.* licèt contrarium teneant Ant. Fab. *in Codic lib 8. tit.4. diffinit.3.* Gratian. *cap.409 num.19.* Borell. *in ſumm. deciſion. part.3. tit.11. de inſinuat. donat. à nu.93.* vbi alios laudat, qui docent, abſque inſinuatione remiſsionem debiti liquidi valere.

40 Igitur huic argumento dicendum eſt, omnia ſupra tradita procedere, cum ex mera liberalitate quis remittit, aut renunciat, non ſi ex neceſsitate præcedentis contractus onerosi, vt euenit ei, qui auxilio *d.l.2.* renunciat, quia nullo modo donare intelligitur, Cyriac. *d. controuerſ.128. num.103.* Bim. *conſ.193. n.16. volum.2.* de quo D. Couarr. *infra n.12. in fine,* & diximus *ſup. n.34.*

Ibi: *Contrarium tamen imò inſinuationem non requiri.*

41 Hanc ſententiam omnino tenendam: ſcilicèt in renunciatione *d.l.2.* inſinuationem non eſſe neceſſariam, quia donatio non eſt, amplectuntur Tondut. *d. cap. 57. num.22.* Seraphin. *deciſion.181.* Alberic. *in l. donari, ff. de donat.* Gratian. *diſceptat. cap.273. nu.39.* Hermoſ. *d. gloſ.11. n. 26.* Pinell. *part.1. cap.2. num.24.* vbi Suarez, qui ſentiunt, tunc inſinuationē deſiderari, quādo conſtat, liberaliter renunciationem fuiſſe factam, non neceſsitate aliqua dimananti à præcedente contractu, vt contingit in clauſulis ex officio per tabelliones inſertis, vel quas contrahentes ſimul in eodem inſtrumento adijciunt inſeri, quod ſecùs eſt, cum quis volens donare Titio mille, fundum duorum milliū ei pro mille vendit, vt in caſu *l. ſi quis donationis 38. ff. de cōtrah. empt.* Idemque eſt, ſi poſt interuallum fiat renunciatio, quia iam neceſsitate præcedentis contractus ceſſante, vera donatio eſt, quibus caſibus inſinuationem adhiberi, neceſsè eſt, quòd optimè aduertit Cyriac. & Tondut. *vbi proximè*, diſtinguit enim inter remiſsionē in pactis acceſſorijs vēditionis factā ratione prioris contractus, & eam, quę principaliter fit, neceſsitate non cogente, & licèt verba donationem ſonent, non, quod dicitur, ſed quod agitur, eſt conſiderandum, nec de nomine, ſed de ſubſtantia contractus ratio haberi debet, *l. cum in venditione 36 ff. de cōt. empti l. ſi vno 12. in princip. ff. locati l. empt.9. C. de contr. empt. l.1. & per totum, C. plus valere, quod agitur,* Carleual. *d. tom.2. tit 3. diſp.35. num.45.* vbi multi, Barboſ. *in collectan. ad l. non epiſtolis nu. 13. C. de probat.* Tiraquell. *de retract. lignagier. §.30. gloſ.1. n.11.* & ſic intelligendi ſunt Card. Lug. vbi proximè, & alij.

Verſ. *Primùm etenim.*

Contractus nomen, ac naturam ſor- 42
tiuntur ab eo, quòd contrahentes principaliter intendunt, etſi aliud admiſceatur, *l. ſi ſterilis 22. §. Si tibi fundum, ff. de action. empt. l. tenetur 6. eod.* Gutier. *de gabell. quæſt.35. num.13.* Molin. *diſp.336. num.6.* Laſſarte *de decim. vendit. cap.2. à num.1.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſ. 104. num.38.* Pinel. *in d.l.2. part.2. rubric. num.2.*

Hoc argumentum, cui Fachin. reſ- 43
pondet, & alijs, *d. cap.19.* non multùm veræ ſententiæ fauet, nam ſi conſtaret de vero animo donandi, donatio non eſſet acceſſoria venditionis, cum propter hāc illa facta non fuiſſet, ſed ex liberalitate, poſſetque contractus gratuitus ab oneroſo ſeparari, vt inſinuatio, vbi neceſſaria foret, adhiberetur, imò licet vnus contractus alterius ſit ſequela, non ideo tenet ſine iuris ſolemnitatibus, *l.1. §. vlt. ff. de reb. eorum.* Alioquin fraus fieri legi ſæpè poſſet, ſi vnus contractus in conſequentiam alterius celebraretur ad effugiendas iuris ſolemnitates. Igitur in præſenti quæſtione illud ſolùm inſpici debet, num libera donandi voluntas adfuerit, nec ne, vt dicamus inſinuationem requiri, vel non.

Num. 9.

Vbi non apparet, quid contrahentes 44
principaliter voluerint agere, talis contractus celebratus creditur, qualis ab eis fuit denomintas, Gratian. *diſceptat. cap. 96. num.30.* Auguſt. Barboſ. *de axiomat. iur. axiom.109. num.4.* Ant. Monach. *Floren-*

*ventin.deciſ.*51.*num.*5. Menoch.*d.lib.*3.*præſ.*105.*num.*2.Ant.Gom.*lib.*2.*variar.cap.*2.*num.*10. Cyriac.*tom.* 1.*controuerſ.* 145.*num.*44. Tondut.*quæſtion.ciuil.cap.* 79.*num.* 1. Marelcot.*variar.lib.* 2.*cap.* 133.*num.*2. Vnde ſi pecunia & res, cuius valor parum, aut nihil quantitatem pecuniæ excedit pro re alia dentur, & cõtrahentes ſe permutare dixerint, erit contractus permutationis; ſin vendere, erit venditio, Cardin.Lug.*de iuſt.tom.*2.*diſp.*26.*ſect.*1.*num.*6.Lel.*eod.tract.lib.*2.*cap.*21.*dub.*1 Dicaſtill.*in ſimil.tract.lib.* 2.*tract.*9.*diſp.*1.*dub.*1.*num.*51. Anton.Gom.*vbi proximè* Gutier *de gabell.quæſt.* 30.*num.*2.Cyriac.*tom.*1.*controuerſ.*69.*num* 14.Molin.*d.diſp.*336.*num.* 6 Matienç.*in l.*7 *gloſ.*10.*num.*4.*tit.*11.*lib.*5.*Recopilat.*Mantic.*de tacit.& ambig.conuent.lib.*22.*tit.*28.*num.*70.*verſ. Sed conſidera*, Laſart.*ſupra cap.*17.*nu* 22. Pinel.*vbi proxime num* 6 Bertachin.*de gabell.part.*3.*partis* 8.*principalis num.*2. Parlador.*different.*109.§.4.*num.* 8. Quod verum eſt, cum nõ agitur de aliorũ præiudicio, quàm eorundem contrahentium, nam ſi tertio detrimentum immineat, non attenditur nomẽ actui impoſitum, ſed quod verè actum eſt, quare ſi res pecuniam excedat, erit permutatio; ſin pecunia rem, venditio, quanuis maximus exceſſus non ſit, quidquid contrahentes dixerint, Gutierr.*d.quæſt.*30.*num.*6.Molin.*d.diſp.*336.*num.*7. Laſarte *vbi proximè*, Pinel.*d.cap.*2.*n.*3.

Ibi: *Niſi pecunia, quæ rei in permutatione acceſſit.*

45 Quoties inter valorem rei, & pecuniæ quantitatem, quæ pro alia re datur, magnus eſt exceſſus, nihil intereſt, quod nomen cõtrahentes actui impoſuerint, nam aut res excedit pecuniam, & permutatio cenſebitur; aut pecunia rem, & venditio iudicabitur, Dicaſtill.*num.*62. Gutierr.*num.*5 Molin.Ant.Gom.Parlador.Cardin.Lug.Lel.*vbi proximè*, Matienç.*d.gloſ.*10.*num.*6.Cyriac.*d.controuerſ.*69.*num.*12.13.16.Guid.Pap.*quæſt.* 92 Boer.*deciſ.*144 Mantic.*d.lib.*2.*tit.*2.*num.*17.& *lib.*22.*tit.*28.*num.*70. Ratio eſt, quoniam, ſi, quod geritur, repugnat nomini ab agentibus impoſito, à verbis receditur, & ſecundum ſubſtantiam contractus iudicatur, *l.cum manuſata* 80.§.*fin.ff.de contr.empt.l.inſulam* 6.*ff.de præſcript.verbis,l.vbi ita donatur* 27.*ff.de donat.cauſ.mortis*, Cyriac.*tom.*2.*controuerſ.*254.*num* 27.*cum ſeqq.*Gutierr.*num.* 4. Matienç.*num.*5 Boer.*num.*2. Purpurat.*in l.* 2 *in princip.num.* 51 *ff.ſi cert.petat.* Bald.*in rubric.C.de iur.emphyteut.* Barbatia *in rubric.in Decret.de locat.& conduct.col.vlt.* Iul.Clar.*receptar.ſentent.§.Emphyteuſis.quæſt.*1.*in fine*, Menoch.*de præſ.*104.*ex num.*28.& *præſ.*105.*num.*10.11 12. vbi hoc ita eſſe ait, quia talia demõſtratione, vel nominatione rerum veritas immutari non poteſt, *l.cum falſa* 5.*C.de iur.& fact.ignorant.* Inde prouenit, vt cum in contractu, de quo agimus repugnet nomen permutationis actui, in quo maxima pecuniæ quantitas pro re datur, venditio celebrata contra verba cõtrahentium cenſeatur, nec de re quæ cũ pecunia datur, curandum eſt, quæ cum exigua ſit, accedit pecuniæ, contractus autem ab eo, quod principale eſt, naturam ſortitur, vt præfati DD. aſſerunt. Idemque per contrarium dicendum eſt vbi contrahentes dixerint vendere, cum res multum excedit pecuniam, quę cum ea datur, non enim erit vẽditio, ſed permutatio.

Sed hæc erunt limitanda, ſi ex mente 46
contrahentiũ appareat, ita voluiſſe contractũ expreſſum celebrare, vt in alium minime conſentirent, tũc enim ſi verba actus ſubſtantiæ ſint contraria, nihil agitur, nec contra voluntatem agentium ſuſtinebitur, quod geſtũ eſt, alio modo, quàm illi expreſſerunt, atque ita intelligi debet communis doctrina, cum multis per Tondutum tradita *ſupra cap.*69.*num* 16.*cum ſeqq.* quæ ſuperiùs dicta videtur euertere; at cum ſemper in dubio actus debet interpretari, vt potiùs ſuſtineatur, quàm pereat, *l.quoties* 12 *ff.de reb.dub.* atque ita præſumitur, contrahentes voluiſſe, actum eo modo facere, quo meliùs ſubſiſtere poſſet, quanuis in nomine errauerint.

Ibi: *Quod ſi res, & pecunia æquales ſint.*

Si æqualitas omnimoda ſit inter pe- 47
cuniam & rem, quæ cum illa datur, aut ita paruus ſit exceſſus, vt pro nihilo habeatur, & contrahentes nomen contractus non expreſſerint, triplex eſt ſententia. Prima receptior habet, contractum per-



permutationis intelligi, vt cum Bartolo ſentiunt Menoch.*d.lib.*3.*præſ.*39.*num.* 2 Oſuald.ad Donellum *lib.*13.*cap.*1.*lit.K.* Tiraquel.*de retract.lignag.§.*30.*gloſ.* 1.*num.*13. Pichard.*in §.Item pretium, num.*15.*inſt.de empt.* Bertachin.*vbi proximè* Cyriac.*d.controuerſ.*69.*num.*15. Ant.Gomez *d.num.*10.*in fine*, Exea *de pact.num.*516.*verſ.Tertius caſus*, & alios laudat Pinel.*ſup.n.*5.

Ibi: *Verius tamen eſt.*

48 Secunda, cui D. Couarr. adhæret, docet, pro parte venditionis, pro parte permutationis eſſe contractum, hãc amplectuntur Card.Lug. *ſup.* Dicaſtill.*num.*61. Gutierr.*d.quæſt* 30.*num.*13. vbi de praxi teſtatur, Matienç.*d.gloſ.*10.*num.*8. Laſarte *cap.*17.*num.*22. Pinel.*d.cap.*2.*num.*9 Gratian.*diſceptat.cap.*206.*num.*23. Molin.*diſp.*336.*num.*8. quæ procuidubio tenenda eſt, quoties de tertij præiudicio tractatur, licèt aliàs in puncto iuris verior Bartoli videatur.

Ibi: *Quo in loco Baldum adducit.*

49 Tertia Baldi affirmat, hoc caſu contrahi venditionem, cum quo ita tenẽt Alexand.*in l.*2.*num.*7.*ff.ſi cert.petat.* Curt.Iun.*in l.ſi paſcenda, nu.*11.*C.de pact.* & in eam inclinat Catellan.Cotta *in memorabilib.verb.contractus an in dubio*, quàm veram ſentiunt, ſi pretij mentio in inſtrumento fiat, aut aliàs conſtet, pecuniam pretij nomine fuiſſe datam, Exea *ſupra numer.*517. Purpurat.*in l.*2.*ff.ſi cert.pet.* Ripa *ibi col.fin.* nam vbi de pretio agitur, venditio contrahi præſumitur, *l.fin.C.de præd.Decurion.lib.*10.*gloſ.verbo, accepto in l.apud Celſum,§.Sed cum legitima, ff.de dol.except.* Afflict.*deciſ.*72.*n.*9. Alciat.*in l.*2.*in princip.num.*26.*ff.ſi cert.petar.* Marſil.*ſingul.*105. Menoch.*d.lib.*3.*præſ.*74. Ferret.*in l.iuris gentium, in princip.num.*46.*ff.de pact.* Ipſam quoque admittunt, ſi ſpecies, pro qua res & pecunia datur, habebatur venalis, Exea, *vbi proximè* Pinel.*numer.*6. Matienç.*num.*8.

50 Sed ſi res, aut pecunia inter ſe aliquam notabilem differentiam contineat, nomine à contrahentibus non adiecto, contractus ex eo, quod præualet, æſtimabitur, niſi, vt diximus, exceſſus valde ſit exiguus, qui pro nullo computatur, Gutierr.cum alijs *d.quæſt.*30.*num.*8. Gratian.*cap.*206.*num.*22. Oſuald.*vbi ſuprà*, Pichard.*d.num.*15. Molin.*diſp.*336.*num.*8. Pinel.*num.*2.4. Boer.*quæſt.*214.*col.*2. Dec.*in l.imaginaria, ff.de reg.iur.*

Quæ omnia obſeruatione ſunt digna 51
ad materiam retractus, qui *l.*7.*tit.*11.*lib.*5.*Recopilat.* datur conſanguineis, nec non ad gabellarum tractatum, in quo multùm intereſt, an venditio, vel permutatio celebretur, vt aduertit Gutier.*d.q.*30.*nu.*6. Ad quæ vide Molin.*d.diſp.*336.*n.*7. Dicaſtill.*ſup.n.*63.

Verſ. *Secundò, vt ad inſtitutum peculiare regrediamur.*

Rationi huic reſpondit Fachin.*dict.* 52
*cap.*19. quòd cum contrahens expreſsim donat, ſumus in claris, & ideo iſtis coniecturis non eſt locus, ſed replicatur, quoad verba ſolùm id eſſe verum, non quoad animum donandi, qui ex illis minimè colligi poteſt, cum ex actu potiùs præſumatur voluntas donandi non adeſſe.

Num. 10.

Ibi: *Nec obſtat quod in dictis.*

Licet inter extraneos nunquam do- 53
natio præſumatur, Menoch.*de arbitrar.lib.*2.*caſ.*88.*num.*1. vbi latè, Carleual.*d.tom.*2.*tit.*3.*diſp.*23.*num.*43. & diximus ſupra, *lib.*1.*cap.*16.*num.*73. Inter coniuges tamen ob affectionem connubialem ſecùs eſt, *l.vxori ſuæ* 32.§.*vlt.ff.de legat.*3. & probauimus *d.cap.*16.*num.*67. quare læſio in venditione contingens viro, vel vxori potiùs liberalitati, quàm neceſsitate tribuitur.

Num. 11.

De hoc dictum eſt *ſupra cap.proximo* 54
*num.*16. vbi probatur, læſionem in contractu venditionis, etiam iure gentium eſſe toleratam, & quare. & *nu.*19. quod etiam quoad forum externum de iure Canonico licet, quatenus in lædentem intra dimidiam actio, vel exceptio non datur. Adde Hermoſ.*in d.l.*56.*gloſ.*9.21. Cyriac.*controuerſ.*169.*n.*13.

Ibi: *Poſſunt ſanè Legiſlatores.*

Hanc poteſtatem permittendi mala, 55
vt maiora vitentur; penes Legiſlatores eſſe, docent D. Thom. 2.2.*quæſt.*93.*artic.*

*tic.3.* Pat. Suar. *de legib. lib.3.cap.15.cum ſeq.* Sanch. *de matrimon. lib 2.diſp.39. nu. 2.* Tiraq. *de legib. connubial. l. 9 numer. 2.* Azor *inſt. mor. lib.5.quæſt.5.cap. 5.* Caſtr. *de leg. pœnal lib.2.c. 9.* Leotard. *de vſur. quæſt 5.num.25.*

Ex hoc in veteri Teſtamento Moyſes Hebræis repudium quanuis illicitũ permiſit ob maius malum vitandum: ne ſcilicet mariti propter duritiam cordium vxores ſibi exoſas, quas expellere non poſſent, enecarent. quod inſinuatur illo Mathæi *cap.19 Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras.* Quod & refertur Marc. *c.* 10. atque ita ſentiunt D. Hieronym. Beda, Theophilact. Euthym. *in d. cap. 19.* Tertullian. *de monogamia*, Origen. *tract.* 7 *in Math.* Alfonſ. à Caſtro *ſupra cap.* 11. *in 3. princip. argum* Sot. *in 4. diſt.33. quæſt. 2. art. 2. concluſ. 2.* Tiraquel. *vbi proximè dict l.9. gloſ.1. num.5.* Nauar. *conſ.3. in fine, de conuerſ. coniugator in nouiſ.* Pet. Gregor. *Syntagmat. iur. part. 1. lib 9. cap. 16. num. 1. & part 3. lib. 22. cap 3. num. 22.* Secũdum quos Iudæi dimittendo vxores, etiam iuxta legalem formam peccabant, id tamen quoad forum externum impunitum relinquebatur. Quanuis alij multi, grauiſsimique interpretes in ea ſint opinione, vt Hebræis repudium fuerit permiſſum, tanquam licitum, nulloque modo peccarint per legitimã vxorum dimiſsionẽ, de quo videri poſſunt, D. Antonin. *part. 3. tit. 14. cap. 10. §. 3.* Maldonat. *in Euangel. in d. cap. 19.* Abulenſ. *ibidem quæſt. 46 51.* Pat. Suar. *vbi ſupra lib. 9 cap 4 num 6. 16.* Sanchez *de matrimon. lib. 10. diſp. 1. num. 7.* Hinc iure Canonico permiſsiuè toleratur electio digni, omiſſo digniori, ob grauius malum vitandum, etſi elector peccet, vt per Molin. *de primogen. lib. 2 cap. 5. num.* 55. Hinc vſuras moderatas in Republica poſſe permitti, licet iure naturæ prohibeantur, ſcripſit poſt alios Leotard. *ſup.*

Ibi: *Ergo cum læſio etiam citra dimidiam.*

56 Lædens alterum, etiam intra iuſti pretij dimidiam in contractu venditionis grauiter peccat, & ad exceſſus reſtitutionem in foro animæ tenetur, niſi paruitas materiæ excuſetur, Molin. *vbi proximè, n.5.* Dicaſtill. *de iuſt. lib. 2. tract. 9. diſp. 2 dub. 9. ex n. 127.* Card Lug. *d. diſp. 26. ſect. 6 n. 81.* vbi latè probat, Bonacin. *in ſumm. tom. 2. tract de contractib. diſp. 3. quæſt. 2. punct 4. num. 6 in fine*, Molin. *diſp. 350. num. 5* Hermoſ. *vbi proximè*, Gutierr. *Canonicar. lib. 1. cap. 39 num. 12.* Cyriac. *d. controuerſ. 169 num. 13.* Felician. *de cenſib. lib. 2. cap. 1. à num. 7.* Scaccia, *d. commerc. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat 10. num 2.* Farinac. *in fragment. crimin. part. 1. verbo, deceptio, n. 44.* Barboſ. *in collectan. ad l. 2. num. 116.* Ceuall. *tom. 1. quæſt. 508. num. 1.* Mantic. *de tacit. & amb. conuent. lib. 4 tit. 20. num. 54.* Tepat. *ſupra tit. 403. c 2 in fine*, & plurimi alij, quos congerunt, Barboſ. *num. 114. 115.* & Hermoſ. *ſupra*, & ita omnino tenendum eſt, quidquid doceant Padilla *num.* 73. Didac. Pet. *in l. 1 gloſ. vnic. col. 17. ad finem verſ. Ex quo inferri poteſt, tit. 7. lib. 5. Ordinam.* Mẽchaca *cõtrouerſ. vſufrequent. lib. 3. cap. 48 per totum*, Ancharran *in cap. peccatum concluſ 4 in princip. de reg. iur. in 6* Decius *in l. ſemper, in fine, ff. de reg. iur.* Duenas, *reg. 148.* Parlador. qui alios refert, *different. 12. §. 2 num. 13.* Et ad reſtitutionem exceſſus computatio eſt facienda ex parte emptoris ab infimo pretio, ex parte venditoris à ſupremo, Dicaſtill. *ſup. dub. 11. n. 144. 145.*

Num. 12.

Sunt qui præfatam concluſionem li- 57
mitant, cum contrahens ignorans iuſtũ rei pretium bona fide lædit, nam hic, læſione poſtea cognita, nec peccat, nec reſtituere debet exceſſum, Ancharran. *ſupra num 22.* Benincaſ. *de vendit. ad temp. cap. 5 num. 11.* Burg. de Paz *in cap. cum dilecti, num. 22 de empt.* Ludouic. Gom. *in cap. 2. num. 7 de conſtitut. in 6.* Barboſ. *ſupra num 117.* Hermoſ. *d. gloſ. 9. num. 31.* & Iuriſperitorum, hanc magis communem ſententiam, dicit Ceuall. *d. quæſt. 508. num. 3.* Contrarium ſanè verius eſt: ſcilicèt poſt cognitionem læſionis peccare contrahentem, niſi reſtituat, cum poſsit, vt cum D. Couar. affirmant omnes ferè Theologi, Cardin. Lug. *num. 82. verſ. Arguunt quartò*, Scotus *in 4. diſt. 15. quæſt. 2.* Syluest. *in ſumm. verbo, emptio, n. 9. ad finem*, Medina *de reſtitut. quæſt 32. col. 8. verſ Quanquam, & quæſt. 33. col. penult. verſ. Tertia propoſitio*, Nauarr. *in cap. qualitas, num. 42. de pœnit. diſt. 5.* Ceuall. *vbi proximè* Trullench. *in Decalog tom. 2. lib. 7. c. 20 dub. 11. n. 10.* Molin. *diſp. 350 n. 6.* Leſſ. *de iuſt lib. 2. c. 21. dub. 11. n. 84.* & alij communiter. Nec in contractibus obligatio reſtituẽdi prouenit à mala fide cõtrahentis, ſed ab actu externo contra iuſtitiã, Pat. Vazq *in opuſcul. de reſtitut. c 2. § 2 dub. 2 n. 25.* & probauimus *ſupra lib. 1. c 11. n. 61.* Vnde, nec mala fides poteſt ad reſtituẽdum obligare, niſi actus iniuſtus fuerit, nec bona ab ea obligatione eximere, vbi proximus iniuſtè læditur.

58 Poſſet tamẽ prima ſentẽtia intelligi, cum vterque cõtrahens rei diſtractæ valorẽ ignorauit, & ita actũ eſt, vt ambo ſe fortunæ cõmitterent, remittẽdo ſibi inuicẽ, quod præter iuſtũ pretiũ datũ eſt, vel acceptum, quo caſu non tenebitur, qui læſit quicquã reſtituere, cum & ſe periculo læſionis expoſuerit, Molin. *diſput. 353. n. 11.* Bonac. *tom. 2 tract. de contract. diſp. 3 q. 2. punt 4. num. 6.*

Ibi: *Omnes tamen conueniunt.*

59 Dupliciter in cõtractibus, quiſquã alterũ lædere poteſt, vel mendacijs, ac cauillationibus ad fallendũ adhibitis, vel ſola ea induſtria, qua vnuſquiſque proprio patrimonio cõſulens cum maiori cõpẽdio nititur negotiari, & ſi ſciat iniuſtè agere, *l. ſi voluntate 8. C. de reſcind. vẽd.* Primò caſu dolũ ex propoſito interuenire dicimus, ſecundo ſolùm re ipſa cõtingere: cum ſcilicèt abſque aliqua fraude contrahens grauiter læſus in effectu reperitur, Parlad. *vbi proximè* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 160. ex n. 64.* Menoch. *conſ 412. nu 7.* Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 11. n. 47.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 3. n. 13. in fin. & nu. 17. verſ. Item vltra dolũ.* Dolus verò re ipſa cõtingens verè talis non eſt, cum non ex quantitate, ſed ex qualitate facti dolus arguatur, *l. dolus 10 C. de reſcind. vẽd.* Cyriac. *ſupr. n. 66.* Card Lug. *diſp. 22. n. 96* Molin. *diſp. 352. n. 1.* Petr. Greg. *ſyntagm. lib. 21. c. 13. n. 4.* Sic tamen ab effectũ appellatur, quãdoquidẽ læſus dãnum patitur, ac ſi dolus interueniſſet, quẽadmodum Conſultus, *in l. ergo 4. §. Si quis autẽ, ff. de fideicõmiſſ. libertatib.* Fraudari creditores dixit, qui ſolo effectu, non conſilio debitoris lædebantur. Hoc autem limitatur in enormiſsima læſione, in qua dolus re ipſa contingens propriiſsimus, & ex propoſito adhibitus præſumitur, quanuis animus fraudandi lateat, Menoch. cum alijs, *vbi proximè*, Hermoſ. *d. gloſ 11. nu 46* Ioſeph. Ludouic. *Peruſ. deciſ. 18. n. 70.* Inter dolum autẽ ex propoſito præſumptũ, & verũ quoad cõtractuũ reſciſsionẽ nulla agnoſcitur differẽtia, Hermoſ. *cũ alijs in l. 57. gloſ. vlt. nu 24 tit 5. part. 5.* Vnde quicquid in dolo ex propoſito ſtatuitur, in læſione enormiſsima obſeruatur, vt ex dictis hic, & *cap. proximo præcedenti* cõſtabit. Eſt tamen inter vtrũque notãdum diſcrimẽ, quod dolus verus actionem in doloſum præſtat criminalẽ, non ſic præſumptus, Bart. *in l. quod Nerua, n. 13. ff. depoſit.* Boſ. *in prax. crim tit. quomod proced. in act. in delict. n 37.* Ioan. Mill. *in praxi crim. rub. Accuſationis formula, n. 12 13.* Iul. Clar. *in prax. crimin. §. Homicidiũ col. 2. verſ. Hæc tamen cõcluſio*, Menoch. *conſ. 1194. nu. 3.* Et nota, quod, vt dolus re ipſa cõtingere dicatur, nec eſſe nõ eſt, læſionẽ eſſe enormẽ, aut enormiſsimã, ſed quãlibet grauẽ, Parlad. *vbi proximè*; qui alios refert aſſerẽtes dolũ re ipſa cõtingere, cum quis intra dimidiã læditur.

Igitur quoties dolus ex propoſito in 60
emptionis cõtractu reperitur, ob quãcũque læſionẽ etiã infrà dimidiã eſt nullitati, vel repetitioni locus, Ant. Gom. *d. c. 2. n. 21. in fin.* Noguerol. *alleg. 18. nu.* 82. Mangil. *de euictionib. q 106. n. 15. 16.* Mantic. *d. tit. 20. n 61.* Galerat. *de renunciat. renũciat. 103. nu 17.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad d. l. 2 n. 105. 106* Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 9. ex nu 17.* Gutier. *de gabell. q. 9. n. 17.* Ceuall. *tom. 1. q 226 nu. 6.* Cyriac. *tom. 3. cõtrouerſ. 422. n. 7. 8.* Matiẽç. *in l. 1. gloſ. 1. n. 11. tit. 11. lib. 5. Recop.* Farin. *d. verb. deceptio, nu. 43.*

Verſ. *Quoties verò læſio.*

Dolus ex propoſito, aut eſt dans cauſã 61
contractui, aut eſt incidẽs, tunc autẽ dolus dat contractui cauſam, cũ eo inducitur quis ad contrahendũ, aliàs minimè cõtracturus, veluti ſi homini de emptione nõ cogitãti, falſa cauſa propoſita, aliquis ad emendum ſuadeat, *l. elegãter 7. ff. de dol. l. 57. tit. 5. p. 5.* Card. Lug. *ſup. n. 67* Bonacin. *tract. de reſtitut. diſp. 3. q. 1. pũct. 1. § 2. n. 2.* Dicaſtil. *de iuſt. lib. 2. tract. 3. diſp. 1. dub 6. n. 61.* Caroc. *de depoſit. p 2. tit. Aduerſ. quos det. act. depoſit. nu. 5.* Cardoſ. *in praxi iudic. verbo, contractus, n. 18.* Sanch. *de matrimon. lib. 1. diſp. 64. num. 2.*

Pichard.*in princip num.18. inſt. de excep-tion.* Barboſ. *in collectan. ad l. ſi ſuperſtite num.10.C. de dol.* Qui quidem dolus cō tractus bonæ fidei ipſo iure reddit inanes non ſic ſtricti iuris, nam iſti mero iure tenent, licèt per exceptionem, vel actionem de dolo læſis ſuccuratur. Gutierr. *d. quæſt.9 ex num.5.* Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt. 5. num. 9.* Padilla *in l. tranſactione finita, C. de tranſact.* Molin. *diſp.352. num 2.14.* Cyriac. *tom.3. controuerſ.422. num 6.* Caroc. *ſupra num.6.* Ant. Gom. *vbi proximè*, Parlador. *different.42. num.6.* Corraſ. *miſcellanear. lib.2. cap 8* D. Couarr. late *in reg. poſſeſſor. part. 2 § 6. n.6. qui n 8* ait, hanc differentiam non procedere in foro conſcientiæ, in quo omnes contractus dolus irritat, ſequuntur Gutierr. *n 7.* Molin. *d. diſput. 352* Hermoſ. *in d. l. 57 gloſ 1 num.1.* Bonacina cū alijs *num.3.* Sed videas Card. Lug. *à n.70.*

62 Quam differentiam inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris de iure Canonico non admitti, quia ſecundùm illud omnes contractus bonæ fidei ſunt, ſentiunt Hermoſ. *vbi proximè num.19.* Bald. *in cap.1. in fine, de plus petit.* Iaſ. *in §. Actionum, num. 4. inſt. de actionib.* Bonacoſ. *de æquit. canon. concluſ. 60.* Caroc. *ſuprà n. 8.* Cenall. *d. quæſt 226. num.7.* Sed veriùs eſt, iure Canonico, neque hanc, neque alias differentias inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris eſſe ſublatas, argumento *cap. cum venerabilis 6. in fine principij de except.* D. Couarr. *vbi proximè. num.5.* Parlador. *d. different.42. num.7* Sarmient. *ſelectar lib.3. cap. 3.* Alciat. *in rubric ff de verbor. obligat. n.4.* & eſt communiter receptum.

63 Eſt aduertendum, quòd non aliter cōtractus nulli ſunt propter dolū, niſi talis fuerit, vt in virum prudentiſsimū, & ſagaciſsimum poſsit cadere, vt ex multis probat Hermoſ. *d. gloſ 1. in fine*, vbi rectè ait, hoc in arbitrio iudicis eſſe, qui pro perſona decepti æſtimabit, nū dolo fuerit ad cōtrahēdū inductus, faciliùs enim ruſticus, quàm induſtrius, ac peritus ſeductus præſumitur. Nec ex verbis, quæ à contrahētibus communiter iactantur, dolus eſt arguendus, argum. *l. ſciendum 19. §. Dictum in fin. ff de ædilit. edict.* Molin. *diſp.352. n. 6.*

64 Dolus verò incidens dicitur, cum cōtrahens decipitur, vt cum proprio detrimento contrahat, etſi alioqui eſſet contracturus, velut ſi empturo Stichum dicatur, eum eſſe pictorem, aut fabrum per mendacium, propter quod pluris emit, quàm veritate cognita compararet, quo caſu contractus mero iure ſubſiſtit, exceſſus verò repetitur, data actione læſo ex eodem contractu, quanuis læſio non ſit vltra dimidiam, *d. l. ſi voluntate, C. de reſc. vendit. d. l. & eleganter. ff. de dol. vbi gloſ. d. l. 57. tit. 5. part. 5. & ibi* Hermoſ. *gloſ. vlt. num.1.2.* Gutierr. *d. quæſt 9. nu.17.* Molin. *d. diſp. 352. num. 10.* Ferret. *in l. ſi quis cum aliter, ff. de verbor. obligat.* Cyriac. *d. controuerſ 422. num. 6* Pichard. *in §. Actionum, quæſt. 9. inſt. de action. & in princip. num. 19 inſtit. de except.* Caroc. *ſupra* Matienç. *in l. 2. gloſ. 2 num 4. tit. 11. lib.5. Recopil.* Anton. Gom. *vbi proximè*, Cenall. *d. quæſt. 226. num.6* Card. Lug. *num 67. verſ Dolus incidens*, Bonacin. *num.2.6.* Sanch. *n. 2.* Dicaſt. *n.61.81.*

Hæc, vbi dolus ab eiſdem contrahentibus adhibetur, quòd ſi tertius ſit, qui decipiat, primò in eum de dolo actio datur, & in ſubſidium, cum hic ſoluendo non eſt, aduerſus contrahentem, qui commodum ex fraude percēpit, quatenus locupletior eſt factus, agitur. Hermoſ. *in d. l. 57. gloſ.1. num. 21. 22.* Scaccia *d. ampliat. 10. num. 8. 13.* Caroc. *de locat. tit. de dol. dant. cauſ. contractui num. 9.10.11. 24. & de depoſ. tit ſupra citato, num 13* Azor. *inſt. moral. part. 3. lib 6. tit. de contractib. cap. 10. quæſt. 2.* Mantica *ſupra lib 1. tit 9. num.6. 29.* De quo Card. Lug *num.83.* Dicaſtill. *à num. 87.* Bonac. *num.3. verſ. Dixi, ſi dolus*, ex quibus nota, quod cū dolus interuenit quomodocūque circa ſubſtantiam rei emptæ, etiā à tertio adhibitus, non tenet cōtractus ex defectu conſenſus, Dicaſtill. *tract. 9. diſp.3. dub.2.* vbi de emptione. 65

Quibus præmiſsis ſciendum eſt, quòd quoties dolus contractui cauſam dans in venditione reperitur, optio ipſi læſo etiā infra dimidiam cōpetit, vt à conuētione omninò recedatur, vel vt ei ſiatur, ſibique id, in quo fuit læſus, reſtituatur, Farin. *in fragment. verb. deceptio n.34. verſ. Et deinde*, Plaç. *in epitom. delictor. cap. 36 nu 17. verſ Quòd ſi læſio.* Matienç. *in d. l. 1 gloſ. 1. num.11. tit.11. lib.5. Recopilat.* Mexia, *ad leg. Tolet. in reſp. ad 6 & 8 part. primæ fundament. num.61. verſ. Aretinus ipſe, & in pragmat tax. pan. concluſ. 1. nu.58.* Barboſ. *in collectan. ad l. tranſactionem, nu 5. C. de tranſactionib. & in collectan ad d. l. 2. nu.74* Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 5. nu.17.* Didac. Per. *in l. 1. gloſ. vnic. verſ. Si verò fuit, & verſ. Et hæc eſt regula, tit. 7. lib.5. Ordinament.* Mantic. *d. lib.4. tit.20. n.61.* Scaccia *d. ampliat 10. à nu.7.* Quod conſequetur læſus actione ex eodem contractu, nam etſi nullus ipſo iure ſit, tamen cōſenſu eius, ob cuius fauorem annullatur, poteſt validus fieri Ant. Gom. *d. capit. 2. num 21. in fin.* Surd *deciſ. 108.* Cancer. *part.1. c.13 ex nu.86.* D. Ioſeph. Vela *differt 14 nu.34 37.* Hermoſ. *in d. l. 57. gloſ. 1 nu 14.* Menoch *conſ. 20. nu. 54.* Iaſ. *in l. trāſactione finita, n.3 C. de trāſactionib.* Nullitaſque opponi non poteſt ab eo in cuius odium actus annullatur; Barboſa *in collectan. ad d. l. tranſactione finita, nu 4.* Menoch. *conſ.792 nu. 9.* Mantheſilan. *notab.156.* Cyriac. *tom.1 cōtro-uerſ.181. n.68.* Magon. *Florent. deciſ.37. n.5.* Vāt. *de nullitat. tit. quot & quib. mod. nu.124.* Quod limitatur, quando lex cōtractui reſiſtit, tunc enim ille corruit, quanuis læſus valere deſideret, Mantic. *ſupra lib 1. tit.9. nu.27.* Hermoſ. *in d. l. 57. gloſ 1. nu.17.* Caroc. *d. tit. aduerſ. q. det. act. de poſit. nu.14.* Tiraq. *de legib. cōnubial. gloſ. 8. à nu.91.* Azeued. *in l. 2. n.5 tit.11. lib.5. Recop.* Idem etiam de iure naturæ tenent Cardin. Lug. cum alijs *n. 77.* Molin. *diſp.352 n.4.* ſed Sanch. *ſup. num.3.* Reſoluit, non teneri doloſum in foro conſcientiæ ad ſtandum contractui ante iudicis ſententiam, quia pœna eſt, quem ſequuntur Bonacin. *nu.5. verſ. Sed mihi*, Dicaſtill. *nu.85* & alij. 66

67 At cum læſus electionem habet, poteſt qui læſit agere, vt ſuam manifeſtet voluntatem, num ſcilicèt velit ſtare cōtractui, vel ab eo reſilire? Hermoſ. *vbi proximè, num.16.* Azeued *ſupra*, Caroc. *nu.13.* Bart. *in l. Iulianus, §. Si quis colludente, ff. de act. empt.* Bald. *in l. dolum, C. de peric. & comm. rei vend.* Padill. *in d. l. trāſactione, verſ. Claudicat igitur*, Gutierr. *d. q 9 num 10.*

68 Sed ſi dolus, qui in venditione interuenerit, fuerit incidens, ipſe læſus non habet electionem, ſed agere debet ad pretij ſupplementum, ſi vendiderit, vel ad reſtitutionem exceſſus, ſi emerit, ad quod deceptor præcisè tenebitur, cui optio etiam hoc caſu propter fraudem ſuam denegatur ad rem reſtituendam, vel recuperandā vt tenent Mexia, Plaça, Farinac. Matienç. *vbi proximè*, Hermoſ. *in d. l. 56 gloſ. 7. num. 18.* Angel. *in ſumm. verbo dolus, § 9.* Syiueſt. *verbo, culpa, §. 7.* Molin, *num.12.*

Ibi: *Verùm ſi quis ſciens iuſtum valorē.*

69 Qui ſciens iuſtum rei pretium viliùs ab ignorante illud emit, dolo videtur agere, atque ideò vel in foro exteriori conſtringetur ad reſarciendam læſionem, etiam infra dimidiam, vt docent cum D. Couar. Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ.9. nu 17.* Mexia *in pragmatic. tax. pan. concluſ. 1. nu.159 & ad leg. Tolet. d. nu.61. verſ. Sed in foro exteriori*, Matienç. *in d. l. 1. gloſ. 1. nu.13.* vbi alij, qui tamen dubitat ita in praxi obtineri poſſe, & contrarium expreſsim docet *gloſ. fin. in l. item ſi pretio 25. § vlt. ff. locat.* Quod videtur rationi conſonum, neque enim tribuendum eſt dolo, vt quiſque viliùs emere contendat, modò nullum mendacium, fraudemve adhibeat, ſibique venditor imputet, quod ignarus rei ſuæ valoris ad vendendum acceſsit. Locus verò D. Auguſtin. ad forum animæ referendus eſt, in quo iuſtum pretium omninò ſolui debet, & ita tenet cum communi Molina *diſp.352 num.13.*

Verſ. *Supereſt caſus.*

70 Tuta conſcientia catiùs venditur, aut emitur viliùs iuſto pretio, quando alter contrahens valorē rei non ignorat, quia ſcienti, & conſentienti nulla fit iniuria, Mantic. *d. lib.4. tit.20. nu 49* Farinac. *in fragment. d. verbo deceptio, nu.48* Menoch. *controuerſ. vſufrequent. lib.3. cap.48. n.2. verſ. Ergo*, Panthal. Cremenſ. *in d. l. 2 nu. 159 verſ. Dices*, Abbas *in cap. 1. nu. 3. de empt.* Afflict. *in cap. 1. nu.95. de feud. dat. in vim leg. commiſſor.* Tiraq. *de legib. connub. l. 9. nu 13. in fin.* Boer. *deciſ. 142. n.2.* Burg. de Paz *in cap. cum dilecti, nu. 18. de empt.* Rip. *in l. ſi vnquam, n.18. C. de reuocād. donat.* Cæpol. *de ſimulat. cōtract. n.24.*

71 Contrariū autē veriùs, ac receptiùs eſt. ſcilicèt peccare, & ad reſtitutionē teneri, qui ſciēter vltra iuſtum pretiū quicquā vēdit, vel emit etiam à ſciēte va-

valorem rei. Ita Salon. 2.2. *quæſt.* 77. *art.* 1. *controuerſ.* 18. *num.* 1. *verſ.* 1. Medina *de reſtit. tom.* 2. *tit. de reb. reſtituend. q.* 22. *verſ. E contra & q.* 32. *verſ. Quanquam, & quæſt.* 36. *verſ. Tertia propoſitio*, Herm. *in d. l.* 56. *gloſ.* 9. *num.* 34. Scaccia *d. ampliat.* 10. *nu.* 53. *verſ. Contra hanc*, Felician. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 8 *cum ſeqq.* Farinac. *ſupra num* 46. Matienç. *in d. l.* 1 *gloſ.* 1. *n.* 10. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad d. l.* 2. *num.* 119. Nauar. *in cap. qualitas, num.* 31. 42. *de pœnit. diſt.* 5. *& in cap. nouit notab.* 6. *num.* 66. *de iudic.* Plaça *in epitom. delictor. cap.* 36. *num.* 18. Mexia *in d. pragmat. concluſ.* 1. *num.* 156. Gutier. *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 181. *num.* 11. *verſ. Quoſit*, Cardin. Lug. *diſp.* 26. *num.* 82. *verſ. Arguunt tertiò*, Dicaſtill. *diſp.* 2. *dub.* 9. *num.* 132. Molin. *diſp.* 351. *num.* 4. & communiter Theologi, atque ſic tenendum eſt, niſi conſtet, voluiſſe læſum donare ex mera liberalitate id, in quo damnificatus eſt, quod ex circunſtantijs colligi poterit, Molin. *vbi proximè*, Bonacin. *ſup. q.* 2. *punct.* 4. *n.* 23.

Ibi: *Vnde in foro etiam exteriori.*

72 Qui ob læſionem vltra dimidiam cõuenitur, ſi pretium ſupplere eligat, præſtare debet omne illud, quod deeſt vſque ad iuſtum pretium, nec liberabitur ſoluens exceſſum vltra dimidiam, veluti ſi emiſſet rem valentem viginti quinque pro duodecim, reſtituere debet non vnum duntaxat, qui eſt exceſſus vltrà dimidiam, ſed tredecim, quæ ad iuſtum pretium deſunt, Hermoſ. *in d. l.* 56. *gloſ.* 7. *num.* 24. Capella Tholoſan. *deciſ.* 64. Cyn. *in d. l.* 2. *quæſt.* 8 Bald. *ibi nu.* 7. *quæſt.* 12. Caſtrenſ. *num.* 1. Ant. Gom. *d. cap.* 2. *num.* 22. *verſ. Et adde quod non ſufficit*, in quo omnes cõueniunt, Pet. Gregor. *ſyntagmat. lib.* 25. *cap.* 24. *n.* 13 quod intellige iuxta tradita, *ſup. cap. proxim. n.* 20.

Verſ. *Sextò, in tutelam, & defenſionem.*

73 Argumentum ab abſurdo vitãdo, quo in præſenti vtitur D. Couar. validum eſt in iure, *l. nam abſurdum* 7. *ff. de bon. libertor.* Euerard. *in cent. legal. loco ab abſurdo* 8. Menoch. *conſ.* 1185. *num.* 22. Mantua, *obſeruat.* 45. Peregrin. *de fideicommiß. art.* 11. *num* 45. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib.* 3. *tit.* 7. *à princip. & de tacit. & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 13. *per totum.*

Ibi: *Deinde etiam ſequeretur.*

Quando venditio modico pretio fa- 74
cta poſsit natiuitate filiorum ex *l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat.* reuocari, docent Boer. *deciſ.* 143. *num* 2. Mangil. *de imputat. quæſt.* 108 *num.* 1. 9. *cum alijs*, Matienç. *in l.* 12 *gloſ.* 1. *n.* 1. *tit.* 6 *lib.* 5. *Recopilat.* Angul. *in d. l.* 12. *gloſ.* 1. *num.* 25 Oſuald. ad Donel. *lib.* 14. *cap.* 32. *lit. B.* Ignat. del Villar *in Silua reſponſ. reſp.* 8. *n.* 56. *lib.* 1. Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib.* 4. *§. Donatio, q.* 24. *n.* 5. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de donat. reſolut.* 4. *n.* 6 *cum ſeqq.*

Ibi: *Præterea, & tertiò ſi hic donationem.*

Venditionem vili pretio per patrem 75
factam in præiudicium liberorum poſſe ab eiſdem reuocari, niſi tempore mortis ſuperſint bona, ex quibus integre legitima deduci poſsit, computato etiam, quod in alienatione remiſit, ſentiunt Merlin. *de legitim. lib.* 2 *tit.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 10. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 36. *num* 37. Cyn. *in l.* 1. *in* 7. *quæſt. C. de inoffic. donat.* Bald. *ibi num.* 16. Ripa *in l. ſi vnquam, q.* 9 *C. de reuoc. donat.* Bart. *in l.* 2. *ff. ſi à parent. q. fuer. manumiſ.* Marta *de ſucceſ. legal. part.* 1. *quæſt.* 25. *art.* 7. *à num.* 18. Quo caſu filius agere non valet ad pretij ſupplementum, ſed ad reſciſsionẽ contractus, oblato prius, quod pater accepit, Mangil. *de imputat. quæſt.* 108. *in fine*, Merlin. *ſupra num* 16. Sed quia res hæc dubia eſt valde, & DD. cum limitatione loquuntur, conſulere oportebit Menchacam *controuerſ. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 37. *ex num.* 2. Coſta *in cap. ſi pater, part.* 3. *verbo, priuare non poſsit, num.* 23 *cum alijs de teſtament. in* 6. Peguer. *deciſ.* 271. *num.* 15. *verſ. Si verò alienatio*. Ceruantes in *l.* 6. *Taur. n.* 36. Cancer. *part.* 1. *cap. de donat. n.* 86. Mangil. *de imputat. q.* 93. *n.* 16. 17. 18. 36. 38. *& d. q.* 108. *n.* 8. *cum ſeqq.*

Ibi: *Nam ad primum conſtat.*

Ad hæc argumẽta, vbi propoſita ſunt, reſpondimus. Vide *ſupra n.* 37. *cum ſeqq.*

Num. 13.

Quod venditor læſus vltrà dimidiũ, re- 76
perẽpta, quæ vẽdita fuit, apud emptorẽ, nulla eiuſdem culpa interueniẽte, poſsit agere ad pretij ſupplementũ vltra iaudatos,



hic à D. Couar. deffendunt Mexia *in d. pragmat. concluſ.* 1. *nu.* 158 *ad fin.* Gozad. *conſ.* 44. *col.* 2 Iaſ. *in l. vbi autem. §. Qui illud. col.* 1. *ff. de verb. oblig.* Berol. *in cap. cũ dilecti, num* 75. 79. *de empt.* Cui ſententiæ ſe ſubſcribunt, ſi res poſt litem conteſtatam ſuper reſciſsione contractus perierit, Hermoſ. *in d. l* 56 *gloſ.* 10. *num.* 10 Matienç. *in l.* 1 *gloſ.* 8. *num.* 32. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* Gutier. *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 137. *in fin.* Ceuall. *quæſt.* 443. *num.* 3. Barboſ. *vbi proximè, num.* 148. Britto *in rubric. de locato. part.* 2. *§.* 2. *n.* 31. Etſi cõtrarium tueatur Garcia *de expenſ. cap.* 18. *num* 43. Qui, non obſtante litis conteſtatione, emptorem liberari, putat. Ratio primæ, ac præcipuæ aſſertionis eſt, quoniam vt eam tuentes exiſtimãt, *ex d. l.* 2. tam res ipſa, quàm pretij ſupplementum ſunt alternatiuè in obligatione, quare licet obligatio extinguatur quoad rei reſtitutionem, eadem perempta, permanet quoad ſupplementum pretij, ad quod præcisè compelli poteſt, vt in alijs alternatiuis obligationibus, in quibus rei electio eſt, *l. Stichum* 95 *§.* 1. *ff. de ſolut.* Sed veriùs eſt, ſolùm rem ex ea conſtitutione eſſe in obligatione, pretij verò ſupplemẽtum in electione emptoris, vt ſentiunt quàm plurimi ſtatim referendi, & latè diſputat Pinell. *in d. l.* 2. *part.* 3. *cap.* 3. *à principio.* Secũda verò propoſitio, de re perempta poſt litem conteſtatam ea nititur ratione, nam cum poſt moram eius, qui læſit, res pereat perindè conuenitur, ac ſi exiſteret, *l. quod te mihi* 5 *ff. ſi cert. petat. l. ſi ex legati cauſa* 23. *l. cum filius* 49. *ff. de verb. oblig.* Mora autem per iudicialem interpellationem committi, nemo ambigit, Pichard. *in tract. de mora, num.* 45. Ex quo videtur poſſe probari ſententiam Ioannis Garciæ nuper traditæ cõtra communem, quãdo qui læſit iuſtam cauſam habet litigandi, tunc enim minimè in mora conſtituitur, cum culpa vacet, Tiraq. *de retract. linag. §* 4 *gloſ.* 2. Pichard. *nu.* 33. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2 *caſ.* 220. *num.* 50. atque ita re extincta, iudicio pendente, deceptor liberabitur, qui moram non incurrit litigando.

Num. 14.

Ibi: *Contrarium expreſsim probat.*

77 Contra præcipuam cõcluſionem proximè poſitam, ſcilicèt, re extincta apud emptorem abſque ipſius culpa, nõ eſſe audiendum vẽditorem vltra dimidiam læſum, ſi pretij ſupplementum poſtulet, docent Ant. Gom. *d. cap.* 2. *n.* 22. *verſ. Itẽ adde, quòd ſi prædicta res*, Greg. Lop. *in d. l.* 56. *gloſ.* 10. Hermoſ. *ibidem n.* 1. 2. Parlad. *different.* 56 *nu.* 4. Ceuallos *ſupr. nu.* 2. Gutierr. *d. lib.* 2. *q.* 136 Fachin. *d. lib.* 2. *controuerſ. cap.* 18. *in fin.* Brit. *ſupr. ex n.* 29 Trentacinq. *lib.* 3 *variar. tit. de ſolut. reſol.* 11. *nu.* 13. *verſ. Quarto non procedit*, Barboſ. *ſupr. nu.* 140. Mozz. *de contract. tract. de empt. tit. quib. caſib. annullet emptio*, Rebell. *de obligat. iuſtit. part.* 2. *lib.* 9. *q.* 3. *sect.* 2. *n.* 10. Pinell. *in d. l.* 2 *part.* 2. *cap.* 1. *nu.* 36. 37. Padill. *ibi nu.* 37. *in fin.* Matienç. *ſupr. nu* 26. Azeued. *in l.* 1. *nu.* 26. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* Molin. *d. diſp.* 349. *nu.* 6 Dicaſtill. *nu.* 313. Petr. Greg. *d. lib.* 25. *cap.* 24 *num.* 18 Idem iuris erit, ſi res ſimiliter ſine culpa emptoris fuerit penes venditorem extincta, nam ille quãuis læſus vltra dimidiam agere ad pretij ſupplementum prohibetur, Barboſ. *nu.* 143. Matienç. *d. nu.* 32. Pinel. *d. cap.* 1. *in fin.* Hermoſ. *num.* 5. Fundamentum potiſsimum huius veræ opinionis eſt, nam vt ex *dict. l.* 2. conſtat, & præfati DD. premittunt cum ſolùm res vendita ſit in obligatione, pretij autem ſupplementum in electione ipſius, qui læſiſſe dicitur, cui fauorabiliter conceſſerunt Cæſares, vt ſi voluerit, poſsit quod emit, iuſto pretio ſoluto, retinere, inde prouenit, vt, re perempta omnino liberetur; à reſtitutione rei, quia debitor ſpeciei, perempta ſpecie, liberatur, *d. l. ſi ex legati cauſa*, cum ſimilibus; à pretij ſupplemento, quia ad id obligatus non eſt, niſi cũ retinere rem elegerit, quod, ea extincta, locum nequit habere, de quo Pinel. *d. cap.* 3. *à principio.*

Ibi: *Secunda, re perempta abſque emptoris culpa.*

Re abſque deceptoris culpa peremp- 78
ta apud tertium poſſeſſorem, qui iuſtũ pretiũ numerauit, adhuc læſus agere poterit cõtra primũ emptorem ad pretij ſupplementũ, qui ſolùm tenebitur præſtare, quod vltra datũ à ſe, accepit à tertio vſque ad iuſtum valorẽ rei, & non ampliùs, vnde ſi rem valẽtem viginti nouẽ emit, ac poſteà vendidit alteri triginta, tantum viginti reſtituere læſo cõpelletur, Barb. *n.* 146. Pinel. *d. c.* 1. *n.*

38. Matienç. *num.* 31. Hermoſ *num.* 8. Alberic.*in d.l.*2.*num.*11. Fulgoſ.*ibi num.* 7.*ad finem*, Gutierr. *d. quæſt.* 136. *in fine.* De quo *ſup. cap. proxim. n.* 87. vbi alios refero, ratione reddita.

Ibi: *Ex quibus tertia deducitur.*

79 Si res caſu pereat apud emptorem, cū ipſe vltrà dimidiam læſus fuerit, ad reſtitutionem exceſſus petendam admitti poſſe, ſentiunt cum D Couar. Panormitan *in d. cap. cum dilecti ad finem, de empt.* Panthal. Cremenſ. *in d. l.*2. *ampliat.* 25. *propè finem.* Menchaca *controuerſ. vſufrequent. lib* 3. *cap.* 62. *numer.* 13. Garcia *d. cap.*18.*num.*43.*in fine.* Sed nullam actionem emptori læſo ſupereſſe aduerſus, D.Couar. tenent Hermoſ. *num* 4. Barboſ. *num.* 141. Ant. Gom. *d. num* 22. *verſ. Si verò emptor*, apud quem Bart. Bald. Caſtrenſ. Cyn. & Odofred. Pinel. *ſupra num.* 39. Villalobos *in ærar. commun. opin. lit. C. n.*28. Matienç. *d. gloſ.* 8. *n* 33. *verſ. Sed iure*, Azeued. *vbi proximè*. Gutierr. *d. q.*137. Molina *in empor. p.*1.*tit.*9.*in proœm. num* 45. Fauet expreſsim *l.*56.*tit.*5.*p.*5. vbi idē, quod dicitur de re extincta, decidítur, ſi valdè fuerit deteriorata, & quā uis prior opinio æquior ab omnibus iudicetur, poſterior magis iuri videtur conſonare, nam cum *d. l.*2. læſis vltrà dimidiam ex humanitate præter auxiliū conceſſa lędentibus electione; vbi ob rei interitum optio dari non poteſt, nō erit admittendus, qui ad pretij ſupplementum præciſe agit contra formam legis, & mentem, quæ nullo caſu voluit, vt deceptor pretium ſupplere cogeretur, ſed hoc ipſius electioni reliquit, vt nuper dicebamus. Hæc autem ſententia tunc proculdubio procedet, cum culpa, vel facto emptoris læſi rei extinctio cotigerit. De quibus *ſup cap. proxim. num.* 88. vbi opinionum conciliatio.

80 Quotieſcunque igitur culpa deceptoris interuenit in rei interitu læſus, ſiuè ſit venditor, vel emptor agit præcisè ad ſupplementum, aut reſtitutionē exceſſus, Barboſ. *n.*145. Tiraq. *de retract. lignag. ad fin. tit.*1.*n.*51.71. Hermoſ. *num.*7. Pinel. *d. part.* 2. *cap.* 3. *n.*34.

81 Vtrùm autem aliud remedium læſis ſuperſit, vbi ab hoc ex aliqua cauſa excluduntur? Videndum eſt apud Hermoſ. *in d. l.*56. *gloſ.*11. *num.* 130. & poſſe læſum adire Iudicem Eccleſiaſticum per denunciationem Euangelicam, vt alterum contrahentem ad reſtitutionem compellat, docent Card. Lug. *d. diſput.* 22. *num.*96. Molin. *diſp.*352. *num.* 4. vbi improbat Nauarr. aſſerētem hoc à Principibus ſæcularibus Eccleſiaſticis Iudicibus prohiberi: tamen nunquam læſos ad hoc auxilium recurrere vidimus.

# AD CAPVT Quintum.

## SVMMARIVM.

1 *De materia ſcribentes referuntur.*
2 *Legato omnium bonorum, vel vſusfructus eorum merces comprehenduntur.*
3 *Idem eſt de pecunia.*
4 *Præfata procedunt in donatione, & alijs.*
5 *Legatum certi generis bonorum venalia non continet.*
6 *An in generali obligatione veniant merces? & n.*7.8.
9 *Quid de pecunia.*
10 *Obligatis bonis, quæ in certo loco ſunt, venalia non continentur, contra n.*12.
11 *Quoad pecuniam diſtinguitur.*
13 *Vbi debitor quid venale excepit, venalia cætera manent obligata.*
14 *Mercibus obligatis diſtractis, non datur actio in tertium poſſeſſorem.*
15 *Sub obligatione mercium futuræ veniunt.*
16 *Item pecunia redacta ex illis.*
17 *Merces emptæ ab hærede mercatoris non ſubrogantur loco earum, quæ ſunt diſtractæ, quoad hypothecam.*
18 *Limitatur concluſio tradita n.*14. *vſque ad num.*20.
21 *Differentiæ inter legatum, & obligationem bonorum.*
22 *Vtrùm merces in prædium illatæ ſint obligatæ locatori, & n.*23.
24 *Legato omnium rerum, quæ in tali domo ſunt, venalia non cedunt, limitatur num.*28.29.
25 *De intellectu l. pediculis* 34. §. *Item cū quæreretur, ff. de aur. & arg. leg.*





26 *Si legentur bona indefinitè, an merces debeantur?*
27 *In dubio verborum menti ſtandum eſt.*
30 *Fructus ex proprijs agris percepti, etſi venales habeantur, inter venales merces non numerantur, & n.*31.
32 *Legans res exiſtentes in aliquo loco, excepta aliqua venali, omnia venalia relinquere videtur.*
33 *Ob qualitatem perſonarum verba ampliātur ad venalia.*
34 *Exceptio bona eſt de contentis ſub regula.*
35 *Regula ex exceptionibus ſolet ampliari, declaratur num.*49.
36 *De intellectu l. nam quod liquidæ, §. fin. ff. de pen. legat. & n.*37.38.
39 *Per exceptiones regula declaratur.*
40 *Fauore hæredis in dubijs contra legatarios reſpondetur.*
41 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
42 *Exceptio non firmat regulam in caſibus excepto ſimilibus.*
43 *Similes caſus qui dicantur.*
44 *In correctorijs non datur extenſio, limitatur num.*45.
46 *Caſus omiſſus relinquitur in diſpoſitione iuris communis.*
47 *Caſus omiſſus non dicitur, qui ſub diſpoſitione vel tacitè continetur.*
48 *Dictio taxatiua, non impedit ex[illegible]ſionem, quæ de iure fieri debet.*
50 *Ex exceptione vnius, cætera ſimilia ſub regula comprehendi intelliguntur.*
51 *Inducta ad deminutionem poſſunt indirectè ad augmentum operari.*
52 *Cōtrariorum ea eſt natura, vt, vno cognito, in alterius cognitionem perueniatur.*
53 *Regula, & exceptio etſi inter ſe contrariæ ſub diuerſa ratione iuri vtraque cōuenire poteſt.*
54 *Vt exceptio ſit congrua debet aliqua ratio e ſub regula contineri.*
55 *In vltimis diſpoſitionibus ſufficit coniecturata voluntas.*
56 *Non ſufficit, vt congrua ſit exceptio, quod ſolùm iuxta verborum corticem exceptum ſub regula contineatur.*
57 *De ſignificatione, ac vi particulæ, ſeu, vſque ad finem.*

## Vtrùm venalia ſub legato bonorum omnium contineātur? ad interpretationē, l. generali, §. Vxori, ff. de vſufruct. leg.

De ijs, quæ caput iſtud complectitur, 1
conſulendi ſunt Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 137. Mer. *in de pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 45.46. Afflictis *deciſ.* 106. Cardin. Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 9. *tit.* 6. Arias Pinel. *in rubric. part* 1. *num.* 38. *cum ſequentib. C. de bon. matern.* Paulo de Montepico *in l. Titia*, §. *Titia num.* 112. *ff. de legat.* 2. Marſcot. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 24. Strach. *de mercatura, tract. de contractib. mercator. tit. mandati*, §. *vlt.* Neguſant. *de pignorib. mēb.* 2. *part.* 2. *principal. à principio.* Ceuallos *commun. contra communes, tom.* 1. *quæſt.* 444. Put. *deciſ.* 297. Ludouic. Gom. *in* §. *Item Seruiana inſt. de actionib.* Molin. *de iuſt. tract.* 1. *diſput.* 203.

Num. 1.

Quoties omnia bona ſua, aut vſum- 2
fructum eorum legat aliquis, etiam mercaturæ cauſa parata comprehendere cēſetur, nam cum diſpoſitio ad vniuerſam defuncti ſubſtantiam referatur, merces quoque, quæ ad ipſam pertinent, continentur, Menoch. *ſupra num.* 4. Caroc. *deciſ.* 117. *num.*1. *verſ. Sed benè*, Stracha *num.* 2. Montepico *d. num.* 112. Neguſant. *num.* 16. Pinel. *num.* 38. *in fine*, Beroius, *quæſt.* 29. Ioan. Dilect. *de art. teſtand. tit. de legat. caut.* 19. Afflictis *ſupra*. Maximè cum terminus vniuerſalis eam vim habeat, vt, eo appoſito, veniant in diſpoſitione, quæ alloqui non continerentur, vt inquit Bart. communiter receptus in *l. generali*, §. *Vxori, ff. de vſufruct. legat.* late Decian. *conſ.* 44. *num.* 4. *lib* 4. Menoch. *conſ.* 129. *n.* 8. & ita eſt tenendum, quanuis præcipuam concluſionem impugnent Bald. Dec. & alij apud Pinel. *vbi ſupra*, Gomez *in d.* §. *Item Seruiana, num.* 19. Bolaños *in Curia, part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 6. *in fine.*

Idem quod de mercibus, & de pecu- 3
nia dicendum eſt Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *num.* 45.

38. Matienç. *num.* 31. Hermoſ. *num.* 8. Alberic. *in d. l. 2. num.* 11. Fulgoſ. *ibi num.* 7. *ad finem*, Gutierr. *d. quæſt.* 136. *in fine.* De quo *ſup. cap. proxim. n.* 87. vbi alios refero, ratione reddita.

Ibi: *Ex quibus tertia deducitur.*

79 Si res caſu pereat apud emptorem, cũ ipſe vltra dimidiam læſus fuerit, ad reſtitutionem exceſſus petendam admitti poſſe, ſentiunt cum D. Couar. Panormitan. *in d. cap. cum dilecti ad finem, de empt.* Panthal. Cremenſ. *in d. l. 2. ampliat.* 25. *propè finem.* Menchaca *controuerſ. vſufrequent. lib. 3. cap.* 62. *numer.* 13. Garcia *d. cap.* 18. *num.* 43. *in fine.* Sed nullam actionem emptori læſo ſupereſſe aduerſus, D. Couar. tenent Hermoſ. *num.* 4. Barboſ. *num.* 141. Ant. Gom. *d. num.* 22. *verſ. Si verò emptor*, apud quem Bart. Bald. Caſtrenſ. Cyn. & Odofred. Pinel. *ſupra num.* 39. Villalobos *in ærar. commun. opin. lit. C. n.* 28. Matienç. *d. gloſ.* 8. *n.* 33. *verſ. Sed iure*, Azeued. *vbi proximè*. Gutierr. *d. q.* 137. Morla *in empor. p. 1. tit. 9. in proœm. num* 45. Fauet expreſsim *l. 56. tit. 5. p. 5.* vbi idẽ, quod dicitur de re extincta, decidìtur, ſi valde fuerit deteriorata, & quã uis prior opinio æquior ab omnibus iudicetur, poſterior magis iuri videtur conſonare, nam cum *d. l. 2.* læſis vltra dimidiam ex humanitate præter auxiliũ conceſſa lędentibus electione; vbi ob rei interitum optio dari non poteſt, nõ erit admittendus, qui ad pretij ſupplementum præciſe agit contra formam legis, & mentem, quæ nullo caſu voluit, vt deceptor pretium ſupplere cogeretur, ſed hoc ipſius electioni reliquit, vt nuper dicebamus. Hæc autem ſententia tunc proculdubio procedet, cum culpa, vel facto emptoris læſi rei extinctio contigerit. De quibus *ſup. cap. proxim. num.* 88. vbi opinionum conciliatio.

80 Quotieſcunque igitur culpa deceptoris interuenit in rei interitu læſus, ſiuè ſit venditor, vel emptor agit præciſè ad ſupplementum, aut reſtitutionẽ exceſſus, Barboſ. *n.* 145. Tiraq. *de retract. lignag. ad fin. tit. 1. n.* 61. 71. Hermoſ. *num.* 7. Pinel. *d. part. 2. cap. 3. n.* 34.

81 Vtrùm autem aliud remedium læſis ſuperſit, vbi ab hoc ex aliqua cauſa excluduntur? Videndum eſt apud Hermoſ. *in d. l. 56. gloſ. 11. num.* 130. & poſſe læſum adire Iudicem Eccleſiaſticum per denunciationem Euangelicam, vt alterum contrahentem ad reſtitutionem compellat, docent Card. Lug. *d. diſput.* 22. *num.* 96. Molin. *diſp.* 352. *num.* 4. vbi improbat Nauarr. aſſerẽtem hoc à Principibus ſæcularibus Eccleſiaſticis Iudicibus prohiberi; tamen nunquam læſos ad hoc auxilium recurrere vidimus.

# AD CAPVT Quintum.

## SVMMARIVM.

1 *De materia ſcribentes referuntur.*
2 *Legato omnium bonorum, vel vſusfructus eorum merces comprehenduntur.*
3 *Idem eſt de pecunia.*
4 *Præfata procedunt in donatione, & alijs.*
5 *Legatum certi generis bonorum venalia non continet.*
6 *An in generali obligatione veniant merces? & n. 7. 8.*
9 *Quid de pecunia.*
10 *Obligatis bonis, quæ in certo loco ſunt, venalia non continentur, contra n. 12.*
11 *Quoad pecuniam diſtinguitur.*
13 *Vbi debitor quid venale excepit, venalia cætera manent obligata.*
14 *Mercibũs obligatis diſtractis, non datur actio in tertium poſſeſſorem.*
15 *Sub obligatione mercium futuræ veniunt.*
16 *Item pecunia redacta ex illis.*
17 *Merces emptæ ab hærede mercatoris non ſubrogantur loco earum, quæ ſunt diſtractæ, quoad hypothecam.*
18 *Limitatur concluſio tradita n. 14. vſque ad num. 20.*
21 *Differentiæ inter legatum, & obligationem bonorum.*
22 *Vtrùm merces in prædium illatæ ſint obligatæ locatori, & n. 23.*
24 *Legato omnium rerum, quæ in tali domo ſunt, venalia non cedunt, limitatur num. 28. 29.*
25 *De intellectu l. pediculis 34. §. Item cũ quæreretur, ff. de aur. & arg. leg.*

26 Si



26 *Si legentur bona indefinitè, an merces debeantur?*
27 *In dubio verborum menti ſtandum eſt.*
30 *Fructus ex proprijs agris percepti, etſi venales habeantur, inter venales merces non numerantur, & n. 31.*
32 *Legans res exiſtentes in aliquo loco, excepta aliqua venali, omnia venalia relinquere videtur.*
33 *Ob qualitatem perſonarum verba ampliãtur ad venalia.*
34 *Exceptio bona eſt de contentis ſub regula.*
35 *Regula ex exceptionibus ſolet ampliari, declaratur num. 49.*
36 *De intellectu l. nam quod liquidæ, §. fin. ff. de pen. legat. & n. 37. 38.*
39 *Per exceptiones regula declaratur.*
40 *Fauore hæredis in dubijs contra legatarios reſpondetur.*
41 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
42 *Exceptio non firmat regulam in caſibus excepto ſimilibus.*
43 *Similes caſus qui dicantur.*
44 *In correctorijs non datur extenſio, limitatur num. 45.*
46 *Caſus omiſſus relinquitur in diſpoſitione iuris communis.*
47 *Caſus omiſſus non dicitur; qui ſub diſpoſitione vel tacitè continetur.*
48 *Dictio taxatiua, non impedit ex[illegible]ſionem, quæ de iure fieri debet.*
50 *Ex exceptione vnius, cætera ſimilia ſub regula comprehendi intelliguntur.*
51 *Inducta ad deminutionem poſſunt indirectè ad augmentum operari.*
52 *Cõtrariorum ea eſt natura, vt, vno cognito, in alterius cognitionem perueniatur.*
53 *Regula, & exceptio etſi inter ſe contrariæ ſub diuerſa ratione iuri vtraque cõuenire poteſt.*
54 *Vt exceptio ſit congrua debet aliqua ratione ſub regula contineri.*
55 *In vltimis diſpoſitionibus ſufficit coniecturata voluntas.*
56 *Non ſufficit, vt congrua ſit exceptio, quod ſolùm iuxta verborum corticem exceptum ſub regula contineatur.*
57 *De ſignificatione, ac vi particulæ, ſeu, vſque ad finem.*

### Vtrùm venalia ſub legato bonorum omnium contineãtur? ad interpretationẽ, l. generali, §. Vxori, ff. de vſufruct. leg.

De ijs, quæ caput iſtud complectitur, 1 conſulendi ſunt Menoch. *de præſumptionib. lib. 4. præſumpt.* 137. Mer. *in de pignorib. lib. 2. quæſt.* 45. 46. Afflictis *deciſ.* 106. Cardin. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib. 9. tit. 6.* Arias Pinel. *in rubric. part. 1. num.* 38. *cum ſequentib. C. de bon. matern.* Paulo de Montepico *in l. Titia, §. Titia num.* 112. *ff. de legat.* 2. Marcſcot. *variar. reſolut. lib. 1. cap.* 24. Strach. *de mercatura, tract. de contratict. mercator. tit. mandati, §. vlt.* Neguſant. *de pignorib. mẽb. 2. part. 2. principal. à principio.* Ceuallos *commun. contra communes, tom. 1. quæſt.* 444. Put. *deciſ.* 297. Ludouic. Gom. *in §. Item Seruiana inſt. de actionib.* Molin. *de iuſt. tract. 1. diſput.* 203.

Num. 1.

Quoties omnia bona ſua, aut vſum- 2 fructum eorum legat aliquis, etiam mercaturæ cauſa parata comprehendere cẽſetur, nam cum diſpoſitio ad vniuerſam defuncti ſubſtantiam referatur, merces quoque, quæ ad ipſam pertinent, continentur, Menoch. *ſupra num.* 4. Caroc. *deciſ.* 117. *num.* 1. *verſ. Sed benè*, Stracha *num.* 2. Montepico *d. num.* 112. Neguſant. *num.* 16. Pinel. *num.* 38. *in fine*, Beroius, *quæſt.* 29. Ioan. Dilect. *de art. teſtand. tit. de legat. caut.* 19. Afflictis *ſupra*. Maximè cum terminus vniuerſalis eam vim habeat, vt, eo appoſito, veniant in diſpoſitione, quæ alioqui non continerentur, vt inquit Bart. communiter receptus in *l. generali, §. Vxori, ff. de vſufruct. legat.* latè Decian. *conſ.* 44. *num. 4. lib.* 4. Menoch. *conſ.* 129. *n.* 8. & ita eſt tenendum, quanuis præcipuam concluſionem impugnent Bald. Dec. & alij apud Pinel. *vbi ſupra*, Gomez *in d. §. Item Seruiana, num.* 19. Bolaños *in Curia, part. 2. lib. 1. cap. 6. in fine.*

Idem quod de mercibus, & de pecu- 3 nia dicendum eſt Pinel. *in l. 1. part. 2. num.* 45.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

45 *C. de bon. matern.* Menoch. *d. lib. 4. præſ.* 138. vbi plures caſus diſtinguit. *& conſ.* 407. *num.* 16. *in fine.* Pecunia enim, quæ non præſidij cauſa eſt repoſita, ſed vt celeriter expendatur, habetur, inter venalia computatur, eaque ac merces à pari procedunt, Bald. *in l. certi, quæſt.* 6. *C. locat.* Alexand. *in addit. ad Bart. in d. l. generali, §. Vxori,* Montepic. *d. num.* 112. *in fine.* Pinel. *vbi proximè, num.* 47. *verſ. Quã æquiparationem,* Menoch. *d. conſ.* 407. *nu.* 11. Hucuſque dicta procedunt, etiam ſi teſtator bonorum mobilium duntaxat meminerit, nam & merces, & pecunia erunt legatario præſtandæ, vt præfati DD. aduertunt, veluti ſi quis dixerit: *Omnia bona mea mobilia Caio relinquo.*

4 Quæ omnia non ſolùm in legatis, ſed & in donatione, alijſque contractibus erunt obſeruanda, Bald. *in rubric. C. de verbor. ſignificat.* Alexand. *in l. ſi conſtante, num.* 27. *verſ. Sed reſponde. ff. ſolut. matrim.* Iaſ. *in §. Item Seruiana, num.* 49. *inſtit. de actionib.* Pinel. *in d. rubric. part.* 1. *num.* 45. Negulant *ſuprà num.* 15. In vniuerſitate namque bonorum merces venire, regulare eſt, Surd. *deciſ.* 283. *num.* 18. Quid de legato generali, in quo terminus vniuerſalis non eſt additus, paulò inferiùs, cum D. Couarr. oſtendemus.

Verſ. *Secunda concluſio.*

5 Legatum certi generis bonorum, veluti frumenti, vel ſeruorum etiam vniuerſaliter relictum aſſerendo: *Lego omne frumentum, vel omnes ſeruos meos.* Non extenditur ad ea, quæ paterfamilias mercimoniæ gratia parauerat, quoniam non intelligitur, de illis, quæ, vt illicò diſtraheret, habebat, cogitaſſe, & cum limitata ſit voluntas, ſtrictius interpretatur, quàm cum bonorum vniuerſitas relinquitur, ſub qua venalia comprehendi, nuper diximus. Ita probat *l. pediculis* 34. *§. Itẽ cũ quæreretur ff. de aur. & argent. legat.* Pinel. *d. part.* 1. *rubric. num.* 42. Menoch. *d. præſ.* 137. *num.* 2. Pic. *ſupra* Bart. *in l. Diuus, ff. de bon. damnat.* Bald. *in rubric. C. de legat.* Alexand. *in d. l. ſi conſtante, num.* 24. *verſ. Præterea,* Roman. *in §. fin. eiuſdem leg. num.* 8. Pet. Pech. *de teſtament. coniug. lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 1. Idem conſequenter dicendum eſt, ſi quis habens pecuniam loco præſidij reconditam, & aliam quantitatem, vt ſtatim diſtribuat, omnem ſuam pecuniã reliquerit, quoniam hæc non debebitur, ſecus ſi nulla alia teſtatori ſit, quo caſu ipſa præſtabitur, vt planè colligitur ex traditis per Menoch. *d. præſ.* 138. *per totam.*

Num. 2.

In generali obligatione expreſſa, vel 6
ſi certum genus bonorum obligetur, vt vinum, non venire merces, viſum eſt Iacobo de Arena *in d. §. Vxori,* Roman. *in d. leg. ſi conſtante, num.* 83. Bald. *in d. l. certi iuris, quæſt.* 6. *num.* 12. *verſ. Quid de mercibus, C. locati.* Socin. *in l. qui Romæ, §. Callimachus notab.* 4. *ff. de verbor. obligat.* Alberic *de ſtat. quæſt.* 718. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 4. *num.* 36. & alij, quos referunt Caroc. *d. deciſ.* 117. *num.* 1. Gait. *de credito, cap.* 4. *q.* 5. *n.* 118. Pinel. *d. n.* 45.

Hæc verò ſententia communiter re- 7
probatur, & cõtraria eſt omnino certa, & amplectenda, quã tuentur Merlin. *d. quæſt.* 45. *num.* 7. Gomez *ſupra num.* 28. *vbi* Myſinger *num.* 16. Stracha *ſupra n.* 1. Negulant. *d. memb.* 2. *num.* 14. Caroc. *d. num.* 1. *verſ. Sed bene,* Pinel. *in d. rubric. num.* 45. 46. Gail. *obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 83. *num.* 5. Bertaz *de clauſul inſtrument. clauſ.* 12 *gloſ.* 2. *num.* 4. *verſ. Præterea,* Bolaños *d. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. Gait. *ſuprà num.* 125. 126. 139. Put. *d. deciſ.* 297. *num.* 1. Pacific. *de Saluiano inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 181. *& cap.* 5. *num.* 89. Rota apud eundem *deciſ.* 125. *num.* 3. *& deciſ.* 126. Molin. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 328. *n.* 6. Mareſcot. *d. cap.* 24. *num.* 1. vbi teſtatur, Rotam dixiſſe, hanc opinionem magis communem, ac veram eſſe, cui accedunt & alij plures, quos congeſsit Merlin. *vbi proximè, num.* 9. *verſ. Et hanc ſecundam.*

Quòd ſimiliter eſt ampliandum ad ta- 8
citam hypothecam, cui etiam venalia ſubiacent, Pinel. *d. num.* 46. Stracha *num.* 4. Negulant. *memb.* 4. *part.* 2. *num.* 216. 217. Mareſcot. *lib.* 2. *cap.* 118. *num.* 31. *cũ ſeqq.* Merlin. *d. quæſt.* 46. *n.* 1. Menoch. *de adipiſcend. poſſeſ. remed.* 3. *num.* 128. Pacific. *d. cap.* 5. *num.* 83. Conan *commentar. iur. ciuil lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 8. Zaſ. *in §. Item Seruiana, num.* 20. *inſt. de actionib.* vbi Gomez. *num.* 23. Iaſ. *num.* 48. & ita eſt tenendum, quamuis Ceuall. *d. quæſt.* 444. in fine contrarium veſius, ac receptius dicat, atque ita in praxi ſeruari.



9 Pecunia quælibet, ſiue expendibilis, ſiue recondita loco præſidij tam expreſſa, quàm tacita generali hypotheca continetur. Ita de expreſſa docent Merlin. latè *d. lib.* 2. *quæſt.* 48. Pacific. *d. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 324. Stracha *ſupra n.* 5. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 4. *num.* 9. Theſaur. *quæſtion. forenſ. lib.* 2. *q.* 16. *num.* 1. 2. Afflictis *deciſ.* 190. *num.* 4. Neguſant. *d. memb.* 2. *num.* 11. Bertaz. *ſupra,* Bald. *in l. cum tabernam §. vlt.* vbi etiã Bart. *ff. de pignorib.* quo loci hoc expreſſim probatur. De tacita idem ſuſtinent, Neguſant *d. memb.* 4. *part.* 2. *num.* 166. Merlin. *vbi proximè num.* 14. qui bene probant, quamuis contradicant Alexand. *ad Bart. in d. l. cum tabernam, §. vlt.* Pacific. *d. inſpect.* 3. *cap.* 5. *num.* 112. *cum ſeqq.* Excipitur autem pecunia, cuius cauſa hypotheca cõtrahitur, quæ obligationi non eſt obnoxia, non enim veriſimile eſt, contrahẽtem, qui recipit pecuniam mutuam ad ſua expediẽda negotia, velle ipſam obligationi ſubijcere; quod à contrario ſenſu probat *d. §. vlt.* Sic Merlin. *d. quæſt.* 48. *num.* 10. 11. Mantic. *vbi proximè,* Bald. *in d. §. fin. verſ. Sed nunquid* Stracha *d. num.* 5. Neguſant *d. memb.* 2. *num.* 12. Bolaños *vbi proximè, n.* 7. Vide omnino Merlin. *à n.* 24.

Ibi: *Non appoſita loci reſtrictione.*

10 Si quis generaliter obligauerit omnes res ſuas, vel bona, quæ in tali domo, vel loco habet, merces ibi exiſtentes obligatæ non remanet. Ita tenent communis per textum *in l. debitor pactus* 32. *ff. de pignorib. & in l. in prædijs* 7. *ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contr.* quibus probatur, non videri in loco eſſe, quòd ſtatim eſt auocandum, ex quo planè infertur, quòd cum merces non ſint in domo aſſignata ad permanendũ ibi, ſed vt quanto celerius ſit poſsibile, veneant, & amoueantur, non veniunt in obligatione ad locum reſtricta, quamuis vniuerſaliter ſit concepta, Bald. *in d. l. cum tabernam nu.* 2. *in fine,* Bart. *in d. §. Vxori,* Alexand. *in d. l. ſi conſtante in princip. num.* 27. Neguſant. *d. memb.* 2. *num.* 14. Stracha *ſupra nu.* 3. Crot. *in d. l. ſi conſtante num.* 66. *verſ. Faciendum,* Pacific. *d. cap.* 5. *num.* 92. Montepic. *d. num.* 112. Gait. *d. cap.* 4. *quæſt.* 5. *nu.* 145. Bolaños, *d. cap.* 3. *num.* 8. Rota *apud* Pacific. *d. deciſ.* 126. *n.* 2. quod apertius D. Couarr. tradit. *infra n.* 9. *verſ. Quinta concluſio.*

Quoad pecuniam in hoc caſu diſtin- 11
guẽdum eſt, nam reſeruata in ſubſidium veniet in obligatione, non ſic, quæ vt mutuo detur, vel ad ſumptus quotidianos parata eſt, vt ex ratione tradita aperte colligitur, & ex Menoch. *d. præſ.* 138. *num.* 2. 8. & tenet Pacific. *d. cap.* 5. *num.* 112. per textum in *l. ſi chorus* 77. *§.* 1. *ff. de legat.* 3. vbi optimè Conſultus hanc differentiam pecuniæ tradit, ſed ſi dubitetur de pecuniæ deſtinatione, præſumẽdum eſt, celeri diſtributioni eſſe expoſitam, quoniam eius natura eſt, vt expendatur, Menoch. *nu.* 12. Hieronym. Gab. *conſ.* 98. *n.* 27.

Sed à communi ſentẽtia recedit Mer- 12
lin. *d. quæſt.* 45. *ex num.* 16. probans, merces contineri ſub obligatione, etiam ad locum certum reſtricta, quod ſenſiſſe Ripam in *l.* 1. *num.* 9. *ff. de pignorib.* affirmat, & conſentiunt Gait. *d. quæſt.* 5. *num.* 153. Pat. Molin. *de iuſt. & iur. diſp.* 203. ſaltim cum verbis vniuerſalibus vſus eſt creditor, & quidem verior videtur, hæc ſententia Merlini, cum adiectio loci nõ eo tendat, vt merces excludantur, ſed alia bona, quæ extra locum nominatum ſunt, vel vt demonſtretur, quòd debitor obligat, quare contra mentem contrahentium, qui vt plurimùm has iuris ſubtilitates ignorant, non eſt obligatio generalis coarctanda, argumento *l. non omnis* 19. *ff. ſi cert. petat.* Præterea quamuis merces in loco non permaneant identitatiuè, per ſubrogationem tamen aliarum perſiſtunt, ſicut dicimus eandem Ciuitatem, vel Collegium idem extare pluribus ſæculis, etſi omnes ciues, aut collegæ primi ſint extincti, nam & merces vniuerſitas quædam eſt ſubrogationis capax, Merlin. *d. quæſt.* 45. *num.* 27. Neguſant. *d. memb.* 2. *ex num.* 17. atque ita licet ſingula corpora alienentur, eædem merces manere dicuntur in loco. Tãdem his accedit, quòd inſpecta natura hypothecæ, quæ in mercibus regulariter cõtrahitur, nihil intereſt, vt illæ in loco ſint permanſuræ, nec ne, quominus ſub generali obligatione ad certum locum reſtricta comprehendantur, nam vt ſtatim probabimus hypotheca in his venalibus tandiu conſiſtit, quàndiu non alie-

alienantur, vndè cum quis obligat res, quas domi habet, merces quoque complectitur, dum ibi permanſerint, nec per alienationem amoueantur, neq; ex eo, quod perſiſtentiam non habēt, dicendū eſt, obligationem in ipſis non ſubſiſtere, ſufficit enim, quòd in loco deſignato permaneāt, dum ipſa hypotheca nō extinguitur.

13 Hæc autem opinio maximè locum habebit, ſi debitor in obligatione aliquam rem venalem exceperit, vt ſi dixerit: *Obligo res, quas domi habeo præter purpuram venalem.* Nam tunc cætera omnia venalia continebuntur ex doctrina, quam refert D. Couarr. *infra num.* 4. & ita tenent Merlin. *d. q.* 45. *n.* 22. Gait *ſupra n.* 185. Molin. *d. diſp* 203. *n.* 1.

Ibi: *Textus optimus in l. cum tabernam.*

De interpretatione *d. l. cum tabernam, videndus eſt* Pine l. *d. rubric. part.* 1. *n.* 46.

Ibi: *Modò res venales ſint penes debitorem.*

14 Speciale eſt in mercibus, vt hypotheca per earum alienationē extinguatur, nec detur actio contra tertium poſſeſſorem creditori, quoniam ipſarum natura aliud non patitur, atque ita videntur contrahentes tacitè conuenire, vt diſtrahi irreuocabiliter poſsint, ne alioqui commercium impediatur, Stracha *nu.* 7. Put. *d. deciſ.* 297. *n.* 2. Mareſcot. *d. c.* 24. *n.* 7. Ripa *in l.* 1. *n.* 8. *ff. de pignorib.* Merlin. *d. quæſt.* 45. *nu.* 35. Bald. *in l. vbi adhuc col.* 1. *verſ. In contrarium videtur, C. de iur. dot.* Bart *in d. l. ſi conſtante, quæſt.* 3. *verſ. Quanuis principalis*, Neguſant *d. memb.* 2. *num.* 23. Rota, apud Anton. Auguſtin. *deciſ.* 655 *lib.* 3. & omnes communiter. Quid de pecunia obligata ſi alienetur, docet Merlin. *d. quæſt.* 48. *à num.* 16.

15 Circa quæ ſe offerunt nonnulla omnimo notanda. Primùm hypothecam non ſolùm conſiſtere in rebus venalibus tempore obligationis penes debitorem exiſtentibus, ſed etiam in futuris per eundē acquiſitis, quanuis harum mentio facta non ſit, quoniam in locum priorum alienatarum ſubrogantur, Put. *vbi proximè, num.* 3. Mareſcot. *num.* 5. Stracha *num.* 6. Neguſant. *num* 17. 22. Merlin. *d. quæſt.* 45. *n.* 26. 27. Bald. *in d. l. vbi adhuc, n.* 280. Gait. *d. quæſt* 5. *num.* 168. Caualer. *deciſ.* 277. *num.* 1. Rota apud Pacific. *de Saluian. deciſ.* 125, 126. quicquid ſentiat Socin. Senior *in l. qui Romæ*, §. *Callimachus, n.* 2. *verſ. Quinimo, ff. de verb. obligat.*

16 Secundùm, pretium redactum ex mercibus obligatis, dum in bonis fuerit debitoris, in eandem incidere obligationem, Merlin. *num.* 34. Neguſant. *num.* 19 *in fine*, Ripa *in d. l.* 1. *num.* 8. *in fine*, Put. *num.* 1. Pacific. d. *inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 189. Gait. *d. quæſt* 5. *num.* 189. Quia in vniuerſalibus, vt ſunt merces, pretium ſuccedit loco rei, *l. Imperator* 72. §. *fin. ff. deleg.* 2. Merlin. *d. num* 34. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 344. *n.* 8. Neguſant. *memb.* 4. *part.* 2. *n.* 59. *verſ. Ego autem in dote.*

17 Tertiùm, præfatam mercium ſubrogationem quoad hypothecam locum duntaxat habere in emptis ab ipſo debitore, qui contraxit, non ab ipſius hærede, qui quanuis merces comparet, hypothecæ minimè ſubijciuntur, Strach. *num.* 6. Neguſant. d. *memb.* 2. *num.* 22. Merlin. *num.* 64. Caualer. *deciſ* 259. *num.* 2. Gait. *d. quæſt.* 5. *num.* 173. 174. Quòd limitatur, cum hæres explendo negotium à defuncto cæptum, merces comparat, nam & hæ venient in obligatione à teſtatore contracta, ſicut cæteræ, quas ipſe reliquit, Merlin. *num.* 66. 67. Neguſant. *d. num.* 22. Ripa *in d. l.* 1. *num.* 9. *verſ. Secundò intellige*, Bart. *in d. l. cum tabernam in fine*, Pacific. *d. cap* 2. *n.* 187.

18 Quartùm, creditorem non prohiberi, hypothecaria experiri aduerſum tertiū poſſeſſorem mercium, qui eas non minutatim, ſed vt corpus emit, veluti ſi tota taberna, vel horreum fuerit diſtractū, aut pars eius quotitatiua, nam cum vniuerſitas rerum ſit, cum ſuo onere tranſit in emptorem, ſicut cætera quæ nexu obligationis tenentur, latè Merlin. *d. q.* 45. *à num.* 50. Mareſcot. *d. cap.* 24. *num.* 2. Ripa *d. num.* 9. Bald. *in d. l. vbi adhuc, num.* 19. Bald. Nouell. *in d. l. ſi conſtante, num.* 72. Rota apud Pacific. *deciſ.* 126. *numer.* 5. Ceſſant enim hic rationes, propter quas mercium obligatarū alienatio eſt permiſſa, vt rectè perpendit Merlin. *num.* 52. 53.

19 Quintùm, ſi in generali obligatione merces aliquæ fuerint deſcriptæ, quoad eas actionē creditori cōtra tertium poſſeſſorem non denegari, nam cenſentur ſpecialiter obligatę, & earum alienatio quocunque modo vetita, Merlin. *n.* 65. Pacific. *cap.* 5. *n.* 101.

Sex-



20 Sextū, merces obligatas, etiam minutatim venditas poſt inceptū cum debitore iudicium poſſe per hypothecariam reuocari, Salicet. *in d. l. vbi adhuc, num.* 18. *verſ. Sed dubitare videtur*, Bart. *in d. l. ſi conſtante num* 83. Ripa *vbi ſuprà num.* 8. Put *d. deciſ.* 279. Merlin. *n.* 50. 51. vbi bene diſtinguit, ac declarat.

21 Ex dictis hucuſque duplex oritur differentia inter legatum bonorum, & eorum obligationē quoad venalia. Prima eſt, quòd ſi quis leget omne vinum, venale, legatario non debeatur, quod ſecùs eſt in obligatione, vt diximus *ſupra num.* 5. 6. Secunda, quòd in legato ad certum locum reſtricto, etiamſi verbis vniuerſalibus vſus ſit teſtator, non veniant venalia ibi reperta, vt docet D. Couarr. *infra num.* 3. vbi dicemus, quòd aliter in obligatione cum Merlino probauimus, *ſupra num.* 12. Huius duplicis differentiæ ratio eſt, quoniam in legatis de maiori agitur præiudicio, quàm in hypotheca, quare pleniùs voluntas debitoris, quam defuncti interpretatur, Merlin. *d. quæſt.* 45. *num.* 8. D. Couarr. *paulò inferiùs.* Præterea legatarius nullum ſentit incōmodum ex legati reſtrictione, qui de lucro agit, ſecùs creditor, qui de dāno vitando contēdit, nam forſan intuitu mercium mutuauit, quas ſibi obligatas credidit.

Ibi: *Qualis eſt illa verū inuectarum in domū*

22 Controuerſum eſt, num res venales in prædium inuectę pro mercede locationis, ac damnis ædificio illatis ſint ſicut cætera bona inuecta, tacitè obligatę? vt videre eſt apud Maſcard. *de probat. concluſ.* 210. *num.* 6. 7. & Merlin. *d. q.* 46. *n.* 5. 10. qui Authores inter ſe diſsidentes referunt, in quo plures caſus ſolent diſtingui, vt per Menochium, *d. remed.* 3. *de adipiſc. à num.* 126. Mareſcot. *lib.* 2. *cap.* 118. *num.* 28. *cum ſeqq.* Merlin. *vbi proximè ex num.* 11. Pacific. *d. inſpect.* 3. *cap.* 5. *num.* 85. *cum alijs*, ſecundùm quos aliquando merces inuectæ proculdubiò obligantur, vt ſi domus ad exercēdam in ipſa mercaturā conducatur, aut ſi nihil pręter venalia in prædiū inducatur vel ſi deſcribantur merces tempore inductionis, quia cēſentur expreſsim obligatæ, vltrà quos caſus venalia tacitæ hypothecæ non ſubijci, illi docent. Fructus quoque ex proprijs agris percepti quanuis venales pro parte habeantur, cum inter merces non computentur pro mercede domus, in quam inuehuntur, tacitè obligantur, Mareſcot. *d. cap* 118. *num.* 32. Menoch. *vbi proximè, num.* 132. Merlin. *num* 17. Pacific. *num.* 110. *verſ. Quintus caſus.*

23 Sed vt conſequenter ad ea, quæ diximus *ſupra num.* 12 in hac quæſtione procedamus, ex traditis ibi rationibus, quæ etiam hoc caſu militant, magis placet ſententia eorum, qui abſolutè docent, merces inuectas pro mercede locatæ domus obligari, quam ſequuntur Pacific. *d. inſpect.* 3 *cap.* 5. *num* 89. *verſ. Contrariam verò*, Maſcard. *d. concluſ.* 210. *num.* 6. Gomez *in d.* §. *Item Seruiana, num.* 22. & alij, quos hi laudant, eſtque communis opinio, quanuis contraria non paucis placeat, vt videre eſt apud Merlin. *num.* 5. & Maſcard *num* 7. Non obſtat *l. debitor pactus* 32. *ff. de pignorib.* quoniam merces eo animo inducūtur in domum, vt vel ipſæ vel aliæ, quæ carū loco ſubrogentur, ibi perpetuò maneant, atque ideo iure in illis conſiſtit obligatio, dum ibidem permanent.

Num. 3.

24 Qui legat omnes res, quas domi, vel in alio loco habet, non cenſetur ſub legato venalia ibi exiſtentia comprehendere, quoniam non videntur illa in eo loco eſſe, quæ vt ſtatim per alienationem amoueantur, ſunt expoſita, *d. l. debitor l. ex facto* 35. §. *vlt. ff. de hæred. inſtit. l. prædia* 27 *ff. de fund. inſtruct.* gloſ. *in l. quæſitum* 76. §. *Prædia verbo, non legata, ff. de legat* 3. Pinel. cum aliis, *d. part.* 1. *rubric. num.* 39 40. Menoch. *d. præſ.* 137. *num* 7. & *conſ* 407. *num.* 17. Neguſant. *d. memb.* 2. *num.* 14. Beroi. *d. quæſt.* 29. Hieronym. Gab. *conſ.* 98. *num.* 13. Merlin. *quæſt.* 45. *num* 8. Idem in pecunia, quæ vt celeriter expendatur, habetur, tenendum eſt cum gloſa. *verb. de pecunia in l. ſi mihi Mæuia* 96. §. *vlt. ff. delegat.* 3.

Verſ. *Sed ſi Crotus.*

Adde Pinelum, *vbi proximè*, agentem de intellectu, *d.* §. *Vxori*, qui D. Couar. ſequitur.

Ibi: *Sic eodē iure in d.* §. *Item cū quæreretur.*

25 Genuinus intellectus ad *l. periculis* 34.

34. §. *Item cum quæreretur. ff. de aur. & argent. legat.* deducitur ex concluſione ſecunda ſupra tradita per D. Couar. nam vbi certum genus bonorum relinquitur, etiam per verba vniuerſalia, venalia ad ipſum pertinentia legato non cedunt, cum igitur in eo textu, ita legatum fuerit: *Filia mea dulciſsima è medio ſumito, tibique habeto ornamentũ meum omne muliebre cum auro, et ſi qua alia muliebria apparuerint.* ideò Conſultus reſpondit, non deberi argentum, quòd mercimoniæ cauſa paratum erat. Ex quo infertur, quòd licet verbum, meum, fuiſſet omiſſum, nihilominus argentum venale minimè deberetur ſecundùm prædictam doctrinam.

Ibi: *Ego contrarium iure verius eſſe cenſeo.*

26 *Si legentur indefinitè bona, vel res, aut bona mobilia teſtatoris, etiam merces legatas videri cum D. Couar. ſentiũt Menoch. *d. præſ.* 137. *num.* 6. Pinel. *in d. rubric. part.* 1. *num.* 38. Parif. *in addit. ad Decium in l.* 1. *num* 16. *ff. de reg. iur.* & alij apud Pinelium ipſum. Sed ratio, cui hæc ſententia innititur: quia ſcilicet indefinita æquiualet vniuerſali congrua, non videtur, ſiquidem quoties aliqualis diuerſitas reperitur inter contenta ſub vniuerſali æquiualentiæ illi non eſt locus, vt probauimus *ſupra lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 33. inter venalia autem, ac cętera bona maximum eſt diſcrimen, vt ex dictis conſtat, & ex *l. ſeruos* 71. *in fine, ff. de legat.* 3. vndè illa indefinita: lego res meas, vel vſumfructum bonorum meorum, æquipollere nequit vniuerſali propter dictã diuerſitatem, quæ in bonis venalibus, & alijs conſideratur, ad quod eſt textus elegans in *l. ſi cui lana* 68. *ff. de legat.* 3. vbi, lana legata, tinctam non deberi, Vlpianus decernit, ſuffecitque differentia coloris (quanuis vtraque verè lana ſit,) vt indefinita non æquipolleret vniuerſali, compertum enim eſt, quòd, ſi legaretur omnis lana, tincta quoque contineretur, *l. pediculis* 34. §. *Labeo, ff. de aur. & argent. legat.* Quamobrem non eſt contemnenda diſtinctio inter legatum vniuerſale, & generale, quàm conſtituit Bart. *in d.* §. *Vxori*, quem ſequuntur Dec. *in l. omnia, num.* 2 *ff. Si cert. petat.* Menoch. *conſ.* 129. *num.* 8. *conſ.* 407. *num.* 16. *verſ. Secundus caſus, & verſ. Tertius caſus, conſ.* 1007. *n.* 48 49. Crauetta, *conſ.* 290. *num.* 4. *verſ. Similiter, conſ.* 294. *num.* 1. *conſ.* 297. *num.* 6. *verſ. Secundò reſpondeo*, Curt. Iun. *conſ.* 45. *num.* 4. Gozadin. *conſ.* 14. *num.* 22. *conſ.* 6 *num.* 6. *conſ.* 82. *num* 4. Rob. *conſ.* 135. *n.* 3. Natta *conſ.* 159. *n.* 24. *lib.* 1.

Ibi: *Cæterum hæc quarta concluſio.*

Idem repetit Menoch. *d. præſ.* 137. 27
*num.* 8. ſemper enim maximè vbi verba ſunt dubia, menti diſponentis ſtandum eſt, cum illa intentioni deſeruiant, *l.* 3. §. *Conditio, ff. de adimend legat. cap. humanæ* 11. 22. *quæſt.* 5. Tiraquel. *in l. ſi vnquã verb. libertis, à nu.* 47. Brun. à Sole *in loc. commun. verbo, verba, n.* 20.

Verſ. *Primò, ſi quidem.*

Si ita ſit relictum: *Lego res, vel frumen-* 28
*tum, quod domi eſt.* Venalia quoque debebuntur, ſi alia bona in ea non reperiantur, quoniam de illis ſenſiſſe teſtatorem, manifeſtum eſt, cuius voluntas, ſi aliud diceretur, illuſoria fieret, Menoch. *vbi proxime, num.* 9. Pinel. *d. part.* 1. *rubric. num.* 40.

Verſ. *Secundò, conſtat.*

Legatum particulare argenti ſcilicèt, 29
vel rerum, quas quis in certo loco habet, comprehendit venalia, ſi verbum, quocunque modo, adijciatur, Menoch. *num.* 10. Pinel. *num.* 42. Neguſant. *d. memb.* 2. *num.* 57. Put. *deciſ.* 20. *num.* 3. *lib.* 3. Gozadin. *d. conſ.* 14. *num.* 22. Afflictis, *d. deciſ.* 106. Ruin. *conſ.* 31. *num.* 5. *lib.* 2. Aym. *in l.* 1 *ff. de legat.* 1. Rub. *d. conſ.* 135. *num.* 2. Curt. Iun. *conſ.* 45. *num.* 4. De quo tamen dubitauit Dec. *conſ.* 93. *n.* 3. Hieron. Gab. *conſ.* 98. *num.* 16.

Verſ. *Tertiò, apparet.*

Fructus collecti ex proprijs agris, etſi 30
fuerint venditioni expoſiti, non computantur inter venalia, vt merces, cum non negotiationis cauſa, ſed quoniam ſuperſunt, diſtrahantur. Vndè ſi legetur vinũ, vel oleum, quòd eſt in certo loco, etiam debebitur venale, quod ex proprijs vineis, vel oliuetis teſtator percepit, Menoch. *num.* 11. Pinel. *num.* 44. licèt dubitet.

Sed contrarium aliquibus fundamen- 31
tis probat Hieron. Gab. *ſupra num* 36. cui fauet apertè Scæuola *in d. l. generali*, §. *Idem quæſijt. ff. de vſufruct. legat.* vbi decidit, ſalis percepti ex proprijs ſalinis vſumfructum vxori nõ competere, quæ vſufructuaria earum à teſtatore relicta eſt, & rationem ſubdit his verbis: *Reſpondit de iis legandis, quæ venalia ibi eſſent, non ſenſiſſe teſtatorem.* Vndè colligitur, fructus ex proprijs rebus collectos venditioni deſtinatos cæteris rebus venalibus, ac mercibus æquiparari, ac per conſequens ad legatarium in caſu, de quo agimus, non pertinere, & quãuis D. Couar. aliter hunc textum interpretetur aſſerẽs, ideo vxori talis vſumfructum non deberi, quia, fundi vſufructu legato, fructus iã collecti non debentur, tamen Conſultus non ea nititur ratione, ſed quod ſal venalis habebatur, innuens, ſalem ad proprium vſum domus teſtatoris, ſi ibi eſſet, deberi, quod forſan ſpeciale eſt in ſalinis, vt non cenſeatur fructus collecti donec alio ſal aſportetur, qui vt plurimũ non cohæret ſolo, ſed ſupra ſuperficiem terræ cõficitur, vnde amouetur, vt aceruus fiat, vt in Hiſpania euenit, hinc ſal in ſalinis ipſis coaceruatus inter fructus pẽdentes poteſt computari, quare ſub vſufructu ſalinarum ipſum contineri ſenſit Scæuola, niſi venalis eſſet. Hæc autem mea conſideratio aliorum iudicio ingenuè ſubijcitur. Præmiſſa quæſtio nullomodo ad fructus ex gregibus perceptos attinet; nam ipſi greges negotiationis cauſa comparantur, mercíſque appellatione ideò continentur, Merlin. *d. quæſt.* 45. *num.* 31. Nihilominus prior ſententia magis arridet, admiſſa D. Couar. interpretatione ad Scæuolam, qui ideò ſalem venalem non comprehẽdi aſſeruit, quia iam coaceruatus erat, & deductus à loco, in quo conficiebatur, vt veniret, quare ad vſufructuarium ſpectare non poterat, cum fructus pendens eſſe deſineret.

Num. 4.

Si relinquantur res in certo loco re-
32 poſitæ, aliqua venali excepta, cætera omnia venalia, quæ ibi reperiantur, ad legatarium pertinebũt, nam ex eo, quòd teſtator aliquid venale excepit, præſumitur reliqua comprehendiſſe venalia ſub generali diſpoſitione, cum exceptio debeat eſſe de contentis ſub regula. Ita Menoch. *num* 12. Ruin. *conſ.* 32. *num.* 7. *verſ. Ponderando, lib.* 2. Idem de hypotheca agentes tenent Merlin. *d. quæſt.* 45. *num.* 22. Gait. *d. cap.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 155. Molin. *d. diſp.* 203.

Quibus coniecturis, & aliam adijcit, 33
Menoch. *num.* 13 ſcilicèt propter qualitatem perſonarum legatum ad venalia ampliari, vt ſi teſtator diues liberis ſuis res, quæ domi ſunt, reliquerit, *l. quæſitum* 12. § *Sed & Papinianus, ff. de fund. inſtruct.* Roman. *ſingul* 649. Put. *d. deciſ.* 20. *in fine.* In quo iudicis verſabitur arbitrium, qui quantitate mercium & alijs defuncti facultatibus penſatis, æſtimabit, an ſit veriſimile, quòd voluerit, venalia quoque liberis relinquere, vt Conſultus inquit.

Ibi: *Conſtat etenim & pendet ab illa elegãti quæſtione.*

Exceptio debet eſſe de illis, quæ ſub 34
regula comprehenduntur, atque ita ex eo, quod excipitur, quid regula contineat, declaratur *l. ſed an vltro* 10. §. 1. *ff. de negot. geſt.* Pareja *de inſtrument. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 6. *num.* 362. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3 *præſ.* 36. *num.* 19. Argel. *de acquirend. poſſeſ quæſt.* 3 *art.* 9. *num.* 12. Cagnol. *in l.* 1. *num* 31. 34. *ff. de reg. iur.* Afflict. *deciſ.* 45. *num.* 2. Surd. *deciſ.* 224. *num.* 13. Chartar. *deciſ.* 67. *num.* 35. 55. Cyriac. *tom.* 2 *controuerſ.* 207 *num.* 21. Marefcot. *ſupra lib.* 2. *cap.* 94. *num.* 67. Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 76. *num.* 31. Gutierr. *practicar. lib* 4. *quæſt.* 54. *num.* 1. Amat. *variar. lib.* 2. *reſol.* 74. *num.* 5. Tuſch *lit. E. concluſ.* 423 *num.* 6. & dixi *ſup. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 13.

Verſ. *Et ideo hac ratione.*

Regula ſolet ampliari adiecta excep- 35
tione, ad ea, quæ alioqui non comprehenderet, *l. quæſitum*, §. *Idem reſpondit domo, verſ. Denique Neratius ff. de fund. inſtruct.* Menoch. *d. lib.* 3 *præſ.* 116. *num.* 74 *cum alijs, & conſ.* 87. *num.* 36. Alexand. *in l. vlt. ff. quod quiſque iuris*, Iaſ. *in l. properandum in princip. num.* 7. *C. de iudic.* Dec. *in l.* 1. *num.* 25. *ff. de reg. iur.* Socin. Iun. *conſ.* 34. *num.* 7. *lib.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag. ad finem, num.* 24. Cyriac. cum alijs *tom.* 1. *controuerſ.* 196. *num.* 113. Merlin. *d. quæſt* 45. *num.* 22. quod declara, vt *infra num.* 49.

Num. 5.

Pro interpretatione *l. nã quod liquidæ*, 36

*§. vlt. ff de pen. legat.* præmittendum eſt, quòd licèt regula per exceptionem regulariter declaretur, vt nuper dicebamus, aliquando tamen diſpoſitio, quæ alioqui plana foret, propter id, quòd excipitur, dubia redditur, prout euenit in mandato generali, quod quos caſus contineat, non dubitatur, ſed ſi in eo excipiatur cauſa aliqua ſpeciale mandatum deſiderans, quid ſub ipſo comprehendatur, maximè controuertitur, vt conſtat ex traditis per D. Couar. *infra ex num. 8.* ſimiliter *in d. §. fin.* manifeſtum erat, quid, omni penu legata, deberetur; erat enim penus vbique relicta præſtanda, at propter illam exceptionem: *Excepto vino, quod Romæ erit*, cœpit ambigi de regula, & mente teſtatoris, vtrùm ſcilicet penus omnis, vel ſola, quæ in vrbe erat, fuiſſet relicta. dubitādi occaſionē præbuit, quòd teſtator excepit vinum, quòd Romæ habebat, & non alibi, cuius ratio cum lateret, Conſulti tanquam in re obſcura, quod minimum eſt, nempè penum Romæ repoſitam duntaxat deberi, reſpondere iuxta iuris regulas, *l. ſemper in obſcuris 9. ff. de reg. iur.* exiſtimantes ideò vinum in vrbe relictum excepiſſe, quia de penu ibidem exiſtenti tantùm legando cogitauit teſtator. Cui fauet itidem, quòd ſemper in dubijs præſumendum eſt, teſtatorem velle quanto minus poſsibile ſit hæredem onerare, *l. vnum ex familia 69. §. Si rem, ff. de legat. 2.* Menoch. *conſ. 395. num. 86.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 283. num. 25.* Surd. *conſ. 7. num. 56.* Quare ea interpretatio voluntatis debet amplecti, per quam magis hæres releuetur, *l. ſi ita ſit ſcriptum 14. ff. de legat. 1. l. 1. ff. de liberat. legat. l. cū alienam 10. C. de legat.*

Verſ. *Nam cum exceptio.* Ibi: *Mihi tamen iſthæc conſideratio.*

37 Interpretatio etiam Bartoli ex eo reijci poteſt, quòd ſi relatiuum illud referretur ad penum non poneretur in terminatione neutra, ſed in alia, quæ verbo penus, & non verbo vinum conueniret, vt ſic loquutionis amphibologia vitaretur.

Ibi: *Vt congrua ſit exceptio ſat eſt, quòd ſit de regula.*

Adde Cyriac. *tom. 3. controuerſ. 531. n. 15.* Cagnol. *in l. 1. n. 30. ff. de reg. iur.* Cephal. *conſ. 153. num. 58.*

Verſ. *Quintò, communis.* Ibi: *Et Oldrad. conſ. 8. Dec. in cap. ſedes.*

Hæc ratio Oldradi difficultate non caret, ſiquidem reſtrictio ad locū adiecta vni ex rebus, quæ legantur facit coniecturam, vt intelligatur teſtator etiam in alijs eandem reſtrictionem voluiſſe, quo caſu loquitur Conſultus *in l. quæſitum 76. §. 1. ff. de legat. 3.* quæ pro Oldrado adducitur, & comprobatur ex *l. fin. §. vlt. ff De tritico, vin. & ol. leg.* Sed aliud eſt, quòd per reſtrictionem exceptionis ad locum, regula quoque generalis coarctetur, cum potiùs ex limitatione exceptionis ampliatio regulæ inducatur, ſiquidem proprium eſt exceptionis in non exceptis firmare contrarium, *cap. domus 32. quæſt. 7. l. quæſitum 12. §. Idem reſpondit domo, ff. de fund. inſtruct.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dubit. 8. num. 4.* Argel. *ſupra quæſt. 18. art. 4. num. 3.* Menoch. *d. lib. 4. præſ. 83. num. 40.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 55 num. 9.* Vndè reſtrictio exceptioni addita non videtur ad non excepta extendi poſſe, niſi ea ratione, quàm nuper tradidimus, *num. 36.* 38

Ibi: *Primùm, vbi regula obſcura.*

Per exceptionem enim regula decla- 39
ratur, *d. l. quæſitum §. Idem reſpondit*, Menoch. *conſ. 518. num. 11. conſ. 624. num. 10.* Bart. *in d. §. Idem reſpondit*, Dec. *in l. 1. n. 21. ff de reg. iur.* Cyriac. *tom. 1. cōtrouerſ. 69. num. 34.* Surd. *d. deciſ. 224. n. 12.* Caualcan *deciſ. 5. num. 5. part 1.* Cæſar Barc. *Bononienſ. deciſ. 83. num. 9. & deciſ. 125. num. 3.* Valençuela *conſ. 83. à n. 88.* Plot. *in l. ſi quando, n. 207. verſ. Quia exceptiones, C. vnde vi*, Pareja *ſupra tom. 1. tit. 5. reſolut. 13. num. 17.*

Ibi: *Quartò ſi qua ratio.*

Similiter ad *§. Vxori*, reſpondendum eſt, *vt ſupra n. 38.* ad *l. quæſitum, §. 1. ff. de legat. 3.* vbi hanc rationem Oldradi impugnauimus.

Ibi: *Quintum, etſi Iuriſcōſulto his, vel alijs.*

Difficilè quidem eſt reſponſum Con- 40
ſulti in *d. l.* nam quod liquidæ, *§. vlt.* tamen fauore hæredis ob præſumptam teſtatoris affectionem erga illum in dubio con-



contra legatarium deciſum eſt, vt diximus *ſupra num. 36.*

Num. 6.

41 Exceptio firmat regulā in contrariū, vltrà laudatos *ſupra num. 38. in fine*, hoc ipſum probant Roman. *ſingul. 337. num. 8.* Gratian. *diſceptat. forenſ. c. 598.* Giurba *conſ. 120. num. 18.* Carleual. *de iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 16. num. 40.* Euerard. *in loc. legalib. loc. 9. ab except. ad regul. & loc. 99. ab ſpeciali*, Matiene *in l. 1. gloſ. 15. tit. 10. lib. 5. Recopilat* Mieres *de maiorat. part. 1. quæſt. 22. à num. 2.* Simon de Prætis *de interpretat. vltimar. volunt. lib. 4. interpret. 2. dubit 3. per tot.* Mantic. *de tacit. & amb. conuent. lib. 7. tit. 16. à num. 30.* Pareja *d. tom. 1. tit. 2. reſolut. 5. num. 44.* Flamin. *de reſignat. beneficior. lib. 5. quæſt. 6. num. 186.* Tuſch. *lit. E. concluſ. 422. per tot*, Seraphin. *deciſ. 980. num. 7.* Auguſt. Barboſ. *de axiomat iur. axiom. 84. num. 4.* qui *num. 5.* limitat, quando alia interpretatio capi poteſt, Federic. de Senis *conſ. 233. n. 3. verſ. Non obſtat.*

Ibi: *Exceptio tamen ipſa ad ſimilem extenditur.*

Exceptio non confirmat regulam in
42 caſibus excepto ſimilibus, imò ad ipſos extenditur, D. Couar. *in cap. alma mater part. 1. §. 11. num. 15. verſ. Tertio etiamſi in his, de ſentent. excommunicat. in 6.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. cum dilecta nu. 4. de confirmat. vtil. vel inut.* Menoch. *conſ. 250. num. 57.* Bene *ſupra cap. 19. dubit. 11. nu. 16.* Gutier. *Canonicar. quæſtion. lib. 1. cap. 14. n. 9.* Molina *de primogen. lib. 1. cap. 9. n. 34.*

Similes verò caſus illi dicuntur, in
43 quibus eadem, vel maior ratio, quàm in expreſſo, reperitur, Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 96. num. 39.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 84. num. 8.* vbi alij, Bald. *in l. illud col. 2. C. de Sacroſant. Eccleſ.* Carleual. *d. tit. 2. diſp. 5. num. 19.* & iſti quidem caſus comprehenſi ſub diſpoſitione non minus cenſentur, quàm expreſsi, Bald. *in l. per diuerſas num. 6. C. mandati*, Menoch. *d. lib. 4. præſ. 67. num. 16.* latè Cyriac. *tom. 3. controuerſ. 478. à num. 57.* Argel. *ſupra quæſt. 17. art. 6. num. 3.* quare propriè non dicitur extenſio, ſed comprehenſio, vt, pluribus relatis, aſſerit Cyriac. *num. 79.* qui *num. 70.* ex Fachinæo *conſ. 47. num. 31. lib. 1.* rationem reddit, nam ſicut genus propriè ſuas ſpecies continet, ita & ratio caſus ſimiles non expreſſos complectitur.

Ibi: *Quibus adſtipuletur, quòd regula.*

In correctorijs extenſio ob identita- 44
tem, vel maioritatem rationis non admittitur de caſu ad caſum, *l. quod contra 174. ff. de reg. iur.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 13. num. 40. verſ. Nec obſtat, ſi dicatur*, Argel. *ſupra quæſt. 6. art. 1. num. 4. 14.* Menoch. *conſ. 537. nu. 3.* Iaſ. *in Authent. quas actiones, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Dueñas *reg. 286.* Villalobos *commun. opinion. lit. E. num. 153.* Tiraquel. *de iur. marit. gloſ. 2. num. 22.* Viuian. *commun. opinion. tom. 1. lib. 1. tit. 17. de legib. num. 112.* Pet. Barboſ. *in d. l. ſi conſtante in princip. num. 106. ff. ſolut. mat.* Farinac. *in fragment. crimin. part. 1. lit. E. num. 75.* Cenall. *tom. 1. quæſt. 336. num. 3.* Bene, *d. tom. 2. cap. 14. dubit. 14. num. 1. 11.* Idem in exorbitantibus à iure tenent Bartol. *in l. ſi verò, §. De viro à num. 1. ff ſolut. matrimon.* vbi Roman. Carleual. *d. tit. 3. diſput. 28. num. 16.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam verb. libertis, numer. 27. C. de reuocand. donat.* Olaſch. *Pedemontan. deciſ. 120. nu. 8.* Villadieg. *in rubric. de extenſione leg. exorbitant. numer. 3.* Farinac. *ſupra numer. 124.* Sed cauſarum fauor efficit, vt in his extenſioni ſit locus, Argel. *quæſt. 4. art. 1. num. 5.* Craueta *de anquitat. tempor. part. 4. in princip. num. 79.* Villadieg. *in rubric. de extenſion. leg. limitatiuar. à num. 9. & in d. rubric. de extenſion. leg. exorbitan. num. 3. in fine in vlt. ampliat.* Farinac. *num. 108. 109.*

Quod ſi in lege correctoria eius ra- 45
tio exprimatur, ad caſus ſimiles extendetur correctio, Tiraquel. *in tract. ceſſante part. 1. num. 142. & de retract. lignag. §. 20. num. 3. 8.* Hippolit. *in l. ſi quis viduam, num. 26. ff. de quæſtionib.* Menoch. *conſ. 484. num. 8. 9.* Menchaca, *lib. 1. ſucceſsion. § 6. num. 6.* Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 64. C. de bon. matern.* Mexia *in pragmat. taxæ pan. concluſ. 4. num. 8.* Pet. Barbol. *in d. l. ſi conſtante in princip. numer. 102.* Pat. Sanchez *de matrimon. lib. 8. diſp. 1. num. 34.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque for. verb. lex, different. 5.*



Ibi:

Ibi: *Nam & caſus omiſſus manet decidendus.*

46 Caſus in diſpoſitione qualibet omiſſus ex diſpoſitione iuris communis venit decidendus, *l. ſi cum dotem 23. ff. ſolut. matrim. l. ſi extraneus 6 ff de condict. cauſ. data*, Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 210. n. 49.* Caball. *reſolut. crim. caſ. 271. n. 7.* Eſcobar *de ratiocin. lib. 1. cap. 28. nu. 6.* Rota *apud Viuian. in prax. iur. patronat. deciſ. 62. n. 6.* Pareja *ſupr. dict. tit. 5. reſolut. 10. num. 4.* Tuſch. *lit. O. concluſ. 116.* Ferrer. *in conſtitutionib. Cathalon. gloſ. 5. nu. 104.* Menoch. *conſ. 76. nu. 8.* Tiraq. *de iur. primog. q. 40. n. 194.* Ceuall. *tom. 2. q. 762. n. 10.* Mareſc. *d. lib. 2. c. 77. n. 29.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 34. num. 6.*

47 Non autem caſus omiſſus dicitur, qui ſub diſpoſitione aliquomodò tacitè cõprehenditur, vel propter rationis identitatem, aut præſumptam mentem diſponentis, Bald. *in d. l. per diuerſas, col. 1. C. mandat.* Crauet. *conſ. 326. num. 9. verſ. Septimò, conſidero*, Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 301. nu. 26. 27.* Menoch. *conſ. 5. nu. 25 conſ. 232. nu. 35. conſ. 289. nu. 46.* qui alios laudat.

Ibi: *Imò etiam ſi quid excipiatur à regula.*

48 *V*bi aliàs de iure locus eſt extenſioni, dictio taxatiua addita exceptioni, vel diſpoſitioni cuilibet non impedit caſuum ſimilium comprehenſionem, Bene. *d. tom. 2. c. 19. dub. 11. nu. 11.* Ant. Gom. *var. lib. 1. cap. 11. num. 13.* Gutier. *Canonicar. lib. 1. cap. 14. num. 5.* Padill. *in authent. res, quæ num. 81. C. commun. deleg.* qui cõmunem dicit, Menoch. *lib. 4. præſ. 36. num. 20. & conſ. 166. num. 14.* Crauet. *de antiquit. tempor. part. 4 princip. nu. 112.* Socin. Iun. *conſ. 53. num. 6. lib. 2.* Sanchez *in præcept. Decalog. cap. 15. num. 37.* Fontanel. *de pact. nuptialib. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 28. à num. 17.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 9. num. 34.* Auguſtin. Barbol. *in collectan. ad Clement. exiui, num. 2. de verbor. ſignificat.* Surd. *conſ. 443. nu. 32. vol. 3.* Cyriac. *d. controuerſ 478. num. 83.* Idem quoad perſonas dicendum eſt, vt taxatiua non excludat perſonas ſimiles expreſsis, Bald. *in l. fin. C. de actionib. empt.* Menoch. *conſ. 705. num. 9.* Curt. Senior *conſ. 77. colum. 10. verſ. Quia reſpondeo.*

Num. 7.

Per exceptionem regulam ampliari 49
non poſſe, ſcripſerunt Tiraquel. *de retract. lignag. ad finem, num. 94.* vbi latè, Auguſtin. Barboſ. *de axiomat. iuris, axiomat. 84 num. 7.* Stephan. de Federicis *de interpretat. iur. part. 2. num. 125.* Caſan. *conſ 8. nu. 48.* Menoch. *conſ. 416. num. 25.* Sed dicendum videtur, quod hæc ſententia erit vera, ſi de extenſione, ſeu ampliatione ſtrictè ſumpta accipiatur, nam certum eſt propriè non dici regulam extendi ad caſus qui ſub eadem etiam implicitè continentur, ſicut proximè dicebamus, & notant Cyriac. ex multis *dict. controuerſ 478. à num. 79.* Auguſtin. Barboſ. *in collectan. ad cap. 1. num. 8. de temporib. ordinat. in 6.* Per exceptionem autem regula non ampliatur ad alia, quæ abſque illa non comprehendebãtur, ſed ſolùm comprehenſa aperiuntur. Nec refert, quod ſi exceptio nõ adijceretur, regula non contineret, quæ, ea appoſita, complectitur, vt in exemplo quartæ concluſionis D. Couarr. de lana venali excepta, hoc enim prouenit ex ignorata mente proferentis, qui per inepta verba propriam explicat voluntatem minus dicens, quã ſentit, ac vult, atque ita exceptio regulam non extendit, ſed ſolùm declarat. Ex hoc tamen ab effectu dicitur exceptio regulam ampliare, cum per illam veniamus in cognitionem voluntatis diſponentis, quæ ſtrictius ſecundùm verba contra mentem loquentis exequeretur, niſi exceptio ipſam manifeſtaret.

Num. 8.

*Supra lib. 1. cap. 6. ex num. 22.* Ancharrani ſententiam latè comprobauimus.

Num. 9.

Similiter ex eiſdem rationibus, quas conſiderauimus, vbi proximè, & hoc diſplicet, nam caſus iſte, & præcedens ſunt ſimiles, videatur Barbol. *in collectan. ad cap. 2. num. 8. de offic. Vicarij in 6.*

Ibi: *Horum ſententia primò ex eo probatur.*

Huic rationi omninò aduerſatur *d. l. nã quod liquidæ, §. vlt.* vbi per exceptionem vini regula circa penum reſtringitur.



Ibi: *Secundò, ſatis eſt exceptionem.*

50 Hoc verùm eſſet, ſi omnia, quæ ſub regula ex proprietate ſermonis non cõprehenduntur, exprimerentur, ſed cum vna excipitur duntaxat ſpecies, vt lana venalis, nequaquam oſtenditur cætera venalia ad regulam non pertinere, imò contrarium planè colligitur, eo quod exceptio debet eſſe de contentis in regula, vt probat Conſultus in *d. l. quæſitum 12. §. Idem reſpondit domo inſtructa*, ibi: *Nam qui hæc, inquit, excepit, non poteſt non videri de cæteris rebus, quæ in ea eſſent, ſenſiſſe, ff. de fund. inſtruct.*

Ibi: *Tertiò, exceptio adhoc à regula ſit.*

51 Licet quæ tendunt ad deminutionẽ, non debeant augmentum operari, vt diximus ſupra *lib. 1. cap. 6. num. 25.* Id eſt intelligendum directè, ſecus per conſequentiam, nam hoc modo ſæpè in iure illa regula fallit, *l. denique 8. §. Interdum, ff. de pecul. legat.* vbi *gloſ. verb. interpretamur*, ſimiles deciſiones adducit. Exceptio autem non operatur augmentum regulæ, niſi indirectè quatenus per eãdem voluntas diſponentis declaratur.

Ibi: *Nam quoad iuris diſpoſitionem.*

Neque iſta obſtant, nam exceptio
52 mentem loquentis, à qua regula pendet optimè manifeſtat, quanuis ipſi regulæ ſit contraria, cum ea ſit contrariorum natura, vt vno cognito, in alterius cognitionem perueniamus, textus *in §. 1. vbi gloſ. verba ſimul intelligemus, inſtit. de iur. perſonar.*

Ibi: *Sed id, vt & hoc obiter adnotemus.*

Regula & exceptio quanuis inter ſe
53 opponantur, vtraque tamen ſecundùm diuerſam rationem iuri poteſt conuenire.

Ibi: *Quartò, fortis inſtat conſideratio.*

Reſpondetur, quòd vt exceptio con-
54 grua ſit, neceſsè eſt omninò, quod exceptum ratione aliqua contineatur in regula, niſi excipiatur, *l. ſed an vltro 10. §. 1. ff. de negot. geſt.* Vndè ne exceptio lanæ venalis inepta ſit in caſu, *d. §. Vxori*, neceſſario eſt fatendum, venalia cætera ſub legato generali rerum, quæ domi ſunt, teſtatorem voluiſſe comprehendere; cum alioquin venalis lana de contentis ſub regula non eſſet. Nec dicat aliquis, ſufficere, vt bona ſit exceptio, quod defunctus ſub regula lanam venalem comprehenderet, nec opus eſſe, reliqua venalia comprehẽdiſſe: hoc enim in ſe verùm eſt, ſed verba generalia, quibus legatum eſt, apta ſunt, vt ex mente loquentis ad omnia venalia extendantur; non autem ad ſpeciem particularem, vt lanam; atque ita propter verborum generalitatem dici non poteſt, ſolam lanam venalem fuiſſe comprehenſam, ſed ſimul cum cæteris venalibus omnibus, etſi illa tantùm fuerit excepta.

Ibi: *Vnde in hac, quàm tractamus, quæſtione.*

Quanuis Ancharrani ſententiã quoad 55
deciſionem textus in *cap. qui ad agendum de procurat. in 6.* probauerim *lib. 1. cap. 6. num. 22. cum ſeqq.* alijs fundamentis ſum motus, quæ ibi poterunt videri. Tamen eius rationes proximè impugnaui in defenſionem quarti intellectus per D. Couar. traditi *ſupra num. 4. ad d. §. Vxori*, quoniã mihi verus eſt viſus, vbi enim iura non exigunt, aliquid ſpecialiter fieri, ſufficit interpretatiua voluntas, quæ ex exceptione lanæ venalis colligitur, vt cętera venalia cenſeantur legata, cum ſæpiſsimè in vltimis voluntatibus, etſi verba deficiant, diſpoſitio ex coniecturis ſuſtineatur, *l. cum proponebatur 66. ff. de legat. 2. l. cum auus 101. ff. de condit. & demonſtrat. l. generaliter 6. C. de inſtit. & ſubſtitut.* & alibi paſsim. At ſecus eſt in *d. cap. qui ad agendum, de procur. in 6. & in 6. & in d. cap. 2. de offic. vicarij eod. lib.* in quibus de actu ſpecialiter faciendo tractatur.

Nec refragatur præmiſsis, ſat eſſe, 56
quod exceptio ſit de regula ſecundum verborum corticem, etſi non iuxta iuris intellectum: nam reſpondetur hic de iure, non quæri, ſed de voluntate defuncti, qui ſi cognouiſſet, lanam ſub verbis cum effectu non comprehendi, minimè eam exciperet, quando quidẽ foret ineptũ, ac inane: pręterea, ſi ſolſi ad verborũ ſo-

ſonum attenderet, omnia venalia exciperet, cum hæc ſub illo contineri videãtur, ſi vellet, vt non præſtarentur, ſed dũ ſolam lanam venalem excepit, cætera venalia legaſſe demonſtrauit.

Verſ. *Quinta concluſio.*

De his *ſupra n.10. cum ſeqq. & n.22.23*

Num. 10.

57 De ſignificatione particulæ, *ſeu*, latè Auguſt. Barboſ. *de dictionib. dict.* 363. Tuſch. *lit. D. concluſ.* 372. Caluin. *in lexic. iur.* Alberic. *in ſuo dictionario.*

Ibi: *Quia verbum, ſeu, ampliandi legati cauſa poſitum eſt.*

58 Particula, *ſeu*, in legatis ampliatiuè accipienda eſt, vt vltra laudatos hic à D. Couar. ſentiunt. Barboſ. *vbi proximè nu.* 8. Stracha *de adiecto, part. 4. quæſt. 1. à nu.* 4. Cened. *poſt lib. Canonicar. & practicar. ſing. 15. num.* 3. Gomez *in §. Sed iſtæ num.* 38. *inſt. de actionib.* Natta *conſ. 626. n.* 11. Crauet. *conſ. 105. n.* 6. Roman. *ſing.* 552. Caluin. *ſupra.* Contra *infra n.60.*

Ibi: *Nec refert concipiatur legatum per verba ſingularis.*

59 Sequuntur Tuſch. *ſupra num.* 13. Franciſc. Cremenſ. *ſing.* 56. Sed contrarium tenent Barboſ. *num.* 11. Bald. *in cap. inter cæteras, col. fin. de reſcript.* vbi Marian. Socin. Euerard. *ſupra loc. à vi numeri à princip.* Stracha *d. q. 1. n. 8.*

Ibi: *Sed in contrariam ſententiã quòd dictio.*

60 Quòd dictio, *ſeu*, in legatis non ſit regulariter ampliatiua, ſed diſiunctiua, niſi aliud de mẽte teſtatoris appareat, ſentiunt Fachin. *controuerſiar. iur. lib. 5. cap. 68. verſ. Sed contrarium*, Caualcan. *de vſufruct. mulier. relict. cap. 9. num.* 98. Pro quibus facit, quòd particula hæc ex vi propriæ ſignificationis eſt diſiunctiua, ſiue alternatiua, *l. 1. §. Sublata, ff. ad Trebellian. l. generali* 13. *in princip. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Tuſch. *d. concluſ. 372. num.* 29. Calepin. *in ſuo dictionario*, Barbol. *ſupra num.* 11. cum multis, Strach. *d. quæſt. 1. à num.* 4. Cyriac. *tom. 1. controuerſ.* 174. *num.* 3. Octau. Vulpel. *de præpoſit. & aduerbior. ſignificat.* Caluinus *ſupra.* Sed à proprietate verborum in vltimis diſpoſitionibus recedere non licet, niſi manifeſtè apparuerit, aliud ſenſiſſe teſtatorẽ, *l. non aliter 67 ff. de legat. 3. l. labeo 7 §. vlt. ff. de ſupellect. legat.* Igitur dictio, *ſeu*, in ſua propria ſignificatione erit in legatis accipienda: diſiunctiuè ſcilicet, quando contrarium ex voluntate teſtatoris non conſtat.

Verſ. *Non obſtat textus.*

Quoties particula, *ſeu*, inter duo col- 61
locatur, quorum vnum alterum ſub ſe comprehẽdit, eſt ampliatiuè accipiẽda, Barboſ. *num.* 12. Ripa *in d. cap. inter cæteras num. 44 de reſcript.* vbi Dec. Stracha *ſupra n. 9.* Cened. *d. ſing 15. n 8.*

Idem eſt cum inter genus, & ſpeciem 62
adijcitur, Barboſ. *n* 13. Cened. *n* 8. Stracha *n. 8. verſ. Sed addes*, Ripa & Dec. *vbi proxime.*

Ibi: *Et quamuis ita eſſet, quòd mundum & ornamenta.*

In *l. ſi quis ita, ff. de aur. & argent. legat.* 63
legatum non comprehẽdere ornamentum, nec mundum, quæ vxoris cauſa parata non ſunt, palam oſtendunt verba illa: *Seu quæ eius cauſa paraui.* Quæ præcedentia reſtringunt argumẽto, *l. fin. §. vlt. ff. de trit. vin. & ol. legato.*

Ibi: *Hic idem intellectus.*

Hoc caſu dictio *ſeu*, ponitur expoſiti- 64
uè, ſiue declaratiuè, vt ſæpè ſolet *cap. vni. de exceſſib. Prælator. in 6. cap. Romana 3. §. Cum autem in fine de apellat. eod. lib.* Menoch. *conſ. 755. n. 5.*

Ibi: *Sed pro communi ſentẽtia vrget ea ratio.*

Licèt communis ſententia ſit vera, 65
ratio hæc ipſi non ſuffragatur, nam ſi alternatiua poſita inter genus, & ſpeciem aliquo caſu propriam naturam ſeruaret, ſpecies expreſſa ſub genere non contineretur, cùm quoad illam generi cenſeretur derogatum, quod apertè colligitur, ex *l. hæres meus 98. §. 1. ff. de legat. 3. & l. 1 ff. de aur. & argent. legat.*

C A-



# AD CAPVT Sextum.

## SVMMARIVM.

1 *Authores videndi laudantur.*
2 *Præſumptio quotuplex.*
3 *De effectu præſumptionis iuris.*
4 *Præſumptio iuris non ſemper onus probationis in aduerſarium transfert.*
5 *Cui iuris præſumptio fauet, liquidã probationem cenſetur habere.*
6 *Præſumptio iuris probat, etſi inſtrumentum ad probandum opus ſit.*
7 *Præſumptio iuris an probet, vbi probatio, vt conditio requiritur?*
8 *Fictio iuris probati nem in contrarium reſpuit ſecus præſumptio.*
9 *Alleganti diuitias, vel paupertatem onus probationis incumbit.*
10 *Traditur ratio, & num. 11.*
12 *Qui nunc diues, vel pauper eſt an talis antea fuiſſe præſumatur, & è contra, remiſsiuè.*
13 *Paupertatem probare debet, qui eam ad excuſationem allegat.*
14 *Patronus, vt à liberto alimenta obtineat, inopiam probare tenetur.*
15 *Omnes nudi naſcimur.*
16 *Qui alium diuitem aſſerit, id probare debet.*
17 *Vbi notoriè conſtat de diuitijs, vel paupertate, probatio opus non eſt.*
18 *Aſſerenti tot bona eſſe in ſuo patrimonio, vel hæreditate, in quam ſucceſsit an credatur? & num. 23. 24. 25.*
19 *Præſumptio generalis paupertatis leuiſſima eſt.*
20 *Negatiua etiam ſimplex probari debet ab eo, qui eam pro fundamento ſuæ intẽtionis allegat.*
21 *Ampliatur, etſi impoſsibilis ſit probationis.*
22 *Quod de negatiua probanda dictum eſt, declaratur.*
26 *Inteſtatus deceſsiſſe quilibet præſumitur.*
27 *Agens ad ſuceſsionem abinteſtato non tenetur probare, quòd defunctus deceſsit inteſtatus, 31. 32.*
28 *L. ſi emancipati 9. C. de collationib. declaratur, & n. 29.*
30 *Coniuncti ad ſucceſsionem tacitè vocati præſumuntur.*
33 *Qui abinteſtato ſuccedere intendit quomodo cognationem eſt probaturus, n. 34*
35 *Subſtitutus, ſi abſque liberis quis deceſſerit, non tenetur probare, liberos non extitiſſe mortis tempore, & n. 36. 37*
38 *Arrhæ vſque ad quam quantitatem promitti detur e Regio poſſunt, & cui incumbat probare bona ſufficere ad ſummæ promiſſæ validitatẽ, vſque ad n. 41*
42 *Pauper quis ſit iudicis arbitrio decernitur, & quæ conſiderare debeat, n. 43. limitatur, n. 45.*
44 *Qui tantum in bonis non habet, quantum litigantium intereſt in cauſa pecuniaria minùs idoneus teſtis exiſtimatur.*
46 *Pauperibus quanta fides in iudicio adhibenda, & num 47.*
48 *Paupertas quomodo probanda, remiſsiuè, & n 49. cum ſeqq.*
55 *De intellectu l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrimon.*
56 *Negatiua ſimplex nullo loco, vel tempore coarctata eſt impoſsibilis probationis, limitatur, n. 57. 62. vbi quomodò probari queat.*
58 *Quid notorium cenſeatur.*
59 *Notorium triplex.*
60 *Ripæ aſſertio defenditur.*
61 *Inter notorium tranſiens, & permanens differentiæ.*
63 *Notorium dicitur, quod ex actis per legitimas probationes apparet.*
64 *Negatiua coarctata, quæ ſit, & de eius probatione, remiſsiuè.*
65 *Probata paupertate mariti euidenter apparet, eius bona ad dotis exactionem nõ ſufficere.*

## De diuitiarum, & paupertatis qualitate, cuique eius probatio in iudicijs incumbat.

Pro pleniori cognitione eorum, de quibus in præſenti diſſeritur, videre oportet Menoch. *de præſumpt. lib. 6 præſ. 25. 26.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 36. 54.* cum

ſonũm attenderet, omnia venalia exciperet, cum hæc ſub illo contineri videãtur, ſi vellet, vt non præſtarentur, ſed dũ ſolam lanam venalem excepit, cætera venalia legaſſe demonſtrauit.

Verſ. *Quinta concluſio.*

De his *ſupra n.10. cum ſeqq. & n.22.23*

Num. 10.

57 De ſignificatione particulæ, *ſeu*, latè Auguſt. Barboſ. *de dictionib. dict.* 363. Tuſch. *lit. D. concluſ.* 372. Caluin. *in lexic. iur.* Alberic. *in ſuo dictionario.*

Ibi: *Quia verbum, ſeu, ampliandi legati cauſa poſitum eſt.*

58 Particula, *ſeu*, in legatis ampliatiuè accipienda eſt, vt vltrà laudatos hic à D. Couar. ſentiunt. Barboſ. *vbi proximè nu.* 8. Stracha *de adiecto, part.4. quæſt. 1. à nu.* 4. Cened. *poſt lib. Canonicar. & practicar. ſing.* 15. *num.* 3. Gomez *in §. Sed iſtæ num.* 38. *inſt. de actionib.* Natta *conſ.* 626. *n.* 11. Grauet. *conſ.* 105. *n.* 6. Roman. *ſing.* 552. Caluin. *ſupra.* Contra *infra n.* 60.

Ibi: *Nec refert concipiatur legatum per verba ſingularis.*

59 Sequuntur Tuſch. *ſupra num.* 13. Franciſc. Cremenſ. *ſing.* 56. Sed contrarium tenent Barboſ. *num.* 11. Bald. *in cap. inter cæteras, col. fin. de reſcript.* vbi Marian. Socin. Euerard. *ſupra loc. à vi numeri à princip.* Stracha *d.q.1.n.8.*

Ibi: *Sed in contrariam ſententiã quòd dictio.*

60 Quòd dictio, *ſeu*, in legatis non ſit regulariter ampliatiua, ſed diſiunctiua, niſi aliud de mẽte teſtatoris appareat, ſentiunt Fachin. *controuerſiar. iur. lib.5. cap.* 68. *verſ. Sed contrarium*, Caualcan. *de vſufruct. mulier. relict. cap.* 9. *num.* 98. Pro quibus facit, quòd particula hæc ex vi propriæ ſignificationis eſt diſiunctiua, ſiue alternatiua, *l. 1. §. Sublata, ff. ad Trebellian. l. generali* 13. *in princip. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Tuſch. *d. concluſ.* 372. *num.* 29. Calepin. *in ſuo dictionario*, Barbol. *ſupra num.* 1. cum multis, Strach. *d. quæſt.* 1. *à num.* 4. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 174. *num.* 3. Octau. Vulpel. *de præpoſit. & aduerbior. ſignificat.* Caluinus *ſupra.* Sed à proprietate verborum in vltimis diſpoſitionibus recedere non licet, niſi manifeſtè apparuerit, aliud ſenſiſſe teſtatorẽ, *l. non aliter* 67 *ff. de legat.* 3. *l. labeo* 7 *§. vlt. ff. de ſupellect. legat.* Igitur dictio, *ſeu*, in ſua propria ſignificatione erit in legatis accipienda: diſiunctiuè ſcilicet, quando contrarium ex voluntate teſtatoris non conſtat.

Verſ. *Non obſtat textus.*

Quoties particula, *ſeu*, inter duo collocatur, quorum vnum alterum ſub ſe comprehẽdit, eſt ampliatiuè accipiẽda, 61 Barboſ. *num.* 12. Ripa *in d. cap. inter cæteras num.* 44 *de reſcript.* vbi Dec. Stracha *ſupra n.* 9. Cened. *d. ſing* 15. *n* 8.

Idem eſt cum inter genus, & ſpeciem 62 adijcitur, Barboſ. *n* 13. Cened. *n* 8. Stracha *n.* 8. *verſ. Sed addes*, Ripa & Dec. *vbi proximè.*

Ibi: *Et quamuis ita eſſet, quòd mundum & ornamenta.*

In *l. ſi quis ita, ff. de aur. & argent. legat.* 63 legatum non comprehẽdere ornamentum, nec mundum, quæ vxoris cauſa parata non ſunt, palam oſtendunt verba illa: *Seu quæ eius cauſa paraui.* Quæ præcedentia reſtringunt argumẽto, *l. fin. §. vlt. ff. de trit. vin. & ol. legato.*

Ibi: *Hic idem intellectus.*

Hoc caſu dictio *ſeu*, ponitur expoſitiuè, ſiue declaratiuè, vt ſæpè ſolet *cap. vnic. de exceſſib. Prælator. in* 6. *cap. Romana* 3. *§. Cum autem in fine de apellat. eod. lib.* Menoch. *conſ.* 755. *n.* 5. 64

Ibi: *Sed pro communi ſentẽtia viget ea ratio.*

Licèt communis ſententia ſit vera, 65 ratio hæc ipſi non ſuffragatur, nam ſi alternatiua poſita inter genus, & ſpeciem aliquo caſu propriam naturam ſeruaret, ſpecies expreſſa ſub genere non contineretur, cùm quoad illam generi cenſeretur derogatum, quod apertè colligitur, ex *l. heres meus* 98. *§.* 1. *ff. de legat.* 3. & *l.* 1. *ff. de aur. & argent. legat.*

CA-



# AD CAPVT Sextum.

## SVMMARIVM.

1 *Authores videndi laudantur.*
2 *Præſumptio quotuplex.*
3 *De effectu præſumptionis iuris.*
4 *Præſumptio iuris non ſemper onus probationis in aduerſarium transfert.*
5 *Cui iuris præſumptio fauet, liquidã probationem cenſetur habere.*
6 *Præſumptio iuris probat, etſi inſtrumentum ad probandum opus ſit.*
7 *Præſumptio iuris an probet, vbi probatio, vt conditio requiritur?*
8 *Fictio iuris probati nem in contrarium reſpuit, ſecus præſumptio.*
9 *Alleganti diuitias, vel paupertatem onus probationis incumbit.*
10 *Traditur ratio, & num.* 11.
12 *Qui nunc diues, vel pauper eſt an talis antea fuiſſe præſumatur, & è contra, remiſſiuè.*
13 *Paupertatem probare debet, qui eam ad excuſationem allegat.*
14 *Patronus, vt à liberto alimenta obtineat, inopiam probare tenetur.*
15 *Omnes nudi naſcimur.*
16 *Qui alium diuitem aſſerit, id probare debet.*
17 *Vbi notoriè conſtat de diuitijs, vel paupertate, probatio opus non eſt.*
18 *Aſſerenti tot bona eſſe in ſuo patrimonio, vel hæreditate, in quam ſucceſſit an credatur? & num.* 23. 24. 25.
19 *Præſumptio generalis paupertatis leuiſſima eſt.*
20 *Negatiua etiam ſimplex probari debet ab eo, qui eam pro fundamento ſuæ intẽtionis allegat.*
21 *Ampliatur, etſi impoſſibilis ſit probationis.*
22 *Quod de negatiua probanda dictum eſt, declaratur.*
26 *Inteſtatus deceſſiſſe quilibet præſumitur.*
27 *Agens ad ſuceſſionem abinteſtato non tenetur probare, quòd defunctus deceſſit inteſtatus,* 31. 32.
28 *L. ſi emancipati* 9. *C. de collationib. declaratur, & n.* 29.
30 *Coniuncti ad ſucceſſionem tacitè vocati præſumuntur.*
33 *Qui abinteſtato ſuccedere intendit quomodo cognationem eſt probaturus, n.* 34
35 *Subſtitutus, ſi abſque liberis quis deceſſerit non tenetur probare, liberos non extitiſſe mortis tempore, & n.* 36. 37
38 *Arrhæ vſque ad quam quantitatem promitti detur e Regio poſſunt, & cui incumbat probare bona ſufficere ad ſummæ promiſſæ validitatẽ, vſque ad n.* 41
42 *Pauper quis ſit iudicis arbitrio decernitur, & quæ conſiderare debeat, n.* 43. *limitatur, n.* 45.
44 *Qui tantum in bonis non habet, quantum litigantium intereſt in cauſa pecuniaria minus idoneus teſtis exiſtimatur.*
46 *Pauperibus quanta fides in iudicio adhibenda, & num* 47.
48 *Paupertas quomodo probanda, remiſſiuè, & n* 49. *cum ſeqq.*
55 *De intellectu l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrimon.*
56 *Negatiua ſimplex nullo loco, vel tempore coarctata eſt impoſſibilis probationis, limitatur, n.* 57. 62. *vbi quomodò probari queat.*
58 *Quid notorium cenſeatur.*
59 *Notorium triplex.*
60 *Ripæ aſſertio defenditur.*
61 *Inter notorium tranſiens, & permanens differentia.*
63 *Notorium dicitur, quod ex actis per legitimas probationes apparet.*
64 *Negatiua coarctata, quæ ſit, & de eius probatione, remiſſiuè.*
65 *Probata paupertate mariti euidenter apparet, eius bona ad dotis exactionem nõ ſufficere.*

### De diuitiarum, & paupertatis qualitate, cuique eius probatio in iudicijs incumbat.

Pro pleniori cognitione eorum, de quibus in præſenti diſſeritur, videre oportet Menoch. *de præſumpt. lib.* 6 *præſ.* 25. 26. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 36. 54. cum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cum alijs, Maſcard. eod. tract. concl. 526. 1159. Valaſc. de priuileg. pauper. part. 1. q. 5 Afflict. deciſ. 377. Cardinal. Thuſc. practicar. concl. lit. P. concluſ. 160. cum duabus ſequētib. Benincaſ. de paupert. q. 6. Feſtas eod. tract. cap. 2.

Num. 1.

2 Præſumptio quamuis diuerſimode diuidi ſoleat, vt videre eſt apud Menoch. ſupra lib. 1. quæſt. 2 per tot. & gloſſam verbo, præſumptioni in l. vlt. ff. quod met. cauſ. Maſcard. concl. 10 à nu. 17. Petr. Greg. ſyntagmat. iur. lib. 48. cap. 11. num. 9. 10. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 37. num. 7. q. 33. Verius eſt, quod alia dicitur præſumptio iuris, & de iure, alia iuris, & tertia hominis, Menoch. qui magis cōmunem teſtatur, d. quæſt. 2. num. 11. Pacian ſupra cap. 4. num. 28. de quarum natura, & effectibus Menoch. quæſt. 3. cum duab. ſeqq. & Maſcard. d. concl. 10. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de præſumpt. reſolut. 2 Petr. Greg. & Sanchez ſupra. Illud autem compertum eſt, iuris præſumptionem nuncupari, cum lex præſumit aliquid verùm, non tamen firmat pedes ex ea præſumptione quicquam ſtatuēs, nam vbi hoc facit, oritur iuris, & de iure præſumptio, Trentacinq. num. 13. verſ. Hæc iuris præſumptio, Menoch. Petrus Greg. num. 9.

3 Præſumptionis iuris præcipuus effectus is eſt, vt eum, quem ipſa fouet, releuet ab onere probationis, quod in aduerſarium tranſit. cap. vnic. §. Porrò, vt Eccleſiaſt. benefic. cap. vlt. §. Sanè de iureiur. l. ſiue poſsideris 16. C. de probat. l. Quintus 52. ff. de donat. inter l. ſi pactum 9. ff. de probat. l. generaliter 24. §. ſi petitum in fin. ff. de fideicommiſſar. libert. gloſ. in l. 2. ff. de probat. gloſ. fin. in l. ne codicillos 5. C. de codicill. gloſ. vlt. in cap. 3. de procuratorib. Menoch. d. quæſt. 33. num. 2. Cyriac. controuerſiar. forenſ. tom. 3. controuerſ. 523. n. 39. Trentacinq. d. reſolut. 2. nu. 12. Maſcard. concluſ. 340. nu. 7. Caſtald. in tract. de imperator. q. 51. num. 22. Argel. de legitim. contradictor. q. 19. art. 1. num. 20. Roſental de feud. cap. 2. num. 18. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 26. num. 3. Surd. de aliment. tit. 4. q. 15. num. 27. Valenç. conſ. 178. num. 8. Hippolit. in l. 1. §. Si quis dicatur, num. 10 ff. de quæſtionib. Pacian. innumeros referens, cap. 8. num. 1. qui cap. 12. num. 13. cum ſeqq. ex alijs notat, hanc præſumptionem, vt proſit, allegandam eſſe, quod multipliciter limitat à num. 21. Sanch. ſupra.

Quod eſt limitandum, quando lex nō omnino pro veritate habet, quod præſumit, ſed leuem coniecturam inducit, quo caſu onus probationis in aduerſarium non transfertur, ſed duntaxat deſeruit in adminiculum pro probatione eius, cui cōiectura ſuffragatur, Menoch. d. quæſt. 33. num. 6. vbi exemplificat, Bald. in d. l. ſiue poſsideris, num. 6. C. de probat. Angel. in l. ſciendum, col. penult. verſ. Deſcendo ad præſumptionem iuris, ff. de verbor. obligat. Iaſ. in l. ſi duo patroni, num. 3. ff. de iureiurand. vbi bonus textus, iuncta gloſ. fin. in fin. Pacian. d. cap. 12. num. 1. cum ſeqq. 4

Is, cui iuris præſumptio aſsiſtit, liquidiſsimam probationem cenſetur habere, Ceuall. commun. contr. commun. tom. 2. q. 757. num. 117. Petr. Barboſ. in prælud. l. ſi mora, nu. 33. in fin. ff. ſolut. matrim. Menoch. d. lib. 1. quæſt. 36. num. 8. & q. 81. num. 4. Argel. de acquirend. poſſeſ. q. 8. art. 35. num. 3. Maſcard. concluſ. 12 21. num. 11. Pacian. d. cap. 8. num. 2. Gonçalez ad reg. 8. Cancellar. §. 7 proœmij, num. 141. Cyriac tom. 2. controuerſ. 318. num. 5. Afflictis deciſ. 13. num. 24. Tiraquell. in l. ſi vnquam verbo donatione largitus, n. 158. C. de reuocat. donat. Alciat. ſup. part. 3. in princip. num. 4. Crauet. conſ. 156. nu. 15. Maximè ſi aliæ probationes haberi nequeant Maſcard. d. concluſ. 10. nu. 46. Iacob. Nouel. ad regulas Dueñas, reg. 160. Vnde eſt, vt is, cui talis præſumptio adſtipulatur, ſic ſuam intentionem fundatam habet, vt pro eodem, niſi contrarium apertiſsimis probationibus doceatur, ſit pronunciandum Maſcard. concluſ. 214. num. 3. Argel. vbi proximè, d. q. 8. art. 35. num. 5. Alciat. ſupra d. reg. 3 præſumpt. 3. num. 3. Menoch. quæſt. 32. num. 5. Pacian. cap. 51. à num. 16. quia pro veritate habetur, Sanch. d. num. 7. 5

Imò, etiam ſi lege, vel alia diſpoſitione requiratur probatio per inſtrumentum, præſumptio iuris ſufficiet, vt paritum voluntati Legiſlatoris, vel diſponentis cenſeatur, l. quicunque 3. iuncta l. 1. C. de apochis public. lib. 10. Bald. in l. 1. C. de fideicommiſſ. Alexand. conſ. 126. nu. 6. Moder. in l. pactum, quod dotali, C. de pact. 6



fideicommiſſ. Alexand. conſ. 126. num. 6. Moder. in l. pactum, quod dotali, C. de pact. Maſcard. vbi proximè num. 42. Nam eam inſtrumento æquiparari, ſcripſere Merlin. de pignorib. lib. 3. quæſt. 45. num. 15. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 19. num. 1. Pacian. cap. 26. num. 68. Sed illud verum exiſtimo, quando non apparet, inſtrumentum non fuiſſe confectum, nam ſi de hoc conſtaret, iuris præſumptio, quòd actus fuerit geſtus, non proderit, ſiquidem cum aliæ probationes ſint excluſæ, non eſt ratio, ob quam preſumptionem iuris admittamus. At ſi in dubio ſit, actus præſumitur legitimè factus, ac per conſequens inſtrumentum, quod lege deſideratur, interueniſſe. Ac ita intelligendus eſt textus in d. l. 3. vbi non ſolū præſumitur ſolutio poſt triennium, ſed & apocha, ſiuè inſtrumentum ſolutionis confectum.

7 Aliquando tamen iuris præſumptio non eſt ſufficiens, vt onus probationis in aduerſarium transferatur, veluti in cauſis, quæ pręſumptiuam probationem nō admittunt, Maſcard. d. concluſ. 10. num. 16 Dec. in rubric. de probat. num. 17. 166. Menoch. d. lib. 1. quæſt. 45. à num. 15. vbi plures refert caſus, in quibus non eſt locus præſumptioni. Vtrùm autem conditio probandi poſsit impleri per ſolam iuris præſumptionem, ſiue in teſtamento, ſiue in ſtatuto adijciatur, egregie diſputat idem Menoch. quæſt. 37. qui diſtinguit inter diſpoſitionem hominis, & legis ſiue ſtatuti, vt ſcilicet in hac præſumptio iuris probet indiſtinctè, ſecùs in illa, niſi aliæ probationes fieri propter rei naturā non poſsint; at cōmunis ſententia, vt ipſe fatetur, ſine diſtinctione docet, quod, quoties probatio in vim conditionis deſideratur à lege, vel ab homine, præſumptio iuris, niſi aliter probari non poſsit, non ſufficiat. Ita Pacian. d. cap. 12. à n. 9.

8 Eſt notāda differentia inter præſumptionem, & fictionem iuris, nam aduerſus illam admittitur probatio in contrarium, Menoch. quæſt. 31. à num. 2. & omnes communiter, ſed non aduerſum iſtā, de qua loquitur l. 1. §. 1. C. de rei vxor. act. Ita Trentacinq. d. reſol. 2. in fine, Bald. in auth. Sed iam neceſſe, C. de donat. propt. nupt. Felin. in cap. quarto num. 10. de præſumpt. Alciat. ſupra in prælud. part. 1. n. 4. Euerard. in loc. legalib. loc. à fictione n. 5. in fine, Menoch. q. 8. n. 11. 15.

Num. 2.

Quoties aliquis diuitias, vel paupertatem allegat, aſtringitur ad onus probationis, Argel. vbi proximè num. 10. Pacian. cum plurimis, cap. 54. num. 10. Menoch. lib. 6. præſ. 125. num. 14. Afflict. d. deciſ. 377. num. 4. 5. Tiraquel. de retract. lignag. §. 52. gloſ. 1. n. 94. Maſcard 526. n. 1. concluſ. 1159. nu. 5. Valaſc. ſupra d. q. 5. num. 11. Villalob. commun. opinion. lit. D. num. 309. Herculan. de negatiu. proband. num. 12. 13. Gutierr. de iurament. confirmat. part. 1. cap. 1. num. 22. Plaç in epitom. delictor. cap. 31. num. 22. Baeza de non melior. rat. dot. filiab. cap. 36. num. 13. 16. Tuſch. lit. P. d. concluſ. 162. num. 8. Gail, practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 142. n. 2. Farinac. in prax. crimin. tit. 6. quæſt. 57. à num. 86. Cyriac. tom. 1. controuerſ. 5. num. 39. Ceuall. tom. 2. quæſt. 849. in fine, Ant. Gab. commun. lib. 1. tit. de probat. concluſ. 7. Amat. variar. lib. 1. reſolut. 49. n. 61. 62. 9

10 Ratio eſt, quia vnuſquiſque ſiue actor, ſiue reus ad ſuæ intentionis fundamentum probandum tenetur, etiam ſi illud in negatiua conſiſtat, l. penult. §. Docere, ff. Ne quis eum qui, Menoch. lib. 2. præſ. 48. num. 2. Afflict. vbi proximè, num. 5. Pacian. cap. 51. num. 29. Argel. de acquir. poſſeſ. quæſt. 18. art. 2. num. 17. Cyriac. tom. 1. controuerſ. 180. num. 13. 14. Cacheran. deciſ. 169. alias deciſ. 171. num. 8. Maſcard. d. concluſ. 1159. num. 6. Noguerol. allegat. 7. num. 18. Bart. in l. 1. §. 1. C. ſi aduerſ. creditor. Anton. Gom. variar. lib. 3. cap. 9. num. 1. Gutier. conſ. 28. num. 3. 4. Ioan. Oroſc. in d. §. Docere num. 2. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 1. num. 3. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 40. num. 78.

Hoc, licet fallat, quando alleganti iuris præſumptio aſsiſtit, quæ vt proximè dicebamus, probationis neceſsitatem in aduerſarium transfert, locum habet in eo qui diuitias, vel paupertatem ad ſuā intentionem fundandam allegat, quoniam ius neminem regulariter diuitem, aut pauperem præſumit, Iacob. de Arena, in l. actor in fine, C. de probat. Pacian. cap. 36. num. 33. Argel. d. quæſt. 8. art. 39. num. 2. Menoch. conſ. 649. num. 10. Maſcard. concluſ. 1154. num. 10. Alciat. d. reg. 3. præſ. 27. num. 4. cum diuitiæ fortunæ im- 11

impetu comparentur, & amittantur,
quare nulla hac in re certa præſumptio
dari poteſt, Menoch. *lib.6.præſ.28.num.*
8. Gutier. *de tutel. part.3 cap. vlt. num* 9.
faciunt *l. ſi is qui* 63. *§ 1. ff. de acq. rer. dom.*
*l. plenè* 4. *ff. Vt in poſſeſ. legat.*

12 An qui fuit diues, nunc talis quoque
præſumatur, aut qui hodie diuitijs abun
dat, olim eas habuiſſe præſumatur, &
quid de paupertate? tractant latè Me-
noch. *d. lib. 6. præſ.* 25. *per totam*, Pacian.
*d. cap.* 34. *à num.* 20. Gutier. *vbi proximè*
*per totum caput.*

Ibi: *Nā qui ſe ipſum vt pauperem à muneri-*
*bus excuſat.*

13 Qui intuitu paupertatis ſe ab onere
aliquo eximere intendit, eam probare
debet, Menoch. *d. præſ.* 25. *num.* 15. Pa-
cian. *cap.* 54 *num.* 10. Alciat. *vbi proxi-*
*mè*, Argel. *ſupra n.* 3.

Ibi: *Patronus petens vt pauper.*

14 Patronus vt alimenta à liberto, vt pau
per conſequatur, de paupertate docere
compellitur, Menoch. *n.* 17 Argel. *n.* 42
Pacian. *n.* 11.

Ibi: *Quia nemo naſcitur diues.*

15 Imò omnes nudi prodimus in lucem,
*cap. ſicut* 47. *diſtinct.* Iob. *cap.* 1. *verſ.* 21.
*Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ,*
*nudus illuc reuertar.* Plin. *lib.* 9. *cap.* 35.
*Nos rerum natura nudos excepit.* Argel. *d.*
*quæſt* 8. *art.* 34. *num.* 9 Menoch *d. lib* 6.
*præſ.* 28. *num.* 6. Luc. de Penna *in l* 2. *C.*
*quand. & quib. quart. pars debeat. lib.* 10.
Gutier. *ſupra num.* 8. Afflict. *d. deciſ* 377.
*num.* 5. Maſcard. *concluſ* 525. *num.* 2. Pa-
cian. *cap.* 36. *num.* 33 Caualcan. *deciſ.* 223
*num.* 1. Ex quo diuitiæ naturæ contrariæ
dicuntur, Maſcard. *concluſ.* 1159. *num.* 2.
Gutier. *ſupra n.* 8.

Ibi: *Vnde qui diuitias ad aliquid obtinendū.*

16 Similiter qui diuitem eligere tene-
tur, cum talē eſſe probare cogitur, *l.* 1. *§.*
*Si magiſtratus ff. de magiſtratib. conueniend.*
*l. non eſt neceſſe*, vbi Fulgoſ. *eod. tit.* & qui
aſſerit collegam ſuum fuiſſe diuitem
tempore adminiſtrationis oficij ad id
probandum tenetur, *l. ex perſona* 3. C. *de*
*probat.* Menoch. *d. præſ.* 25 *n.* 18. 19. Ar-
gel. *d. art.* 39. *n* 4.

17 Sed præmiſſa omnia ſunt limitanda,
cum ita notorium eſt, quemquam diui-
tem eſſe, vel pauperem, vt nulla tergi-
uerſatione celari queat, nam probatio
opus non erit, Pacian. *cap.* 54. *num.* 18.
Alberic. *in l. ſi verò §. Qui pro rei verſ.*
*Quid dicemus col.* 2. *ff. qui ſatiſd. cogant.*

Num. 3.

De hac quæſtione agunt latè Pacian.
*d. lib.* 1. *cap.* 46. Menoch. *d lib.* 6. *præſ.* 26.
Argel. *d. quæſt.* 8. *art.* 40. *num.* 17. 18. 52.
*cum ſeqq.*

Aſſerens tot bona eſſe ſibi, vel in hæ- 18
reditate & nō plura hoc probare, neceſ-
ſe non habet, nam propriam intentio-
nem fundatam tenet, niſi contrarium
oſtendatur, Valaſc. *d. quæſt.* 5. *num.* 22.
*cum alijs*, Rebuff. *de nominat. quæſt.* 9. *nu.*
47. *verſ. Sextò, quæro* Phanuc. *de iureiu-*
*rand. in litem part* 2. *memb.* 2. *num* 24. *in fi-*
*ne.* Herculan *ſupra num.* 255. *verſ. Quar-*
*tò, vduertendum eſt*, Ant. Gab. *lib.* 1. *tit. de*
*probat. concluſ.* 1. qui magis communem
dicit, Hermoſ. *in l* 4. *gloſ.* 2. *num.* 35. *tit.*
4. *part.* 5. Crauet. *de antiquitat. tempor.*
*part* 2. *princip. num.* 55. Afflict. *deciſ.* 370.
*num.* 2. Caroc. *de redemedij aduerſ. ſentent.*
*except.* 25. Butr *in cap.* 1. *in fine de probat.*
Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 39. *num.* 14.
Cagnol. *in l. fin num.* 273. *verſ. Et mulier*
*dicens, C. de pact.* Olaſch. *deciſ.* 174. *num.*
5. Menoch. *d præſ.* 26. *nu.* 5. Pet. Barboſ.
*in l maritum num.* 24. *verſ. Sed nihilomi-*
*nus, & nu.* 35. *verſ. Ego autem, ff. ſolut. ma-*
*trimon* Quæ ſententia prout iacet, non
eſt vera, vt dicam *infra n.* 23. *cum ſeqq.*

Ibi: *Ex eo quod quilibet præſumitur pauper.*

Videas *ſupra num.* 15. Hæc præſump 19
tio perleuis eſt, tum quia homo propria
induſtria in dies diteſcere, creditur, *l ſi*
*defunctus* 10. *C. arbitr tutel.* Gutier. *d. cap.*
*vlt. num.* 13. Menoch. *d. præſ* 25. *num* 33.
Fulu. Pacian. *ſupra cap.* 36. *numer* 33.
Cyriac. *tom.* 1 *coutrouerſ* 91. *num.* 2. Gal-
ler. *in prax. tutelar. part.* 3. *rubric. fin. num.*
122. Petra *in addit. ad Grammatic. deciſ.*
103. *num.* 109. Eſcobar *de ratiocin. com-*
*put.* 22. *num.* 16 Tum etiam quoniam li-
cet paupertatis qualitas ſit naturalis,
quia nudi naſcimur, vt nuper diximus,
diuitiarum verò accidentalis, tamē naſ-
cendo multi diuites inueniuntur, cum
ius in parentum bonis ſtatim acquirant,
tam quoad alimenta, quàm quoad ſuc-
ceſ-



ceſſionem, *l.* 1. *& per totum, ff. de liber. ag-*
*noſcend. l. in ſuis* 11. *ff. de liber. & poſthum.*
Ex quo textu plane colligitur, eum cu-
ius pater diuitijs abundat, diuitem dici
poſſe, Crauet. *conſ.* 164. *num.* 2. Pacian *d.*
*lib.* 1. *cap.* 54. *in addit. lit. F* ſicut filius Du-
cis, vel Comitis, Dux vel Comes iure,
adhuc viuis parētibus, nuncupatur, *gloſ.*
*in c. vlt* 24 *quæſt.* 1. Bald. *in d. l. in ſui col.*
1. *in fine*, vbi Iaſ. *col.* 3. *num.* 19. Didac. Pe-
rez *in l.* 1 *tit.* 2. *lib.* 2. *Ordinamēt.* Caſſan. *in*
*catalog. glor. mūd. p.* 5. *conſid.* 40. Anton.
Gom. *variar. lib.* 1. *cap.* 1, *num* 5. ex his
apparet, præſumptionem paupertatis
alijs elidi ita, vt quoad iuris effectus nul-
lius ſit momenti, cum de probationē
tractatur.

Ibi: *Probatur etiam ex eo, quod negatiuæ.*

20 Veriùs eſt, negatiuam etiam ſimplicē
probari debere ab eo, qui ipſam pro fun-
damento propriæ intentionis allegat
Argel. *d. quæſt.* 8 *art.* 40. *nu* 35. Tiraquel.
*de retract. lignag. §* 23. *gloſ. vnic. num.* 95.
Olaſch. *deciſ.* 172. *num.* 5. Herculan. *d.*
*tract. de negat. proband. in princip. num.* 2.
Barc. *deciſ.* 105. *num.* 19. Menoch. *lib.* 4.
*præſ.* 1, *num.* 5. Pacian. *cap* 46 *num.* 29. *&*
*cap.* 51. *num* 28. vbi plurimi, Cyriac. *tom*
3. *controuerſ.* 486 *num.* 41. Maſcard. *con-*
*cluſ.* 343. *num.* 16 *& concluſ.* 1092. *num.*
1. Bernard. Diaz, *reg.* 488. Anchart. *in ſuis*
*familiar. quæſtionib. quæſt.* 14. *num.* 2. *part.*
1. Tuſch. *lit. N concluſ.* 30. *num.* 14. Ce-
uall. *tom.* 1. *quæſt.* 145. qui cōtrarium te-
nentes refert. Negatiua aſſertio, quæ ſit,
latè explicat Pacian. *cap.* 15.

21 Hoc autem ita verū eſt, vt quamuis
negatiua probari non poſſit, adhuc qui
eam allegat, aſtringatur ad probationē,
ſibique imputet, quòd ad impoſſibile ſe
obligauit fundās ſe in negatiua, Cyriac.
Thuſc. *vbi proximè*, Pacian. *cap.* 51. *num.*
31. Mantica, *d tract. de coniectur. lib.* 2. *tit.*
1. *nu.* 5. *verſ. Sed huic*, Maſcard. *d concluſ.*
1092. *num.* 4. Tondut. *quæſtion. beneficial.*
*part.* 2. *c.* 3. *§.* 1. *n.* 19. 20.

22 Sed quod de negatiua probāda dictū
eſt, cum diſtinctione debet intelligi: non
enim omnis, qui negat, probationis one-
ri ſubijcitur, quando quidem reus ne-
gans, quod actor affirmat, vt huius in-
tentionem elidat, probare non tenetur,
imò prabata negatiua cenſetur niſi con-
trarium doceatur, vt ſi petenti centum
ex donatione, reſpondeatur, donatum
non fuiſſe, nam donatario incumbit pro-
bare, *l* 2. *ff. de probat.* Quod ſi negatiua
ponatur in vim propriæ exceptionis, nō
inficiando actoris fundamentum, ſed
actionem excludendo; tunc ab allegan-
te erit negatiua probanda, velut ſi agē-
ti ex donatione opponat donator, ſe cō-
ueniri non poſſe, quia ſibi bona non ſunt,
ſuam egeſtatem probare compellitur,
quia intentionem actoris, ideſt, dona-
tionem non inficiatur, ſed actionem per
negatiuam excludere intendit, Argel.
*d. quæſt* 8 *art.* 34. *à num.* 58. Pacian. *c.* 51.
*num.* 5. *cum ſeqq.*

Ibi: *Primùm locus eſt Iuriſconſulti.*
Adde Pacianum, *cap* 46. *ex num.* 27.

Ibi: *Nec quidem deſunt Authores.*

Sunt enim multi, qui contra Barto- 23
lum tenent, non ſufficere aſſertionem,
quòd tot ſunt bona & non plura, niſi pro
betur, Cyriac. *d. controuerſ.* 5 *num.* 37.
*verſ. Propterea*, Cuman. *in l. decem col. fin.*
*ff. de verbor. obligat.* Corn *in l fin. § Licen-*
*tia in princip. C. de iur. deliberand.* Argel. *d.*
*art.* 34. *num.* 62. *verſ. Ad ſecundùm cum nu-*
*mer. ſeqq.* *Felin. in cap fin. num* 3. *verſ. Et*
*per hoc examinant de præſumpt.* Maſcard.
*d. præſ.* 1159 *num* 42. Pacian. *vbi proxi-*
*mè, ex num.* 26. Molin. *de primogeneis, lib.*
4. *cap.* 7. *num.* 35. quæ ſententia eſt te-
nenda, niſi aliqua iuris præſumptio ſit
pro allegāte alia bona non extare, vt ſta-
tim de hære de dicendum eſt.

Num. 4.

Quod hæres allegans, non ſufficere 24
bona hæreditaria ad ſolutionem legato-
rum, non teneatur, id probare, modo in-
uentarium legitimè fecerit, docent cum
D. Couar. Molin. *vbi proximè* Barc. *deciſ.*
705. *num.* 2. *verſ. Secundò*, vbi plures lau-
dat Argel *ſup. art.* 40. *num.* 53. Peregrin.
*d. art.* 39 *num.* 14 Pacian qui plures in-
tellectus ad gloſſam *in l cum de lege, ff. de*
*probat* refert, ac refellit, *d. cap.* 46 *à num.*
33. Roland. *de confect inuentar. part.* 4.
*verſ. Hæres cum inuentario allegans plura*
*bona, num.* 1. 3. Ant. Gab. *lib.* 1. *tit. de pro-*
*bat. concluſ.* 7. *num.* 17. Menoch. *lib* 6. *d.*
*præſ.* 26. *num.* 3. Olaſch. *deciſ.* 181. *num.* 2.
Phanuc. *in tract. de inuentar. part.* 3. *n.* 59.
Matienç. *in l.* 9. *gloſ.* 3. *num.* 9. *tit.* 8. *lib.* 5.
Re-

*Recopilat.* Gratian. *diſceptat. cap.* 570. *à num.* 19 Herculan *ſupra nu.* 256. Cyriac. *d. controuerſ.* 5. *num.* 36. qui magis communem teſtatur, Crauet. *de antiquit. tempor. part.* 2. *in princip.* Maſcard. *concluſ.* 205. *num.* 20.

Verſ. *Ex his poterit tractari.*

25 Cõmuniter approbatur præſens concluſio, videlicet requiri iuris præſumptionem, vt hæredi affirmanti, non eſſe plura bona in hæreditate, credatur abſque probatione. Ita ſentiunt Matienç. Gratian. Peregrin. Cyriac. *vbi proximè,* Maſcard. *concluſ.* 1159. *num.* 42 Pacian. *num.* 47. Menoch. *num* 5. Argel. *num.* 52. Herculan. *num.* 255. Gab. *conſ.* 138. *num.* 20. 21. *volum* 2. Cabal. *conſ.* 11. *num.* 9. *vol.* 2. Coſta *de portion. ratæ, quæſt.* 140. *num.* 8. Chriſtofor. Torniol. *conſ.* 107. *nu.* 4. Iacobin. *in d. l. cum de lege, num.* 2. ex quibus, & alijs laudatis, *num. præcedenti* colligitur, quòd, vbi deficit inuentariũ, vel alia iuris præſumptio, hæredi incũbit onus probandi bona non extare.

Num. 5.

De hac quæſtione conſulendi ſunt, Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 1. Mantic. *ſupra d. lib.* 2 *tit.* 1 Maſcard. *concluſ.* 938. Pacian. *d. cap.* 46. *à n.* 3.

26 In dubio quilibet inteſtatus decedere creditur, quia cum teſtamentũ quid facti ſit, niſi probetur, non præſumitur iure, *l. in bello* 12. *§. Facti. ff. de capt.* Ideoque agens ex cauſa inteſtati probare non debet, defunctum vltimum elogium nõ condidiſſe, Mantic. *ſupra num.* 11. *cum alijs,* Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 63 Grat. *conſ.* 146. *num.* 7. *verſ. Etſi dicam,* Natta *conſ.* 166. *num.* 6. *verſ. Nam ſi pluralitas, vol.* 1. Pacian. *cap.* 45. *num.* 3. 4. Bolognet. *in l. ſi emancipati, num.* 7. *C. de collationib.* Maſcard. *ſupra n.* 3. Gulielm. Mayner. *in l. quandiu, num.* 43 *ff. de reg. iur.* Boer. *quæſt.* 37. *num.* 9. Menoch. *ſupra n.* 3. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 236. *num.* 29. Pet. Gregor. *ſyntagm. lib.* 45. *cap.* 1. *n.* 3.

Ibi: *Hæc verò ratio parùm vrget.*

27 Hanc ſolutionem D. Couar. impugnat Menoch. *num.* 2. 3. aſſerens, agentem ex cauſa inteſtati niti negatiua, quæ iuncta cum naturali ſtatu rei onus probationis in aduerſarium tranſire facit, ſtatum naturalem vocat, quem ſecluſo hominis facto res habet, vt enim quis inteſtatus decedat, nullum factum interuenire, neceſſè eſt, ſecùs vt teſtatus moriatur.

Ibi: *Verùm quod magis eandem ſententiam.*

Ita *l. ſi emancipati* 9. *C. de collat.* interpretantur, etiam Menoch. *d. præſ.* 1 *num.* 3. *verſ. Primò ex dicta lege,* Cagnol. *in ead. leg.* tamen, vt in meo codice legitur minimè refragatur illa conſtitutio, nec ſuffragatur huic opinioni, quoniam ſic ſcripta eſt: *Nec vllum teſtamentum relictum eſt, vel nouiſſimum iudicium communis patris, teque emancipatum probatum fuerit.* Verbum enim, probatum, referri nõ poteſt iuxta hanc lectionem ad teſtamẽtum, ſed ad emancipationem duntaxat, vt ipſa contextura demonſtrat, niſi tollatur verbum, eſt, prout tollitur à Menochio, & D. Couar. dum verba conſtitutionis tranſcribunt. 28

Verùm retenta lectione cum verbo, eſt, validum pro cõmuni opinione conſtitutio illa exhibet fundamentum, ipſius mente adamuſsim perpenſa. Duo enim ibi requiruntur, vt collationi locus ſit, & quòd pater inteſtatus obiret, & quod vnus ex filijs fuiſſet emancipatus. Primum, vt probetur, textus non requirit. Secundùm, probandum eſſe, ait, vt ex contextura ipſa apparet, huiuſmodi differentiæ ratio nulla congrua reddi poteſt, niſi quòd filius legitimè natus, qualis erat ille, in patris poteſtate eſſe præſumitur, ideoque ipſi onus probandi emancipationem incumbit, *l. ſi filius* 8. *ff. de probat.* Menoch. cum alijs *d. lib.* 6. *præſ.* 55. *num.* 7. At patrem, ſine teſtamẽto deceſſiſſe probare, neceſſe non fuit, quia illud ius præſumit, quandiu teſtatum fuiſſe defunctum, non oſtenditur. Igitur apertè ex ea lege deducitur, allegantem, aliquem non condito teſtamento deceſſiſſe, non teneri ad id probandum, cum pro ſe habeat iuris præſumptionem, quæ onus hoc in aduerſarium transfert. 29

Fauet itidem ratio vrgens præfatæ ſententiæ, quam conſiderat Maſcard. *d. concluſ.* 938. *num.* 5. nam lex ſanguine coniunctos ad hæreditatem vocat ex præſumpta defuncti voluntate, *l. conficiuntur* 8. *ff. de iure codicillor.* atque ita petens bona ex cauſa inteſtati fundatam ha- 30



habet ſuam intentionem in iure communi, quod onus probationis in aduerſarium reijcit, gloſ. *verb. actore, verſ. Item fallit in cap. vnic. vt Eccleſiaſtic. benefic.* Pacian. *cap.* 8. *num.* 5. vbi alij. Qui cõtrariam voluntatem defuncti per teſtamenti confectionem probationibus debet oſtendere; alioqui ſuccumbe, nam qui præſumptione iuris nititur, liquidiſsimam probationem cenſetur habere, niſi probetur contrarium, vt alibi dictum eſt *ſup.*

31 Nec obſtat; quod ita demum lex conſanguineos ad ſucceſsionem vocat, ſi inteſtatus defunctus mortuus fuerit, quæ qualitas probanda videtur, vt poſsint admitti, *l. eius qui in Prouincia, verſ. Quoniam. ff. ſi cert. petat. l. non ignorat* 9. *C. qui accuſar. non poſ.* Ant. Gom. *variar. tom.* 3. *cap.* 12. *nu* 44. Gutier. *Canonicar. quæſtion. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 20. vndè Pet. Greg. *ſyntagmat. lib* 42. *cap.* 1. *n.* 1. ſucceſsionẽ abinteſtato ſubſidiariam dixit. Nam id verùm eſſet, ſi lex in ea qualitate ſe fundaret, quæ autẽ proximos vocat ad hæreditatem conſanguineos, eo non nititur, quòd defunctus non condidit teſtamentum, ſed naturali affectione prouenienti ex ſanguinis coniunctione, propter quam præſumit, quemlibet velle, ſua bona ad ſibi coniunctos peruenire; tamen hæc præſumptio euaneſcit, vbi teſtator contrariam voluntatem, teſtamento condito, manifeſtat, cum in claris nullis coniecturis ſit locus, quod vt, lex oſtendat, ne videretur, legitimos hæredes contra teſtamentum venire poſſe, eos abinteſtatò vocari exprimit. Vndè hæc qualitas probanda non eſt ab eo, qui ſe vt legitimum hæredem admitti, deſiderat, ſed à teſtamẽtario ſucceſſore, qui illum excludere cõtendit, etſi aliter ſentiat Pet. Greg. vbi proximè.

Ibi: *Et id allegantem probare plena probatione debere.*

32 Sed non præſumi aliquem inteſtatum decedere, ac id ab allegante fore probandum, ſentiũt cum Romano, Anton. Gab. *d. lib.* 1. *concluſ.* 7. *de probat, num.* 5. *verſ. Quartò,* Niconic. *in cap. quoniam contra part.* 2. *num* 31. *verſ. Quartodecimo, mouetur, de probat.* Albert. Brun. *in tractat. de ſtatut. fœmin. excludent. in fine, art.* 15. Corn. *conſ.* 125. *in lit. D. col. penult. volum.* 4. Maſcard. *d. concluſ.* 938. *à num.* 9. qui docet, quod, vbi viget conſuetudo, quòd homines cum teſtamento decedant, facienda eſt inquiſitio, vtrùm defunctus fecerit teſtamentum, interrogando confeſſarium, vicinos, familiares, aliaſque perſonas, quibus id notum eſſe, veroſimiliter credatur, iudicis interueniente authoritate, quod limitat, ſi fama, ſit, defunctum inteſtatum deceſſiſſe, quia non erit ea inquiſitio neceſſaria. Nihilominus à communi ſententia tradita nuper, *num.* 26. deuiandum non eſt, quam limitat Pacian. ex Bartol. Iaſſone, & Imola, *cap.* 45. *num.* 3. 4. quando communis opinio eſt in populo, quod teſtamentum fuit conditum, nam tunc præfatæ inquiſitioni locus erit, nam fama hunc operatur effectum.

Num. 6.

De hoc plenè Pacian. *ſupra lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 26. *cum multis ſeqq.* Et quidem receptiſsima eſt Cumani ſententia, ſcilicèt ſat eſſe ad obtinendam propinqui hæreditatem cognationis probationem, maximè ſi de certo gradu conſtet, nec requiri, vt probetur nullus eſſe proximior agente. Ita Anton. Gabr. *d. lib.* 1. *tit. de probation. concluſ.* 6. *num.* 23. *verſ. Quartò infertur,* Rub. *in l. Gallus, §. Quidam recte, col* 34. *verſ. Sed hic quæro, ff. de liber. & poſthum.* Corn *conſ.* 197. *in lit. A. verſ. Sed licet hæc videantur, col.* 1. *volum.* 4. Socin. *in l. ſi inter virum, num.* 7. *verſ. Tertiò, colligitur col.* 2. *ff. de reb. dub.* Alciat. *in l. proximi, ff. de verbor. ſignific.* Ripa *in l. in illa, num.* 26. *verſ. Præmiſſa inducuntur, col.* 5. *ff. de verbor. obligat.* Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 11. *gloſ.* 1. *num.* 6. *verſ. At ſi extraneus,* Crauet. *conſ.* 249. *num.* 1. *verſ. Probatio, col.* 1. Pacian. *d. num.* 26. *verſ. Sed in contrarium,* Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 21. Menoch. *conſ.* 816. *num.* 52. Anton. Sola *in commentar. ad decreta antiq. Sabaudiæ, part.* 2. *gloſ.* 3. *num.* 2. *in fine,* Maſcard. *concluſ.* 124 *num.* 1. 5 9. & ita verùm eſt, quamuis diſſentiant Fulgoſ. *conſ.* 184. *n.* 1. Alexand. *conſ.* 124. *col.* 7. & alij, quos D. Couar. refert pauló inferiùs. 33

Sed multi ſentiunt, communem ſententiam non aliter procedere, quàm ſi 34

certus cognationis gradus probetur, nec ſufficere genericā, ſiue indefinitam probationem conſanguinitatis, Menoch. *ſupra num* 53. Dec. *conſ.* 321. *num.* 13. Alciat. *de præſumpt reg.* 1. *præſumpt.* 28. *num.* 9. Tiraquel. *d. gloſ* 1. *num.* 9. D. Couar. *infra in fine huius numeri*, Anton. Gab. *ſupra num.* 24. & alij apud Pacian. *num.* 29. qui id intelligendum, docet, quando ad ſucceſsionem, vel alium actum certus gradus deſideratur, vt in tranſverſalibus, qui intra decimum gradum duntaxat inuicem, ſuccedant ſibi, ſecùs ſiquis ad maioratum velit admitti nam, in genere agnatione probata obtinebit, niſi alius proximior apparuerit.

Ibi: *Ad idem facit, quod Ripa.*

35 Subſtitutus petens fideicommiſſariam hæreditatem ſibi relictam: ſi inſtitutus ſine liberis decedat, probare non tenetur, ipſum prolem non reliquiſſe, Molin. *vbi proximè*, Vicent. Fuſar. *de ſubſtitutionib quæſt.* 436. Bart. *in l. ex facto, §. Si quis autem, ff. ad Trebellian.* Peregrin. *ſupra art* 43 *num.* 51. Socin. *in l. qui duos, §. 1 in fine, verſ Quintùm, & vltimùm, ff. de reb dub.* Mantic. *ſupra lib.* 11. *tit.* 4. *num.* 6. *verſ. Nam primus caſus, & deciſ.* 32 *num.* 2. Maſcard. *concluſ.* 343. *ex num.* 8 Anton. Gab. *d. concluſ* 6. *num.* 25. Ripa *in d. §. Si quis autem num* 9. *verſ. Pro concordia tamen*. Boet. *deciſ.* 38. *num.* 30. *verſ. imò ſub correctione*, Beroi. *in cap. in præſentia, num.* 347. *verſ. Non omitto, de prubat.* Pacian *ſupra lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 1. quod planè procedit, quoties non apparet, liberos aliquando fuiſſe inſtituto; quod ſi eos extitiſſe, dubium non ſit, maximè controuertitur, an ſubſtitutus, patri non ſuperuixiſſe, probare teneatur, de quo fusè Pacian. *ſupra à numer.* 2 & D. Couar. *infra cap. proxim. numer.* 6. *verſ. Tertius, agit ſubſtitutus*, vbi nos *numer.* 24.

36 Ratio, quæ communiter tradi ſolet ad præmiſſam concluſionem ea eſt, quia filios procreare, quid facti eſt, facta autem non præſumuntur, ex quo aſſerenti, liberos inſtituto fuiſſe ſuperſtites, onus probationis incumbit. Ita *Molin, d. num.* 21 Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 14. *num.* 7 Pacian. ex alijs, *vbi proximè num.* 3. Verùm ipſa congrua non videtur, nam etſi nemo liberos ſuſcipere, aut relinquere præſumatur, non inde ſequitur, contrarium præſumi: nempè quòd abſque prole quiſquam decedat, vt ſubſtitutus hoc allegans pro ſuæ intentionis fundamento à probationis onere releuetur. Sic diximus, diuitem non inem præſumi, ſed ex hoc non inducitur præſumptio paupertatis, quominùs qui in ea ſe fundat, ad probationem non teneatur, vt cū communi *ſupra* fuit reſolutum, neque enim rectè infertur: filij alicui eſſe non præſumuntur. Ergo præſumitur ipſos non habere, cum ius, vt plurimùm, etiam in contrarijs pro nullo præſumat, & probationibus omninò ſtetur, quæ iuxta illius regulam ab allegante debent exhiberi. Quo argumento ad ſimile vſus eſt, D. Couar. *ſupra numer.* 5. vndè videtur, quod cum ſubſtitutus pro ſe iuris præſumptionem non habeat, negatiuam: ſcilicèt filios inſtituto non ſuperuixiſſe, in qua ſe fundat, probare compellatur ex regula tradita *ſupra num.* 20.

Quapropter aliter defendere oportet præfatam concluſionem, aſſerendo, quod cum negatiua naturali rei ſtatui conuenit, eam allegans ad probationem non obligatur ſed aduerſarius, niſi contrarium verificauerit, ſuccumbet, naturalis ſtatus hic vocatur, in quo res eſſet, nullo facto, aut qualitate extrinſeca accedente. Hinc eſt, vt cum ad filiorum procreationem factum hominis, multaque extrinſeca, vt notum eſt, deſiderentur, qui allegat quemquam prolem non ſuſcepiſſe, adhoc probandum non teneatur, quoniam ſe fundat in negatiua ſtatui hominis naturali conueniente, quod onus probationis transfert in aduerſarium. Ita in ſpecie Pacian. *ſupra numer.* 14. & Menoch. *in ſimili, d. lib.* 4. *præſumpt* 1. *num.* 2. 3. 37

## Num. 7.

Nota obiter limitationem inſignem ad hanc, *l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 5. *Recopilat.* nam poteſt vir vxori ſuæ arrhas conſtituere vltrà decimam bonorum, quæ tempore promiſsionis habet, ſi eas de facultatibus præſentis, ac futuris expreſſim promittat, quo caſu mulieri optio datur, vt tempus aſsignet, iuxta quod computatio quoad decimam eſt facienda, nec ampliùs eidem variare licebit, etſi vir locupletior poſteà efficiatur, Roderic. Suar. *in l.* 1. *verſ. Nota vlteriùs tit.* 2. *lib.* 3 *for.* Matienç. *in d. l.* 2. *gloſ.* 1. *n.* 5. Ant. Gom. *in l.* 50. *Taur. n.* 13. *ad finem*, Pat. Sanch *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 29. *num.* 5. vbi alij. Dubium tamen pulchrum eſt an ſi maritus, iam diſſoluto matrimonio per mortem vxoris, ad pinguiorem fortunam peruenerit, arrhæ debeantur hæredibus iuxta bona poſtea quæſita, cum prius non elegerint, ſuper quo conſultus negatiuè reſolui cum Ayora *de partit. part.* 1 *cap.* 7. *num.* 18. Idemque ſentire videntur Caſtill, *in l.* 50. *Taur. num.* 5. Palac. Rnuios *in rubric. de donat. int. §.* 24. *num* 1. *verſ. Si autem vir.* Sed promiſsio arrharum excedēs legis metas non omninò eſt irrita; ſed ſolùm quoad exceſſum, Gutier. *de matrimon. cap.* 19. *num.* 24. *Sanch. ſupra num*, 14. Ant. Gom. *vbi proximè.* 38



Ibi: *Dubitari enim ſolet, vxore agente.*

39 Quod vxore petente arrhas ſibi à viro promiſſas, hæres exceſſum probare, teneatur, docent Gutier. *practicar lib.* 3. *quæſt.* 40. *à num* 4. Pat. Sanch. *ſupra diſp.* 35. *num.* 4. Baeza *de non melior. rat. dot. filiab. cap.* 36. *num.* 19. Ayora *dict. cap.* 7. *à num.* 27. quod veriùs eſt, prout D. Couar. videtur.

Ibi: *Contrariam ſententiam probare conatur.*

40 Sed contrarium ſcilicèt mulieri agenti incumbere probationem cum Roderico Suar. ſentiunt Ant. Gom. *ſupra* Matienç. *in d. l.* 2. *gloſ* 2. *num.* 9. Gomez Valo *in prax. lib.* 2. *quæſt.* 89. *num.* 16. Villadieg. *in Politic. cap* 7. *num* 18. Azeued. *in d. l.* 2. *Recopilat. num.* 19. Mieres *de maiorat. part.* 1. *quæſt.* 52. *num.* 13. 17.

Ibi: Q*uandoque tamen ſolet hæres.*

Adde Gutier. *de matrimon. d. cap.* 19. *n.* 38. *verſ. Verùm his, in fine*, Sanch. *d. diſp.* 35. *n.* 5. *Matienç ſupra num.* 7.

Ibi: *Et idem ſeruatur, quando vxor arrhas.*

41 Muliere poſsidente, agens ad repetitionem arrharum quoad exceſſum, illum proculdubio probare compelletur, Sanch. Gutier. Villadieg. Azeued. & Mieres *vbi proximè* Valo, *num.* 17. Valdes *in addit. ad Suar in d. l.* 1. *num.* 22. *tit.* 2. *lib.* 3 *fori.*

## Num. 8.

Quando aliquis pauper cenſeatur, iudicātis arbitrio relinquitur, Maſcard. *concluſ.* 1159. *num.* 7. 8. Flores de Mena, *variar. lib* 2. *quæſt.* 21. *num.* 130. Pacian. pluribus laudatis, *d. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 44. Mangil. *de imputat. quæſt.* 138. *num.* 4. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 9. *num.* 10. Benencaſ. *de paupertat. quæſt.* 6. *num.* 17. *cum ſeqq.* Gab. Valaſc. *de priuileg. pauper. part.* 2. *quæſt.* 42. *num.* 43. Marta *in ſumm. ſucceſsion. legal. part.* 3. *quæſt.* 12. *art.* 5. *num.* 9 Eſcobar *de ratiocin. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 18. Fontanel. *de pact. nuptialib. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 9. *num* 6. Myſinger. *cent.* 4. *obſeruat.* 97. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 65. *num.* 7. Giurba *Sicil. deciſ.* 18 *num.* 5. Pareja *de inſtrumentor. edit. tom.* 1. *tit.* 3. *reſolut.* 3. *num.* 51. Pet. Greg. *ſup. lib.* 32. *cap.* 12 *num.* 13. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 36. *num.* 30. Gratian. *diſceptat. cap.* 120. *n.* 14. 15. 80. 42

In quo iudex perpendere debet perſonæ qualitatem, de cuius paupertate probanda tractatur, nam proceres, vel indignitate conſtituti, aut nobilitate præclari pauperes ſunt habendi, quamuis in bonis tantùm ſit illis, quantum ſufficeret alijs hominibus, vt diuites admodum putarentur, ſi illi careant neceſſarijs ad ſuum ſtatum decorè, ac decenter ſuſtinendum, Maſcard. *ſupra num.* 14. Menoch. *num.* 8. Pacian. *num.* 45. *cum alijs*, Ial. *in d. l. ſi conſtante num.* 131. *& in d. authent. præterea verſ. Ex concluſione gloſſæ col.* 9. eſt enim paupertas, vt Valaſc. definit. *ſupra quæſt.* 4. *num.* 9. *Carentia pecuniæ ſecundum perſonæ, vel negotij qualitatem.* 43

Ibi: Q*ua ratione tollitur controuerſia.*

Vt quis pauper iudicetur ad teſtimonium in cauſa pecuniaria ferendum, conſiderari itidem oportet valorem litis, ſuper qua deponendum eſt, qui ſi excedat bona, quæ teſti ſunt, hic minus idoneus ob paupertatē iudicabitur, *gloſ. verb. ſubſtantiam in §. Si verò abſunt*, 44

*Authent. de hæredib.& falcid.* Pacian. qui communem teſtatur, *d.cap.54. num. 55. verſ. Sed in contrarium*, quod intellige, vt infra *num*.46.

45 Illud arbitrium, quòd in Iudice eſt ad diſcernendum, quis pauper cenſeatur, omnino ceſſat in caſibus, in quibus iure deciſum eſt, cum, qui in bonis certam quantitatem non habet, pauperem eſſe quoad aliquem effectum, vt ſunt exempla in *l. nonnulli* 10. *ff. de accuſat. §. Sed noſtra, inſt. de ſucceſ. libert.* Bart. *in d. l. ſi conſtante nu.*14. *verſ. Quid dicemus*, Maſcard. *d. concluſ.* 1159. *num* 9. Pacian. *ſupra num.*73. qui *num.*77. idem iuris eſſe, ait, cum a conſuetudine, vel vſu communi loquendi determinatum eſt, quis pauper dicatur, quod prænotauerat, Berol. *in cap.*1. *n.*55. *verſ. Vnde fortè melius, de accuſat.*

46 Vtrùm pauperes à ferendo teſtimonio in iudicio repellantur, aut quanta fides illis ſit adhibenda, tractant Menoch. *d. caſ.*65. *num.*11.12. *& caſ.*96. *per totum*, Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 12. *num.*19. Farinac. *in prax. crim. quæſt.* 57. *à num.*1. Campeg *de teſtib. reg.* 113. Buccaron. *de different. int. iudic. ciuil. & crimin. different.* 100. *per tot.* Cancer. *variar. part.*1. *cap* 80. *num.* 88. Gomez Vaio *d. lib.*2. *quæſt* 80. *num* 6. Pacian. *d. cap.* 54. *à num* 54. Maſcard *concluſ* 1155 Cotta *in memorabilib. verb. Paupertas pag.* 662. Viuian. *commun. opinion. lib.*4. *tit.*10. *nu.* 116. 417. Rebuf. *de reprobat. teſt. à num.* 387. Montalu. *in l* 9 *gl. ſ muy pobre, tit* 8. *lib.*2. *for.* Moris *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 12. *quæſt* 12. & communis reſolutio eſt, vt perſona honeſta ob paupertatem non ſit prohibita, apud Iudicem ferre teſtimonium, tam in ciuilibus cauſis, quàm criminalibus, Iudex tamen pro qualitate pauperis ei fidem adhibebit, quæ ſanè minuitur ob ſuſpicionem, quod, neceſſitate vrgente, facilè homines pretio corrumpi, & allici ſolent ad falſo teſtificandum, ſicut & ad alia crimina perpetranda, vt habetur Prouerbior. *cap.* 30. ibi: *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: quis eſt Dominus: aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei*, & Eccleſiaſtic. *cap.*27. *Propter inopiam multi deliquerunt*, Gloſſ. *ad illud D. Paul.* 1. *ad Theſſalonicenſ. c.*5. *Rogamus autem vos, &c.* Ait eleganter: *Sicut diuitiæ negligentiã pariunt, ita egeſtas dũ ſatiari quæritur, à iuſtitia declinat. l.*2. ibi: *Porq̃ pobredad trae alos omes à grãde cobdicia, que es raiz de todo mal*, vbi Greg. Lop. *gloſ* 2. *tit* 9. *part.* 2. atque ita magis diues, quàm pauper vitio carere præſumitur, Menoch. *lib.* 5. *præſ.*4. *nu* 8. Nam paupertas ſordes infert, Pet. Greg. *ſup. lib* 45. *cap.*13. *num* 7. & virtutis viam claudit, Horat. *lib.*3. *od.* 24. ibi.

*Magnum pauperies opprobrium, iubet*
*Quidvis & facere & pati.*
*Virtutiſque viam deſerit arduæ.*

Martial. *lib.* 11.

*O quantum cogi egeſtas!*

De quibus Bouadili. *in Politic. lib* 1. *cap.* 11. *num.* 21. Carleual. *de iudic tom.* 1. *tit.* 1. *diſp.*1. *à n.*8.

47 Ex hac præſumptione, diuite, & paupere deponẽtibus, cęteris paribus, magis illi, quàm huic credendum eſt, Bartol. *in l. ex libero, ff. de quæſtionib.* Ripa *in d. l. ſi conſtante. num.* 33. Socin. Iun. *conſ. penult num.* 37. *lib.* 2. Menoch. *d. caſ.* 96. *num* 9 Pet. Greg. *ſup. lib.*41. *cap.* 7. *num.* 7. Nec pauper eſt teſtis omni exceptione maior, Menoch. *ibidem*, Ancharran. *conſ.*194. *in fine*, Dec *conſ.* 310. *col. vlt.* Crauet *conſ* 249 *num.* 11. Seraphin. *deciſ.* 1279. Et quanta mala paupertatis miſeriam comitentur, tradit eruditè Pet Gregor. *lib* 22 *cap.* 11. *à num.* 6. *& d. cap.* 7. *num.* 7. vbi quod ſplendori nocet, ac homines contemptibiles efficit. Hinc Eccleſ. *cap.* 40. legitur: *Fili in tempore vitæ tuæ non indigeas: meliùs eſt enim mori, quàm indigere: nam vita pauperis eſt in cogitatione victus.* Nihilominus paupertatem miris extollit laudibus, Luc de Penna *in l* 2. *num* 40. *C. quand. & quib. quart. pars deb. lib.* 10. multaque priuilegia pauperibus iura concedunt, quæ congeſſit Valaſc. & nonnulla refert Pacian *d. cap* 54. *à num.* 61. & inopiam appetibilem ſibi teſtatur Horat. *ſatyr.* 1. ibi:

*Semper optarim, pauperrimus eſſe bonorum.*

Verſ. *Cæterum paupertas.*

48 Quibus modis probetur paupertas latè docent Pacian. *ſupra ex num.* 35 Maſcard. *d. concluſion.* 1159. *cum ſequentib.* Valaſc. *ſupra quæſtion.*5. *per tot.* Cardin. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 162. Angel. *in d. l. ſi verò. §. Qui pro rei, num.* 6. *verſ. Qualiter autem probetur, col. fin. ff. Qui ſatiſd. cogant.*



49 Huiuſmodi probationis per teſtes vltra proximè laudatos meminere Albericus *in d. §. qui pro rei num.* 6. Florian. *in l.* 2. *num.*3. *verſ. Nec obſtat huic doctrinæ, col.* 2. *ff. de probat.* & Pacian. *d. num.*35. notat, ſufficienter probari paupertatem, ſi teſtes dicant, eum de quo quæritur, diſcalciatum, aut vilibus veſtimentis præ inopia indutum incedere, ſubditque, quod etſi huiuſmodi probatio concludens omninò non ſit, concludit tamen probabiliter, quod ſufficit, quando rei natura nõ patitur, vt aliter probari queat.

Ibi: *Imò ſatis probatur paupertas.*

50 Ita Angel. *in d. § Qui pro rei, in fine*, Salicet. *in authent. præterea quæſt.* 4. *C. vnde vir, & vxor.* Alba *conſ.*69 *num.*6. *col.*3. & alij iam laudati. Sed hæc probatio per diſcuſsionem cõcludens non eſt, ſed cõiecturalis, ac præſumptiua, quæ ideo admittitur, quoniam paupertas concludẽter probari non poteſt, cum ſæpiſsimè contingat, bona eſſe debitori, quæ, vt creditoribus ſatisfiat, capi nequeunt, Pacian. *d. lib.*1. *cap.*45. *n.*17.

Ibi: *Quod ſi tractemus de modico præiudicio.*

51 Paupertas itidem per famam probatur, Pacian. *cap.*49. *num.*44. Bald. *in d §. qui pro rei, num.*4 *in fine* Angel. *ibi num.* 6. *verſ. Qualiter autem, col. fin.* Fulgoſ. *ibidem in fine*, Florian. *in l.*2. *col.*2. *verſ. Item probatur ex vulgi, ff. de probat.* Dec. *conſ.* 120. *col.*2. Iacob. de Aren. *in l. paupertas, ff. de excuſat. tutor.* Ancharran. *in cap. veniens col. penult. verſ. Ego etiam dico, de verbor. ſignificat. in* 6.

52 Quod tunc verùm eſt, cum agitur de modico præiudicio, non ſi paupertas cedat in alicuius notabile detrimentum, Pacian. *d. cap.*54 *num.* 40 41. Præpoſit. *in cap.*2. *num.*5. *verſ. Nota quod pauper* 8. *diſtinct.* Iaſ. *in l. ſi conſtante, num.* 127. *verſ. Alibi quis dicatur, col.* 23. *ff. ſolut. matrimon.* Abbas *in cap.*1. *num.*11. *verſ. Et concludo col. penult. de accuſationib.* Bald. *in §. Item propter litem, num.* 4. *inſt. de excuſat. tutor. & in l. vbi adhuc numer.* 48. *verſ. Quæris hic gloſſa, col. antepenult. C. de iur. dot.*

Vndè mulieri agenti ex *d. l. vbi adhuc*, ad dotem aduerſus maritum ob inopiam eius, ſatis eſt probare per famam, quoniam ille quamuis damnetur, non multum damni patitur, quod ſi cum tertio poſſeſſore contendat, vt reuocet per virum alienata paupertatis probatio per famam non proderit, cum de graui præiudicio tractetur, Dueñas *reg.* 299. *verſ. Limita quinto*, Hippolit. *in l. de minore, §. Plurium num.*56. *ff. de quæſtionib.* Maſcard. *concluſ.* 1019. *num.* 1. *cum alijs*, quoniam fama probat regulariter plenè, quoties de modico præiudicio tractatur, Maſcard. *concluſ.* 1159. *num.* 20. Benintendis *Bononienſ. deciſ.*68. *num.* 1. Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ.* 22. *numer.* 14. Pet. Barboſ. *in d. l. ſi conſtante, in princ num.* 63. Maximè cum paupertatis probatio, vtpotè quæ in negatiua conſiſtit, difficilis ſit probationis, & in his fama plenam probationem inducit, Menoch. *de arbitrar. lib* 2. *caſ.* 89. *numer.* 88. Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.*307. *num.* 10. Bart. *in l. ſiquidem, C. ſol. matrimon.* Roman. *conſ.* 66. Rota *apud Vertallum deciſ.*49. Maſcard. *concluſ* 753. *num.* 22. Farinac *in prax. part.*1. *tom.*1. *tract. de indic. & tortur. n.*90.91. 53

Teſtes autem de fama deponentes debent & de propria credulitate dicere: ſcilicet illum pauperem ſe æſtimare, Pacian. *d cap.*54. *num.* 42. Bald. *conſ.* 222. *numer.* 2. *verſ. Subſequenter quærebatur, vol.*1. Ripa *in d. l. ſi conſtante, numer.* 37. *verſ. Circa tertiam quæſtionem, col.*9. 54

Ibi: *Tamen ſecundùm materiam ſubiectam.*

Hanc interpretationem ad *d. l. ſi conſtante*, probat Pet. Barboſ. ad illam *num.* 64. Verùm aliter Vlpianus, ne obſtet, poteſt intelligi, qui ideo verbo, euidentiſsimè, vſus eſt, vt doceat, quod non propter quãcunque patrimonij deminutionem, quæ viro contigerit, ſtatim mulieri ad dotem actio danda eſt, niſi talis ſit, vt manifeſtè appareat, eidem periculum amittendæ dotis imminere, ne in mulierũ eſſet poteſtate, viros ſuos facilè bonis dotalibus ſpoliare, quod quidem lo- 55

locum habere poteſt, cum vir ad inopiam vergit, de cuius facultatibus poteſt ambigi, num ſufficiant ad dotis exactionem. At cum iam in paupertatem incidit, ita vt communiter inops habeatur, dubium non eſt, quin eius bona ad dotis exactionem non ſint ſatis, ſic per famam inopia probata, euidentiſsimè apparet, facultates mariti ad exactionem dotis non ſufficere, quòd Vlpianus deſiderat, vt mulier ex ea lege agens audiatur. Cui diſtinctioni adſtipulatur, quòd DD. notant, ſcilicèt non eſſe idem, pauperem eſſe, ac in paupertatem declinare Butrigar, *in l. actor, in fine, C. de probat.* Pacian. *d. cap. 54. n.* 80.

Ibi: *Ex eo quod negatio ſimplex non capiat, nec patiatur.*

56 Negatiua aſſertio nullo loco, vel tempore coarctata impoſsibilis eſt probationis, *cap. ſuper hoc 5. de renunciation. cap. bonæ 23. §. Contra legati de election.* Pacian. plures referens, *lib. 1. cap. 37. à num.* 1. Cancer. *variar. part. 1. cap. 15. num.* 41. Tuſch. *lit. N. concluſ.* 30. *num.* 1. Iul. Clar. *in prax. §. fin. quæſt.* 52. *num.* 4. *verſ. Scias autem,* Tondut. *quæſtion. beneficial. part. 2. cap. 3. §. 1. num.* 20. Mandoſ. *ad regul.* 14. *Cancellar. de infirm. reſignant. quæſt.* 6. *num.* 4. Herculan. *ſupra num.* 124. Ant. Gab. d. *tit. de probat. concluſ.* 6. Maſcard. *concluſ.* 191. *num.* 3. Caroc. *de locat. part. 3. tit. de negatiua proband.* Cardoſ. *in prax. iudic. verb. probatio, num.* 29. Menoch. *lib. 2. præſ. 50. num.* 11. Vndè teſtes deponentes ſuper tali negatiua de falſo ſuſpecti fiũt, vt eis fides nulla adhibeatur, Menoch. *d. lib. 2. præſ. 55. num.* 7. Maſcard. *concluſ.* 1374. *num.* 10. Gail, *practicar. obſeruat. lib. 3. obſeruat. 64. num.* 4. Iul. Clar. *ſupra num. 3. in fine,* Farinac. *in prax. crim. quæſt.* 65. *num.* 205. 206. Bald. *in cap. 1. §. Si quis per triginta, in fine. Si defend. defunct. contr. ſitent. domin. & agnatum, in vſib. feudor.* Non tamen vt ipſis pœna imponatur ob falſitatem Iul. Clar. *ſupra §. Falſum, verſ. Solet etiam dici,* Farinac. d. *quæſt.* 65. *num.* 207. Boſ. *in prax. crimin. tit. de pœn. reor. num.* 34. Buccaron. *ſupra different. 53. à num.* 9.

57 Aliquando tamen ſimplex negatiua probari poteſt, vt per inſtrumentum, vel confeſsionem aduerſarij, quod inferiùs probabitur, ſed quando & quomodò probabilis ſit, docent Herculan. *in tract. ſpecial. de negatiu. proband.* Menoch. *d. præſ. 50. à num.* 7. Tuſch. *lit. N. d. concluſ.* 30. Pacian. *lib. 1. cap.* 38. Daniel Venator. *in analyſi iur. Pontificij lib. 1. tit. 9. axiom.* 2. Otter. *in repet. cap. fin. num. 30. de conſuetud.* Amat. cum plurimis, *variar. lib. 1. reſol. 42. n.* 18.

Ibi: *Ex quibus Bartoli verbis deducit Alexander.*

58 Notorium quid ſit, non eodem modo ab Interpretibus definitur, vt videri poteſt apud Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ.* 166. Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 313. à n.* 2. Viuian. *cõmun. opinion. lib. 4. tit. 9. n. 29. cum alijs,* Maſcard. *concluſ.* 1101. Farinac. *ſupra part. 1. quæſt. 21. à nu.* 8. Clar. *d. §. fin. quæſt.* 9. communis verò ſententia id iudicis arbitrio relinquit, Menoch. *num* 7. Cyriac. *num.* 7. 8. Bart. *in l. ſcriptus, num. 2. verſ. Alij remittuntur, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* & alij, qui ſubdunt, iudicem id notorium arbitrari debere, quod ab omnibus de populo ſcitur, aut veroſimiliter ſciri poteſt, ad quod ſufficit, ſi coram decem perſonis aliquid fiat, Cyriac. *num.* 5. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1106. *num.* 17. Cyn. *in l. ea quidem, C. qui accuſare non poſ.* Bald. *in d. l. ſi verò, §. Qui pro rei, ff. qui ſatiſd. cog.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 6. art.* 4. Farinac. *ſupra num.* 47. ſed Argel. *de acq. poſſeſ. quæſt. 4. art. 1. num.* 36. inquit, notorium eſſe illud, quòd ante oculos ſitum eſt, vel ita in mentibus hominum radicatum, vt auelli, aut occultari non poſsit, ex *Baldo in l. ciues, C. de appellat.*

59 Eſt autem notorium duplex facti, & iuris, facti notorium eſt, quod ita communiter patet, vt nulla tergiuerſatione celari queat, iuris, quòd in iudicio legitimè per teſtes, vel inſtrumenta probatur, primum notorium propriè dicitur, ſecundum non vtique, Argel. *ſupra num.* 37. latè *Capra in tract. de notorio* Maſcard. *d. concluſ.* 1101. Farinac. *d. quæſt.* 21. Lotter. *de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 34. num.* 29. Pet. Gregor. *ſyntagmat. lib. 48. cap. 10. à num.* 6. vbi addit, aliud eſſe notoriũ præſumptum, cum ſcilicet notorietas nititur præſumptione, vt quando quis communiter pro filio alicuius habetur, quia ab illo filius nominatur, & tractatur vt talis.

Ex



60 Ex his defendi poteſt Ripa, ſi dicamus loqui de notorietate iudiciali, nam in iudicio actus tranſitorius, ſeu momentaneus notorius propriè fieri non poteſt, cum neceſſario per teſtes, aut inſtrumenta ſit probandus, quod ſecùs euenit in actu permanente, qui cum oculis iudicantis ſubijci poſsit, probatione alia nõ eget, Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 62. num.* 21. Maſcard. *concluſ. 1106. num* 20. Tondut. *ſupra part. 1. cap. 41. num.* 12. quare ſtrictè verbo, notorium, ſumpto, vera eſt Ripæ aſſertio, quia actus momentaneus notorius propriè fieri non valet in iudicio ſicut permanens.

61 Ex quo egregia oritur differentia inter notorium tranſiens, & permanens, hoc enim iuris & de iure præſumptionem elidit, illud aduerſum eam non admittitur, Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 67. num.* 3. Alciat. *eod. tract. part. 2. num.* 15. Roman. *conſ.* 350. Idemque iuris eſt quoad rem iudicatam, Menoch. & Alciat. *ibidem,* Felin. *in cap. quoniam contra fallent. 4. de probat.* Præterea vbi adeſt notorium facti tranſeuntis, ordo iudiciarius ſeruari debet, non ſic permanentis, nam ille omittitur, Menoch. *lib. 2. de arbitrar. caſ. 235. num.* 14. Aretin. *conſ. 163. num.* 6. Grammatic. *deciſ. 36. n.* 44. Pet. Gregor. *num.* 6.

*Verùm immeritò Bartolus reprehenditur.*

Quamuis Ripam defendere conati fuerimus, tamen Bartoli ſententia, cui D. Couar. accedit, falſa non eſt, ſi notorium in ſua lata ſignificatione accipiatur, tam de notorietate propria facti, quàm impropria iuris.

Verſ. *Item idem Alexander.*

62 Negatiua ſimplex ſiue indeterminata poteſt per aduerſarij confeſsionem, vel inſtrumenta probari, Tõdut. *d. cap. 4. §. 1. num.* 20. Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 321. num.* 7. Bart. *in l. fin. quæſt. 1. C. de reb. credit.* Herculan. *ſupra num.* 167. Menoch. *conſil. 259. num* 5. Pacian. *lib. 1. cap. 37. n. 7. & cap. 38. num. 2 cum alijs capitib. ſeqq.* vbi latiſsimè de modo probandi negatiuam, Maſcard. *concluſ. 1087. nu.* 11. Flamin. *de reſignat. beneficior. lib. 11. quæſt. 14. num* 70. Cardoſ. *ſupra verb. probatio, num.* 31. Surd. *deciſ. 300. num.* 11. Farinac. *d. q. 65. à n.* 218. Amat. *ſup.*

Ibi: *Et tamen per hoc notorium quid efficitur.*

63 Notorium dicitur, quòd per confeſſionem partis, inſtrumenta, vel alias legitimas probationes cõſtat ex actis, Menoch. ex alijs *d. caſ. 166. nu.* 6. Maſcard. *concluſ. 1101. à nu.* 13. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 20. num. 2. part.* 1. Farinac. *ſuprà part. 1. quæſt. 9. num.* 20. Aldret. *de religioſ. diſciplin. lib. 1. cap. 5. §. 2. num.* 10. Acta enim rem notoriam efficiunt, Farinac. *d. quæſt. 21. num.* 14. Surd. *conſ. 154. num.* 25. Roland. *conſ. 41. num. 30. vol.* 1. Bec. *conſ. 40. num. 3. vol.* 1. Sed hoc impropriè notorium dicitur, quia non facti veritate, ſed iuris authoritate nititur, poteſt enim aliqua tergiuerſatione excuſari, nempè falſitate probationum, vel ipſius confitentis mendacio, *l. 1. & per totum, C. ſi ex falſ. inſtrument. vel teſtimon. iudicat. ſit. l. 1. §. Si quis vltrò, ff. de quæſtionib.*

Ibi: *Sed hæc vera ſunt de notorio iuris.*

Quid ſit notorium iuris, & quid facti dictum eſt ſupra *num.* 59.

Ibi: *Sed & id locum obtinet in negatiua.*

64 De negatiua coarctata, eiuſque probatione, Pacian. *lib. 1. cap. 40. per tot.* Menoch. *lib. 2. præſ. 50. num.* 13. Lotter. *de re beneficiar. lib. 3. q. 26. n.* 93. 94.

Verſ. *Ex his apparet.*

65 Iſtis addenda ſunt tradita *ſuprà num.* 55. pro interpretatione, *d. l. ſi conſtante,* ex illis enim colligitur, verùm eſſe, quòd, Bartoli ſententia reiecta, hic D. Couar. docet, ex quo enim legitimè paupertas per teſtes probatur, euidentiſsimè conſtat, mariti facultates ad exactionem dotis non ſufficere. Bartoli verò opinio recipi poterit cum mulier intenderit probare, virum ſuum ad inopiam vergere, quoniam tunc non erit ſatis, vt teſtes aſſerant, viri facultates ad exactionem dotis non ſufficere, niſi addiderint, id manifeſtum eſſe, quòd Vlpianus deſiderat.

CA-

# AD CAPVT Septimum.

## SVMMARIVM.

1 *Agentes de materia enumerantur.*

2 *Fœminas maius robur habere in ſuſtinendis vulneribus quam viros, an verum ſit?*

3 *Maſculo, & fœmina vno partu editis, ille prior egreſſus creditur.*

4 *Si vir & fœmina pro eodem crimine ſint torquendi, ab hac incipit tortura.*

5 *L. nihil intereſt 32 ff. ad leg. Iul. de adulter. exponitur, & n 6.*

7 *Mare & fœmina eodem conflictu pereuntibus, quis prior deceſſiſſe præſumatur, & n. 56.*

8 *Cum quid defertur coniugi, qui in matrimonio deceſſerit, vtroque ſimul ruina, vel alio modo extincto, debetur, & num. 9.*

10 *Donatio inter virum, & vxorem, vtroque ſimul mortuo, confirmatur.*

11 *Idem eſt inter patrem, & filiumfam.*

12 *Donatio inter coniuges, vt confirmetur morte, traditionem requirit.*

13 *An ficta ſit ſatis?*

14 *Dominium rei donatæ inter coniuges penes donatarium permanet, & ſi tradatur.*

15 *In* Hiſpania *num donatio inter virum, & vxorem ſubſiſtat.*

16 De *ratione, l. ſi inter, ff de reb. dub.*

17 *Donatio inter coniuges morte ciuili confirmatur.*

18 *De interpretatione d. l. ſi inter, & n. 19.*

20 *Donationes inter virum, & vxorem an fauorabiles, vel odioſæ habeantur.*

21 *Si vir, & vxor, quorum vnus alteri donauerat, diuerſo loco, aut tempore decedant, & quis prior mortuus ignoretur, ſucceſſori, qui egerit, onus probationis incumbit.*

22 *Donatio inter coniuges putatiuos morte non confirmatur, imò prorſus eſt nulla limitatur, ibi.*

23 *Nonnulli circa l. ex facto 17. §. Si quis autem ff. ad Trebellian adnotantur.*

24 *Subſtitutus ſi ſine liberis inſtitutus decedat, an teneatur probare, filios non extitiſſe mortis tempore? & n. 32.*

25 *Ægyptiorum ratio, propter quam hominis vitam ad centum annorum reſtrinxerunt, & n. 26. 27.*

28 Homo *ad centum annos viuere an præſumatur? & n. 31. 34.*

29 *Homo mortuus præſumitur, cẽtum elapſis annis ab eius natiuitate.*

30 *Vitam, vel mortem alicuius allegans ad probandum aſtringitur.*

31 *Allegans viuere aliquem, quem vixiſſe conſtat, num ad probationem teneatur?*

35 Subſtitutus *pupillaris an, & quando probare teneatur, eum, de cuius hæreditate agitur intra impubertatem obiiſſe, 36 37.*

38 Diſtinctio *Bartoli inter diſpoſitionem legis, & hominis improbatur.*

39 Quoties *ex ſtatuto lucrum aliquod defertur ei, qui ex coniugibus ſuper vixerit, vtroque vna extincto, nihil debetur, quod ampliatur.*

40 De *intellectu l. quòd de pariter, ff. de reb. dub. & n. 41. 42.*

43 *Inſtitutus, & ſubſtitutus ſi eodem caſu ſimul perierint, ſubſtitutio euaneſcit.*

44 *Mortuo ſimul donatore cauſa mortis, & donatario, donatio conſiſtit.*

45 *Pluribus pariter extinctis eodem naufragio, aut ruina, nullus prior, aut poſterior obiiſſe creditur.*

46 *Ratio ad l. ex facto 17. §. Si quis autem, ff. ad Trebel. redditur.*

47 *Patre cum filijs eodẽ caſu perempto, quis prior deceſſiſſe præſumatur.*

48 *Fauore matris filius patri ſuperuixiſſe creditur, etiamſi ſit impubes, n. 49.*

50 *Pubes à pupillo non differt quoad corporis vires, ſi proximus ſit impubertati.*

51 *Infans cum genitrice extinctus prius periiſſe præſumitur in caſu l. inter ſocerũ, ff. de pact. dotalib.*

52 *Pupillus ſi vna cum ſibi ſubſtituto pereat, non creditur prior ſpiritum emiſiſſe.*

53 *Filius cum parente liberto ſi ſimul occubuerit; ſuperuiuere fauore patroni non cenſetur.*

54 *Quid in patroni hærede.*

55 *Deciſio l. ex facto 17. §. Si quis autem, ff. Ad Trebelian. an habeat locum ſi aſcendens ſubſtituiſſet?*

Plu-



### Pluribus eodem incendio, vel ruina peremptis, quis alteri ſuperuixiſſe præſumatur.

1 De his ſcripſerunt latiſsimè Iacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 50.* Alciat. *eod. tract. reg. 1. præſ. 49.* Pacian. *de probat. lib. 2 cap. 7. ex num. 10. & cap. 8.* Ludouic. Charondas *veriſimil. lib. 1. cap. 21.* Cardinal. Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 5 tit 9. à num. 6. & lib. 11. tit. 5. num 6. cum ſeqq.* Coſta *in l. qui duos §. Cum in bello verb. Diuus Adrianus credidit, & verb. Patrem prius mortuum,* Hugo Donel. *in d. §. Cum in bello, & in l. ſi inter, ff. de reb. dub.* Fontanel. *de pact. nuptialib. tom. 1. clauſ. 4. gloſ 7 part. 2. à num. 38.* Gomez Vaio *in praxi lib. 2. cap. 72.* Marc. Ant. Peregrin. *de fideicommiſ. art 43* Signorol. *conſ. 9.* Vincent de Frãchis *deciſ. 454.* Cacheran. *Pedemont. deciſ. 108.*

Num. 1.

Hæc ſententia, etſi communis ſit, improbatur cum multis *infra num. 33. ſub num 6. verſ. Nam & hic quintus caſus, vbi latiùs D. Couar.*

Num. 2.

2 Fœminas poſſe grauiora vulnera, quã viros abſque vitæ amiſſione ſuſtinere, ſentiunt non pauci, Tiraquel. *de legib. connubial. lib. l. 9. num. 225.* Matil. *in repetit. rubric. col. 83. verſ. Sed ego incidenter, C. de probat.* Signorol. *conſ 67. col. 2. verſ. Item intentio mariti,* Ludouic. Bologniet. *in addit. ad Guidon. Zuzan in tract. de torment. col. 3* & notant communiter Scribentes in *l. nihil intereſt 32. ff. ad leg. Iul. de adulter.* à quibus diſſentit D. Couar. *de ſponſalib. part. 2. cap. 3. § 4 num 18.* quoniam compertum eſt, fœminæ maſculum animi, & corporis viribus præualere, vt conſtat ex Ariſtotele *lib. 9. de hiſtor. animal. cap. 1. & de generat. lib 4 cap. 6.* Tiraquel. *ſupra à num. 55.* Plin. *natur. hiſtor. lib. 11. cap. 48.* Menoch. *d. lib. 6. præſ. 51. num. 20.* Ioan. Licirier *de primogenit. lib. 1. quæſt. 11. num. 3.* Pacian. *d. cap 8. à num 6.* Gomez *Vaio ſupra num 2.* Sanch. *de mat. imon. lib. 7. diſp. 24. n. 8.* & Ouid. ad Leandrum cecinit ita.

*Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris.*
*Vt corpus teneris ſic mens infirma puellis.*

Quod adeo verum eſt, vt etiam inanimatis huiuſmodi differentia quoad fortitudinem conſtituatur, vt in magnete, palma, hedera, & ſimilibus, Plin. *lib. 36. cap 26.* Pacian. *d cap. 8. à nu 9.* (nam in omnibus, quæ natura gignit, vtrumque ſexum reperiri, ſentiunt Plin. *lib. 13. cap. 4.* Volaterran *in lib. 26. Philolog.*) ſiquidem quæ maſculini ſexus ſunt vi, ac magnitudine ſuperant fœminea: ſed hæc ſexus diſtinctio nõ à natura prouenit ſecundum quàm maſculus eſt ille, qui generat, & fœmina, in qua generatur, quod in inanimatis verificari nequit eſt tamen ab hominibus inuenta, qui ad ſimilitudinem animalium, in ſua ſpecie quæ præualent, mares, & quæ inferiora ſunt, fœminas nuncupant, quod adnotarunt Cœl. Rhodigin. *lib. 20. lection. antiquar. cap. 34.* Pacian. *vbi proximè num. 18.* Pet. Greg. *ſyntagm. lib. 47. cap. 11. num. 15.*

Ex hoc in iure multa ſunt ſtatuta, nã ſi eodem partu maſculus, ac fœmina edantur, nec appareat, quis prior prodierit in lucem, mas intelligitur præceſſiſſe, *l. 12.* ibi: *E dezimos, que ſi el vno es varon, è el otro fembra, que debemos entender, quel varon ſalio primero, tit 32. part. 7.* 3
Pacian. *d. lib. 2. cap. 11. num. 10.* Ioan. Licirier, *ſupra,* Bald. *in l. idem erit. in princip. ff de ſtat. homin.* Bart. *in l. ſi ita fuerit §. vlt. ff. de reb. dub.* Gom. Val. *ſupra* Guid. Pap. *de præſumpt. col. 3. verſ. Item ſi in vtero,* Dec *in l. 2. num 47 ff. de reg. iur* Tiraquel. *in d. l. 1. nu. 59. 67. 68* Ant Gom. *in l. 40. Taur. num 68. verſ. Item etiam dico,* Menoch. *d. præſ. 51. num. 22. 23.* Donel. *in d. l. ſi ita, §. fin.* quamuis nõ omnes hanc præſumptionem admittant, vt videre licet apud Menoch. *vbi proxime n. 21.*

4 Hinc etiam oritur, vt, ſi pro eodem crimine vir, & fœmina ſint torquendi, incipi ab illa tanquam à fragiliori debeat, vt citius, ac facilius veritas detegatur, Pacian. *d. cap. 8. num. 12.* Paz *in prax. tom. 1 part. 5. cap 3. §. 12. num. 58.* Tiraquel. *ſupra d. l. 9. num. 134* Gandin. *in tractat. de malefic. rubric. de quæſtion. & torment. col. 2* Guid. Zuza *eod. tractat. col. 4. verſ. Quo ordine,* D. Couar. *in d. § 4. nu. 17. 18.* Greg Lop. *in l. 5. gloſ. 2. tit. 30. part. 7.* Par. de Put. *de ſyndicat. verb. fortuna,*

*na,§.Viſo de indicijs, circa medium*, Tiraquellus tamen, *vbi proximè*, multa refert de fœminis in tortura conſtantiſsimis, ſed id præter naturam ſexus contigit, vt ipſe aduertit.

5 Conſtat igitur, nulla ratione defendi poſſe, virum, & fœminam æquis vulneribus affectos, hanc illi ſuperuicturam; Reſtat modo, vt textui in *d.l.nihil intereſt*, quo ea aſſertio nititur, ſatisfaciamus, cui D.Couar. *d.num.* 18. reſpondet, ibi non apparere, vtrumque pariter fuiſſe percuſſum. Sed adhuc aduerſarij vrgebunt quærentes, cur Conſultus propoſuit, adulteram non occubuiſſe adultero perempto, cum in vtrunque pater æquali impetu irrueret? etenim ſecundum virilem fortitudinem adulter potiùs ſuperuiuere præſumeretur, ſed Legislator aſſerit, adulteram fuiſſe ſuperſtitem: ergo quia ſexui fœmineo à natura inditū eſt, vt in vulneribus ſuſtinendis virilem ſuperet.

6 Cui obiectioni dicendum eſt, rationem ſpecialem, ad ita ſpeciem proponendam mouiſſe Conſultum, lege enim Iulia de adulterijs permiſſum fuit patri, vt ſi filiam, quàm habebat ſub poteſtate in ipſis rebus venereis domi ſuæ, vel generi deprehenderet, poſſet tam ipſam, quàm adulterum vno impetu interficere, *l.14.tit.17 part.7.l.patri 20.l.nec in ea 22 §.Ius occidendi, & §.fin.l.quod ait lex 23.ff.ad leg.Iul.de adulter.* quòd ſi filiæ, vel adultero parceret, lege Cornelia de ſicarijs tenebatur, *d.l.nihil intereſt*, (non tamē ordinaria, ſed mitiori pœna afficiebatur, *d.l.patri*, *l.ſi adulterium* 38 *§.Imperatores, ff.eod.tit.*) Hinc dubitatū eſt apud Marcellum, an pater in huiuſmodi pœnam incideret, ſi, adultero occiſo, filia grauiter vulnerata ſuperſit, & negatiuè quæſtioni reſpondet, nam ex quo ſic illam percuſsit, colligitur non voluntate, & propoſito percutiētis, ſed fato id contigiſſe, ideo autem (vt iam ad propoſitam difficultatem diluendam accedamus) Cōſultus præmittit, potius filiam ſuperuixiſſe, & non adulterum, quoniam caſus hic erat, de quo magis poterat dubitari propter præſumptionem, quæ ex pietate naturali oriebatur in patrem, cuius ingens amor poſſet vindicem gladium detinere, ne adulteram penitus, vt adulterum enecaret, in adultero autem hæc dubitandi ratio ceſſabat, manifeſtumque eſſet, ſi ille viueret, filia extincta, hoc contra votum patris eueniſſe, Marcellus itaque vt vtrumque caſum vnica deciſione definiret, magis difficilem tractauit, nam cum in eo decidat, patrem non teneri, idem à fortiori debet intelligi, ſi forſan adulter ſic vulneratus ſuperſit, qua ratione cognita apparet, nequaquam inferri poſſe ex *d.l.nihil intereſt*, quòd Tiraquellus, & ſequaces ſupra laudati hallucinantur de maiore robore in fœminis.

Ibi: *Et tunc quatenus ad hunc tractatum.*

Ex præfata ſexus fœminei debiliori 7
natura intulerunt Interpretes, viro & muliere ſimul in eodem conflictu, veluti incendio, terræmotu, aut naufragio pereuntibus, præſumendum eſſe illum, huic ſuperuixiſſe, Ægid.Bellamer. *in cap. dilecti col.* 11. *verſ. vndecimò, de arbitr.* Franciſc.Cremenſ. *ſing.* 52. Marſil. *in rubric.col.13.C.de probat.* Felin *in cap. capitulum Sanctæ Crucis n.19.verſ.De duobus natis, de reſcrit.* Gom.Val. *ſupra n.2.* Ioan. Licirier, *d.quæſt 11.n.3.verſ.* Secundùm exēplū, quibus fauet apertè, *d.l.12.verſ. Otroſi dezimos*, ibi: *Entendemos, que la muger, porque es flaca naturalmente mori-ia primero, tit.32.part.7.* De quo cum D.Couar. iterum *infra hoc cap. num* 10. *verſ. Omnibus his adamuſsim*, vbi contrarium veriùs eſſe probabitur, *n.56.*

Num. 3.

Si ex legis, vel hominis diſpoſitione 8
aliquod lucrum coniugibus deferatur: ſi aliquis ex ipſis in matrimonio decedat, ambobus eodem caſu ſimul extinctis, ita vt non conſtet, quis ante mortuus fuerit, illud debebitur, quoniam conditio cenſetur impleta; cum enim eos eodem inſtanti ſpiritum emiſiſſe præſumatur, matrimonium ante mortem ſolutum dici non poteſt, *l.ſi poſſeſſor 32 §.fin.ff.de religioſ.& ſumpt.funer.* Menoch. *d.præſ.50 num.3.* Pacian. *d.cap.8.num.21.verſ. Si tamen*, Cremenſ. *ſupra.* Roland. *de lucro dot.quæſt.60.* Lucas de Penna *in l.Principes caſ.44.C.de principib agent.in reb.lib.12.* Marſil. *ſupra num.416.* Ioan. Baptiſt. Aſin. *in d.l.ſi poſſeſſor §.vlt.*

Verſ. *Secundùm, hinc infertur.*

Conſentiunt Bartol. *in l.ſi inter in prin-* 9
*cip.ff.de reb.dub* Pacian. *num.14.* Signorol. *d.conſ.9.verſ.His ſic præmiſsis.* Neque enim ratio decidendi *l.qui duos 10. §.Si maritus*, eſſe poteſt, quod præſumatur fœmina ob fragilitatem ante maritum deceſsiſſe, tum quoniam hoc verū non eſt, vt dicemus *infra num* 56. tum quòd, vt verificetur conditio: *Si in matrimonio vxor decedat*, neceſsè non eſt, quòd eadem præmoriatur, cum ſit ſatis, vt eodem momento cum viro ſuccumbat, Palac.Rub. *in rubric.§ 74.num.2.ad cap.per veſtras de donat inter* vnde licet euidenter ſciretur vtrumque coniugem eodem inſtanti expiraſſe, nihilominus committeretur de dote lucranda ſtipulatio iuxta *d.§.Si maritus*, quod expreſſim docuit Conſultus *in d.l.ſi poſſeſſor, §.vlt.* & comprobatur ex eo quod ſi vir & vxor ſimul Religionem profiterentur, aut in hoſtium poteſtatem deuenirent, nullusque reuerteretur, illa conditio: *Si in matrimonio deceſſerit*, verificaretur, & erit locus *d.§.Si maritus*, deciſioni, vt notant Aſin. *in d.§.vlt.* Roland. *ſupra num.5.* Phanuc. *in commentar.ſup.ſtatuto de luc.dot in rubric.gloſ.per mortem, n.38.* Menoch. *num.5.* qui alios refert.

Verſ. *Tertiùm, eadem ratione.*

Sequitur Menoch. *d.præſ.50.n.4.*

Verſ. *Quartùm, ab eadem radice.*

Non pauci cum Accurſio labuntur opinātes, viro & vxore ſimul extinctis, fœminam priùs propter debilitatem periiſſe, quorum aliquos retulimus *ſupra*, & alios laudat Menoch. *n.14.*

Verſ. *Quintùm, verus inde reſtat.*

Parum quidem ad præſentem tractatum conducit, *d.l.qui duos in princip.* quādoquidē ibi nihil intererat ſubſtituti, an ſimul, vel diuerſis temporibus inſtituti morerentur, ſat enim illi erat, quod nullus ſupereſſet, vt admitteretur.

Num. 4.

10 Donatio inter virum & vxorem, traditione interueniente, confirmatur, ſi vterque caſu aliquo, vt bello, vel ruina ſimul pereat, ſiue maritus vxori donet, ſiue è contra, niſi probetur, perſonam, quæ donauerat, ſuperuixiſſe ſaltim per temporis momentum, nam conſtitutione Imperatoris Marci ſtabilitum eſt, huiuſmodi donationes ſuſtineri, niſi donator ſuperuiuat ei, cui donatum eſt Menoch. *à num.6.& num* 8. rationem illius conſtitutionis reddit, Pat. Sanch. *de matrim.lib.6.diſp.14.num* 21. Donel. *in d l.ſi inter ff.de reb.dub.* Fontanel *ſupra tom.1, clauſ 4 gloſ.7.part.2.num* 41.45. Ant. Gom. *in l 50.Taur,num.65.verſ.Si autem ambo*, Coſt *in d §.Cum in bello, verb.cum filio, num.15.* & verb. *patrem prius mortuū num.15.* Alex. Trentacinq. *variar.lib.3.tit de donat reſolut 6 nu.4.* Molin. *de iuſt.diſp.289.n.11.verſ.Quod ſi ambo*, Mantic. *ſupra lib.21.tit.9.n 2.*

Idem procedit in donatione inter pa- 11
trem, & filium ſub poteſtate conſtitutum, quæ morte donatoris confirmatur, nam ſi ambo ſimul pereant, ſuſtinebitur, vt latè probat Fontanel. *vbi proximè à num.38.*

Ibi: *Donatio, quæ ſemel valuit traditione præmiſſa.*

Ab omnibus ferè receptum eſt, quòd, 12
vt donatio inter coniuges morte confirmetur traditio prærequiritur, non tamen neceſsè eſt, in ipſo actu donandi interuenire, ſufficit enim ſi poſtea fiat quocunque tempore ante mortem eius, qui donauerit, *l.Papinianus 24 ff.de donat.inter.* Ratio eſt, quia cum donatio, vt iure prohibita, nulla ſit, niſi traditio ſequeretur, nihil eſſet, quod poſſet confirmari, Ant.Gom. *variar.lib.2 cap 4.nu 23.verſ. Requiritur*, Sāch. *d.diſp.14 n.6* Hermoſ. *in l.2.gloſ.1.n 6.tit.4.p.5.* Iul.Clar. *lib 4.recept.§.donatio, quæſt.9.verſ.Sciās autem*, Pet Barboſ. *in l.quæ dotis, num 67 ff ſolut.matrimon* Farinac *in prax.crim.tom.1 q.25.num.136.137.* Villalob. *commun.opinion.lit.D.verb donatio, num.147.* Mantic. *de tacit.& ambig.conuent.lib.11.tit.20.num.25.& lib.21.tit.7.nu 27.* Matienç. *in l 5.gloſ 2.num.5 tit.10.lib.5.Recopilat.* Caſtill. *lib.4.controuerſiar.cap.49.num 25* Molin. *de primogen.lib.1.cap.12.num.12.in fine*, Pet.Gregor *ſyntagmat.lib.28.cap.11.num.3.* Nec ſufficit, donatariū eſſe in rei donatæ poſſeſsione, ſed debet traditio omnino præcedere, Sanch. *ibidem verſ.Addit Matiençus*, Matienç. *d.num.5.* ſunt tamen aliqui, quos refert Sanch. qui traditionem non eſſe neceſſariam exiſtimant, ſed communis vera eſt producul-bio.

biò. Idem dic de donatione inter patrẽ, & filium, Pet. Greg. *ſup.*

13 Dubium verò in eo verſatur, an ſatis ſit, quod traditio ficta intercedat, vt ſi donans conſtituat, ſe donatarij nomine poſsidere, & pars affirmatiua eſt communis, quam ſuſtinent Hermoſ. *ſupra* Anton. Gom. *in d. l. 50. num. 65. verſ. Vnum tamen eſt*, Palac. Rub. *in rubric. §. 36. num. 7. ad cap. per veſtras de donat. int.* Sanch. *num.* 12. Menchac. *de ſucceſsion. progreſ. lib. 1. §. 1. nu. 137. 138.* Tiraquel. *de iur. conſtitut. part. 1. num.* 49. Molin. *d. diſp. 289. num. 5.* Trentacinq. *ſupra nu.* 2. Borrell. *in ſumm. deciſ. part. 3. tit. 9. n.* 58. Rota *deciſ. 342. num. 1. part. 1. in nouiſsim.* licèt negatiuam teneat Pet. Greg. *ſup.* cum Maſuer. *in prax. iudicior. §. Item donatio facta per patrem, de donat.* & Caſtrenſ. *in l. 1. §. Si vir vxori, ff. de acq. poſſeſ.* quia ficta traditio titulum validũ deſiderat, vt poſſeſsionem trãsferat, argument *l. quod ſeruus 24. ff. de acquir. poſſeſ.* & latè probat Anton. Gom. *in l. 45. Taur. num. 31.* qui *num. 29. 30.* de præcipua quæſtione agit reſoluens, actum fictum transferre poſſeſsionem, quando præcedit titulus, qui etſi nullus ſit, aliquomodo poteſt deinceps confirmari, vt donatio inter coniuges. Sed verè poſterior opinio iuri magis congruere videtur. In reciprocis tamen donationibus inter coniuges nulla deſideratur traditio, quia cum remuneratoriæ ſint, ſtatim valent, niſi vna altera fuerit pinguior, nam tunc, vt quoad exceſſum valeat morte confirmari, opus erit traditio, Caſtrenſ. *in l. ſi pater filiæ in fine, C. de inoffic. teſtam.* Palac. Rub. *§. 50. num.* 17. Villalob. *ſupra n.* 148 Sanch. *n.* 11.

14 Eſt omninò notandum, per traditionem, ſiue veram, ſiue fictam dominium rerum donatarum minimè in donatarium tranſire, ſed penes donantem permanere, *l. ſi id quod 29. ff. de donat. inter* Pat. Molin. *num.* 8 Ant. Gom. *d. num. 65. verſ. Adde tamen*, Clar. *d. quæſt. 9. num. 7.* D. Couar. *in rubric. de teſtament. part. 3. num. 6. 7.* vbi cum alijs, notat, donationẽ inter coniuges morte confirmatam retrotrahi ad tempus, quo fuit facta quoad fructus interim perceptos, non quoad dominium. Idem docent Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 11, num. 30. verſ. Tertiò & principaliter*, Palac. Rub. *§. 72. in princip.* Pat. Molin. *nu.* 3. Mantic. *d. lib. 2. tit. 7. num.* 24. Pet. Greg. *num.* 1. quòd etiam in natis ex ancillis donatis procedit, vt ipſi aduertunt.

15 Sed iure noſtro attento, hæc omnia ceſſare videntur ex *l. 3. tit. 12. de las donaciones lib. 3. for.* cuius hæc verba: *Si el marido quiſiere dar algo a la muger, ò la muger al marido, no auiendo fijos puedalo facer deſpues, que fuere el año paſſado, é no ante. E ſi deſpues deſta donacion ouiere fijo, no vale la donacion, fuera quanto en ſu quinto.* Ex quo textu donationes inter virum, & vxorem in Hiſpania, illis qualitatibus ſeruatis, validas eſſe, notarunt Ant. Gom. *in d. l. 50. num. 66. in fine*, Gutier. *de iurament. confirmat. part. 1 cap. 3. num.* 16. Palac. Rub. *§. 54. num.* 2. Bernard. Diaz, *reg. 213. verſ. Quintò, fallit*, Montalu. *in ead. l.* 3. Dueñas, *regul. 221. in fine*, ſed Molin. *vbi proximè verſ. Guterius de iurament. confirmat.* negat, legem illam vſu receptam eſſe, atque ideo iuri communi ſtandũ eſſe ait, quoniã leges fori non vigent, niſi vbi vſus eas approbauerit, de quo Sanch. *d. lib. 6. diſp. 1. n. 5.*

Num. 5.

16 Rationẽ iſtã, ad *d. l. ſi inter* probant cõmuniter fere omnes, teſte Menochio, *d. præſ. 50. num. 8. verſ. Et quidem omnes*, licet aliqui putent, donationem valere, quia, ne actus pereat, præſumitur, vt prius, qui donauit, moreretur, quòd cõuincitur ex *d. l. cum hic, §. Si ambo.*

Verſ. *Secundò, hinc verùm eſſe conſtat.*

17 Quòd de morte naturali ibi dicitur, etiã ad ciuilem eſt ampliãdum, nam, ſi ſimul coniuges profeſsionem emiſerint, ab hoſtibus fuerint capti, vel alio modo ciuiliter moriantur, donatio ſuſtinebitur, cùm donator non ſuperuiuat, Sanch. *d. diſp. 14. num* 21. Siquidẽ certum, eſt huiuſmodi donationes ciuili morte confirmari, vt videre eſt apud Sanch. latè agentem, *d. lib. 6. diſp. 17. per totam.*

Verſ. *Tertiò, eodem iure procedit.*

Adde *l. ſi ij qui 26. ff. de donat. cauſ. mort.* Menoch. *n.* 13. Sanch. *d. diſp. 14 n.* 22.

Verſ. *Quartò, ſatis manifeſtum eſt.*

Accedit Pacian. *d. cap. 8. num.* 14 & ita eſt tenendum, quoniam mulier ob de-



debiliorem naturam non præſumitur ante hominem decedere, ſi ambo eodem caſu pereant, vt dicemus cum D. Couar. *infra in fine huius capitis.*

Verſ. *Cæterum his.*

18 Hanc difficultatem ortam ex verbo, maxime, poſito in *d. l. ſi inter* diluere conantur, Sanch. *d. diſp. 14. num 21. verſ. Nec obſtat argumentum*, Menoch. *à num.* 9. Alciat. *d. reg. 1. præſumpt.* 49. Pro cuius textus intelligentia libet aliquantulum hic immorari, prænotando, quod verbũ, *maxime*, quamuis frequentiſsimè in eo ſenſu accipiatur, vt explicans caſum minus dubitalem, idem iuris eſſe in magis difficili denotet implicitè *l. 1. §. Vel maximè, ff. de collat. bonor. l. illud §. fin. ad finem, ff. de bonor. poſſeſ. contr. tabul.* Gutier. *Canonicar. lib. 1. cap. 20. num.* 6. Menoch. *conſ. 1034. num.* 8. Hoc nihilominus perpetuum non eſt, ſed multoties aliter intelligitur, *l. ſcire oportet 15. §. Aliud etiã, verſ. Sed etſi maximè, ff. de excuſat. tutor. l. Labeo 7. §. fin. ff. ſupellect. legat. l. in ambiguis 97. ff. de reg. iur.* & alibi paſsim, gloſ. *in d. l. illud §. fin. verbo maximè.* quæ ait, aliquãdo particulam illam accipi electiuè, ita vt in caſu omiſſo contrarium ſit dicendum. Quibus ex locis conſtat, *maximè*, vſurpari non infrequẽter, pro in primis, plurimùm, ſiue magnopere, quo ſenſu vſus eſt Cõſultus a particula in *d. l. ſi inter*, in qua dubium verſabatur non facile apud Iuriſconſultos circa donationis illius validitatem, & cum vtrinque rationes inuicẽ repugnantes vrgerent, illa in primis ſiuè magnopere mouit, vt pro donatione reſponderetur, quòd non ſuperuiuebat donator, qui rem donatam repetere poſſet; ac ſi diceret Paulus; quãuis multa ſuaderent, vt donatio ſuſtineretur, veluti fauor coniugalis liberalitatis, *d. l. cum hic, §. Pœnitentiam ad finẽ*, verba orationis D. Marci, de quibus *in d. §. Si ambo*, & quòd in dubijs amplectenda eſt ea interpretatio, per quam actus non pereat, *l. quoties 13. ff. de reb. dub.* Præ his omnibus ratio ibi expreſſa ad ita decidẽdum induxit, quæ maximè, ideſt, plurimũ apud Legiſlatores valuit. Vndè perperam inferretur: Hæc ratio principaliter mouit, vt donatio valida cenſeretur; ergo ſi ipſa ceſſaret, idẽ iuris eſſet; imò potiùs contrarium colligendum eſt; licèt quod ſi ea deficeret, aliud reſponderetur. Illud autem verbum, *maximè*, denotat, Conſultos non fuiſſe ſola ratione expreſſa in *d. l. ſi inter.* motos ſed etiam alijs proximè traditis, an vero hęc ſufficeret, ſi illa Legiſlatoribus non occurreret, nobis non conſtat, nec ex illo textu deduci poteſt.

19 Sed cur ea ratione potius quã cæteris Conſulti in eam ſententiã adducti ſunt, non latet, nã prohibitio donationis inter coniuges eorum perſonis proſpexit, ne mutuo ſe ſpoliarent amore, per quod ad paupertatem deuenirent, *l. 1. l. ſi id quod 29. §. Si quas ſerui, ff. de donat. inter*, cum autem in ſpecie *d. l. ſi inter*, vterque coniux eodem cõflictu periret, ſolùm diſceptabatur de cõmodo hæredum, & ideo cauſa prohibitionis ceſſante, in dubio pro coniugali liberalitate reſponderę æquum eſt viſum, ſed non ita facilè fauerent donationi, ſi eſſet controuerſia circa alium caſum dubium cum ipſo donatore, qui poſſet rem condicere, ex quo obiter infertur, ibi non loqui Paulum de ſuperuiuentia momentanea, quæ cõtingit, cum duo eodem bello, vel ruina extinguũtur vnus poſt alium, ſed de illa, per quam ipſe, qui donauit, ita ſuperſtes eſt, vt repetere donatum per ſe poſit.

Ibi: *Cùm hæ donationes odioſæ ſint.*

20 Huic aſſertioni obſtat, *d. l. cũ hic ſtatus, §. Pœnitentiã*, ibi: *Quod ſi in obſcuro ſit, procliuior eſſe debet iudex ad comprobandã donationem.* Si enim hæ donationes forent odioſæ magis propẽdere deberet iudex ad eaſdem in dubio irritandas, argumẽto capit. odia, & quę ibi notantur *de reg. iur. in 6.* Hæc tamen diſtinctione facilè conciliantur, nam donationes inter coniuges viuente donatore cenſentur odioſæ ob rationes, de quibus in *d. l. 1. cum duab. ſeqq.* eo autem mortuo, cum illæ iã non militent, coniugalis liberalitas fauorabilis habetur, quo caſu loquitur Conſultus in *d. § Pœnitentiam*, maximè cum nitatur voluntati defuncti, quæ iure fauorabilis eſt, *l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. vel negare 5. ff. quemad. teſtam. aper.* Hinc fit, vt ſi viuo donatore, de viribus donationis iſtius dubitetur illis caſibus, quibus valere poteſt, tanquam odioſa aduerſus ipſam iudicabitur, quòd ſi cum hærede illius ſit controuerſia, erit vt fauorabilis confirmãda, *d. § Pœnitentiã*, quæ

ea, quæ nuper dicebamus circa intelle-
ctum *d.l.ſi inter,* ſunt obſeruanda.

Verſ. *Primò tamen.*

21 Si vir & vxor, quorũ vnus alteri dona-
uerat nõ eodẽ in loco, & caſu; ſed diuer-
ſo decedant, neque ſciatur, quis præmor-
tuus fuerit, illi hæredi, qui agit, onus pro
bationis incumbit, atque ita melior eſt
conditio poſsidentis, ſi ergo contra do-
natarij hæredem agatur, aduerſarius do-
cere debet, donatorẽ ſuperuixiſſe, quòd
ſi donatoris ſucceſſor conuenìatur, actor
probare tenetur, donatarium fuiſſe ſu-
perſtitem, aut ſaltim ſub idem tempus
vtrumque ſuccubuiſſe, eſt cõmunis do-
ctrina, quã tradunt Menoch. *ſupra n.* 16.
Pacian. *d.lib.* 2. *c.* 7. *n.* 12. Sanch. *d.diſp.* 14
*n.* 22. *verſ. Alij verò,* Maſcard. *de probat cõ*
*cluſ.* 1200. *n.* 15. Rimînald. Senior, *conſ.*
127. *num* 8. *verſ. Quibus ſic ſtantibus vo-*
*lum.* 1 Guid. Pap. *de præſumpt col.* 3. Mo-
lin. *ſup. d. diſp.* 280 *verſ. Donatio cauſa mor*
*tis,* Curt. Sen. *in l. admonendi, n.* 323. *verſ.*
*Quartò mouetur. ff. de iureiur.* Philip Prob.
*in addit. ad Ioan. Monach in c ſi à ſede, n.* 8.
*de præbend. in* 6. Tiraquel. *de iur. primoge-*
*nit q.* 17. *opinion.* 11. *n.* 12. Varona *in ad-*
*dit. ad Palac. Rub in d. rubric.* § 75. *lit. B.*
Cumque ad cõfirmationem donationis
huius traditio præcedere debeat, hæres
donatoris grauamen probationis plerũ-
que ſuſtinebit, ſed ſi à poſſeſsione cadat,
qui donatario ſucceſsit, oportet, vt poſ-
ſeſſorio agat, antequã ad petitoriũ per-
ueniatur. Sanch. & Varon. *vbi proximè.*
22 Hæc, quæ de cõfirmatione donationis
inter cõiuges dicta ſunt, intelligi debẽt,
cum verum eſt matrimonium, nã dona-
tiones inter coniuges putatiuos penitus
ſunt inanes, nec D. Marci oratio ad illas
ſpectat, *d. l. cum hic ſtatus* §. *Si quis ſpon-*
*ſam.* Anton. Gom *in d. l.* 50. *n.* 65. *verſ.*
*Tertius eſt ſi donatarius,* Bald. *in l. eam, quã*
*col.* 6. *n.* 22. *C. de fideicommiſ.* Ancharran. *in*
*c. fin de donat. int.* Sanch. *d. lib* 6. *diſp.* 2 *n.*
9. Palac. Rub. *ſup.* §. 36. *n* 7. Roder. Suar.
*in l.* 1. *tit. de las ganancias, lib.* 3 *for.* Matieç.
*in l.* 2. *gloſ.* 1. *num.* 6 *tit* 9 *lib.* 5. *Recopilat.*
quod etiam procedit in ignorãtibus im-
pedimentum, Ant. Gom. & Sanch. *vbi*
*proximè.* Sed hoc eſt limitandum cum D.
Couar. *de ſponſalib. part.* 2. *c.* 7. §. 1. *num.*
10. Ceſt. *in cap. ſi pater verbo, vxorem, n.*
6. *de teſtament. in* 6. quando donatio fit à
coniuge ſciente impedimentum illi,
cui illud ignorat, tunc enim valebit ſta-
tim donatio tanquam inter extraneos fa
cta, cum ceſſet ratio, tum *l.* 1. *ff. de donat.*
*inter,* quia coniuges non ſunt, tum *d.* §. *Si*
*quis ſponſam,* ſiquidem non donauit, vt
coniugi qui ſciebat nullum eſſe coniu-
gium, quod comprobatur ex *l.* 50. *tit.* 14
*part.* 5. vbi mulier conſcia nullitatis ma-
trimonij dotem non repetit à marito
putatiuo, qui bona fide contraxit.

Num. 6.

De hoc oportet conſulere Pacianum,
*d. cap.* 7 *per totum,* Menoch. *ead. præſ.* 50.
*à n.* 21. Mantic. *lib.* 11. *tit* 4. *ex num.* 6.
Donel *in d. l. qui duos,* §. *Cum in bello.* vbi
Coſta, *verbo patrem prius mortuum, à prin-*
*cipio,* qui plures intellectus refert ad leg.
*ex facto* 17 §. *Si quis autẽ, ff. ad Trebellian.*
Hanc interpretationem ad *d.* § *Si quis*
*autem* probant Alexand. *conſ* 91. *num.* 9.
*verſ. Et nihil in contrarium, vol.* 7 Pacian.
*n.* 15 Menoch. *n.* 28.
Sed eius textus deciſio non eſt admit 23
tenda, quando teſtator, qui cõditionem
adiecit, erat aſcendens inſtituti, nã tunc
ſi liberi eſſent puberes, qui cum patre
perierunt, irritaretur ſubſtitutio, ſi verò
impuberes, valeret quidem, non quia ſi-
mul mortui cum patre præſumãtur, ſed
quoniam ante illum deceſsiſſe intelli-
guntur, *d. l. qui duos, ff. fin. l. cum pubere* 23.
*cum l. ſequenti ff. de reb. dub* Socin. *in d. l.*
*quod de pariter, num.* 7 Menoch. *num.* 28.
Ratio eſt, nam quoties agitur de ſucceſ-
ſione inter aſcendentes & deſcendẽtes,
hæc præſumptio eſt admiſſa & nõ aliàs,
Menoch. *d. n.* 28. & 30 D. Couar. *infra*
*hoc cap. num.* 8. *verſ. His obſtare,* vbi dice-
mus, *num.* 47.

Verſ. *Tertiò, eadem ferè.*

Quoties conſtat, inſtitutum aliquando 24
prolem ſuſcepiſſe, ſubſtituto agenti in-
cumbit probare ipſam prius mortuam,
quam patrem, aut ſaltim ſimul deceſsiſ-
ſe, Molin. *de primogen. l.* 3. *cap.* 9. *in fine,*
Ant. Gab. *comm. lib.* 1. *tit. de præſ. cõcluſ.* 6.
*n.* 26. Felin. *in c. quoniam frequẽter* § *For-*
*ro in fine, vt lit. non conteſt.* & *in cap. afferte*
3. *notab. de præſumpt.* Cacheran. *deciſ.* 108
& ibi Purpurat. *in conſ. ſubſequenti,* Man-
tic. *deciſ.* 32. *n.* 1. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 436.
*per totam,* Peregrin. *d. art.* 43. *n.* 51. Maſ-
card. *concluſ.* 343. *à n.* 8. Sed contrarium
de-



defendit Pacian. ſequutus Bartolum, &
alios, quos refert, *d. cap.* 7. *n.* 5. cuius ſen-
tentiæ ratio eſt, quia ſubſtitutus ſolùm
ſe fundat in morte inſtituti, reus verò
pro fundamento ſuæ intentionis filiorũ
exiſtentiam allegat, quare iuxta iuris re-
gulam ipſe tenetur oſtendere patrem
prius mortuum, vt ſubſtitutum exclu-
dat, nec ſat erit, quòd cõſtet prolem ex-
titiſſe defuncto, quoniam vita non præ-
ſumitur durare, ſed ab allegante proban-
da eſt, Pacian. *nu.* 17. *verſ. Ad cuius rei,* &
*n.* 18. Socin *in d.* §. *Cum in bello,* Bart. *in l.*
2. §. *Si dubitetur, ff. quemadmod. teſtament.*
*aper.* Menoch. *d. lib.* 6. *præſ.* 49 *n.* 26. Al-
ciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſ.* 44. Prior ta-
men opinio tenenda erit, cũ ſubſtitutus
agens agnoſcit filios inſtituto fuiſſe, &
ipſos ante, vel cum patre deceſsiſſe, alle-
gat, hoc caſu ipſe onus probãdæ mortis
aſſumit, quia in ea ſuam fundat intẽtio-
nem. Adde dicta *ſup. cap.* 6. *n.* 35.

Ibi: *Vnde licet poſsibile ſit.*

25 Rationem, quare centum annorũ me-
tã præſcripſerint Cõſulti vitæ hominis,
conatur indagare Pacian. *à n.* 41. & po-
teſt defendi, fuiſſe ſequutos Ægyptiorũ
placitum, quòd probauit etiam Dioſco-
rides ſecundùm Cenſorin. *lib. de natali die*
*cap.* 12 *de diſtinct. ætat.* qui exiſtimarunt,
ideo hominem vltrà centeſimũ ſuæ æta-
tis annum viuere non poſſe, nam cor hu
manum primò anno à natiuitate duas
pendit drachmas, ſecundò quatuor, ter-
tio ſex, & ita augeſcit vſque ad quinqua-
geſimum, à quo vno quoque anno ſimi-
liter decreſcit, vnde, corde conſumpto,
adueniente centeſimo, hominẽ ampliùs
viuere, impoſsibile eſt, cuius ſententiæ
meminit etiam Cœl. Rhodigin. *lection.*
*antiquar. lib.* 19 *cap.* 41.
26 Sed hæc Paciano diſplicent, tum ex
*Auth. vt Eccleſ. Roman.* §. 1. vbi habetur,
quòd centeſimus annus plerumque lon-
gæuæ vitæ hominis eſt finis, tum ex au-
thoritatibus, quas refert ex Plin. *natural.*
*hiſtor. lib.* 7. *cap.* 48. Valer. Max. *lib* 8. *cap.*
14. & *alijs,* qui, multos centeſimum an-
num exceſsiſſe, teſtãtur, ex quo colligit,
falſam eſſe præfatam Ægyptiorum tradi
tionem, nam ſi vera foret, nullus termi-
num à natura conſtitutũ tranſgredi poſ-
ſet, quare ipſe exiſtimat, nullam rationẽ
reddi poſſe, niſi quod ita voluere maio-
res, argumento *l. non omnium ff. de legib.*

Sed non erit difficilè Ægyptiacam opi 27
nionem tueri ſaltim ab eis, quibus ipſam
Pacianus impugnat, nam licet aliquando
contingat, homines vltrà centum annos
vitam protelare, non inde neceſſariò ſe-
quitur, falſum eſſe, quòd illi affirmãt, qui
loquuntur iuxta communem naturæ or-
dinẽ, quæ quotidie in ſuis operibus mõ-
truoſa quædam, raraque producit, atque
ita poteſt aliquorum hominũ cordibus
tantum roboris conferre, vt diutius, quã
cæteri, viuere valeant, neque Ægyptios
latebat, cum id tradiderunt, nonnullos
poſt centum annos vixiſſe. Et quamuis ex
alijs rationibus verum non ſit, quòd illi
cogitarunt, ſatius eſt dicere, Iuriſprudẽ-
tes in re adeo obſcura ſequutos fuiſſe opi
nionem gentis illius rerum naturalium
obſeruatricis, quàm quod nulla ratione
ſed pro libito ſtatuerunt, maximè cũ illa
experientiæ conueniret, adeo enim rarũ
eſt, vitã humanam vltrà centum annos
protrahi, vt quos ampliùs viuere ſci-
mus, vt portentum & naturæ miraculũ
conſpiciamus, Gutier. *practicar. lib.* 2. *c.* 7
*n.* 5. Pinel. *in l.* 2. *part.* 3. *cap.* 4. *n.* 33. *C. de*
*reſcind. vendit.* & Menoch. *d. præſ.* 49. *n.*
17. poſt Corraſ. *lib.* 5. *miſcellanear. cap.* 18.
*ad finem,* putat fabuloſum eſſe, quòd no-
ſtris temporibus aliquis vltrà centũ an-
nos viuat. Multa tamen de longiſsimis
hominum vitis ſcripſerũt Cæſar Baron.
*tom.* 1. *Annal. Eccleſ. anno Chriſti* 76. *pag.*
710. Ioan. Garc. *de nobilit. gloſ.* 12. *à d.* 76.
Silu. *nupt. lib.* 2. *cap.* 11. Mamph. *hiſtor. In-*
*dicar. lib.* 11. *pag.* 492. Martin. Delri. *diſ-*
*quiſition. magic. lib.* 2. *q.* 33. Conſulti igi-
tur moti, tum Ægyptiorum authoritate,
tum experientia longiſsimæ vitæ hu-
manæ terminũ centũ annos eſſe meritò
conſtituerunt, nec de illis, quæ raro eue-
niunt, curarunt, argumento *l. nam ad ea,*
*ff. de legib.*

Ibi: *Non tamen præſumitur quenquam ad*
*centum annos viuere.*

Hanc concluſionem comprobant Pi- 28
nel. & Gutier. *vbi proximè,* Pacian. *d. cap.*
7. *n.* 24. Menoch. *d. præſ.* 49. *num.* 2. Ant.
Gab *ſupra concluſ.* 16. *num.* 3. *verſ. Contra-*
*rium videtur,* Curt. Iun. *in l. ſi emancipati,*
*n.* 12. *verſ. Conſidera etiam, C. de collationib.*
Cagnol. *ibi n.* 92. *verſ. Nõ obſtat quòd quis*
*præſumatur,* Caſtill. *quotidian. lib.* 4. *p.* 1. *c.*
13. *n.* 41. Iaſ. *in l. vlt. col. penult. C. de Sa-*
*croſanct. Eccleſ.* Sanch. *ſupra lib.* 2. *diſput.*

46.*num.* 1. *verſ. Sed hæc ratio*, & ita eſt
omnino tenendum; quanuis non pauci
contra ſentiant quorum inferius men-
tio fiet, *num.* 31.

Ibi: *Quæ tamen ita temperanda eſt.*

29 Homo poſt centeſimum annum à na-
tiuitate ſua mortuus præſumitur, Bart.
*in l.* 2. §. *Si dubitetur, ff. quemadmod. teſtam.*
*aper.* Gutier. *vbi proximè num.* 4. Pacian.
*num.* 30. Salicet. *in l. ſiquidem in fin. C. ſo-*
*lut. matrim.* Capell. Tholoſan. *deciſ.* 313.
*num.* 3. Pinel. *d. cap.* 4. *num.* 33. Ant. Gab.
*d. concluſ.* 16. *num.* 4. Bald. *in l. ex perſona*
*col.* 3. *C. de probat.* Farinac. *in fragment. cri-*
*min. part.* 2. *lit.* M. *num.* 326. Marant. *in l.*
*is poteſt. num.* 163. *ff. de acquirend. hæredit.*
Tuſch. *practic. concluſ. lit. M. concluſ.* 400.
*num.* 25. Caſtrenſ. *in l. iura conſtitui, num.*
2. *ff. de legib.* Ioan. Oroſc. *in l. nam ad ea, ff.*
*eod.* Menoch. *conſ.* 345. *num.* 59. An verò
per hanc præſumptionem mors probe-
tur, iudicis arbitrio (quod in his plurimũ
valet) relinquitur, qui, alijs perpenſis cir
cunſtantijs, æſtimabit, vtrum qui cente-
ſimum iam egit annum mortuus cen-
ſendus ſit, nec ne. Pacian. *num.* 31. Cag-
nol. *ſupra d. num.* 92. *in fine*, Menoch. *d.*
*præſ.* 49. *n.* 28. & *d. conſ.* 345. *n.* 60. Sanch.
*d. diſp.* 46. *num.* 7. 12.

Ibi: *Sic crebriori calculo receptum eſt.*

30 Allegans pro fundamento ſuæ inten-
tionis vitam, vel mortem alicuius ad
onus probationis aſtringitur, Pacian. *nu.*
9. 19. Alciat. *ſupra reg.* 1. *præſ.* 44. Me-
noch. *d. præſ.* 49. *num.* 26. Sanch. *vbi pro-*
*ximè, num.* 1. *in fine*, Gutier. *nu.* 8. Ceuall.
*commun. tom.* 2. *quæſt.* 900. *num.* 136. Maſ
card. *concluſ.* 78. & *concluſ.* 1074. Flamin.
*de reſignat. benefic. part.* 2. *lib.* 11. *quæſt. vlt.*
*num.* 9. Gregor. Lop. *in l.* 14. *gloſ.* 2. *ad fi-*
*nem, tit.* 14. *part.* 3.

Ibi: *Diſplicet tamen hæc concluſio.*

31 Quod allegans aliquem viuere, quem
vixiſſe conſtat, non tenetur probare, niſi
centum annorum lapſum fuerit à nati-
uitate illius, intra quos vita humana du-
rare præſumitur defendunt gloſ. *verb. an*
*filius fam. in l. ſed & ſi de ſua* 34. *ff. de acqui-*
*rend. hæredit.* gloſ. *verb. liquerit, in d. l.* 2. §.
*Si dubitetur, ff. quemadmod. teſtam. apert.*
Bart. *in l. ſi quis ex argentarijs*, §. *Initium,*
*num.* 25. *ff. de edend. in* 2. *lect.* Cacheran. *de-*
*ciſ.* 108. Caſan. *in conſuetudinib. Burgun-*
*diæ rubric.* 6. §. 4. Viuian. *commun. tom.* 2.
*lib.* 16. *pag.* 457. *in magn. col.* 2. Herculan.
*de negatiu. proband. num.* 290. *verſ. Mors*
*quoque præſumitur*, Ripol *variar. reſolut.*
*cap. vlt. num.* 7. Lara *de vit. homin. cap.* 31.
*num.* 83. & alij plures, quos refert Me-
noch. *d. præſ.* 49. *num.* 9. tamen à contra-
ria opinione, nuper tradita, *num.* 28. re-
cedendum non eſt.

Ibi: *Primus, quando ſubſtitutus.*

De hoc caſu diximus, *ſupra cap. proxi-*
*mo, num.* 35.

Verſ. *Secundus, vbi ſubſtitutus.*

Adde Manticam, *d. lib.* 11. *tit.* 5. *verſ.*
*Secundus caſus*, Pacian. *d. cap.* 7. *num.* 10.
*verſ. Secundus caſus cum numer. ſeqq. vſque*
*ad* 15.

Verſ. *Tertius, agit ſubſtitutus.*

Accedit Mantica, *verſ. Tertius caſus* ſed
diſſentit Pacian. *num.* 7. *per textum in l.*
*ſpadonem*, § *Qui abſolutus, ff. de excuſat. tu-*
*tor.* vbi alios allegat, quorum ſententia
diſplicet ex illis, quę diximus nuper *n.* 24.

Verſ. *Quartus, agit ſubſtitutus.*

Sequitur itidem Mantica, *verſ. Quar* 32
*tus caſus*, Menoch. *d. præſ.* 50. *num.* 16. Pa-
cian. verò *à num.* 16. *verſ. Sed hæc opinio*;
hanc concluſionẽ impugnat aſſerẽs Bar-
toli ſententiam veram, ac magis cõmunẽ
eſſe, ſecundùm quam in hac ſpecie ſub-
ſtitutum agentem eſſe omnino admittẽ-
dum, niſi reus liberos patri ſuperſtites
fuiſſe probauerit, vtraque tamen ſentẽ-
tia vera eſt. Prior, cum ipſe ſubſtitutus
agẽs allegat, patrem & liberos mortuos
fuiſſe, quia ſe fundat in morte, quã pro-
bare neceſſe eſt. Poſterior, ſi ipſe, nulla
mentione facta filiorum mortis, petat
bona, quia inſtitutus abſque liberis de-
ceſsit, tunc ſi aduerſarius opponat, prolẽ
à defuncto fuiſſe ſuſceptam, idem tene-
bitur docere, liberos parenti ſuperuixiſ-
ſe, quia fundat ſuã intentionem in vita,
quæ de præterito ad futurũ nõ pręſumi-
tur. vnde ſatis non eſt probare, quod filij
nati fuerint. Quę conueniunt dictis *ſup.*
*n.* 30.

Verſ. *Quintus agitur.*

Si ſubſtitutus poſsidens conueniatur, 33
vbi apparet filios, & patrẽ etiam diuer-
ſis in locis ſuccubuiſſe, erit abſoluendus,
niſi actor probauerit, patrem prius mor-
tuum



tuum, Menoch. *vbi proximè*, Mantic.
*verſ. Quintus caſus*, Cacheran. *d. deciſ.*
108. *in fine*, Pacian. *à n.* 11.

Verſ. *Nam & hic quintus caſus.*

34 Fundamentum huius contrariæ opi-
nionis eſt, quia quilibet centum annis
viuere præſumitur, cui adhærent omnes
laudati *ſupra n.* 31. ſentientes hanc præ-
ſumptionem iure probari, quod verùm
non eſſe diximus *ibi* & *n.* 28.

Ibi: *Hinc denique apparet.*

35 Pupillaris ſubſtitutus petens impube-
ris hæreditatem probare debet, ipſum
intra impubertatem deceſſiſſe, Mantic.
*lib.* 5. *tit.* 9. *num.* 6. *verſ. Tertiò diligenter*,
Pichard. *in* §. *Maſculo nu.* 11. *inſtit. de pu-*
*pillar.* Coſta *in d. cap. ſi pater verb. defun-*
*ctis ante tempora pubertatis, num.* 4. *verſ.*
*Ego tamen verius*, Crott. *in cap. Raynutius*,
*fol.* 5. *col.* 1. *de teſtament.* Meneſes *in l. cum*
*acutiſsimi, num.* 51. *C. de fideicommiſ.* Spin.
*in ſpecul. teſtament. gloſ.* 23. *num.* 26. Natta
*conſ.* 395. *num.* 4. Maſcard. *concluſ.* 667.
*nu.* 42. 43. Caldas *in l. ſi curatorem, verb.*
*infra tempus, num.* 20. *C. de in integ. reſtitut.*
Pacian. *d. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 25. Viuian.
*commun. verb. ætas*, Fuſar. *de ſubſtitut. q.*
229. Moria *in empor. tit.* 5. *quæſt.* 10. Me-
noch. *lib.* 2. *præſ.* 50. *num.* 33. 34. Caſtill.
*lib.* 4. *controuerſ. cap.* 14. *num.* 6. Fachin.
*controuerſ. lib.* 6. *cap.* 45. ſubſtitutus enim
pro fundamento ſuæ intentionis pupil-
lum obijſſe intra tempora impubertatis
allegat, quod verum eſſe, omnino tene-
tur oſtendere, cum nemo, etſi impube-
rem fuiſſe conſtet, præſumatur intra eã-
dem ætatem deceſsiſſe, Bald. *conſ.* 451.
& *conſ.* 455. *vol.* 4. Cyriac. *tom.* 2. *contro-*
*uerſ.* 367. *num.* 32. Tuſch. *lit. M. concluſ.*
112. *num.* 43.

36 Contrarium tamen alijs pluribus pla-
cet putantibus, ſubſtitutum habere pro-
priam intentionem fundatam, aduer-
ſariumque probaturum, eum, de cu-
ius hæreditate diſceptatur, annos impu-
bertatis exceſsiſſe, Marant. *in d. l. is po-*
*teſt. num.* 157. *ff. de acquir. hæredit.* Caccia-
lup. *in l. precibus num.* 88. *C. de impuber.*
& *alijs*. Sapia *in l. cum de ætate, num.* 52. *ff.*
*de probat.* Alciat. *ſupra reg.* 2. *præſumpt.* 14.
Curt. Iun. *in d. l. precibus, num.* 9. Boer.
*deciſ.* 38. *num.* 30. 31. ſed prior ſententia,
vt communior, ita & verior eſt.

Ibi: *Qua ratione ſiue ſubſtitutus actor.*

Præfata vera concluſio ampliatur, vt 37
locum habeat, quanuis ipſe ſubſtitutus
poſsideat, Pacian. *vbi proximè, verſ. Sed*
*iſta diſtinctio*, Mãtic. *verſ. Ego autem*, quic-
quid teneat Ferret, *in cap. in præſentia*,
*num.* 82. *verſ. Inquantum, de probat.* Ad-
uertendum eſt tamen, cum Maſcard. *d.*
*concluſ.* 667. *num.* 39. quæ dicta ſunt, pro-
cedere, quando eſt controuerſia inter
ſubſtitutum pupillarem, & ſucceſſores
ab inteſtato pupilli, ſed ſi lis vertatur cũ
inſtituto ab eodem, qui deceſsit, tunc ſi
iſte egerit contra ſubſtitutum pupilla-
rẽ poſsidentem, aſtringitur probare, te-
ſtatorem iam puberem mortuum eſ-
ſe, imo in eadem ætate fuiſſe tempore
conditi teſtamenti, quòd ſi ſubſtitutus
agat, huic ætatis probatio incumbit.

Num. 7.

Adde Menoch. *d. lib.* 6. *præſ.* 50. *à num.*
17. Pacian. *d. cap.* 7. *n.* 38. *verſ. Aut ſumus*,
& alios per ſingulas illationes ſtatim re-
ferendos *à n.* 39.

Ibi: *Nec mihi placet diſtinctio.*

Hanc diſtinctionem Bartoli inter diſ 38
poſitionem hominis, & legis probant
Pacian. *à num.* 37. Cacheran. *d. deciſ.* 108.
*num.* 4. *verſ. Non obſtat*, Coſta *in d.* §. *cum*
*in bello, verb. patrem prius mortuum, num.*
1. *verſ. Septima ſolutio*, & alij, quos hi re-
ferunt. At multis diſplicet, ac commen-
titia videtur; nam homo præſumitur,
dum diſponit, ſe legum diſpoſitioni cõ-
formare, *l. hæredes mei* 57. §. *Cum ita, ff. ad*
*Trebellian.* Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 21. *num.*
35. Bart. *in l. Gallus*, §. 1. *ff. de liber. & po-*
*ſthum.* & *in d.* §. *Cum ita.* Sic Bartol. re-
probant Menoch. *d. præſ.* 50. *num.* 19.
Fontanel. *ſupra d. clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *part.* 2.
*num.* 28. Peregrin. *d. art.* 43. *num.* 53. *verſ.*
*Accurtius autẽ*, Purpurat. *in conſ. poſt d. de-*
*ciſ.* 108. *Cacheran. poſito num.* 5. Socin. *in l.*
*ſed & in illo, ff. de reb. dub.* Ioan. Sadolet.
*in l. quod de pariter eod. tit.*

Verſ. *Primò, ex hoc infertur.*

Adde Menochium *num.* 17. Roland. à 39
Valle *de lucr. dot. quæſt.* 60. *num.* 6. Ca-
ſtrenſ. *in d. l. qui duos*, §. *Si maritus.* Idem
euenit, ſi ſimul ciuiliter moriantur con-
iuges, vt per profeſsionem in Religione,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

captiuitatem, aliumvè modum, Palac. Rub. *in d. rubric. §. 74. verſ. Ex hoc infertur ad aliud.* Similiter ſi vir & vxor ſibi inuicem donauerint ei, qui ſuperuixerit, vtroque pariter decedente in eodem conflictu, vel diuerſis in locis donatio euaneſcit, Pat. Molin. *d. diſp.* 289. Sanch. *d. diſp. 14. num. 22. verſ. Addit benè Coſta.*

Num. 8.

Sequitur Menoch. *vbi proximè.*

Ibi: *Et hæc ſtipulatio eam cõditionem habet.*

40 Maximè Interpretum extorſit ingenia difficultas, quæ oritur ex *d. l. quod de pariter, ff. de reb. dub.* quatenus ibi deciditur, actionē ex ſtipulatione conditionali in ſtipulatricis hæredem non tranſire cõtra textum in *§. Ex conditionali, inſt. de verbor. obligat.* quare omnes diuinare cõſtricti ſunt, & Caſtrenſ. *in d. l. qui duos, §. Si maritus,* putat de natura illius ſtipulationis eſſe, vt ſtipulator ſuper viuat ei, quæ in matrimonio deceſſura eſt, quam interpretationem probant Menoch. *d. num. 17. verſ.* Habet *enim,* Pet. Barb. *in l. Caius num.* 17. *ff. ſolut. matrimon.* & alij communiter, vndè cum in *d. l. quod de pariter,* mater vnà cum filia fuiſſet extincta, deficiente conditione à lege ſubintellecta, ſtipulatio commiſſa non eſt, vt hæres matris ad dotem agere poſſet, quamuis conditio explicita: *Si in matrimonio filia moreretur,* fuerit impleta.

41 Sed huic intellectui opponitur de *l. qui duos, §. Si maritus, ff. de reb. dub.* vbi viro, & vxore ſimul pereuntibus, ſtipulatio de dote: *Si mulier in matrimonio decedat,* committitur, quòd non eueniret, ſi ſubintelligeretur ea alia conditio: *Si ſtipulator ſuperuiuat vxori,* quandoquidem ibi maritus ſuperſtes non fuit, quam obiectionem diluere aliquis poterit aſſerens, in eo textu, non fuiſſe ſtipulatum maritum dotem, ſed alium. Hanc ſolutionem non admittit *textus in l. ſi poſſeſſor 32. §. vlt. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* vbi probatur, virum fuiſſe ſtipulatum dotis partem. *Si vxor in matrimonio moreretur,* & nihilominus reſpondet Conſultus, quòd, ſi vterque coniux ſimul pereat, hæres ſtipulatoris lucrum promiſſum conſequetur. Igitur inficiari non poteſt, in huiuſmodi ſtipulatione non deſiderari, vt prius mulier, quàm ſtipulator decedat, prout Caſtrenſis, & ſequaces exiſtimant. Nec replicet aliquis, præfatam deciſionē ex eo procedere, quod muliere & viro eodem conflictu peremptis, preſumitur illa vt debilior prius mortua, quod, etſi verum non ſit, multi aſſeuerarunt, vt alibi dicetur, reſpondendū eſt enim, Cõſultum non agere de ruina, naufragio, vel alijs caſibus, in quibus dubium eſt, quis prior obijerit, ſed generaliter loqui de coniugibus eodem inſtanti ſpiritum emittentibus, etiamſi euidenter conſtaret, nullum alteri fuiſſe ſuperſtitem, adhuc enim idem iuris eſſet.

Quapropter rectiùs, Bart. opinatur, 42
*in d. l. quod de pariter,* interueniſſe conuentionem expreſſam, vt ita demum dos ad matrem pertineret, ſi ipſa filiæ in matrimonio decedenti ſuperuiueret, quod etſi non expreſſerit Conſultus, planè colligitur ex ratione: quam tradit: quia ſcilicet mater filiæ non ſuperuixit, quem intellectum defendunt, ac probāt Fontanel. *d. clauſ. 4. gloſ. 24. num.* 35. Cancer. *variar. part. 3. cap. 21. num.* 38. Michael. Craſſ. *receptar. ſentēt. §. Legatum num.* 47. Ferrer, *ad conſtitut. de los impuberes, gloſ. 1. num.* 209. vbi teſtatur, ita fuiſſe iudicatum, Capyc. Latro *deciſ. 2. num. 14. part.* 1.

Verſ. *Tertiò, eadem ratione.*

Sic docet Menoch. *d. lib. 6. præſumpt. 50. num.* 18.

Verſ. *Quartò, deducitur ex his.*

Inſtitutus & ei ſubſtitutus ſi eodem 43
caſu ſimul decedant, ſubſtitutio nullius eſt momenti, etſi vnus pubes & alter impubes ſit, idemque iuris erit, ſi diuerſis in locis mortui fuerint, Pacian. *d. c. 7. n.* 39. Mātic. *d. lib. 5. tit. 9. n. 7.* 12. Socin. *in d. §. cū in bello, n. 6. verſ. Ex quibus plura,* Menoch. verò *ſupra num.* 19. 20. aliter ſentit opinatus, *in l. ſed & in illo 19. ff. de reb. dub.* ex qua præmiſſa concluſio probatur, fratres tam inſtitutum, quàm ſubſtitutum impuberes fuiſſe, quare in eis præſumi non potuit ſuperuiuentia ſubſtituti, vt tranſmitteret hæreditatem, quod ſecùs reſponderetur, ſi frater ſubſtitutus foret pubes; quæ conſideratio vt diuinatoria admittenda non eſt, neque obſtat, *d. l. qui duos, §. vlt. in fine,* quatenus il-



ille mouetur; nam ibi pater cum filio periit, & de reciproca ſucceſsione inter eos tractabatur, at in *d. l. ſed & in illo,* fuerunt fratres, inter quos caſus differentia reperitur, vt paulo inferiùs probabitur, *n.* 45. 47.

Verſ. *Quintò hinc oritur.*

44 Mortuo ſimul donatore, & eo, cui mortis cauſa donatum eſt, donatio tenet, & ſi fuerit reciproca vtrinque firma manet, Fontanel. *d. gloſ. 7. part. 2. num.* 40. Hermoſ. *in l. 9. gloſ. 4. num. 3. tit. 4. part.* 5. Mātic. *ſupra lib. 12. tit. 7. num.* 10. Angul. *in l. 1. tit. de las mejoras, gloſ. 1. num.* 5. vbi alij, Menoch. *lib. 3. præſ. 37. n.* 45. *& conſ. 84. num.* 15.

Verſ. *His obſtare videtur.*

45 Eſt certa regula, quam D. Couar. præmittit: videlicèt, duobus vnà extinctis incendio, naufragio, aliove caſu, neminem alteri ſuperuiuere intelligi, nulla habita ſexus, ætatis, aut alterius qualitatis diſtinctione, *d. l. ſed & in illo, d. l. ſi inter.* Ad quī duplex ratio reddi poteſt. Prima, quia his caſibus omnia fato eueniūt, ſoletque robuſtus ante mori, quàm debilis, quia magis, aut citius opprimitur, quæ cum adeo incerta ſint, nihil in his certò ius conſtituere poteſt, nec præſumptionem inducere. Ita Donel. *in d. §. Cū in bello.* Secunda, nā cū eodē fortunæ impetu aliqui perimuntur, ſimul eos periiſſe, intelligendum eſt, quamuis coniectura aliqualis, exiſtat, vt vnus alteri, ſuperuixerit, argumento *l. quod ait lex 23. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adulter.* & in coniunctis ordo non attenditur, *l. 2. §. Prius, iuncto §. Si quis ita, ff. de vulgar.* vbi notatur, quæ conſideratio, cū ſimus in dubio contēnēda nō eſt, licet ſi de ſuperuiuentia etiam momentanea conſtaret, ad iuris effectus attenderetur. Atque ita D. Couar. ſequuntur Ioan. Sadolet. *in d. l. quod de pariter,* Coſta *in d. §. cum in bello, verbo, quaſi filius ante periſſet, n.* 1.

46 His non obſtat textus in *l. ex facto 17. §. Si quis autem, ff. ad Trebellian.* vbi non dicitur, fideicommiſſum valuiſſe, quia pater liberis, qui cum eo perierunt, ſuperuixiſſe præſumeretur, ſed ratio vera decidendi ad eum textum eſt, quam inter plures alias refert Coſta *in d. §. Cum in bello, verbo, patrem prius mortuum, à principio,* ex Caſtrenſi *in d. l. ſi inter, verſ. Tertiò fallit, ff. de reb. dub.* nempè quod illa conditio: *Si abſque liberis moriatur,* ex mēte defuncti extitiſſe cenſetur, cum liberi ſimul pereunt cum parente, etſi verba deficere videantur, quid enim intereſt, ſi veritas inſpiciatur, quem abſque liberis omnino decedere, aut ſimul cum eiſdem interire? cum vtroque caſu ceſſet fauor eorum, quibus teſtator proſpicere voluit, qui ita demum excluſit ſubſtitutū, ſi illi, mortuo inſtituto bona, poſsint habere, & nonniſi ſuperuiuant, nequit contingere. Nec refragatur, quod Coſta huic intellectui opponit, quod ſcilicet fauor filiorum verſaretur in eo, quod poſſent bona ad ſuos ſucceſſores tranſmittere; quoniam hoc in conſideratione haberi non debet, cum repugnet teſtatoris voluntati, qui hoc commodo priuauit inſtitutum, dum ipſi dedit ſubſtitutum, & conſequenter, nec liberi eo gaudere deberent, ipſos enim defunctus cum ſubſtituto concurrētes præpoſuit, non autem ſucceſſores eorum, qui ex liberis non ſint, niſi iam ſubſtitutio eſſet extincta, bonis poſt parentis obitum in eos tranſlatis.

Sed à regula ſupra tradita nonnulli 47
caſus excipiuntur, in quibus intuitu humanitatis, vel alia ſpeciali ratione vnus ex ſimul pereuntibus præmortuus creditur, iuxta veroſimiles coniecturas perſonarum qualitate perpenſa. Hinc, quoties de ſucceſsione reciproca inter aſcēdētes & liberos tractatur, qui ita pariter deceſſerunt, admiſſum eſt, vt, ſi filius ſit pubes, ſuperuiuere, ſin, autem impubes præmori intelligatur, *l. qui duos §. vlt. l. cū pubere 23. cū l. ſeq. ff. de reb. dub.* Menoc. *n. 30. verſ. Idē cēſuit,* Donel *ſupra,* Caſtrenſ. *in d. l. ſi inter.* Hæc ita conſtituta ſunt, quia ſecundùm ordinem naturæ, ac parentum commune votum liberi eiſdem ſuperuiuunt, ac ſuccedunt, *l. Iulianus 26. §. vlt. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtament. l. nam etſi parentibus 15. vbi gloſ. ff. de inofficioſ. teſtament. l. ſcripto 6. §. fin. ff. vnde liberi,* quæ coniectura alia vrgentiori eliditur, quādo filius eſt impubes, qui ob imbecillitatem tenerrimæ ætatis præſumitur antepartem in fata conceſsiſſe, quæ ratio communiter traditur ad *d. §. vlt.* & leges cum eo proximè allegatas. Ideo autem ad has coniecturas ventum eſt, quoniam in-

inter has perſonas naturalis ratio, ac pietas ſucceſsionem inducit, vt probant præfata iura, & *l. cum ratio 7. ff. de bon. damnator.* Socin. *in d. l. quod de pariter, n. 7. verſ. Aliquando*, quem D. Couar. ſequitur in præſenti.

48 Exceptio eiuſdem regulæ eſt, quòd habetur in *d. l. qui duos § cum in bello*, vbi præſumitur pater ante filium mortuus ex coniectura nuper tradita, etſi de ſucceſsione reciproca eorum, qui deceſſerunt, non agatur, ſed hoc ita ab Imperatore conſtitutum eſt humanitatis intuitu, vt luctuoſa hæreditas ad matrem perueniret, Menoc. *n. 23. verſ. Tertio itaque*, Curt. Iun. *in l. precibus, num 42. C. de impub. & alijs*, Alciat. *lib. 10. parergon, cap. 9.* Coſta *in d. § Cum in bello, verbo, Diuus Adrianus crediderit* & alij communiter.

49 Illud autem quod dictum eſt, quoties de ſucceſsione reciproca tractatur inter parẽtes & liberos, intelligi impuberem prius deceſsiſſe, limitatur, cum ei datus eſt pupillaris ſubſtitutus & extat mater, nam huius fauore contrarium eſt dicendum, ſcilicèt patrem ſimul morientem non ſuperuixiſſe pupillo, ne per illum genitrix à filij excludatur hæreditate, quod colligitur ex *d. § cum in bello*, Menoch. *num. 34.* Alciat. *d. cap. 9.* ſed & idem videtur dicendum, licèt non ſit ſubſtitutus, ſed venientes ab inteſtato ad bona patris, quoniam eadem ratio reperitur, & ſic poteſt ampliari, ſeu intelligi *d. § Cũ in bello*, vt procedat, licèt filius ſit impubes.

50 Eſt itidem addendum, quòd ſi admittatur quocunque caſu præſumptio, quod impubes ob fragilitatem ante deceſsit, procedet, quamuis iam pubeſceret, ſi parũ ab impubertate diſtet, nam quoad animi & corporis vires inter pupillum, & qui proximus eſt pupillari ætati nulla dignoſcitur differẽtia, atque ita Socin. in *l. mulier num. 10 & in verſ. Præterea, ff. de reb. dub.* tradidit, puellã tredecim annorum ante parentem mortuam eſſe præſumendum, ſi ſimul pereat, ſic Menoch. *num. 33.*

Num. 9.

51 Alia itidem exceptio ad præmiſſam regulam traditur *in l. inter ſocerum 26. ff. de pact. dotalib.* vbi filius ante matrem mortuus præſumitur, quod ex eo prouenit, quia res aliter expediri non poterat, vndè ad veriſimilem coniecturam venire, neceſſe fuit; ſtipulatus enim fuerat vir totam dotem, ſi filius anniculus matri ſuperuiueret & partem ſi ante ipſam proles periret, caſus autem mortis ſimultaneæ fuit omiſſus, ſed quoniam contrahentes voluerunt omnimodo maritum dotale lucrum percipere, aut tota dos, aut pars eius debebat illi præſtari. In quo dubio Conſultus, ſecundum quod veroſimilius erat, illum caſum decidit arbitratus, anniculum ante matrem in conflictu periſſe, ad quod & regula iuris motus eſt iuxta quam in obſcuris minimum eſt ſequendum, *l. ſemper 9. ff. de reg. iur.* & ſic partem dotis duntaxat deberi, reſoluit.

Verſ. *Nam id dictum.* Ibi: *Aut planè poſſumus fateri.*

Nequaquam hoc fatendum eſt, etſi 52
plures ſic ſentiant, cum obiter expreſſus textus in *d. l. ſed & in illo*, vbi pupillus non præſumitur ante ſubſtitutum mortuus, cum vterque ſimul extinctus eſt. Neque audiendus eſt Menoch. *num. 19.* ſentiens, ibi etiam ſubſtitutum fuiſſe pupillum, quod mera diuinatio eſt, cum ex textu minimè poſsit colligi, & non eſt, quod nos compellat ad huiuſmodi præſumptionem admittendam, cum iam rationem aſsignauerimus ſpecialem ad *d. l. inter ſocerum*, quæ maximè in contrarium vrgebat. & D. Couar. compulit vt ab eis, quæ rectè tradiderat ſupra, hic deuiaret.

Ibi: *Ex quo conſtat Bartolum.*

Hanc Bartoli diſtinctionẽ reiecimus, *ſupra num. 38.* ex alijs.

Num. 10.

Si filius etiam pubes cum patre liber- 53
to ſimul decedat, non præſumitur ſuperuiuere, quamuis de paterna ſucceſsione tractetur, vt patronus admittatur, cuius fauore hoc ita eſt ſpecialiter conſtitutũ, Bart. *in d. l. quod de pariter col. 2. verſ. Aut pubes*, Dyn. *in d. l. qui duos. § Si cum filio*, vbi Donel. Curt. Iun. *in l. precibus, n. 4. C. de impub.* Menoch. *n. 37.*

Quòd reſtringitur, vt non habeat lo- 54
cum in hærede patroni, Menoch. *num. 39.* Bart. *in d. § Si cum filio*, Socin. *ibi col. vlt.* de quo dubitari maximè poteſt, ſi ſit ex liberis, argumento *§. 1. inſt. de fiduciar. tutel.*



Ibi: *Quo in loco ſentit.*

55 Deciſionem, *d. § Si quis autem*, non procedere, ſi aſcendens feciſſet ſubſtitutionem, de qua ibi, ſed quod ſubſtitutus excluderetur, admiſſa regula *d. l. qui duos § vlt.* docuit Menoch. *nu. 28. verſ. Hunc caſum*, quod non omnino arridet, cum in eo caſu ceſſet fauor eorundem aſcendentium, & deſcendentium, & teſtator cæteris omnibus ſubſtitutum prætulerit, vt diximus *ſupra num. 46.* de quo *num. 23.*

Verſ. *Omnibus his adamuſſim.*

56 Quod viro, & fœmina eodem naufragio, ruina, vel alio infortunio peremptis, præſumatur illa prius obijſſe propter fragiliorem ſexus naturam, multi ſentiunt, vt Signorol. *conſ. 155.* Speculat. *tit. de procuratorib. § 1. verſ. Vigeſimo quinto*, Dec. *in l. 2. num. 44. ff. de reg. iur.* Palac. Rub *ſupra d. § 74 in princip.* Tiraquel. *de legib. connubialib. l. 8. num. 56* & alij laudati, *ſup. num. 7.* contrarium tamen verius eſt, vt D. Couar. docet in præſenti, & tenent Pacian. *d. lib. 2. cap. 8. num. 14.* vbi diſputat, Menoch. *d. præſ 50. num. 14* Sadolet. *ſupra* Fontanel. *d. clauſ 4. gloſ 7. part. 2. num. 45.* Nam quod viri robuſtioris naturæ ſint, quam fœminæ, perpetuum nõ eſt, cum paſsim fortiſsimarum mulierum fiat mentio, vt teſtantur Pacian. *n. 15.* Tiraquel. *vbi proximè, l. 1, nu. 135.* & huc accedunt, qui exiſtimant, fœminam in vulneribus ſuſtinendis viro fortiorem eſſe, quos tamen ſupra reprobauimus. Præterea quamuis concedatur, qualemqualem eſſe coniecturam, quæ dictet, virum diutius viuere poſſe, hæc ſufficiens non eſt, vt iuris præſumptio inducatur, vt in ſimili ratiocinatur Menoch. *d. lib. 6. præſ. 51. num. 22. 23.* atque ita cuius intereſſe fuerit ad fundandam ſuam intentionem, fœminam ante virum ſuccubuiſſe, id tenetur probare. His iungenda ſunt, quæ diximus *ſupra nu. 2.* ex quibus omnibus ita eſt tenendum non obſtante, *l. 12. tit. penult. part. 7.* quæ expreſſim refragatur, cui D. Couar. eo modo, quo poteſt reſpondet, ſcilicet ibi deficere intentionem corrigendi ius commune in legiſlatore.

# AD CAPVT Octauum.

## SVMMARIVM.

1 *Qui de materia fusè tractarunt.*
2 *Pœna quotuplex, & n. 5. 4.*
3 *Eius definitio.*
6 *An iuſtum ſit, vt vnus pro alterius delicto coerceatur? cum numer. ſeqq. vſquè ad 13.*
8 *Pœna vindicatiua culpam ſemper ſupponit.*
9 *Innocentes puniri, iniquum eſt.*
14 *Bruta etiam ob nefanda flagitia puniuntur, 18.*
17 *Inanimata etiam deſtruuntur.*
19 *Verbum, viſitare, in ſacris literis quomodò accipiatur.*
20 *Deum innocentes ob aliorum ſcelera extinxiſſe, demonſtratur.*
21 *Iure humano conſtitui non poteſt, vt quis pro alterius crimine corporaliter plectatur.*
22 *Sententia Imperatorum in l. quiſquis, C. ad leg. Iul. Maieſtat. reprobatur.*
23 *Iuſtè lex humana ex cauſa poteſt irrogare pœnã non corporalem liberis delinquentium, & quare, num. 24. 25.*
26 *Nunquam Deus pro alienis peccatis pœnam ſpiritualem infligit, nec ab homine imponi poteſt, n. 27.*
28 *Irregularitas quando pœna cenſeatur.*
29 *Quorundam Sacræ Scripturæ locorum, quæ ſunt apud D. Couar. interpretatio remiſsiuè.*
30 *Theodoſij Imperatoris factum refertur.*
31 *Quibus pœnis hæreticorum deſcendentes afficiantur, & quædam notabilia circa id adijciuntur, vſque ad num. 37.*
38 *De pœnis aduerſus liberos admittentium crimen læſæ Maieſtatis humanæ, & n. 39. 40.*
41 *Quis cognoſcat an officium ſit publicum, ne ad illud deſcendens proditoris admittatur.*
42 *Qua nobilitate priuentur liberi reorum læſæ Maieſtatis.*
43 *Vtrum in maioratum ſuccedant, ad num. 46.*

47 *An*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

inter has perſonas naturalis ratio, ac pietas ſucceſsionem inducit, vt probant præfata iura, & *l. cum ratio 7. ff. de bon. damnator.* Socin. *in d. l. quod de pariter, n. 7. verſ. Aliquando*, quem D. Couar. ſequitur in præſenti.

48 Exceptio eiuſdem regulæ eſt, quòd habetur in *d. l. qui duos § cum in bello*, vbi præſumitur pater ante filium mortuus ex coniectura nuper tradita, etſi de ſucceſsione reciproca eorum, qui deceſſerunt, non agatur, ſed hoc ita ab Imperatore conſtitutum eſt humanitatis intuitu, vt luctuoſa hæreditas ad matrem perueniret, Menoc. *n. 23. verſ. Tertiò itaque*, Curt. Iun. *in l. precibus, num 40. C. de impub. & alijs*, Alciat. *lib. 10. parergon, cap. 9.* Coſta *in d. § Cum in bello, verbo, Diuus Adrianus credidit* & alij communiter.

49 Illud autem quod dictum eſt, quoties de ſucceſsione reciproca tractatur inter parẽtes & liberos, intelligi impuberem prius deceſsiſſe, limitatur, cum ei datus eſt pupillaris ſubſtitutus & extat mater, nam huius fauore contrarium eſt dicendum: ſcilicèt patrem ſimul morientem non ſuperuixiſſe pupillo, ne per illum genitrix à filij excludatur hereditate, quod colligitur ex *d. § cum in bello*, Menoch. *num. 34.* Alciat. *d. cap. 9.* ſed & idem videtur dicendum, licèt non ſit ſubſtitutus, ſed venientes abinteſtato ad bona patris, quoniam eadem ratio reperitur, & ſic poteſt ampliari, ſeu intelligi *d. § Cũ in bello*, vt procedat, licèt filius ſit impubes.

50 Eſt itidem addendum, quòd ſi admittatur quocunque caſu præſumptio, quòd impubes ob fragilitatem ante deceſsit, procedet, quanuis iam pubeſceret, ſi parùm ab impubertate diſtet, nam quoad animi & corporis vires inter pupillum, & qui proximus eſt pupillari ætati nulla dignoſcitur differẽtia, atque ita Socin. in *l. mulier num. 10 & in verſ. Præterea ff. de reb. dub.* tradidit, puellã tredecim annorum ante parentem mortuam eſſe præſumendum, ſi ſimul pereat, ſic Menoch. *num. 33.*

Num. 9.

51 Alia itidem exceptio ad præmiſſam regulam traditur *in l. inter ſocerum 26. ff. de pact. dotalib.* vbi filius ante matrem mortuus præſumitur, quod ex eo prouenit, quia res aliter expediri non poterat, vndè ad veriſimilem coniecturam venire, neceſſe fuit; ſtipulatus enim fuerat vir totam dotem, ſi filius anniculus matri ſuperuiueret & partem ſi ante ipſam proles periret, caſus autem mortis ſimultaneæ fuit omiſſus, ſed quoniam contrahentes voluerunt omnimodo maritum dotale lucrum percipere, aut tota dos, aut pars eius debebat illi præſtari. In quo dubio Conſultus, ſecundùm quod veroſimilius erat, illum caſum decidit arbitratus, anniculum ante matrem in conflictu periiſſe, ad quod & regula iuris motus eſt iuxta quam in obſcuris minimum eſt ſequendum, *l. ſemper 9. ff. de reg. iur.* & ſic partem dotis duntaxat deberi, reſoluit.

Verſ. *Nam id dictum.* Ibi: *Aut planè poſſumus fateri.*

Nequaquam hoc fatendum eſt, etſi 52
plures ſic ſentiant, cum obſtet expreſſus textus in *d. l. ſed & in illo*, vbi pupillus non præſumitur ante ſubſtitutum mortuus, cum vterque ſimul extinctus eſt. Neque audiendus eſt Menoch. *num. 19.* ſentiens, ibi etiam ſubſtitutum fuiſſe pupillum, quod mera diuinatio eſt, cum ex textu minimè poſsit colligi, & non eſt, quod nos compellat ad huiuſmodi præſumptionem admittendam, cum iam rationem aſsignauerimus ſpecialem ad *d. l. inter ſocerum*, quæ maximè in contrarium vrgebat. & D. Couar. compulit vt ab eis, quæ rectè tradiderat ſupra, hic deuiaret.

Ibi: *Ex quo conſtat Bartolum.*

Hanc Bartoli diſtinctionẽ reiecimus, *ſupra num. 38.* ex alijs.

Num. 10.

Si filius etiam pubes cum patre liber- 53
to ſimul decedat, non præſumitur ſuperuiuere, quanuis de paterna ſucceſsione tractetur, vt patronus admittatur, cuius fauore hoc ita eſt ſpecialiter conſtitutũ, Bart. *in d. l. quod de pariter col. 2 verſ. Aut pubes*, Dyn. *in d. l. qui duos. § Si cum filio*, vbi Donel. Curt. Iun. *in l. precibus, n. 4. C. de impub.* Menoch *n. 37.*

Quòd reſtringitur, vt non habeat lo- 54
cum in hærede patroni, Menoch *num. 39.* Bart. *in d. § Si cum filio*, Socin. *ibi col. vlt.* de quo dubitari maximè poteſt, ſi ſit ex liberis, argumento *§. 1. inſt. de fiduciar. tutel.*



Ibi: *Quo in loco ſentit.*

55 Deciſionem, *d. § Si quis autem*, non procedere, ſi aſcendens feciſſet ſubſtitutionem, de qua ibi, ſed quod ſubſtitutus excluderetur, admiſſa regula *d. l. qui duos § vlt.* docuit Menoch. *nu. 28. verſ. Hunc caſum*, quod non omnino arridet, cum in eo caſu ceſſet fauor eorundem aſcendentium, & deſcendentium, & teſtator cæteris omnibus ſubſtitutum prætulerit, vt diximus *ſupra num. 46.* de quo *num. 23.*

Verſ. *Omnibus his adamuſſim.*

56 Quod viro, & fœmina eodem naufragio, ruina, vel alio infortunio peremptis, præſumatur illa prius obijſſe propter fragiliorem ſexus naturam, multi ſentiunt, vt Signorol. *conſ. 155.* Speculat. *tit. de procuratorib. § 1. verſ. Vigeſimo quinto*, Dec. *in l. 2. num. 44. ff. de reg. iur.* Palac. Rub. *ſupra d. § 74 in princip.* Tiraquel. *de legib. connubialib. l. 8. num. 56* & alij laudati, *ſup. num. 7.* contrarium tamen verius eſt, vt D. Couar. docet in præſenti, & tenent Pacian. *d. lib. 2. cap. 8, num. 14.* vbi diſputat, Menoch. *d. præſ. 50. num. 14* Sadolet. *ſupra* Fontanel. *d. clauſ. 4. gloſ. 7. part. 2. num. 45* Nam quod viri robuſtioris naturæ ſint, quam fœminæ, perpetuum nõ eſt, cum paſsim fortiſsimarum mulierum fiat mentio, vt teſtantur Pacian. *n. 15.* Tiraquel. *vbi proximè, l. 1, nu. 135.* & huc accedunt, qui exiſtimant, fœminam in vulneribus ſuſtinendis viro fortiorem eſſe, quos tamen ſupra reprobauimus. Præterea quanuis concedatur, qualemqualem eſſe coniecturam, quæ dictet, virum diutius viuere poſſe, hæc ſufficiens non eſt, vt iuris præſumptio inducatur, vt in ſimili ratiocinatur Menoch. *d. lib. 6. præſ. 51, num. 22. 23.* atque ita cuius intereſſe fuerit ad fundandam ſuam intentionem, fœminam ante virum ſuccubuiſſe, id tenetur probare. His iungenda ſunt, quæ diximus *ſupra nu. 2.* ex quibus omnibus ita eſt tenendum non obſtante, *l. 12. tit. penult. part. 7.* quæ expreſſim refragatur, cui D. Couar. eo modo, quo poteſt reſpondet, ſcilicet ibi deficere intentionem corrigendi ius commune in legiſlatore.

# AD CAPVT Octauuum.

## SVMMARIVM.

1 *Qui de materia fusè tractarunt.*
2 *Pœna quotuplex, & n. 5. 4.*
3 *Eius definitio.*
6 *An iuſtum ſit, vt vnus pro alterius delicto coerceatur? cum numer. ſeqq. vſque ad 13.*
8 *Pœna vindicatiua culpam ſemper ſupponit.*
9 *Innocentes puniri, iniquum eſt.*
14 *Bruta etiam ob nefanda flagitia puniuntur, 18.*
17 *Inanimata etiam deſtruuntur.*
19 *Verbum, viſitare, in ſacris literis quomodò accipiatur.*
20 *Deum innocentes ob aliorum ſcelera extinxiſſe, demonſtratur.*
21 *Iure humano conſtitui non poteſt, vt quis pro alterius crimine corporaliter plectatur.*
22 *Sententia Imperatorum in l. quiſquis, C. ad leg. Iul. Maieſtat. reprobatur.*
23 *Iuſtè lex humana ex cauſa poteſt irrogare pœnã non corporalem liberis delinquentium, & quare, num. 24. 25.*
26 *Nunquam Deus pro alienis peccatis pœnam ſpiritualem infligit, nec ab homine imponi poteſt, n. 27.*
28 *Irregularitas quando pœna cenſeatur.*
29 *Quorundam Sacræ Scripturæ locorum, quæ ſunt apud D. Couar. interpretatio remiſsiuè.*
30 *Theodoſij Imperatoris factum refertur.*
31 *Quibus pœnis hæreticorum deſcendentes afficiantur, & quædam notabilia circa id adijciuntur, vſque ad num. 37.*
38 *De pœnis aduerſus liberos admittentium crimen læſæ Maieſtatis humanæ, & n. 39. 40.*
41 *Quis cognoſcat an officium ſit publicum, ne ad illud deſcendens proditoris admittatur.*
42 *Qua nobilitate priuentur liberi reorum læſæ Maieſtatis.*
43 *Vtrum in maioratum ſuccedant, ad num. 46.*

47 *An*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

47 *An filij ob crimen læſæ Maieſtatis à matre commiſſum puniantur?*
48 *Nepotes rei læſæ Maieſtatis plectuntur, & num. 49.*
50 *Qui filij propter crimen læſæ Maieſtatis à parentibus patratum pœna afficiantur, vſque ad num 53.*
54 *Filij hæreticorum vtrum beneficijs Eccleſiaſticis priuentur? ad n. 57.*
58 *Qui prohibetur officia, vel beneficia obtinere, non cenſetur obtentis priuari.*
59 *Infamia facti qui notatur, etſi beneficiã Eccleſiaſtica aſſequi prohibeatur, iam quæſita non perdit.*
60 *Hæretici beneficijs Eccleſiaſticis priuantur, vſque ad num. 62.*
63 *Filij hæreticorum ante crimen concepti num pœnis ſubijciuntur? ad num. 69.*
70 *Quid de filijs reorum læſæ Maieſtatis humanæ, & num. 71.*
72 *Filij vtrum dignitate, vel nobilitate paterna decorentur, ſi ante eam adeptam naſcantur, & an potior in ſucceſſione ſit, qui poſt patris dignitatem editur, quam antea natus? vſque ad n. 80.*
77 *Confirmatio nihil de nouo addit, ſed quæ ſunt robur, & firmitatem præſtat.*
78 *Solutio D. Couar. ad argumentum Calderini defenditur.*
81 *Valet ſtatutum irrogans pœnam pecuniariam pro alieno crimine ex iuſtã cauſa.*
82 *Idem eſt quoad infamiam.*
83 *Iuſtè poteſt ſtatuto præcipi, vt pater pro delicto filij intra legitimam teneatur, de quo latè vſque ad n. 91.*
93 *Parentibus vel filijs delinquentibus, ſi bona eorum confiſcentur, quæ peculia Fiſco acquirantur, vel non, vſque ad num. 103.*
104 *Si bona filij publicentur ob crimen, viuo patre, legitima ad Fiſcum non pertinet, vſque ad n. 107.*
108 *Fiſco mariti bona propter ipſius delictum occupante, dimidia pars bonorũ, quæ matrimonio conſtante ſunt quæſita, eidem reſeruatur.*
109 *Statuto caueri poteſt, vt omnia peculia propter filiorum crimen Fiſco addicantur.*
110 *Patre ſoluente pœnam pecuniariam pro filio, quando poſsit ſolutum in legitimã imputari, vſque ad n. 120.*
121 *Nemo poteſt ſe ad pœnam corporalẽ, vel ſpiritualẽ, pro alterius delicto obligare.*
122 *Carceratus, cui imponenda eſt pœna pecuniaria, datis fideiuſſoribus, laxatur: ſecùs ſi corporalis, de quo vſque ad num. 130.*
123 *Conſuetudine introduci poteſt, vt quis pro alieno crimine ad pœnam corporalẽ ſe valeat obligare.*
124 *Idem ſtatuto ſtabiliri poteſt, de quibus videas num. ſequent. vſque ad 136*
137 *Excommunicationis ſententiam in vniuerſitatem hominum ferre prohibitũ eſt, vſque ad n. 144.*
145 *Excommunicatio maior niſi pro mortali peccato iniungi nequit, vſque ad num. 148.*
149 *Sententia maioris excommunicationis in vniuerſitatem lata, nec nocẽtes ligat, niſi proferatur à Pontifice.*
150 *Interdicto Eccleſiaſtico vniuerſitas perſonarum poteſt affici, & quæ comprehendantur, vſque ad n. 161.*
162 *Ciuitas, quæ proprium Epiſcopum interemit, Sede Epiſcopali priuatur.*

## Pœnam inſonti pro alterius crimine irrogari, licitum ne ſit.

Circa, quæ hoc capite explicantur fuſe diſſeruerunt D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 87. vbi Theologi communiter, Abulenſ. *in Ioſ cap.* 6. 7. *& in Matth. c.* 5. *à quæſt.* 320. Pat. Petr. Hurt. de Mendoç. *de fide, diſp.* 88. Pat. Sanch. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 27. *cum ſeqq.* Alfonſ. à Caſtro *de iuſt. hæreticor. punit. lib* 2. *cap.* 10. *cum alijs,* Gutier. *Canonicar quæſtion. lib.* 2 *cap vlt.* Simanc. *de Catholic. inſtitutionib. tit* 29. Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 191. *& de crimin. læſ. Maieſtat quæſt.* 116. §. 3. Menoch. *cõſ.* 99. *ex num.* 207 Pat. Molin. *de iuſt. & iur. diſp.* 658. *cum ſeq.* Hieron. Gigas *de crimin. læſ Maieſtat lib* 3. *tit. de pœn. quas filij incurrunt*, Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 41. *cum alijs*, Iul. Clar. *in prax. crimin.* §. *Hæreſis, &* §. *Læſæ Maieſtatis.* 1

Ibi: *Quæ pœnam innocenti.*

2 Eſt neceſſario præmittendum, vt apertius procedatur, pœnam eſſe triplicem, medicinalem, ſatisfactoriam, & merè vindicatiuam. Prima, nulla præcedente culpa, ſuſtinetur ad vtilitatem ipſius, qui pa-



patitur, vel ob alium bonum finem, de qua Ioan. c. 9. *verſ.* 3. *Neque hic peccauit, &c. & cap.* 16. *verſ.* 33 ibi: *In mundo preſſuram habebitis*, Habac. *cap.* 1. *verſ.* 13. *Quare reſpicis contemptores, & taces, calcante impio iuſtiorem ſe*, Paul. *ad Hebr. cap.* 11. *verſ.* 36. *Alij vero ludibria, & verbera, &c.* De quo D. Auguſt. *de Ciuit. Dei, lib.* 4. *cap.* 3. ibi: *Nam iuſtis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, nõ eſt pœna criminis, ſed virtutis examen*, Pet. Gregor. *ſyntagmat. lib.* 32. *cap.* 4. *num.* 4. lege etiam humana huiuſmodi pœna ſolet irrogari, veluti cum quibuſdam perſonis rerum ſuarum alienatio interdicitur, *l.* 1. *ff. de manumiſsionib.* §. *Eadem lege inſt. qui & ex quib. cauſ.* §. 1. *inſt quib. alien. l. c. vel non*, hoc enim cum ſit voluntati contrarium, pœnæ rationem habet, vt ex eius definitione ſtatim tradenda conſtabit, & priuantur domini iure ſuo de proprijs bonis diſponendi, in quibus quiſque eſt moderator & arbiter, *l. in re mandata* 21. *C. mandat.* tamen eorundem gratia ita conſtitutum eſt.

3 Secunda, ſatisfactoria ſcilicèt, culpam ſupponit, ſed non præciſe illius, cui pœna imponitur, quàm ſolent innocentes ob aliena peccata ſuſtinere, vt Chriſtus Dominus, Iſaiæ *cap.* 53. *verſ* 4. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & verſ.* 5. *Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, & verſ* 8. *Propter ſcelus populi mei percuſsi eum*. Paul. *ad Roman. cap.* 28. *verſ.* 32. *Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ.* Sic etiã legibus comparatũ eſt, vt, qui damnum non dederunt ad illud reſarciendum teneantur, *l.* 4 *in fin. tit.* 7 *part.* 5. *l.* 1. *& per totum ff de noxalib. actionib.* & apud plures Reſpublicas ita ſtatutum eſt, quod iuſtè fieri poteſt, vt probat D. Couar. *infra hoc cap. num.* 7. vbi de huiuſmodi ſtatutis agendum nobis erit.

4 Vindicatiua tãdem, quæ ſola propriè pœna nuncupatur, regulariter delictum eius, cui infertur, requirit, de quâ Iob *cap.* 4. *verſ.* 7. *Quis vnquam innocens perijt, aut quando recti deleti ſunt: quin potiùs vidi eos, qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores & metunt eos, flante Deo, perijſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos*, Pſalm. 36. *verſ.* 25. *Iunior fui, etenim ſenui, & nunquã vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem*, D. Auguſt. *lib.* 1 *retract. cap* 9. *omnis pœna, ſi iuſta eſt peccati pœna eſt.* Huc ſpectant leges, vbi de criminibus coercendis tractatur, quæ extant ſub *lib* 47. *digeſtor.* Hanc pœnæ diuiſionem probãt, Pat. Valent. *tom* 2. *in* 1 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 7. *de tert. effect. peccati punct.* 1. Pat. Becan. *in ſumm. Theolog. ſcholaſtic. tom.* 2. *tract.* 2. *cap.* 8. *de pœna quæſt.* 2 Pat. Suar. *tom.* 1. *in* 1. 2. *tract.* 3. *diſp.* 7. *ſect.* 1. *ex num.* 5. Petr. Greg. ſup. vbi de medicinali, & vindicatiua, & *cap.* 1 agit de etymologia, & nomẽ, pœna, & à Græco vocabulo deriuari, quod peccati vltionem ſignificat, docet.

Pœna igitur hæc propriè ſumpta (de qua in præſenti ſermo erit) *eſt malum, ſiue incommodum aliquod naturæ, aut voluntati contrarium, quod eo fine infligitur, vt culpa vindicetur.* Quam definitionẽ ex D. Auguſt. & Thom. deducunt, & exornant, Becan *ſup. quæſt.* 1. *num* 1. Valent. *d. pũct.* 1. *verſ igitur*, Suar. *d. ſect.* 1. *num* 1. aliam definitionem tradit Alfonſ. à Caſt. *de pot. leg. pœn. lib.* 1. *cap.* 3. & aliam vide apud Cuiac. *in parat. tit. ad tit ff. de pœn.* 5

Ibi: *Nam iniquas eſſe probatur.*

Iniquum eſſe, vt quis alieni peccati pœnas innocens luat, non paucis Sacræ paginæ teſtimonijs poteſt comprobari, Geneſ. *cap.* 18. *verſ* 25. *Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio.* Numer. *cap.* 16. *verſ* 22. *Num vno peccante contrà omnes ira tua deſæuiet?* Ierem. *cap.* 33. *verſ.* 30. *Sed vnus quiſque in iniquitate ſua morietur*, D Paul. 2. *ad Corinth. cap.* 5. *verſ.* 10. *Vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſsit, ſiue bonum, ſiue malum.* Et ad Galat *cap.* 6. *verſ.* 5. *Vnuſquiſque onus ſuum portabit.* Ex quibus, & ſimilibus Sacri Interpretes communiter ſentiunt, nunquam Diuinam iuſtitiam, in inſontes aliena crimina vindicare, de quo D. Hieron. *in Ezechiel. cap.* 18. *ſup illud: Anima, quæ peccauerit, &c.* Ita diſſerit. *Non ideo filij puniuntur in tertiam, & quartam generationem, quia deliquerũt patres eorum, cum patres potius, qui fuerunt peccatores puniri debuerint: ſed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum hæreditario malo, & impietate, in ramos quoque ae radice creſcente.* Cui ſententiæ ſe ſubſcribunt D. Chryſoſtom. *homil.* 25. *in Geneſ.* Gregor. *lib.* 6

*lib.5.moral.cap.34.* Anſelm. *de concept. virginat. cap.25.* Thom. *2.2. quæſt.108. art.4. ad argument.* Nicol. de Lyra *in illud exod. cap.20. ego ſum Dominus Deus tuus fortis, &c.* Suar. *ſup. d. ſect.1. nu.9.10.* Hect. Pint *in loc. proximè citat. Ezechiel. pag.249.* Becan. *d. cap.8. quæſt.3. num.3.*

Id ipſum humanarũ legum authoritate poteſt affatim comprobari, *cap. non debet 22. cum ſeq. de reg. iur. in 6. cap. Iudæi 7. & per totam 1. quæſt.5. cap.1.24. quæſt.3. l.10. tit.9. lib.5. Recopila. l.9. tit.31. part.7. l. filium 9. ff. de Senatorib. l. adoptiuũ, 8. §. fin. ff. de in ius vocãd. l. ſi maritus 27. ff. ſolut. matrimon. l. fin. ff. ad Syllanian. l. poſt legatum 5. §. ſi pater, ff. de ijs, quib. vt indign. l. cum ratio 7. ff. de bon. damnatur. l. ſi pœna 20. l. crimen 26. ff. de pœn. l.2. §. nullum, l. ſpurij 6. ff. de Decurionib.*

7 Quod nedum in pœnis, ſed etiam in ciuilibus obligationibus placuit, vt ſcilicet nemo pro alienis debitis teneatur, *cap. vnic. de iniur. in 6. l.1.2.3.7. tit.17. lib.5. Recopilat. l.15. tit.10. part.7. l.1. & per totum, C. ne fil. pro patr. & ne vxor pro marit. l. prouidendum 23. C. de Decurionib. lib.10. l. vnic. C. vt nullus vicancor. lib.11. l. hac definitione 12. C. de omn. agro deſert. eod. lib.* Atque ita ſolutas eſſe leges, quæ, vt vnus pro alio aſtringatur, præcipiunt, docent Bald. *in l. ſancimus, C. de pœn.* Gigas *dict. tit. de pœn. quas fil. incur. cap.14. à num.12.* Menoch. *conſ.123. in addit. nu.7.* Cyriac. *controuerſiar. forenſ. tom.2. controuerſ.289. num.2.* Luc. de Penna *in l. iure prouiſum, C. de fabricenſib. lib.11.* Caſtan. *conſ.1. num.4.* Bobadill. *in Politic. tom.1. lib.2. cap.21. n.250.* Dueñas *reg.345.* Crauet. *de antiquit. tempor. part.4. princip. num.157.* Viui. *cõmun. opinion. tom.1. lib.3. tit.16. de inoffic. teſtament. num.55.* Surd. *deciſ.49. num.11.* Ioann. Igne. *in l. vlt. num.44. ff. ad Syllenian.* Angel. *in l. fallaciter, C. de accuſationib.* Decian. *ſup. d. lib.7. cap.42. num.47.48.* Roland. *conſ.74. num.20.21. lib.3.* Bonacoſ. *commun. tom.1. lib.4. tit.6. num.7.* Becci *conſ.8. num.20.* Alciat. *emblemat.174. cuius inſcriptio eſt. Alius peccat, & alius plectitur,* & ibi Claud. Minois. Contrariũ probatur, *infra ex num.10.*

Ibi: *Cum criminis pœna culpam neceſſariò præmittat.*

8 Pœna vindicatiua ſemper culpam ſupponit, & abſque iſta illa eſſe non poteſt, *l. aliud eſt fraus 131. ff. de verbor. ſignificat.* D. Auguſt. *ſupra d. lib.1. retract. cap.9.* D. Thom. *2.2. d. quæſt.108. art.4. in ſolut.* Menoch. *de arbitrar. caſ.185. num.4.* Valent. *d. punct.1. verſ. Quo poſito,* Cyriac. *tom.2. controuerſ.133. num.35. & controuerſ.288. num.1.* Surd. *deciſ.277. num.19.* Thom. de Thomaſſ. *regul.83.* Auguſtin. Barboſ. *de axiomat. iur. axiom.62. & 181.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom.1. cap.2. dubit.4. ſect.5. num.2.* Cened. *ad lib.6. Decretal. collectan.1. num.2.* Carleual. *de iudic. tom.2. tit.3. diſput.8. ſect.2. num.14.* Mart. Alter. *de cenſur. tom.1. lib.5. diſput.8. cap.8. verſ. Reſpondeo ſi mercator,* Caramuel *in Theolog. fundament. nu.1058.* qui pœnam à pœnalitate diſtinguit. Imò pœna culpæ metas excedere nequit, *cap. vlt. §. illud autem de pœn. in 6.* de quo *infra cap. prox. in princip.* vbi D. Couarr. docet, nã ſunt correlatiuæ, Caſtr. *ſup. d. cap.3. verſ. Vltimò additum eſt.* vbi latè præmiſſam probat concluſionem.

Ibi: *Deindè innocentem puniri.*

Innocẽtes pœnis afficere ab omni iure, ac ratione prorſus alienum eſt, quare 9
prohibetur Exod. *cap.23. verſ.7. Inſontem, & iuſtum non occides.* (Quàm legem Moyſes in extremis agens Populo commẽdauit, teſte Ioſepho *lib.4. antiquitat. Iudæor. cap.8.* quem refert Menoch. *d. conſ.99. num.215.*) *dict. cap.1.24. quæſt.3. l.12. tit.14. part.3.* Gutier. *d. cap.30. nu.15.16.* Menoch. *num.216.* Quod adeo intrinſecè malum eſt, vt, ſi tyrannus vrbi exitiũ minaretur, quod nõ aliter effugi poſſet, niſi occidendo inſontem, potiùs omnes perire deberent, quàm tale flagitium perpetrare, Bonacin. *oper. moral. tom.2. diſp.2. de reſtitut. q. vlt. punct.7. n.1.* Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tom.4. tract.3. diſp.10. num.4.* Valent. *tom.3. in 2.2. diſp.5. de iuſt. quæſt.8. punct.2. col.1160.* Pat. Hurtad. *tom.2. de Charitat. diſp.169. de bello ſect.11. §.100.* Diana *reſolut. moral. part.5. tract.3. reſolut.23.* Omnes tamen fatentur, poſſe eo caſu ad liberandum ſe Rempublicam tradere hoſti inſontem, quamuis certo ſciatur, ab eo occidendum. Imò ſi iuſſus Reipublicæ obedire hoc caſu innocens detrectet ſe defendendo, aut ſubtrahendo, iure occidi poterit, quia non obtemperando delinquit, vt obſeruat Dian. vbi proximè cum debeat ſalutem communem propriæ



priæ vitæ præponere, vt ex alijs dixi *ſup. lib.1. cap.2. num.81.*

Ibi. *Exaduerſò non deſunt ſacri eloquij.*

10 Quod iuſtè poſſit aliquis puniri pro delictis ab alio perpetratis, plura ſacra eloquia demonſtrant, Exod. *cap.34. verſ.7. Qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in tertiam, & quartam generationem,* Leuitic. *cap.26. verſ.40. Et propter peccata patrum ſuorum, & ſua affligẽtur.* Numer. *cap.14. verſ.18. Qui viſitas peccata patrum in filios in tertiam, & quartam generationem.* Deuteron. *cap.28. verſ.46. Et erunt in te ſigna, atque prodigia: & in ſemine tuo vſque in ſempiternum, eo quod non ſeruieris Domino Deo tuo.* Quibus addenda ſunt, quæ refert D. Auſt. *lib.6. contra Iulian. cap.12.* ibi: *Quã multa ſunt Diuinarum teſtimonia ſcripturarum, quæ parentum peccata obligant filios, numerare quis poſſit? Cur enim peccauit Cham, & in eius filio Chanaan vindicta prolata eſt? Geneſ. cap.9. Cur pro peccato Salomonis, filius eius deminutione regni punitus eſt? 3. Reg. cap.12. Cur peccatorum Achab. Regis Iſrael in eius poſteros pœna dilata eſt? 3. Reg. cap.20.* Hæc Auguſt. ſimiliter ob peccatum Saulis in Gabaonitas poſteri illius ipſis crucifigendi tradũtur, 2. Reg. *cap.21.* Pro peccato Achan Populus ab hoſtibus eſt percuſſus, Ioſ. *cap.7.* Et quia deliquit Dauid multi de plebe extincti fuerunt, 2. Reg. *cap.24.* Hinc Apoſtoli putauerũt, illum cæcum à natiuitate, de quo Ioan. *cap.9.* potuiſſe pœnam cæcitatis ſuſtinere ob parentum peccata, ideoque Dominum interrogarũt, an ipſe, vel parentes eius peccauerint, vt cæcus naſceretur? de quo alia *num.20.*

11 Ex quibus multi Sancti Patres, alijque Interpretes tenent communiter, Deum pœnas temporales infligere innocentibus pro peccatis ab alijs commiſſis ob cauſas ſibi cognitas. Ita præter D. Auguſtinum *vbi proximè,* Euſeb. *lib.12. de præparat. cap.25.* Magiſt. *ſententiar. 2. diſt.36.* Abulenſ. *Ioſ.7. quæſt.82.* Pat. Vazq. *tom.1. in 1.2. diſputat.135. cap.1. num.4.* Maldonat. *in Euangel. ſup. illud Ioan. capit.9. Rabbi quis peccauit, &c.* Alexãd. de Hales *part.1. quæſt.37. memb.3. art.4. & in 3. part. quæſt.41. memb.4. art.1.* Valent. *ſupra punct.2. verſ. Altero modo,* Hurtad. *de Fide, tom.1. diſput.88. ſect.1. §.2.* vbi eſſe de Fide aſſeuerat, Alfonſ. à Caſtro *dict. lib.2. capit.10.* Gutierr. *ſupra numer.18.* Ojeda *de incompatibilit. beneficiorum, capit.23. numer.104.* Simanc. *dict. tit.29. in princip.* Auguſtin. Barboſ. *in collectanea ad cap. non debet, numer.3. de regul. iur. in 6.* Anton. Gomez *variar. lib.3. capit.2. numer.13.* Menoch. *dict. conſ.99. ex numer.212.* Petr. Gregor. *d. cap.4. num.4.*

Sic etiam tam Canonicis conſtitutio- 12
nibus, quàm ciuilibus aliena ſcelera in liberis, & alijs coercentur iuſta de cauſa, *capit.1. de fil. Presbyteror. capit. non eſt vobis 11. de ſponſalib. capit. vergentis 10. de hæretic. capit. nobis 27. & ibi gloſ. de ſimon. capit.2. §. Hæretici. capit. ſtatutum 15. de hæretic. in 6. capit. vnic. §. Contra natos de ſchiſmatic. cap. vltim. §. Quòd ſi quis de pœn. eodem lib.6. cap. ſi quis 22. §. Filij verò 6. quæſt.1. cap. cum multæ 3.15. quæſt.3. l.1. & 3. titul.3. lib.8. Recopilat. l.3. tit.5. eod. lib. l.6. verſ. E los que dellos deſcendieſen, tit.27. part.2. l.2. titul.2. l.9. tit.31. part.7. l. quiſquis 5. §.1. C. ad leg. Iul. Maieſtat. l. Diuo 11. C. de quæſtionib. l. Imperialis 24. §. His illud, C. de nupt. Authent. Gazaros, C. de hæretic.* Quod iuſtiſſimè fieri poſſe probant *text. in capit. ſine culpa 24. de regul. iur. in 6.* Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſumpt.56. num.6.* Cardin. Turrecrem. *in cap. vndecunque 3.56. diſtinct.* Anton. Gomez *vbi proximè,* Caſtr. *ſupr. capit.11.* Roxas *ſing.66.* Gutierr. *num.25.* Simanc. *vbi proximè.* Ceuall. *quæſt.653.* Petrus Faber. *ſemeſt. lib.3. cap.8.* Quibus iungendi ſunt laudandi *infra num. ſeq.*

Num. 1.

Quod Diuino, & humano iudicio iu- 13
ſtis de cauſis poſsit ei, qui non delinquit, pro alieno delicto pœna irrogari, ſatis nuper tradita ſuadent, idemque expreſſim aſſeuerant, Tuſch. *lit. P. conc.212. num.41.* Farin. *in prax. quæſt.24. nu.154.* Petr. Greg. *ſup.* Caſtil. *controuerſ. lib.4. cap.103. num.19.* Gutierr. *ſup. num.26.* Aug. Barboſ. *in collect. ad cap. renouantes, num.9.22. diſtinct.* & quod attinet ad iudicium Diuinum cauſa quærẽda nõ eſt, cũ enim Deus ſit abſolutus Dominus vitæ creatæ, poſsitq; pro ſuo arbitrio eã donare, vel auferre, poterit ex alieno peccato



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

occaſionem ſumere ad necem alicuius; vt inde ſuæ iuſtitiæ ſeueras leges oſtendat, Hurtad. *dict. §. 2.* Pat. Vazq. *ſup. diſp. 135. cap. 1. nu. 5.* Gutierr. *nu. 20. verſ. Præterea, in fine.* In quo eſt animaduertendum, has pœnas temporales: quæ diuinitùs pro alienis criminibus inferuntur, ipſis patientibus ad ſalutem ſpiritualem proficere, vt probat D. Auguſtin. *in Ioſ. cap. 8.* ibi: *Viſibiles afflictiones hominum, ſiue mortes, quoniam ijs, quibus ingeruntur, & obeſſe, & prodeſſe poſſunt, nouit Dominus in occulto prouidentiæ ſuæ quemadmodum iuſtè quibuſque diſpenſet, etiam cum aliorum peccata in alios videtur vlciſci*, notat Hurtad. *vbi proximè*, Gutierr. *num. 19.* Menoch. *d. conſ. 99. num. 213.* Simanc. *d. tit. 29. num. 3. 5.* Petr. Greg. *d. cap. 4. num 4.* Leges verò humanæ, niſi de cauſa conſtet, ob quam in inſontes vindicet facinus alienum iniquæ habebuntur, nec ſeruari debent, vt notatur *in d. cap. ſine culpa, de reg. iur. in 6.* Oſalc. *Pedemont. deciſ. 88. num. 25.*

Ibi: *Sic Leuitic. cap. 20.*

14 Leuitic. *cap. 20. verſ. 15* ita legitur: *Qui cum iumento, & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. Mulier, quæ ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul interficiatur cum eo.* Et hodie idem in praxi ſeruatur, de quo Ant. Gom. *in l. 80. Taur. n. 35. verſ. Aduertendum*, Alfonſ. à Caſtr. *lib. 4. aduerſ. hereſ. verb. coitus, verſ. Coitus cum iumento*, Aluar. Pelag. *de planct. Eccleſ. lib. 2. cap. 2.* Menchac, *controuerſ. illuſtr. cap. 96. num. 11.* Roland. *conſ. 7. à princip. lib. 1.* Clar. *d. lib. 5. receptar. ſentent. §. Fornicatio, num. 27. & §. fin. quæſt. 99. nu. 8.* vbi Baiard *nu. 10.* Boer. *deciſ. 316. ex nu. 6.* Roxas *ſingul. 102.* Caball. *reſolut. crimin. tract. de homicid. nu. 181.* Tiraquel. *de pœn. temperand. cauſ. 49. n. 39.* Tuſch. *practicar. concluſ. lit. C. concluſ. 413. num. 30. 31.* Matienç. *in dialog. relator. part. 3. capit. 64. num. 6.*

15 Quo caſu animalis domino pretium ſoluendum eſſe ex bonis rei, aut ſi non extent, ex pecunia Fiſcali, docet Villar *in ſylu. reſponſor. lib. 1. reſponſ. 4. ex nu. 11.* Petr. Barbol. *in comment. ad Ordinament. Reg. Luſitan. lib. 5. tit. 13. §. 2.* quamuis contrarium ſentire videatur, Ant. Gom. *in l. 1. Taur. numer. 11. verſ. Item finaliter, in fine.*

16 Sed, & ſi homo, vel mulier, quæ ſe bruto turpiter commiſcuit, aliqua de cauſa vltimo non afficiatur ſupplicio, adhuc animal extingui debet, ne ſceleris nefarij memoriam refricet, Tuſch. *d. n. 30.* Boer. *ſup. nu. 4.* etſi diſpliceat Clar. *dict. quæſt. 99. num. 8.*

17 Inſenſibilia quoque ob delictum ab homine commiſſum leges perire iubent, veluti domu eius, qui læſæ Maieſtatis reus condemnatur, *cap. fœlicis in princip. de pœn. in 6. l. 6. tit. 13. l. 6. tit. 27. part. 2. cap. vnic. §. Receptatoribus, de pac. tenend. in vſib. feudor.* Ant. Gom. *d. cap. 2. num. 11.* Afflictis *tit. quæ ſint Regalia verb. & bona committentium, nu. 37. in 19. ſpecial.* Pariador. *rer. quotidianar. lib. 1. cap. vlt. in princip.* Gig. *ſup. tit. de pœn. committent. crim. læſ. Maieſtat. quæſt. 35.* Baiard. *ad Clar. d. lib. 5. §. Læſæ Maieſtatis, num. 25. verſ. Decimumnonum.* Farinac. *de crimin. læſ. Maieſt. quæſt. 116. §. 1. nu. 28.* Petr. Greg. *dict. lib. 32. cap. 2. nu. 12.*

Ibi: *Olim ſanè apud Athenienſes.*

18 Aliquibus in locis animalia, & ſi ratione careant, nec delinquere poſsint, puniri vſu receptum eſt, vt teſtantur, *Clar. d. nu. 8.* Guid. Pap. *deciſ. 238.* qui aſſeuerat, ſe vidiſſe Burgundiæ ſuem furca ſuſpenſum, quoniam puerũ necauerat, Tuſch. *lit. A. concluſ. 332. n. 2.* & aduerſus ea ferri ſententiam poſſe, docent poſt Albericũ, & Gandin. Gregor. Lop. *in l. 24. gloſ. 7. tit. 15. part. 7.* Bouadill. *ſup. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 28.* Petr. Greg. *d. nu. 12.* vbi ait Athenis ligna, lapides, & ſimilia exterminata eſſe, quia delapſa homines oppreſſerunt, quæ à Iure Diuino originem habuere, Exod. *21. verſ. 28.* cuius loci paulo ſuperiùs meminit D. Couarr.

Verſ. *Secundò quandoque.*

Hanc concluſionem pluribus comprobauimus *ſup. num. 9. cum ſeqq.*

Ibi: *Hic verò locus, & ſi variè.*

Ad locum illum videas D. Hieronym. *in Ezechiel. cap. 18.* D. Thom. *1. 2. quæſt. 87. art. 8.* Adrian. *quodlibet. 12. part. 1.* & alios laudatos *ſup. n. 6. 11.*

Ibi: *Siquidem viſitare Deum.*

19 Verbum, *viſitare*, in Sacris literis modò in malam, modò in bonam partem accipitur: nam Deus dicitur viſitare, cum



beneficia confert, aut ſubuenit afflictis, Genel. *21. verſ. 1. & c. 50. verſ. 23.* Exod. *cap. 3. verſ. 16. & cap. 4. verſ. 31.* Reg. *lib. 1. cap. 2. verſ. 21.* Quibus in locis, & alijs pluribus, *viſitare*, in bonam partem ſumitur. In malam verò verbum idem non minus frequẽter vſurpatur, viſitat enim Deus quando affligit, & tanquam iudex exigit pœnas, Exod. *cap. 32. verſ. 34.* ibi: *Ego autem in die vltionis viſitabo, & hoc peccatum eorũ* Leuitic. *cap. 18. verſ. 25. Cuius ſcelera viſitabo, & cap. 26. verſ. 16. Viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore.* Iſaiæ *cap. 23. verſ. 17. Viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes ſuas.* Ita Maldonat. *ſup. Luc. cap. 1. col. 923. lit. B.* Et in hoc vltimo ſenſu accipiunt Expoſitores Sacri illud Exod. 20. *Ego ſum Deus Zelotes, &c.* Prout videre eſt apud laudatos *ſup. num. 6. 11.* quos ſequuntur ex noſtris Menoch. *d. conſ. 99. num. 210.* Gutier. *nu. 2.* Auguſtin. Barbol. *in collectan. ad cap. nõ debet, nu. 4. de reg. iur. in 6.*

Ibi: *Eadem ratione conſtat.*

20 Innocentes aliquando ob aliena ſcelera à Deo fuiſſe percuſſos, patet. Sic primogeniti Ægiptiorum etiam paruuli interfecti ſunt, Exod. *cap. 12.* Amalecitarũ infantes occidere, Sauli præcipitur, Reg. *1. cap. 15.* Dauidis puerulus ob eius peccatum moritur, Reg. *2. cap. 12.* Quod latè proſequitur Gratian. *in §. Item peccato, 1. quæſt. 4.* vbi ait: hæc ita Deo placuiſſe propter myſterium, aut in deteſtationẽ peccati, vel in flagellum eorum, qui deliquerunt. Alia exempla adducit Petr. Greg. *ſup. d. cap. 4. nu. 4.* aſſerens has pœnas eiſdem innocentibus eſſe proficuas, de quo *ſup. num. 10. 11.*

Verſ. *Tertia, humana lex.*

21 Nullo iure humano conſtitui poteſt, vt quis pro delicto non ſuo corporalem pœnam ſubire compellatur, Pat. Suar. *de Fide, diſp. 22. ſect. 3. n. 2.* Hurtad. *ſup. §. 3. cum ſeqq.* Vazq. *d. diſp. 135. cap. 3. nu. 11. verſ. Multo tamen*, Farinac. *in prax. crimin. quæſt. 24. nu. 190.* Tuſch. *lit. S. conſ. 618. n. 3.* Menoch. *vbi proximè, num. 215. 216.* Guazzin. *de defẽſ. reor. defẽſ. 33. circa pœn. nu. 8. verſ. Tamen dicta iura*, Gutierr. *ſup. ex nu. 22.* Caball. *reſolut. crimin. caſ. 149. num. 20.* Ant. Gabriel. *commun. lib. 3. tit. de iur. quæſito non tollend. concluſ. 2. num. 19.* Clar. *ſup. §. fin. quæſt. 86. nu. 5.* Cartar. *de exequut. ſent. capt. bannito, in præfat. nu. 71.* Alfonſ. à Caſtr. *de pot. leg. pœnal. lib. 1. cap. 9. verſ. Reſtat. fol. 77. lit. C.* Menchac. *controuerſiar. illuſtr. lib. 3. c. 96. n. 14. verſ. ad prædicta extimè ſeruit.* Hoc enim humanam excedit poteſtatem, licet Diuina effici iuſtè poſsit, vt ait Suar. quamuis non deſint, qui ob publicam vtilitatem valere ſtatuta, quæ in inſontes aliena crimina vindicant, opinentur, de quo Tuſch. *lit. P. conſ. 212. n. 45.* Cartar. *ſup. ex nu. 73.* Angel. *conſ. 63.* Deci. *conſ. 64. nu. 3. 4.* Guazzin *ſup.* qui Florentiæ tale ſtatutũ eſſe referunt. Similis lex fuit apud Macedones, qua omnes propinqui eius, qui in perſonã Principis quicquam moliretur, capite plectebãtur, quam vt cruẽta acerbitate plenam Alexander Magnus abrogauit, refert Menoch. *d. conſ. 99. nu. 224. ex Quint. Curt.*

Ibi. *Quamobrem ſatis iniquè.*

22 Similiter ſententiam Imperatorũ quatenus ex indulgentia filijs reorum criminis læſæ Maieſtatis vitam concedere iactanter affirmant *in d. l. quiſquis §. 1.* carpunt Pat. Hurt. *ſup. § 5.* Vazq. *c. 3. in fin.* Alfonſ. à Caſt. *de iuſt. hæretic. punit. lib. 2. cap. 11. n. 6.* Gutier. *nu. 25.* Menoch. *nu. 216.* Eam tamẽ minus rectè probãt Bald. *in dict. l. quiſquis, in princip. verſ. Filijs de miſericordia*, Decian. *dict. lib. 7. cap. 41. nu. 1.* Farinac. *in prax. tit. de crimin. læſ. Maieſt. quæſt. 116. § 3. num. 74.* Ratio etiam, qua Legiſlatores vtuntur, futilis eſt, ibi: *Paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarij criminis exempla metuuntur.* Tum quia hæc præſumptio, quod liberi parẽtũ mores imitentur, nõ eſt efficax, cum ſæpiſsimè fallat, vt propter eam innocens occidatur, Simanc. *ſup. tit. 50. n. 11.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 15. n. 25.* Alciat. *eod. tract. lib. 1. præſump. 24.* Tum etiam quoniã pœna præcedere culpam nõ debet, nec pro futuro crimine quiſquam puniri poteſt, vt fusè probat Alfonſ. à Caſt. *de pot. leg. pœn. lib. 1. cap. 3. verſ. Vltimo additũ eſt, à princip.* Imò *d. l. quiſquis*, dum in filios ſtatuit, iniquam, nec in foro conſcientiæ ſeruandam ſentiunt Merlin. *de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 30. n. 26. 27.* Farinac. *dict. q. 116. §. 3. n. 145.* Ceuall. *d. q. 653. ad finem:* qui plures referunt, quod probat Pat. Hurtad. *ſup. §. 5. cum ſeq.*

*Verſ.Quarta,poterit ſanctiſsimè.*

23 Poteſt lex humana pœnam bonorum, vel aliam, quæ corporalis non ſit, liberis ob parentum crimina irrogare, iuſta interueniente cauſa, quàm concluſionem probant iura cumulata, *ſup.num.*12. Pat. Vazq.*d.cap.*3.*nu.*11. Suar.*ſect.*1.*num.* 3. Menoch.*d.conſ* 99.*num.*218. Gutier.*nu.* 25. Alfonſ.à Caſt.*d.cap.* 11. Simanc.*tit.* 29. Ant.Gom.*d.cap.*2.*num* 13. Auguſt. Barb.*in collect.ad cap.ſine culpa,de reg. iur. in* 6 Clar.*d.quæſt.*86.*nu.*7 Farin.*in prax. quæſt.*24.*num.*158. Tuſc *lit.P.conc.* 212. *num.*50. Afflict *in conſtitut.Regn. Neapol. lib.*1 *rubric* 2.*num* 82 Dueñas *reg.* 345. *inf. licet.* 14. Dec. *in l.filius, num.* 2. *C. de pact.* Boer. *deciſ.* 127. quicquid placeat Pat.Hurtad *ſup.§.*6.& aliis, qui ſentiũt, filios directò puniri non poſſe amiſsione bonorum, vel alia ob parentum delicta.

24 Rationem proximæ aſſertionis, quæ hic à D.Couar. probatur, tradidit Cicer. *lib.*1.*epiſtolar. ad Brut. epiſt.* 13. ibi: *Nec verò me fugit, quàm ſit acerbum parentũ ſcelera filiorum pœnis lui, ſed hoc præclarè legibus cõparatũ eſt, vt charitas liberorũ amiciores parẽtes Reipublicæ redderet.* Eãque amplectuntur, Menoch.*de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 33.*ex num.* 6. vbi hanc potiſsimam eſſe aſſeuerat, Gutier. *vbi proximè*, Sanctarel.*de hæreſ.c.*34.*dub* 3. *num.* 23. *verſ. Octauo*, Farinac.*d.quæſt.*116. *§.* 3. *n* 73. Caball *ſup.caſ.*149.*num.* 22. Neapodan. *in conſtitutionib. Sicil. verb. ipſorum filij, verſ. Credo, quod Legiſlator*, Ambroſ. Vigna *in tract.de hæretic.quæſt.*20. *num.* 208. Simanc.*d.tit.*29. Alfonſ. à Caſt. *vbi proximè*, Pichard.*in §. Publica autem, num.* 15.*inſt. de public.iudic.* Lotter. *de rẽ beneficiar.lib.*3. *quæſt.*28. *à num.* 67. homines enim cum ſciant, ſupplicium etiam poſt mortem permanſurum in liberis, in quibus magis, quàm in ſe ipſis terrentur, & cruciantur, Menoch.*num.* 8, *& dictum eſt ſup.lib.*1.*cap.*2.*num* 94. ab his facinoribus promptius abſtinebunt, quæ in poſteros ſuos ſunt vindicanda.

25 Huic alia ratio communiter addi ſolet deducta ex *d.l.quiſquis, §. Filij*, ſcilicet filios ſcelerata parentum veſtigia repetituros, quibus ſimiles futuri eſſe creduntur, Ioan.*cap.*8. *verſ.*44. *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri facere vultis*, Matth.*cap.*7.*verſ.*18. *Nõ poteſt arbor mala, &c.* Authent. *de referendar. Sac. palat §.* 1 *ad fin.collat.*2. Fab *lib* 5. *inſtitut orator.cap.*10. *Nam ſimiles*, inquit, *parentibus, ac maioribus ſuis filij plerumque creduntur, & nonnunquam ad honeſtè, turpiterque viuendum inde cauſæ fluunt*, Cæl. Rodigin.*lib.*3 *lection.antiquar.cap.*29.*in fine*, ſic ait: *A flagitioſis geniti ad delinquendum procliuiores, magiſque lubrici euadũt*, Ouid. *lib.*4.*metam.*

*Et patriũ in filios abeunt cum ſemine mores.*

Vndè oportet, ipſos egeſtate, & abiecta ſorte ſordeſcere, vt minùs audaces euadant, quã ratione admittũt Sanch. putãs priorem eſſe potiorem, *d.lib.*2. *cap.* 27. *n.* 13. Ceuall. *d. quæſt.* 653. Farinac. *ſupra*, Menoch.Simanc.Caſt. locis nuperrimè allegatis, Ant.Gom.*d. cap.* 2. *n.* 13. Auguſt.Barbol *in collectan.ad cap. non imputantur, num.* 1. 1.*quæſ.*4. & alij communiter. De quo vide *infra n.*68.

*Verſ.Quinta,pœna æterna.*

Nunquam Deus pro alienis peccatis 26
pœnam ſpiritualem imponit. Hoc probatur ex adductis, *ſup. n.* 6. nam ea Sacra teſtimonia de huiuſmodi pœna debent intelligi, de quo D.Auguſtin.*d. q.* 8. *ſup. Ioſ.* ibi: *Pœnas verò inuiſibiles, quia nocent, & prodeſſe non poſſunt, ita nullus, Deo iudice, pro alienis peccatis luit.* Idem probatur, *ex cap.iam itaque* 8.1.*quæſt.*4.*c.*1.24.*q.*3. Pat. Valent.*ſup.punct.*2.*in princip.* Becan. *d.quæſt.*8.*cap.*3.*num* 3. Suar.*ſup.diſp.* 22. *ſect.*1.*n.*9. Vazq *d.diſput.*135.*cap.*1.*n.*5. Alfonſ.à Caſt.*aduerſ.hæreſ lib.*12.*fol.*94. *col* 2 Gutier.*num.*18. Menoch.*d.conſ.*99 *num.*207 208. Oleã *ſup.cap.*23. *n.* 104. Simanc.*tit.*29.*num.*1. Ant.Gom.*in l.*40. *Taur. n.* 91. *verſ Tertiò, & principaliter*, Ang.Barboſ.*in collectan.ad cap. ſine culpa, de reg.iur.in* 6. Petr.Greg.*d.cap.*4.*n.*4.

Similiter ab homine nemo puniri po- 27
teſt pro alieno peccato, ea pœna, quæ animæ directò noceat ad ſalutem ſpiritualem, vt excommunicatio, *cap. non imputantur* 10.1.*quæſt* 4 *cap.* 1. 24.*q.*3. Tuſch.*d.concluſ.*212 *num.*30. Pat. Suar. *d.diſp.*22.*ſect.*3.*num.* 2. Gutier. *vbi proximè*, Menoch.*num.* 209. Alfonſ. à Caſt. *de inſt.hæretic.punit.lib.*2.*cap.* 11. D.Couarr.*in cap.alma, mater part.*1 *§.*9. *num.* 3.*verſ.Hæc & alia, de ſentent. excommunic.in* 6 Barbol *in collect.ad d.cap.non imputantur num.*1.





*Ibi:Qualis eſt irregularitas.*

28 Irregularitas, aut prouenit ex delicto, aut ex defectu, cum ex culpa procedit, pœna dicitur, cum ex defectu, pœnæ rationem non habet. D Couar. *in Clement. ſi furioſus in princip. de homicid.* Alfonſ. à Caſt.*de pot.leg.pœnal.lib.*1.*cap* 3. *verſ.Vltimò.additum eſt, fol.*18. Sanch.*in Decalog. lib.*1.*cap.*10.*num* 42.*ad medium, verſ.Dices eam irregularitatem*, & omnes communiter. Hæc autem pœna rectè ſpiritualis dici poteſt, non quòd animæ ſaluti directè officiat, ſed quoniam per illam homo inhabilis redditur ad Ordines Eccleſiaſticos ſuſcipiendos, vel exercendos, qui ſpirituales ſunt, quemadmodum pœnã pecuniariam appellamus, quæ damnatum pecunia priuat, atque ita intelligenda eſt gloſſa, quam D. Couarr. impugnat. Sic pœnam ſpiritualem Inhabilitatem ad beneficia Eccleſiaſtica, dixit Sanch.*ſup. d.lib.*2.*cap.*28.*n.*23.

*Verſ.Primùm,hinc conciliantur.*

29 De intelligentia, ac conciliatione huiuſmodi locorũ ſunt conſulendi D.Chryſoſtom. *homil.* 1. *&* 4. *in Iſaiam, & ſup. Pſalm.*3. Abulenſ.*in Ioſ.cap.*6. *&* 7. Pat. Suar.*tom.*1.*in* 1.2.*tract.*5.*diſp* 7 *ſect.* 1. *à n.*11. Pat. Vazq.*d. diſp.* 135. *cap.* 1. *&* 2. & alij, quorum memini *ſup.n.*6.11.

*Verſ.Secundò,infertur.*

30 Cum apud Theſſalonicam impetu furentis populi miles fuiſſet occiſus, Theodoſius tunc Imperij gubernaculum tenens, hoc exceſſu nimium cõcitatus iuſſit, Theſſalonicenſes ad ludos Circenſes conuenire, militibus imperans, vt ex ipſis quemcumque ſibi obuium trucidarent, de qua immanitate cum ab Epiſcopis Italiæ redargueretur, Indumẽtis Imperialibus depoſitis, publicæ pœnitẽtiæ ſe ſubmiſit, legemque ſanctiſsimam condidit, qua cautum eſt, vt quoties Imperator præcipitanter in quemquam mortis pœnam ſtatueret, præcepti exequutio ad trigeſimum diẽ differretur, *l. ſi vindicari* 20.*C.de pœn.* quæ habẽtur *in cap. cum apud Theſſalonicam* 69.11.*q.*3. & referũtur ab Euſeb.*hiſtor.Eccleſ.lib.* 11. *cap.* 18. Cardin.Baron. *tom.*4.*annal. Eccleſ. anno Chriſti* 390. Moral.*hiſtor. Hiſpan. part.* 1. *lib.*10.*cap.*45. Bouadill.*in Politic.lib.*2.*c.*10.*n.*76. Menoch.*conſ.*98.*n.* 64. Caſſan. *in catalog.glor.mundi part.*1.*conſiderat.*24. *verſ.*96. Pat. Suar.*de charit.diſp.*13.*ſect.*7 *n.*15 Farinac.*in prax.part.*3.*de pœn. temperand.q.*97.*n.*34 Auiles *in c.*-*p.*1.*Prætor. verb.mandamiento n.*19.

*Verſ.Tertiò,ab eadem reſolutione.*

Cum de hæreticorum pœnis ſit diſſe- 31
rendum, quis hæreticus ſit, expedit agnoſcere ex tradendis *infra lib.*5. *cap.* 1. *à n* 6. Filij, ac nepotes eorum, qui Diuinæ Maieſtatis læſæ crimen perpetrãt (de offendente humanam infra dicendum eſt à *n.*38.) ſunt inhabiles ad omnia munera officia, & beneficia Eccleſiaſtica, ſiue ſæcularia, *l.*3. *&* 4 *tit.*3 *lib.* 8. *Recopilat.* Pat.Suar.*de fide diſput.*24.*ſect.*3 *à num.*4 Hurtad.*ſup.ſect.*2. *§.* 10. Molin.*de iuſt. diſp.*658 *n.*19.*verſ.Filij tamen*, Sanch. *in Decalog.lib.*2.*c* 27. *ex n.*2 Diana *reſolut. moral.part*4.*tract.*8.*reſol.*73. Molin.*de primogen.lib* 4 *cap.*11.*n.*50. Gutier.*de delict.q.*51.*n.*1. Parlador.*different* 108.*n.*4. 7. Pet Greg.*ſyntagmat.lib.*33.*cap.*8. *n.*3. Lotter *de re beneficiar.lib.*3.*num* 70. Menoch.*conſ.*808.*n.*5 *cum ſeqq.* Ant. Gom. *d.cap.*2.*n.*4. Declan.*lib.*5 *cap* 45. *num.*5. *verſ. Et hoc intellige*, Clar *ſup.§. Hæreſis, n.* 19. Simanc.*d.tit.*29.*n.*15. Greg. Lop. *in l.*4.*gloſ.*1 *tit.*26.*part.*7. Mareſcot. *variar. lib.*2.*cap.*35.*n.*10. Merlin. *de legitim lib.* 3.*tit.*1.*q.*31.*n* 8 & ſi aliqua obtineãt beneficia, ſuos fructus non faciunt, quia eis iure ipſo priuantur, Dian Hurt *ſup.* Ricciul.*de iur.perſonar.extra grem.Eccleſ. exiſtentiũm, lib.*5 *cap.*20.*n.*2. Sanctarel. *ſup. cap.*35.*dub.*22.*n.*21. Peña *in director. Inquiſit.part.*3.*comment.*63.

Circa quod pernecceſsè erit hic adno- 32
tare nonnulla. Primùm, hos filios hæreticorum, & nepotes irregularitatem cõtrahere, ita vt nec prima tonſura poſsint initiari, nam ſub verbo, officiũ publicũ, quo vſus eſt Pontifex *in cap.*2 *§. Hæretici, de hæreticis in* 6 etiam ab hac ſicut ab omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus remoti cẽtentur, Hurt. *vbi proximè* Pat. Suar. *n.* 3. Gutier. *ſup q.* 52. *n.* 1. Simanc. *n.* 17. Bonacin.*oper.moral.tom.*1.*tract.de cenſur. diſp.*7.*de irregularit.q.*3. *punct.* 7. *num.* 9. Salced.*ad Bernard. Diaz in prax. cap.* 22. *num.*22 Farinac.*d.q.*191 *num.* 62. Aug. Barbol.*in collectan.ad cap.*2.*num.*5.*de hæretic.in* 6. Coninch.*de Sacrament.diſp.*18.

*dub.7.n.*51.Dian.*part.4.tract.2.reſolut.* 45.Sanch.*ſup.cap.*28 *n.*7.qui plures cõgeſsit, ſed in Ordine ſuſcepto ante patris condemnationem poterunt miniſtrare, Sanch. *num.*10.

33 Secundùm, ſicut à beneficijs, ita & à penſionibus Eccleſiaſticis iſti repelluntur, ne eas valeant obtinere, Sanch. *num.* 35. Dian.*vbi proximè, verſ. Notandum*, Garcia *de benefic.tom.2.part* 11,*cap.* 10. §. 1. *num.*74.Gigas *de penſionib.quæſt.*94.*num.* 7.Farinac.*num* 60.Lotter.*num.*82.*verſ. Nihilominus.*

34 Tertiùm, propter hæreſim parentum liberos iuris infamiam non incurrere, quia nullibi reperitur talis pœna ipſis impoſita, Pat.Suar.*ſup.num.*7. Hurtad. §.17.Menoch.*d.conſ.*808.*nu.*44.Sanch. *cap.*28.*num.*4.5.vbi *diſputat.* quæ ſentẽtia etſi iuris principiis valdè conueniat, oppoſita communiter recepta eſt, eamque ampleċtuntur cum D. Couar.*in præſenti*, Farinac.*d.quæſt.*191.*num.* 22. Merlin.*vbi proximè* Ant.Gom.*in l.*40. *Taur. num.*91.*verſ. Tertiò & principaliter*, Molin.*de primogen.lib.*4.*cap* 11.*num.* 50. Simanc.*tit.*9.*num.*268. Cantera *in quæſtionib.crimin. tit. de quæſt. tangetib. punition. delict.c.*1.*num.*11.Pat. Molin.*ſup.num.* 25.Peña *in director.part* 1.*cõment.*4. *verſ. Hæc autem infamia.* Azeued.*in l* 1.*num.* 171.*& in l.*3.*num.*34.35 *tit.*3.*lib.*8. *Recopilat.* Enriquez *lib.*14 *de irregularit.cap.* 5.*num.*4.Caſtr.*de iuſt.hæretic.punit.lib.*2. *cap.*9.Param. *de origin. Inquiſition. lib.* 3. *quæſt.*9.*num.*206. Pichard.*ſup.num.*16. Dian.*vbi proximè*, Tuſch.*lit. H. concluſ.* 102.*n.*9.Petr.Greg.*ſup.*

35 Quartùm nepotes hæretici ex filiis huiuſmodi pœnis non teneri, vt decisũ eſt in *cap ſtatutum* 15.*de hæretic.in* 6 ſed ſi mulier in hæreſim inciderit ſolùm filij non autem nepotes, etiam ex filio puniuntur, Ant.Gom.*d cap.*2 *num.*4. Menoch.*conſ* 128.*num.* 11. Azor *inſtit. moral.lib* 8.*c* 13.*poſt.quæſt.*8. *in* 8. *pœna hæretic* Pat. Molin. *num.* 19. *verſ. Filij tamen.* Pat.Suar.*tom.*5.*in* 3. *part. diſp.* 43. *ſect.*3 *num.*1, Peña *ſup. part.* 3. *comment.* 194.*in princip.verſ. Quantùm ad primam*, Gutierr.*d.quæſt.*52.*num.*3.Pariador.*ſup. d. num* 4. Lotter. *ex numer.* 61. vbi latè, Farinac cum plurimis, *num.*51.Sanch.*d. cap.*27.*num.*2. Rationemque ibi reddit, quia infectio viri deterior eſt, quam fœminæ, & liberi potiùs patrem, quàm matrem repræſentant, ac quemadmodum paternæ familiæ honores, nobilitas, & dignitas aſcendentium per maſculinam lineam poſteris deferuntur; ita & infamia, ac pœnæ aliæ eiſdem plùs nocere debent. An verò filia hæretici, vel neptis ex filio infamia, vel alia pœna afficiatur, docent Pat. Hurt *d.diſp.* 88. §. 27.Farinac.*in prax.d.quæſt.*116.§.3.*num.* 97. etſi in crimine læſæ Maieſtatis humanæ loquatur.

Quintùm, nedum hæreticorum libe- 36
ros, ſed etiam credentium, defenſorum, receptatorum, ac fautorum eorum his pœnis ſubijcit, *d. cap.* 2. §. *Hæretici*, *de hæretic in* 6.Sanch. *vbi proximè*, Merlin. *d.q.*31.*n.*9.Farin.*n.*49. Pat. Hurtad.*ſup.* §.38.Clar.*d.* §.*Hæreſis num.* 16. Lotter. *num.* 73. qui autem cenſeantur credentes, defenſores, & docent Pat.Suar.*de fid. diſp.*14.*ſect.*1 *à princip.* Simanc. *tit.* 15. Sanch *cap.*10 Peña *part.*2.*quæſt* 50. *cum alijs* Hurtad *ſec.*2.*à* § 28. Farin. *q.* 182. §.1.§.4.§.8.§.9.*à princip.*

Vltimùm, filios eius qui vt ſuſpectus 37
de hæreſi damnatur, ab his pœnis immunes eſſe, Pat Hurt. §.23.Farinac.*d.quæſt.* 116 *num.*67 Put.*deciſ.* 400. *lib.*2. Peña *ſup.comment.*164. *verſ. Nam filij ſuſpectorum*, Sanch.*cap.* 27. *num.* 29. Zanchin. *de hæretic.cap.*28.*num.*3.4 Lotter.*ſup.num.* 97 *cum ſeqq.* Dian.*part* 4.*tract.*8.*reſol.*75 *verſ. Notandum eſt tamen*, Pat.Suar.*de fide diſp.*24.*ſect.*2,*num.* 6. Idẽ eſt de filijs denunciantibus patrẽ hæreticum Hurtad. *ſup.* Sanch.*n.*30.Farin.*n* 37 Decian.*ſup. lib.*5.*cap* 45. *num.* 5. Dian. *vbi proximè.* Similiter, ſi pater hæreticus reſipiſcat, nulla pœna eius poſteris irrogatur, Hurtad, §.20 Bonacin.*ſup. punct* 7.*num.* 9. Sanch.*cap.*27.*num.*20 Carrer.*de hæretic. num.*141. Merlin.*d.quæſt.*31.*n.*18 Surd. *conſ.*168.*num.*14 Cantera *ſup. tit. de hæretic.cap.*1.*num.*17.Mangil.*de imputat.q.* 4.*num.*38. Ricciul.*ſup. d lib.* 5.*cap.* 30. *num.*41. Pat. Molin. *d. diſput* 658 *num.* 19.*verſ. Filij tamen*, Azeued. *in l.* 3.*num.* 26.*tit.*3.*lib.* 8. *Recopilat.* Thuſc. *d. conc.* 102 *num.*10.Gutierr.*d.quæſt.*52 *num.* 2. & *quæſt.*55. *ex num.* 2. Lotter.*num* 74. cum ſeqq. quorum plerique aſſerunt, hoc procedere, quanuis reus nondum ſit ad pœnitentiam receptus, modò ad eam recipiendam paratus accedat. Idem pluribus laudatis, tenet, Farinac.*num* 64.*per textum in cap. ſtatutum* 15.*de hæretic. in* 6. Hoc tamen non procedit in hæretico, qui brachio ſæculari comburendus traditur, nam etſi vt Catholicus obeat, nihilominus filij eius pœnas non euadunt, Bonacin.*vbi proximè*, Dian *d. reſolut* 75. *in principio*, Sanch.*num* 23.Simanc.*d.tit.* 29.*num* 17 *verſ. Sed re attentius perpenſa*, Ricciul.*d.c.*30.*num.* 32. *cum ſeq.* Param. *ſup.lib.* 3.*quæſt.*9 *num.*209 Farinac.*num.* 65.Peña *d.comment* 164. *verſ. Circa ſecũdum, cum ſeqq.* Pariador. *different.* 108. *n.* 12. quanuis aliqui contra ſentiunt, quos referunt Sanch. & Farinac. de quo vidẽdus Gutier.*quæſt.*56. *per totam* vbi probat, filios eorum qui in hæreſim ſunt relapſi, ideoque comburuntur, ſi hi pœniteant pœnis non aſtringi, & Lotter. ex *num* 77. His addere libet, quod ſi dubitetur, an aliquod officium ſit publicum, vt ad illud hæreticorum filij non admittantur Inquiſitores cum Epiſcopo de hoc ſunt cogituri, Dian *reſol* 7 . *verſ. Et aduerte*, Peña *part.*3.*comment* 8 Narbon.*in l.*2.*gloſ* 20 *n.*108.*tit.*1 *lib* 4. *Recopilat.*

38 Filij, & nepotes per virilem ſexũ eius, qui Crimen læſæ Maieſtatis perpetrat, iuris infamia notantur & nulla munera, vel officia publica poſſunt obtinere, Ant. Gom.*d.cap.*2.*num.*13.Sanch.*cap.*29. *nu.* 1.Gutier.*num.*30 Molin.*d.cap.*11.*num.* 50 Menoch.*conſ* 99.*nu* 218 Gigas *ſup. tit.de pœn.quas fil.incur.quæſt* 1. Decian. *d.lib.*7.*cap* 31.Fachin *controuerſiar.lib* 7. *cap.*23. Gratian. *diſceptation.cap.* 368 *n.* 7. Bol *in prax. crimin. tit. de crimin. læſæ Maieſtat. num.* 134.137. Pat. Molin. *d. diſp.*658 *num.*26 Merlin *ſup. quæſt* 30. *num.*3. Farinac. *in prax quæſt.* 116 §. 3. *num.*83 Has tamen pœnas, & alias ſtatutas in *d.l.quiſquis*, non incurrunt fœminæ filiæ, vel neptes proditoris ſecundùm communem, Clar. *d.* §. *Læſæ Maieſtat.n.* 10. Decian. *ſup. cap* 41. *num.* 12. Gigas *eod.tit.quæſt.* 14. Sanch.*cap* 28. *num.* 3. Farinac. qui & alios refert. *num.* 97. quod apertè probat, *l.*2 *tit.*2.*p.*7 ibi. *Sus fijos que ſean varones*, & vt locum habeãt, pater admiſſurus eſt crimen in perſonã Principis ſupremi, qui in temporalibus nulli ſubijcitur, vel in Rempublicã alias quanuis quicquam faciat contra ea, quæ diuerſis capitulis legis Iuliæ Maieſtatis continentur, filij pœna non afficiuntur, Greg.Lop.*in d.l* 2 *gloſ* 5.*in fine*, Farinac. *num* 123.Merlin.*num* 28.*cum ſeqq.* Peregrin.*ſup.lib.*3.*tit.*9.*n.*4.Clar.*n* 14.vbi ait Angelum referens huiuſmodi pœnas in filios in deſuetudinem abijſſe.

Cõcluſio proximè tradita ampliatur, 39
vt etiam filij proditorum ſint incapaces ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda propter infamiam *cap infames* 6 *q.*1.Oied.*de incompatibilit.beneficior.part.* 1.*cap.penult. num.*93.102.Decian.*d.cap.*41.*num.* 11. Gig.*quæſt* 9.*num* 3.4.Sanch.*cap.* 28.*nu.* 23.24 Farinac.*num.*118. Infames enim ſecũdùm ius ciuile, niſi aliud expreſsim diſpoſitum reperiatur, tales de iure Canonico etiam habentur, *cap. omnes verò* 7.*quæſt.*1.quod eſt intelligendum, ſi erãt laici tempore, quo pater de eo crimine fuit damnatus, nam ſi Clerici iam eſſent, nullam contrahunt infamiam, nec legibus Principum ſæcularium in filios proditorum ſtatuentibus aſtringuntur, gloſ. *in cap.ſatis peruerſum* 56.*diſtinct.* Gregor. Lop.*in d.l.*2.*gloſ* 7 Decian. *vbi proximè*, Sanctarel.*de hæreſ.cap.*34. *dub.* 2. Sanch. *cap.*28.*num* 19 24 Baiard *ad Clar. ſup. num.*19.Farinac *num.*117.118.ſed limitatur, ſi pater Clerici delinquat in Pontificem, vel Cardinales, nam talis filius pœnas luet iuxta *cap. vlt.* §. *Quod ſi quis de pœn in* 6 Farinac *num.* 119. Sanch. *n.* 20.Turrecremat.*in cap ſi quis, num.*7.6. *quæſt.*1.Gig.*ſup quæſt.*11. *num.* 1.2. Decian.*d cap.*41.*num.*1.Ruin.*conſ* 17.*n.*4. *volum.*3.

Eadem ratione filij laici proditorum 40
fiunt irregulares, ex quo ſententia in parentes lata eſt, ſunt enim etiam infames quoad ius Canonicum, vt nuper dicebamus, & probant Pat.Suar. *de cenſur. diſp.* 48.*ſect.*1.*num.*4.Innocent *in cap qualiter, & quãdo el* 2 *de accuſationib.* Bonacin. *d.diſp.*7.*de irregularitat.quæſt.*3. *punct.* 1. *num.*2.Infames autem ad Ordines Eccleſiaſticos admitti non poſſunt, *d.cap.infames.cap.teſtes* 3 9.2.*quæſt* 7. Ita ex his tenent Pat.Suar *ſup. ſect* 3.*num* 2. Bonacin.*num.*13. Dian.*part.*10.*tract.* 11. *miſcellan.reſolut.*26 *in princip.* Farinac. *d.* §. 3.*num* 82. Barbol. *in collectan. ad cap. ſatis peruerſum*, *n.*2.56.*diſtinct.* Hurtad. §.26

Sed cum dubium occurrerit, an offi- 41
cium aliquod publicum cenſeatur, vt ab eo liberi proditorum excludantur, Princeps, vel iudices ab ipſo ad hoc deſignati

id

id decernere debent, Pat. Molin. *d. diſp.* 658. *n.* 12.

42 Nobilitas tamen ſanguinis, vel priuilegii huiuſmodi filijs non adimitur, niſi ea, quæ ab ipſo delinquente in eos deſcenderet. Idemque de crimine hæreſis dicendum erit, Simanc. *d. tit.* 29. *num.* 18. Pat. Suar. *d. diſp.* 24. *num.* 7. Menoch *conſ.* 1128. *num.* 45. Pat. Hurtad. *ſup.* §. 17. Sanch. qui latè agit, *cap.* 29. *per totum.* Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 35. *nu.* 4. Azeued. *in l.* 3. *num* 29. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopilat.* Villadieg. *in foro iuzgo in prolog. leg.* 11. *n.* 72. Gutier. *q.* 53. *n.* 8.

43 Præterea poſſunt ſuccedere in maioratū ab alio, quàm à patre reo Maieſtatis inſtitutū, antequam ſententia condemnaretur, etiamſi ſub primogenio iuriſdictio, vel dignitas, vt Ducatus contineatur, quod ſimiliter in filijs hæretici obtinet, Sanch. omnino videndus de vtroque latiſſimè agens, *cap.* 30. *per totum*, Molin. *de primogen. d. cap.* 11. *ex num.* 50. quanuis, *num.* 54. relinquat cogitandum, vbi Addition. Menoch. *conſ.* 805. *ex num.* 45. & *conſ.* 808. *num.* 44. *cum ſeqq.* Pat. Molin. *ſup. num.* 25. Villadieg. *vbi proximè, num.* 76. 81. Simanc. *d. tit.* 29. *num.* 271. ſed ſi primogenium fundaretur, patre iam dānato, filij ad illud admitterentur, modò per donationem inter viuos fuiſſet inſtitutum, nam ex vltima diſpoſitione ſuccedere non poterunt, cum ex *d. l. quiſquis*, acquirere ex vltima voluntate, non ex contractu prohibeātur, Sanch. *cap.* 29. *num.* 10. 11. Gregor. Lop. *in d. l.* 2. *gloſ.* 10. *colūn.* 2. *tit.* 2. *part.* 7. Molin. *d. cap.* 11. *num.* 50. *verſ. Cæterum.* Ideo autem cum alius, quàm delinquens parens fundauit maioratum, diſtinctionē fecimus in hoc vltimo caſu, quādo ſcilicet poſt patrem condemnatum primogenium fit, & non in priori, quoniam filius proditoris ſuccedere poteſt, etiam ex teſtamēto, quando ius inuariabile, ſiue ſpes ſuccedendi præcedit patris damnationem, hæc enim per paternum delictum non aufertur, cumque ad ſuccedendum in maioratum omnes vocati talem ſpem naſcendo cōſequantur, lex ius iam quæſitum filijs proditorum non adimit, nec priuat eos bonis, aut officijs ante crimen patris obtentis, Sanch. *cap.* 28. *num.* 10. Pat. Hurtad. §. 18. quæ quidem ſpes à tempore inſtitutionis primogenij cenſetur acquiſita, vt obſeruant Sanch. *cap.* 30. *num.* 11. Molin. *num* 52. Pat. Molin. *ſup.* quibus accedunt Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. n.* 91. *verſ. Tertiō non obſtat*, Anton. Corbul. *tract. de iur. emphyteutic. tit. de cauſ. priuat. ob mort. ciuil. num.* 28. Menoch. *conſ.* 805. *num* 31. Ant. Conc. *in d. l. quiſquis, verb. omnium & proximorū ſucceſſione.* Hi enim affirmant, filios proditorum non priuari ſucceſſione, ad quam ſpem certam habebant, antequam parentes damnarentur, atque ideo in priori ſpecie, ſiue maioratus inſtituatur per contractum, ſiue per vltimam voluntatem ad ſucceſſionem huiuſmodi filij ſunt admittendi. At in poſteriori caſu non niſi primogenium per contractū fundetur, ſeu conſtituatur quia tempore paternæ damnationis de crimine nullam ſpem certam ad ſuccedendum in maioratum nondum conſtitutum habere poterant, quare in capacitas ſuccedēdi ex vltima voluntate ipſis obeſt. Quæ omnia ex mente DD. quos hic laudauimus apertè colliguntur.

44 Sed occurrit dubium ſi poſt condemnationem patris ei filius naſcatur, num hic poſſit ſuccedere in maioratum antiquum in vltima voluntate inſtitutum; videtur enim nullam ſpem ſucceſſionis quæri ei poſſe, ante quam editus ſit, argument. *l. eius, qui in prouincia ff. ſi cert. petat.* cumque natiuitatis tempore inhabilis inueniatur ad ſuccedendum ex teſtamento, dici non poteſt, ſpem ſuccedendi fuiſſe ante incapacitatem quæſitam, quo ceſſat ratio ſupra tradita. Nihilominus idem & de hoc filio, ac de iā natis, cum pater damnabatur, ſentiendum eſt, etenim ex quo maioratus fuit inſtitutus omnibus ſucceſſoribus in infinitum ſpes ceſsit ſuccedendi, quæ quidem ei, qui in vtero eſt acquiritur, argum. *l. qui in vtero* 7. & 26. *ff. de ſtat. homin.* pœnas autem ob paternum crimen non incurrit antequam naſcatur, cum ius pro natis habeat, qui in vtero ſunt, quando de eorum commodis tractatur, non alias, *d. l. qui in vtero* 7. *l. fin. ff. de collat. bonor.* vnde prius quæritur ius ad ſuccedendum, quàm inhabilitas ſuperueniat, quæ, vt dictum eſt, ſpem iam quæſitam auferre non valet. Sed videbitur alicui, quòd ſecundum hæc poterit ſuccedere in maioratum poſt patris condemnationem inſtitutum in vltima voluntate, qui naſcitur poſt inſtitutionē, quia prius acquiſiuit ſpem ſucceſsionis, quam pœnam incapacitatis incurreret. Negatur tamen paritas, cum in prima ſpecie vocatio fuerit facta tempore habili, in ſecunda verò contra prohibitionem legis fundator vocauerit proditoris filiū, atque ideo non conſtitit à principio diſpoſitio ob incapacitatem vocati, *l. ſi alienum* 49. §. 1. *ff. de hæredib. inſtituend.* §. *In extraneis inſt. de hæred. qualit.*



45 Verùm, quando parens qui maioratū inſtituit Maieſtatem Diuinam, vel humanam offendit, eſt diſtinguendum, nā aut cū fecit ante delictum, vel poſt illud, hoc caſu corruit maioratus, illo adhuc ſubdiſtinguendum eſt, etenim ſi fuit per contractum reuocabiliter, vel irreuocabiliter primogenium inſtitutum ſuſtinebitur, filijque fundatoris rei ſuccedent, ſecùs ſi per vltimā diſpoſitionem, quoniam his, vt paulò ante dicebamus, acquirere ex contractu, non ex vltimo elogio, permiſſum eſt. Ita Sanch. *d. cap.* 30. *num.* 13. Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. num.* 91. *verſ. Aduertendum tamen*, Molin. *d. cap.* 11. *num.* 23. Pat. Molin. *diſput.* 659. *per totam.*

46 Supra dicta abſque difficultate procedunt in primogenijs, quibus iuriſdictio, vel dignitas annexa non eſt, vbi enim maioratui Ducatus, Marchionatus, vel ſaltim iuriſdictio accedit, meritò poteſt dubitari, an liberi hæreticorum, aut proditorum ſint admittendi, tum propter infamiam, tū quia iure prohibentur officia, vel dignitates obtinere, quapropter eos excludi debere, probat Pariador. *different.* 108. §. 1. *num.* 4. Gregor. Lop. *d. gloſ.* 10. *col.* 2. Gutier. qui alios laudat, *q.* 54. *ex num.* 14. vbi teſtatur, per Supremum Caſtellæ Senatum filio hæretici fuiſſe adiudicatum auitum primogenium, viſu dignitatis interdicto, quæ illi erat annexa, & Molin. *num.* 54. dubitat, quibus iungendi ſunt, qui abſolutè docent, filios huiuſmodi delinquentium à quocunque maioratu repellendos, vt Did. Per. *in l.* 1. *col.* 7. *verſ. Sed circa præmiſſa, tit.* 7. *lib.* 8. *Ordinament.* Burg. de Paz *in quæſtion. ciuilib. quæſt.* 7. *à num.* 57. ſed DD. relati *ſup. num.* 43. reſpondent, hæc procedere, cum dignitas principaliter quæritur, ſecùs ſi per conſequentiam, vt in maioratu contingit, cui dignitas eſt acceſſoria, multa enim, quæ directò fieri non permittuntur, per conſequentiā, licet, vt fiāt, *l.* 1. *ff. de authorit. tutor. l. quod dicimus* 7. *eod. tit. l. ſi is, qui* 30. *ff. de liberat. leg. ſi aliena* 10. §. 1. *ff. de vſuc. l. in modicis* 24. *vbi gloſ. verb. acceſsit. ff. de cōtrah. empt. cap. ex litteris* 7. *de iur. patronat.* Hæc tamē ſolutio ſcrupulo non caret, vt colligitur ex *l. athletas* 4. §. 1. *verſ. Siue autem, ff. de his, q. notant. infam. l. in fraudē* 10. *ff. de his, quib. vt indign.* Nihilominus quanuis dubia ſit quæſtio, prior ſententia Sanch. & aliorum tradita ſupra, *d. num.* 43. amplecti ex eo debet, quod *d. l. quiſquis*, & omnes, quæ pro alienis criminibus pœnas non delinquentibus irrogant, ſunt odioſæ, & quantùm fieri poſsit, reſtringendæ, *cap. odia, de reg. iur. in* 6. Merlin. *d. q.* 30. *num.* 26. Ceuall. *d. quæſt.* 651. *ad finem*, Tuſch. *lit. P. conc.* 212. *num.* 33. Guazzin. *de defenſ. reor. d. defenſ.* 33. *num.* 9. Caball. *reſolut. criminal. caſ.* 149. *num.* 19. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 345. *n.* 11. Surd. *deciſ.* 167. *n.* 14.

47 Solet quæri, an propter crimen læſæ Maieſtatis à matre commiſſum filij incidant in pœnas, de quibus in *d. l. quiſquis*, & partem affirmatiuam ſequūtur, *gloſ. verb. minus auſuras, in d. l. quiſquis, vbi* Cyn. Alexād. *in tract. de malefic. verb. che ay tradito la patria, num.* 12. Iul. Clar. *d.* §. *læſæ Maieſtatis, num.* 13. *verſ. Quæro etiam*, Pat. Molin. *d. diſp.* 658. *num.* 12. Negatiuam verò magis communiter DD. tenet. Greg. Lop. *in d. l.* 2. *gloſ.* 6. Alber. *in d. l. quiſquis*, Hoſtienſ. *in cap. vergentis, de hæretic.* Decian. *ſup. d. cap.* 41. *num.* 14. Merlin. *d. quæſt.* 30. *num.* 21. Farinac. *d. quæſt.* 116. §. 3. *num.* 100. Gigas *ſup. quæſt.* 17. *à num.* 3. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 6. conſtitutio enim, *d. l. quiſquis*, quæ ſolùm loquitur de patre delinquente ad matrē, cum illa odioſa ſit, extendēda non eſt, maximè vbi diuerſitatis ratio reperitur, nam filij matrem non repræſentant, nec ſunt de ipſius familia, *l. pronunciatio* 195. *in fine, ff. de verbor. ſignificat.* nec tam ſimiles matri, quā patri quoad mores exiſtimantur propter perfectionem ſeminis, quæ in eo ſolo eſt, Lotter. *num.* 66. 69. nam fœmina cum ipſo nō concurrere in generatione, docuit Ariſtotel. *de generat. lib.* 2. *cap.* 2. Federic. de Senis *conſ.* 301. *num.* 1. *verſ. iſta opinio*, Lotter. *d. quæſt.* 28. *num.* 66. Sanch. *de ma-*

*tri-*

*trimon.lib.2.diſp.21.num.*10.11.vbi plures, etſi contrarium probabile ſentiat, fœminæque non ita audaces ſunt, vt viri ad facinus arduum proditionis aggrediendum, *d.l.quiſquis,§. Ad filias, in fine,* quare oportet, vt hi magis, quàm illæ, pœna in liberos ſtatuta, terreantur. Sed cum communis DD. ſententia probet, filios hæreticæ pœnas incurrere, quæ ſunt in filios hæreticorum ſtabilitæ, vt conſtat ex allegatis, *ſup.num.* 35. quare aliud eſt dicendum in crimine læſæ Maieſtatis humanæ? Cui obiectioni poteſt reſponderi, tum quod fœminæ paſsim labuntur in hæreſim, vt experientia docet; perrarò humanam Maieſtatum offendunt, notant.Greg.Lop.Clar. & alij proximè adducti, atque ita acrius puniendum eſt ſcelus, quod frequentius patratur. *l.aut facta* 16.*§.vlt.ff.de pœn.l.*8. *tit.*31.*part.*7.vbi Greg. Lop.*gloſ.*10. Tũ infectio ſanguinis materni quantùm influat in liberos, vt in hæreſis prauitatem incidant, neminem fugit, quapropter cum in eis materni flagitij exempla metuantur, iuſtè coercentur: ſed an vitio matris, quæ in humanã Maieſtatem deliquit, eius deſcendentes afficiantur, vt materna ſequantur veſtigia, nullus ſcire poteſt, cum mulieres tale crimen committere, ferè nunquam eueniat.

Num. 2.

48 Nepotes ex filio eius, qui Maieſtatis reus damnatus eſt, eaſdem pœnas incurrunt, quas filij ex *d.l.quiſquis*, quæ extenſio nititur conſtitutioni Imperatoris Federici, cuius hic D. Couar. meminit; verba eius ſic ſe habent: *Reos læſæ Maieſtatis in perſonis eorum, & liberorum ſuorum exhæredatione damnamus. Multò fortius, inſtiusque contra Dei blaſphematores & Catholicæ fidei detractores prouocamur, eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum ſuorum hæredes, & poſteros vſque ad ſecundam progeniem beneficijs cũctis temporalibus, publicis officijs, & honoribus Imperiali authoritate priuantes.* Quæ conſtitutio edita fuit Paduæ anno 1254. extatque apud Sanctum Inquiſitionis Tribunal ſub Bulla Pontificia, quam referunt Peña *indirector. ad finem int. liter. Apoſtolic. pro Offic. Sanct. Inquiſit.* Cyn. *in d.l.quiſquis, in fine quæſtionum.* Alberic. *ibi col.*3.quam ampliationem tuentur Ant. Gom.*d.cap.2.num.*15.*& in l.*40.*Taur. num.*91.*verſ. Tertiò principaliter*, Sanch. *cap.*28.*num.*2.Molin.*d.cap.*11.*num.*50. Iul.Clar.*ſup.num.* 13. Menoch.*d.lib.*5. *præſ.*53.*ex num.*12.Gutier.*ſup.cap.*30. *num.*30.Gig.*d.tit de pœn quas filij incur. quæſt.*15 *num.*17.Farin.*num.*89. Greg. Lop.etſi dubius, *in d.l.*2.*partit.gloſ.*5.*poſt medium,* Pat.Molin *ſup num.* 20. Butrigar.*in d.l.quiſquis,col.*2.*in fine, verſ. Modò quæro*, Ioan. de Platea *in §. Publica autem, col.*2.*verſ. Item habet locum in nepotibus, inſt.de public.iudic.* Peregrin.*ſup.lib.*3.*tit.*9.*num.*5. ſecus in auia delinquẽte, Farin.*ſup.*Ant.Gom.*d.n.*15.

Sed de iure Regio talis ampliatio non 49
procedit, cum in *d.l.*2.*tit.*2.*p.*7. nulla nepotum mentio fiat, vt notant Gregor. Lop.Pat. Molin. & Sanch. *vbi proximè*, Gutier.*ſup.d.quæſt.*52.*num* 6.quibus accedunt idem ſentientes Pichard. in *d.§. Publica autem, ex num.*14. Gom. Vaio *in prax.quæſt.vlt.num.*58. & probatur ex *l.*3.*ad medium, tit.*8.*lib.*8.*Recopilat.* Nec refragatur, *l.*6.*tit.*13.*part.*2.vbi dicitur, omnes deſcendentes notari ob proditionis crimen, nam debet intelligi de infamia facti, prout aduertit ibi Gregor. Lop.*gloſ.*2. quem Pat. Molin. & Sanch. ſequuntur, qui omnes dubitant, an de iure communi, opinio contraria vera ſit? ſecundùm quod nepotes non teneri pœnis *d.l.quiſquis*, docent Decian.*d.lib.*7.*c.*41 *num* 7. Merlin.*d.quæſt.*30.*num.*15.quibus conſentit Pichard.*ſup.*qui generaliter loquitur.

Num. 3.

Filij, ac nepotes hæreticorum illegi 50
timi, etiam ex quocumque damnato complexu procreati, modo pater certus ſit, pœnas iure impoſitas non aliter, ac legitimi ſuſtinent, nam cum in illis eadem ratio militet, non debent melioris eſſe conditionis, quàm iſti, Menoch.*d. lib.*5.*præſ.*33.*ex num* 9. Sanch.*cap.*27. *num.*1 Simanc.*d.tit.*29 *n.*16. Pat. Suar. *de cenſur.diſp.*43.*ſect.*3.*num.*2.Surd.*conſ.*386.*num.*6.Iacob.de Graff. *in aureis deciſ.lib.*2.*cap.*11.*num.*19.Azor.*tom.*1.*lib.*8.*cap.*13.*quæſit.*8.*in* 8.*hæreticor.pœna*, Farinac.*d.quæſt.*191.*num.*54. Sanctarel. *ſup.cap.*36 *dub.*1.*num.*5.Ricciul.*d.cap.*30.*num.*1.Peña *part.*3.*comment.*163. Pat.Hurtad.*ſup.§.*24.Dian.*part.*4.*tract.* 8.



8.*reſol.*76.*verſ. Notaetiam*, Lotter.*ſup. num* 71.

51 Idem iuris eſt de liberis reorum Maieſtatis humanæ, Molin. *cap.*11.*num.*56. Sanch.& Menoch. *vbi proximè*, Gregor. Lop.*d.gloſ.*5.*ad mediũ*, Gig.*d.tit.de pœn. quas fil.incur.quæſt.*7.Pat. Molin. *d.diſp.*658.*num* 12.Clar.*num* 11.Farinac.*d.§.*3.*num.*86.

52 In adoptiuis verò cum ceſſent rationes dilectionis paternæ, ac ſanguinis infectionis, ob quas filij ob parentum ſcelera pœnas dant, *d.l.quiſquis*, locum habere non poſſunt, imò eiſdem legitima debetur, cum alias de iure præſtaretur, niſi delictum adoptionem præcedat, quòd etiam in hæreſi intelligendum eſt, vt per Farinac *num.*116. Sanctarel.*ſup.* Ricciul *ex num.*7. Gig. *quæſt.*7.*num.*6. Decian. *vbi proximè, num.*6.Quando autem adoptatis, vel arrogatis liberis legitima debeatur, fusè tradit Merlin.*ſup. lib.*1.*tit.*2.*quæſt.*2.*per totam.* Quæ concluſio videtur amplianda, etſi auus maternus nepotem adoptauerit in filium poſteaque in crimen Maieſtatis inciderit, nam cauſa, & proximitas naturalis debet attendi, nec veritas imagine naturę, qualis eſt adoptio poteſt obumbrari, *l.filio, quem pater* 23 *ff.de liber. & poſthum.*

53 Sed emancipati filij pœnis præfatis ſubijciuntur, ac ſi in poteſtate exiſterent delinquentis ex rationis identitate, vt notat Greg. Lop.*in d.l.*2.*gloſ.*5.*in princip.*

Num. 4.

54 An filij hæreticorum beneficijs obtentis, antequam parentes notorietate, aut ſententia hæreſim commiſiſſe conſtet, priuari debeãt? eſt quæſtio ſatis cõtrouerſa, de qua fusè Sanch. *d.cap.*28. *num.*27 Ojeda *de incompatibil beneficior. cap.*23 *ex num.* 100. & alij ex eis, quos ſtatim laudabimus. Suntque duæ oppoſitæ ſententiæ. Affirmatiuam tuentur Flamin.*de reſignat. beneficior.lib.*3.*q.*1.*n.*34 Decian.*ſup lib.*5.*cap.*20.*num* 5.*& cap.*45.*num.*6.Gig.*ſup.lib* 3.*quæſt.*11.*in fine*, Peregrin.*d.lib.*3.*tit.*10.*num.*2. Roman.*ſing.* 603.Garcia *de benefic. tom.*2. *part.*11.*cap.*10.*num* 72.73.Lambertin. *de iur.patronat.lib.*2.*part.*1.*quæſt.*9.*num.*7.*alias* 11.Chaſſaid. *de Imperator.quæſt.*118.*num.*13.Beroi.*in cap.item cum quis*, *num.*43.*de reſtitut.ſpoliator*, Muſcatell. *in prax.crimin.tit.de crimin.læſ.Maieſtat. Diuin.& human.in fine*, Graffis, *ſup.lib.*2.*cap.*11.*num.*11.& ſecundùm hanc ſententiam iudicaſſe Rotam poſt longam diſcuſsionem, teſtis eſt Mareſcot.*variar. lib.*2.*cap.*35.*num.*10. quamuis ibi iudicium ſuum non interponat, Tuſch.*lit. H conc.*101.*num.*3. Lotter. *de re beneficiar.lib.*3.*quæſt.*28.*à num.*81.vbi *nu.*99. quid ſi mater ſit hæretica.

Negatiuam verò partem, & ſic quod 55
filij hæreticorum, nec iure ipſo, nec per ſententiam poſsint prædictis beneficijs priuari, cum D. Couar. amplectuntur, Par.Suar.*d.diſp.*24.*ſect.*3.*num.*5. Hurtad.*§.*13 Sãch *n.*28 Menoch.*conſ.* 808. *num.*36.Dian.*part.*4.*tract.*8.*reſolut.*76. *verſ. Verùm contraria*, Rebuf.*in prax. beneſic.tit.de mod.amittend.beneſic.num.*25. Gutierr *ſup.quæſt.*53.*à num.*3.Montalu. *in l.*4.*verb.dignidad, ad finem, tit.*26 *part.*7.Zechi.*in ſumm.tom.*1.*tit.de fid.c* 11.*n.*16.Carrer.*de hæretic n.*141.Azeu.*in l.*1.1 *n.*206.*tit.*3.*lib* 8.*Recop.*Azor *ſup.in* 8.*hæreticor.pœna*, Afflict.*lib.*3.*feudor.tit. quæ ſint regal.§. Et bona committentium*, Ojeda *ſup.*Param. *de origin. Inquiſit.lib.*3.*q.*5.*num.*203 Iul.Clar.*d.§.Hæreſis, num.*6. Otalor. *de nobilit.part.*4.*cap.*9.*num.*9 Simanc.*d.tit.*29.*num.*2 *& in enchirid.iudic. tit.*63.*num.*9.Salced *ad Bernard. Diaz in prax.cap.*114 *verſ. Quinimo filij hæreticorum*, Peña *d. comment.*163.*col.penult. verſ. Sententiam ſuperiori oppoſitam*, & quicquid de iure ſit, conſuetudine obtinuit, vt beneficijs non priuentur obtentis, vt notant Tuſch.*ſup.num.*4. Simanc. *d.tit.*29.*num.*7. Clar. *vbi proximè*, Gutier. *Canonicar. lib.*2. *cap.*30. *num.* 38. Ojed.*ſup.*

Quæ aſſertio ampliatur ad beneficia, 56
quæ filius habuit poſt paternum crimen priuſquam ſententia de eo fuiſſet lata, vel alias confeſsione in iudicio, aut notorietate parentem hæreticum eſſe apparuiſſet, nam ipſa iure poterit retinere, cum ad hoc hæreſis aſcendentis non officiat, niſi poſtquã modis præfatis manifeſta ſit, Sanch.*num.*31. Simanc. Peña *vbi proximè*, Pat.Suar. *de cenſur.diſp.*43. *ſect.*3.*num.*2.Hurtad.*§.*25. fallit tamen ſi ad preces patris hæretici, etiam occulti beneficium filio fuerit datum. Sanch. *num.*29.31. Montalu.*ſup.*Pet.Gregor. *ſyn-*

*ſyntagmat. part.* 3. *lib.* 33. *num.* 31. quòd generaliter ſtatutum eſt *in cap.* 2. *§. Ad hæc, de hæretic. in* 6. etenim, is qui precibus hæretici Eccleſiaſticum conſequitur beneficium etiam ignorans, eo priuatur, quòd ſi ſciens ad alia obtinenda itidem inhabilis redditur. Ita Azor *vbi proximè*, Sanch. *d. num.* 29. Gonçal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 15. *num.* 68. Mareſc. *ſup. n.* 9. Aug. Barboſ. *de poteſt, Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *numer.* 230. Pet. Gregor. *ſupra cap.* 8. *num.* 3.

57 Poſtquam autem patris crimen notoriè detectum eſt, filius, ſi aliquod beneficium adipiſcatur, ipſo iure priuatur eodem. Sanch. *num.* 33. Hurtad. *§.* 25. *ad finem.* Hinc eſt, vt poſt notorietatem hæreſis paternæ nequeat filius beneficium, quòd antea obtinuerat, licitèque retinet permutare, cum inhabilis ſit ad acquirendum beneficium alterius permutantis, quare ſi permutatio fiat, eueniet, quòd vtroque careat, obtêro, quòd poſſidebat, quia illud dimiſit per reſignationem obtinendo, propter incapacitatem, Sanch. *num.* 33. 34. Flamin. *ſup. lib.* 11. *quæſt.* 5. *num.* 27. quod intellige etiam de notorietate facti, Dian. alios referens, *d. reſolut.* 76. *verſ. Notandum eſt etiam*, Sãch. *d. cap.* 27. *n.* 28.

Ibi: *Cui quæſtioni præmittendum eſt.*

58 Quotiès prohibetur aliquis, ne poſſit ad officia, vel beneficia accedere, non cenſetur illis, quæ iam poſſidet, ſpoliari, gloſ. *verb. obtinenda, in Clement.* 1. *de pœnis*, Sanch. *cap.* 28. *num.* 28. Cardinal. *in d. clement. verb. ipſius, num.* 3. *quæſt.* 2. Imola *num.* 18. *verſ. Gloſſa, obtinenda*, Bonifac. *num.* 54. Pet. Barboſ. *in l. cum prætor, §. vlt. num.* 186. *ff. de iudic.* Lotter. *ſup. num.* 60.

Ibi: *Sic licèt infamis.*

59 Infamia facti notatus quanuis prohibeatur Eccleſiaſtica adipiſci beneficia, ea, quæ poſſidet tempore, quo illam incurrit, non amittit, Petr. Barboſ. *vbi proximè*, Henriq. *in ſumm. lib.* 13. *cap.* 38. *§.* 3. *ad medium*, Campanil. *in diuerſor. iur. Canon. rubr.* 11. *num.* 5. *in fine*, Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 8. *num.* 35. 36. ſed infamia iuris aufert obtenta, Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 33. *ex num.* 59. vbi quod deſideratur ſententia priuationis.

Ibi: *Quo in loco adnotandum eſt.*

60 Hæreticos beneficijs, etiam ante crimen poſſeſſis priuari, nulli dubium eſt per *text., in cap. ad abolendam* 9. *§. Preſenti, de hæretic.* Illud verò ſolet diſputari, num talis priuatio ipſo iure contingat, vel ſententiam contra eoſdem ferri, deſideretur? & hoc vltimum ſuſtinêt Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.* 46. *num.* 71. 72. Gomez *ad Regul. Cancellar. reg. de annal. poſſeſſ. quæſt.* 52. Pat. Vazquez 1. 2. *diſp.* 172. *cap.* 2. *num.* 11. Henriq. *ſup. lib.* 33. *de excommunicat. cap.* 56. *num.* 2. Salced. *ad Bern. Diaz ſup. c.* 114. *lit. A.* quibus accedere videtur, Hurtad. *d. tract. de Fide, diſp.* 87. *ſect.* 2. *§.* 16. ac de iure poſſe defendi, fatetur Aug. Barboſ. *ſup. d. allegat.* 57. *n.* 37. à quibus non omnino diſcedit Pat. Suar. *de Fid. diſp.* 21. *ſect. vlt. n.* 18.

61 Nihilominus oppoſitum; ſcilicet ſententiam opus non eſſe, communiter placet, vt docent Bernard. Diaz, *d. cap.* 114. *num.* 2. Peña *ſup. part.* 3. *q.* 113. *comment.* 162. Sanch. *cap.* 26. *num.* 6. Mareſcot. *d. cap.* 35. *num.* 1. Garc. *ſup. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 6. Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 189. *ex n.* 69. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 416. *num.* 61. Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ.* 12. *rubric. num.* 45. Azeued. *in l.* 1. *num.* 203. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopilat.* Flamin. *ſup. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 32. Rebuf. *d. tit. de mod. amittend. benefic. num.* 4. Ricciul. *ſup. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 19. Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 318. Rot. *deciſ.* 707. 718. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſor.* Lotter. *ſup. d. quæſt.* 28. *ex num.* 20. vbi quod idem eſt in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, de quo late *q.* 30. *per tot.* & quid de Principe ſæculari, *ex n.* 142.

62 Eſt tamen adnotandum, etiam iuxta hanc poſteriorem ſententiam hæreſis reum ante ſententiam, qua vt talis damnetur, aſtrictum non eſſe ad dimittendũ beneficium, ſuoſque interim poſt ſcelus admiſſum fructus facere, Sanch. *n.* 7. Menoch. *num.* 62. *cum ſequentib.* Flamin. *num.* 48. & alij apud Sanch. qui *n.* 8. ait, idem eſſe poſt ſententiam antequam per iudicem exequatur, niſi in ea præcipiatur hęretico, vt illicò beneficia dimittat. Sed poſt condemnationem, ſeu executionem fructus perceptos ex die, qua in hæreſim lapſus eſt, reſtituere cõpellitur, Sanch. *cum alijs n.* 10.

Ibi:



Ibi: *Ipſi verò hæreticorum fautores.*

63 Fautores, vel receptatores hæreticorũ beneficia iam ante delictum obtenta ipſo iure nõ amittunt, ſed ſententia priùs in eos ferenda eſt, Sanch. *n.* 15. Peña *d. comment.* 162. *n.* 13. Hurtad. *d. diſp.* 88. *§.* 38. Pat. Suar. *vbi proximè, diſ.* 24. *ſect.* 1. *n.* 15. Decian. *ſup. lib.* 5. *cap.* 51. *n.* 3. Sanctarel. *c.* 11. *n.* 32. Griland. *in tract. de hæretic. q.* 9. *n.* 1. Lotter. *d. q.* 28. *nu.* 29.

Num 5.

64 Perceiebris quæſtio eſt, vtrùm filij hæreticorũ ante paternum crimen concepti comprehendantur ſub *cap.* 2. *§. Hæretici de hæretic. in* 6. & alijs, quæ in liberos eorum ſtabiliunt? de qua v tra paulò inferiùs allegãdos diſſerunt latiſſimè, ac rectè Sanch. *d. cap.* 27. *ex n.* 6. Eſcob. *de purit. ſanguin. p.* 2. *q.* 4. *§.* 4. *nu.* 34. *cum ſeqq.* Gutier. *de delict. q.* 51. *à nu.* 3.

65 Eſt obiter prænotandum, quòd licèt D.D. comuniter in hac controuerſia loquantur de filijs natis ante hæreſim, ſunt intelligendi etiam de conceptis; nã qui in vtero eſt, quoties de eius commodis, vt in preſenti, diſputatur, pro nato habetur, *l. in vtero* 7. *&* 26. *ff. de ſtat. homin. l.* 2. *§. Si ad tempus ff. de Decurionib.*

66 In hac igitur controuerſia eſt pro vtraque parte communis opinio, & negatiuè reſponderunt benignè Tiraq. *de iur. primogenitur. q.* 71. *n.* 4. Eman. Suar. *in Theſau. receptar. ſentent. lit. H. verb. Hær. ſeus condẽnati, n.* 117. Clar. *d. §. Hæreſis, nu.* 17. *in fin.* Bonacoſ. *commun. verb. Hæreticorum bona*, Mieres *de maiorat. p.* 2. *q.* 4. *illat.* 2. *nu.* 7. *in prim. edit.* Torreblanc. *de magia, lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 48. Molin. *d. cap.* 11. *nu.* 54. D. Iuan Vela *de pœn. delictor. cap.* 21. *verſ. Secundò puniuntur*, Villadieg. *in foro juzgo ad prolog. l.* 11. *n.* 20. Pat. Molin. *d. diſp.* 658. *n.* 21. Simanc. *in Enchirid. iudic. tit.* 63. *n.* 10. Sãch. *ſup. n.* 10. Hurtad. *ſect.* 2. *§.* 20. vbi teſtatur, filium hæretici combuſti ex ſententia Supremi Regij Senatus Caſtellæ paternum Comitatũ obtinuiſſe, & ad egregiam militarem dignitatem aſſumptum fuiſſe, quod ideo ita contigiſſe, obſeruat, quoniam ante patris delictum fuerat genitus, Tuſch. *ſup. d. conc.* 102. *nu.* 37. Sanctar. *cap.* 34. *dub.* 2. *n.* 11.

67 Affirmatiuam tamẽ, videlicèt prolem conceptam priuſquam parens hæreſis labem contraheret, pœnas non effugere, ſequuntur cum D. Couarr. Menoch. *dict. præſump.* 33. *ex num.* 17. Gutierr. *d. cap.* 30. *nu.* 37. *& d. quæſt.* 51. *nu.* 5. Lotter. *d. quæſt.* 28. *nu.* 72. Farinac. *d. quæſt.* 191. *§.* 2. *n.* 57. 58. Caſtr. *de leg. pœnal. lib.* 1. *cap.* 7. *docum.* 2. *corollar.* 1. Didac. Perez *in l.* 1. *col.* 6. *tit.* 7. *lib.* 8. *Ordinam.* Dian. *ſup. reſol.* 74. Petr. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 4. *n.* 85. *ff. ſolut. matrim.* Ant. Gomez *d. cap.* 2. *nu.* 16. Azor. *lib.* 6. *cap.* 4. *quæſt.* 3. *verſ. Dubiæ quæſtionis eſt.* Merlin. *d. tract. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 31. *nu.* 29. Pat. Suar. *de cenſur. diſput.* 43. *ſect.* 3. *num.* 2. Menchac. *de ſucceſſion. progreſ. lib.* 1. *§.* 1. *nu.* 168. Auendañ. *in l.* 4. *Taur.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad cap. ſtatutũ* 15. *nu.* 3. *de hæretic. in* 6. Peña *d. comment.* 163. *verſ. Omiſſis tamẽ.* Rota *apud Ricciul. d. cap.* 30. *nu.* 27. *& apud Mareſcot. d. cap.* 35. *nu.* 9. *verſ. Rota tamen.* Sicque ſeruari in Sanctæ Inquiſitionis Tribunalibus affirmant Roxas *de hæretic. part.* 2. *num.* 356. Peña *vbi proximè* Ojed. *ſup. part.* 1. *cap. penult. n.* 99. Perez *in l.* 3. *verſ. Deſpues que fizo la traiciõ, tit.* 9. *lib.* 4. *Ordinam.* Simãc. *d. tit.* 29. *num.* 22. Et ita per Supremum Caſtellæ Senatum in cauſa graui fuiſſe iudicatum, teſtis eſt Gutier. *d. quæſt.* 51. *n.* 9. *verſ. Poſtea paucis diebus.*

68 Ratio huius amplectẽdæ opinionis eſt, quia cum ideo filij puniãtur ob paternũ crimen, vt homines magis à delictis abſtineant metu pœnæ liberorum, in quibus vehementiùs, quàm in ſe ipſis terrẽtur, ac cruciantur, Dian. *d. reſol.* 74. & dictum eſt *ſup. n.* 24. Hæc cauſa puniẽdi pariformiter reperitur in filijs natis ante hæreſim, ac poſt ipſam procreatis, quare in vtriſque eadem iuris diſpoſitio ſeruari debet, *l. Illud* 32. *cum vulgatis, ff. ad leg. Aquil.* Quanuis Sanch. & ſequaces ſentiãt, filios ideò puniri, quoniam in eis propter ſanguinis infectionem paterni ſceleris exempla metuuntur, vt inquiunt Cæſares *in dict. l. quiſquis, §.* 1. quæ infectio in iam natis, vel conceptis tempore admiſſæ hęreſis conſiderari non poteſt: etenim veriùs eſt, hanc non eſſe præcipuam rationem, ſed primò traditam, quod expreſsim notauit Menoch. *d. præſ.* 33. *n.* 8. & rectè: quia cum hæc præſumptio parũ ſit efficax, ſæpiſsimè que fallat, Simãc. *de Catholic. inſtit. tit.* 50. *num.* 11. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 25. tanti habenda non eſt, vt ex ea inſon-

tes filij pœnis afficiantur, ſiquidem quotidiè euenit, ex optimis parentibus ſceleratos filios naſci, vt ex Abraham Iſmael, ex Iſaac Eſau, ex Samuele Ioel, & Abia, ex Fideli Dauide rebellis Abſalon, ex Imperatore Marco Aurelio Cōmodus, ex Scipione Africano tam indignus filius ortus eſt, vt Valer. Maxim. *lib.* 3. cum obſcuritatem ex maximo ſplendore exortam dixerit, in quo eſt maximè obſeruandum, nullum ex claris, illuſtribuſque viris Romanis ſibi ſimiles, ſed vilisſimos filios reliquiſſe, vt teſtantur Auid. Caſs. *in vita Imperat. Seueri.* Pog. Florent. *lib. de infœlicit. Princip.* Petr. Crinit. *de honeſtat. diſciplina, lib.* 21. Per cōtrarium ex prauis, turpibuſque genitoribus probi, & inclyti filij prodierūt, vt à Saule Ionathas procreatus eſt, ab Achaz Rege Iudæ Ezechias, ab Amon, qui etiam regnauit in Iudà, Ioſias, à Leuuigildo Gotho Hiſpaniæ Rege Ermenegildus, & Reccaredus, de quo D. Chryſoſtom. *ſuper illud Matth. cap.* 3. *verſ.* 9. *Patrem habemus Abraham, &c.* Vbi ait: Quid *Timotheo nocuiſſe creditur, quòd patrem habuit Tharam Luteorū Deorum cultorem; nonne ſeparatus à genere ſuo poſitus eſt in caput Fidelium, vt non iam diceretur filius peccatorum, ſed Pater Sanctorum? nec potuerunt eius gloriam ſordidare paterni errores.* Virgil. *lib.* 7. *Æneid.* de Mezentio, & Lauſo eius filio agens ita canit.

*Dignus, qui Lætior eſſet,*
*Imperijs, & cui pater haud Mezentius eſſet.*

Similiter pater idem nō immutatis moribus filios peſſimos, ac optimos ſolent generare, prout communi contigit parenti Adamo, Abram, Iſaac, Imperatori Veſpaſiano, & innumeris alijs frequentisſimum eſt, vt notant Menoch. *ſup. lib.* 6. *præſ.* 58. *nu.* 10. *cum ſeqq.* Tiraq. *de legib. connubialib. l.* 7. *n.* 9. Aug. Barboſ. *in collectan. ad c. nō debet* 22. *ex n.* 5. *de reg. iur. in* 6. Inde nō præſumptionē, ſed ſuſpicionē, quòd filij parētes imitaturi ſunt, ſērit Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſ.* 24. *nu.* 1. quem refert & ſequitur Menoch. *n.* 10. Atque ita ratio puniendi filios ob delictum patris non eſt timor paternæ imitationis, aut ſaltim præcipua haberi nō debet, ſed quòd parentes puniantur in liberis, qui eorum pars cenſentur, ex Philoſoph. *Ethicor.* 5. *cap.* 6. *& mai. moral. lib.* 1. *cap.* 34. notat Lotter. *ſup. nu.* 65.

Licèt autem contraria ſententia cum 69
Sanch. tenenda foret, ampliatio, quam idē tradit ibidem *n.* 15. nō poſſe admitti videtur: ait enim filiū genitum poſtquam pater hæreſim mente cōciperet, priuſquam ad actum externum perueniret, non incurrere pœnas in liberos hæreticorum ſtabilitas. Sed hoc ipſius potisſimo fundamento deſtruitur; nam ſi filij plectuntur eo quòd ex ſanguine infecto ſunt procreati, infectio non prouenit ab actibus externis, ſed à prauitate animi, qui cùm per mentalem voluntatis actum ſit contaminatus, propēſio ad imitandum paternum facinus in prolē transfunditur. Nec placet, quòd in probationem adducit: ſcilicèt leges in imponendis delictorum pœnis nō inſpicere ſolam infectionem internā, cū propter illam, nec ipſi delinquētes teneātur, vndè multò minùs filij inſōtes puniri debēt. Nā ſi, vt ipſe opinatur, ideò filij ante delictum concepti pœnas nō incurrunt, quia infecti ſanguinis vitium nō cōtrahunt, neceſſario attendendū eſt ad actus etiam internos ad dignoſcēdum an ſanguis ſit infectus, nec ne, cum hoc ſolùm cauſa animaduertendi in liberos culpæ expertes ſit. Ipſe verò delinquens propter infectionem ſanguinis non patitur, ſed ob proprium ſcelus, quòd niſi per actus externos manifeſtum fiat, ſenſibuſque percipi posſit, punibile nō eſt, *l. cogitationis* 18. *ff. de pœn.* quare nec in hæreticum mentalem iura ſtatuunt, cum Eccleſia de occultis iudicare non valeat, *cap. vnic. §. Porrò, vt Eccleſiaſtic. benefic.* gloſ. *verb. Tolerare, in cap. literas* 13. *§. Quod ſi nō habeat, de reſtit. ſpoliat.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap.* 19. *dubit.* 59. *ſect.* 2. *nu.* 10. Ricciul. *de perſon. extra grem. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 10. *nu.* 10. cui ſolùm de manifeſtis iudicium datū eſt, vt ait Pontifex *in cap. tua nos* 34. *§. vlt. de ſimon.* Lotter. *ſup. lib.* 3. *q.* 29. *n.* 15.

Verſ. *Secundò pro Calderino.*

Proximæ quæſtioni hæc adeò affinis 70
eſt, vt ſimul a DD. de vtraque ſoleat diſputari, cum ex eiſdem ferè fundamentis earum pendeat reſolutio, vt videre eſt apud Sanch. *ſup.* Ant. Gom. *d. nu.* 16. Ceuall. *q.* 653. Dubitatur itaque num filij proditorū in Principem incidant in pœnas *d. l. quiſquis,* præſcriptas in filios reorum læſæ Maieſtatis, qui iam erant con-



cepti tempore facinoris perpetrati. Partem negatiuam amplexi ſunt Sanchez, *num.* 10. *cum ſeqq.* Ceuall. *ex nu.* 14. Suarez *in ſuo Theſaur. lit. F. verb. filij, nu.* 226. Clar. *in d. §. Læſæ Maieſtatis, num.* 12. Gottofred. *in gloſ. lit. Q. in d. l. quiſquis.* Bonacoſ. *ſup. verb. Filij ante delictum patris.* Oroſc. *in l. emancipatum, nu.* 4. *ff. de Senatorib.* Olan. *in concor. iur. lit. F. verb. Filius, nu.* 68. Cifuent. *in l.* 4. *Taur. nu.* 3. *verſ. Secundò modo limitatur,* Molin. *d. cap.* 11. *nu.* 55. Oſſeā *ſup. d. cap.* 23. *nu.* 98. Pat. Molin. *vbi proximè,* Gutierr. *d. cap.* 30. *nu.* 32. Mendices *in tract. mare omn. ſoluit, n.* 418. Vela *de pœn. delict. cap.* 21. *verſ.* 2. Et plurimi apud Sanch. & Ceuall. qui hoc de iure Regio indubitabile dixit, & ab omnibus Hiſpanis Interpretibus teneri, teſtatur Gutierr. per leges Regni quas D. Couar. refert, lexq; Ordinamenti inſerta eſt nouæ Recopilationi, quæ eſt *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 8. Vndè non pauci quanuis de iure communi cōtra ſentiant, hanc de iure noſtro veram opinionem profiteantur, vt Ant. Gom. *d. nu.* 16. *in fin.* Villalob. *in antinom. iur. ciuil. & Regn. lit. F. verb. Filius n.* 45. D. Couar. *infra verſ. Quartò ſolet,* ab his tamen receſſit Greg. Lop. *in d. l.* 2. *gloſ.* 5. *ad medium.*

71 Sed oppoſitū, & ſic quòd omnes filios *d. l. quiſquis* comprehendat, tuētur Greg. Lop. *vbi proximè,* Ant. Gom. *ſup.* Menoch. *d. præſ.* 33. *nu.* 16. Merlin. *d. quæſt.* 30. *n.* 17. *verſ. In puncto iuris.* Farin. *de crimin. læſ. Maieſt. q.* 116. *n.* 91. Gig. *d. tit. de pœn. quæſtil.* [illegible] *quæſt.* 5. *nu.* 2. Afflict. *in conſtitut. Regn. Sicil. rubric.* 2. *n.* 39. Boer. *deciſ.* 7. *n.* 6. Decian. *ſup. lib.* 7. *cap.* 41. *nu.* 8. Cātera *in quæſtion. crimin. tit. de quæſtion. tangent. punit. delictor. cap.* 1. *n.* 11. Villadieg. *de hæretic. quæſt.* 23. *ad finem,* Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 31. *in fin.* Bellapertica *in l. nullus, C. ad leg. Iul. Maieſt.* Roland. *conſ.* 74. *nu.* 2. *vol.* 3. Platea *in §. Publica autem, nu.* 27. *inſt. de public. iudic.* Quæ ſententia quoad ius commune verior eſt, prout ſentit D. Couarr.

Verſ. *Tertiò, opinioni Calderini.*

72 Filium Regis, vel Ducis, aut alterius in dignitate conſtituti dici non poſſe, nec prærogatiuis, vt talem gaudere, qui ante adeptum Regnū, aut Ducatum natus eſt, potioremque eſſe filium minorem natu in ſucceſſione Regni, ſi poſtquam pater illud obtinuit, editus ſit, ſentiunt Didac. Pet. *in addit. ad Segura in l. vnum ex familia, §. Sed ſi fundum, nu.* 72. *ff. de leg.* 2. *& in l.* 5. *verb. No gozen, tit.* 1. *lib.* 4. *Ordinament.* Cremenſ. *ſing.* 50. Ceuall. *q.* 653. *n.* 21. Cotta *in memorabilibus, verb. Primogenitus, verſ. Sed quid ſi Rex,* Sanch. *d. c.* 27. *n.* 14. *in* 9. *argum.* Cifuent. *in l.* 40. *Taur. in* 4. *q.* Mart. Laudenſ. *in tract. de primog. q.* 3. & alij, quos laudat Cald. *de nominat. emphyteuſ. q.* 13. *n.* 45. *verſ. Neque abs re,* & Guillielm. *in c. Raynutius, verb. in eodem teſtamento, el primero, nu.* 200. Hinc in Perſia inter Artaxerxem, & Xerxem Darij filios mota controuerſia ſuper Regni ſucceſſione, cū ille, licèt primogenitus eſſet, ante patris dignitatem eſt natus, hic verò, qui erat minor ætate à parente iam *Rege* fuerat genitus, huic *Regnum* adiudicatum eſt, iudice Demarato Spartanorum Rege, vt refert Iuſtin. *lib.* 11. *de bell. extern.* Herodot. *lib.* 7. Rod. Suar. *in l. quoniā in prioribus, limit.* 11. *n.* 22. *C. de inoffic. teſtam.* Simili modo deciſa eſt cauſa de Mediolanenſi Ducatu inter Ludouicum, & Galeatium fratres, Rainald. Cori. *lib.* 3. *indagation. iur. c.* 6. Guicciardin. *lib.* 2. *hiſtor.*

Ibi: *Hanc profectò opinionem.*

Contrarium verò probatur *ex l.* 2. *§.* 73
*In ſilgs, ff. de Decurionib. l. moris* 9. *§. Parentes, ff. de pœn.* & cum D. Couarr. plurimi ſentiunt, qui exiſtimant, nihil intereſſe, filium ante, vel poſt dignitatem patris naſci. Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. n.* 67. P. Molin. *diſp.* 624. *nu.* 1. *verſ. Porrò in maioratibus,* Greg. Lop. *in l.* 2. *gloſ.* 10. *tit.* 15. *p.* 2. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. vbi Additiones notant, hoc iam propter receptam conſuetudinem eſſe extra controuerſiam, Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 92. *nu.* 5. Mier. *de maiorat. part.* 2. *quæſt.* 3. *illat.* 5. Cuiac. *in l. ſi Senator, C. de dignitatib. lib.* 12. Petr. Greg. *ſyntagm. lib.* 45. *cap.* 3. *n.* 5. Hotom. *in illuſtrib. q.* 1. Duaren. *lib.* 2. *diſp. anniuerſ. c.* 29. Ioan. Mill. *in repertor. verb. Filius primogenitus.* Salycet. *in l. imperialis, §. illud, C. de nupt.* Azeu. licèt diſtinguat, *in l.* 1. *n.* 83. 84. *tit.* 1. *lib.* 6. *Recop.*

Ibi: *Quibus accedit, & conuenire videtur.*

Filius nobilis non eſt, poſt cuius nati- 74
uitatem parenti priuilegium nobilitatis cōceditur, *l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 6. *Recop. l. vlt. C. de Decurionib. lib.* 10. Gutierr. *d. cap.* 30. *n.* 36. P. Molin. *d. diſp.* 658. *nu.* 21. *verſ. Tertio ex lege,* Menoch. *conſ.* 267. *num.* 11. Auguſt. Lar-

Barboſ. *in collectan. ad Auth. quod eis, num. 7. verſ. Dum textus, C. de nupt.* Otalor. *de nobilit. part. 4. princip. cap. 2.* Sanch. *vbi proximè*, Cenall. *ſup. nu. 22.* Azeued. *in d. l. 1. n. 82.* Aliud erit ſi poſt conceptionẽ ante natiuitatem pater nobilis efficiatur, argum. *l. qui in vtero 7. cum ſimilib. ff. de ſtat. homin.*

75 Quæret aliquis, cur quoad dignitatem non conſtituitur ea differẽtia, quæ quoad nobilitatem admittitur inter liberos ante, vel poſt eam adeptã procreatos? Cui reſponderi poterit, ad nobilitatem non ſufficere, vt quis filius nobilis ſit, ſed neceſſario deſiderari, vt ex generoſo patre procedat, vnde qui ante priuilegiũ patri conceſſum naſcuntur plebei ſunt, quanuis filij nobilis iam dici poſsint. Poſteà vero progeniti ex nobilitato genitore oriuntur, atque ita nobilium numero adſcribuntur. At vt quis gaudeat priuilegijs paternæ dignitatis, in ipſamque ſuccedat, opus non eſt quòd à Rege, Duce, aut Senatore gignatur, nã ſat eſt ex eo natum eſſe, qui aliquando ad aliquod honoris faſtigium euehitur, *l. Senatoris filiũ 5. ff. de Senatorib.* nec ſuperueniens ſtatus paterni mutatio ius filiationis, & vinculum diſſoluere poteſt. Hinc prouenit, vt liberi poſt dignitatem quæſiti melioris conditionis non cenſeantur, etſi à clariori parente procreentur, quia ſolùm, an filij ſint, attenditur.

Ibi: *Imò ego idem reſponderem.*

76 Hanc ampliationem ad concluſionem proximè traditam, vt ſcilicet priuilegiũ nobilitatis conceſſum alicui, eiuſque poſteris, liberos iam natos non comprehẽdat, tuetur P. Molin. *vbi proximè.* Azeued. *ſup. d. nu. 82.*

Ibi: Quin *& illud, niſi fallor.*

77 Ratio huius declarationis ad legẽ Regiam manifeſta eſt; nam confirmatio eſt iuris quæſiti corroboratio, quæ nihil de nouo tribuit, niſi aliud de mente confirmãtis appareat, *cap. inter dilectos 6. § Cæterum, de fide inſtrum. cap. quia diuerſitatem 5. § Mandamus, de cõceſſ. præbend. l. & quia 6. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. Aurelius 29. § Teſtamento ff. de liberat. legat.* Tuſch. lit. C. *conc. 705. & 708.* Gutier. *pract. lib. 3. c. 17. n. 43.* Seſſe *Aragon. deciſ. 15. n. vlt.* Azeued. *vbi proximè, n. 72. 73.* Rot. *apud Farinac. deciſ. 123. nu. 5. p. 1. recent.* Menoch. *conſ. 191. n. 46.* Pacian. *de probat. lib. 2. c. 30. n. 13.* Deci. *in rubr. de confirm. vtilit. vel inut.* Mateſcot. *variar. lib. 1. cap. 9. n. 5. 6.* Lotter. *ſup. lib. 2. q. 54. nu. 64.*

Verſ. *Quarto ſolet pro Calderino.*

Hanc ſolutionem D. Couar. quæ veriſſima eſt, impugnant Sanch. *d. c. 27. n. 14. col. 3. in fin. verſ. Sexto ex l. 2.* Molin. *d. diſput. 658. nu. 5.* Qui reijciunt differentiã inter delicta, ex quibus filij ob paternum crimen plectũtur, & alia, vt anteà nati teneantur, ſed immeritò, nam in alijs criminibus præter læſæ Maieſtatis liberi poſtea procreati prærogatiua paternæ dignitatis nõ gaudẽt non in pœnã, ſed quoniam ab homine priuato ſunt geniti qui dignitate ob propriũ ſcelus caret. Hæc autẽ ratio in eis, qui à patre in honore cõſtituto, ante delictum ſcilicet ſunt progeniti omnino ceſſat, ideoque hanc diſtinctionem iura ſæpiſsimè admittunt, *l. emancipatum 7.* vbi Conſultus rationem reddit, ibi: *Nec enim propriè Senatoris filius dicetur is, cuius pater Senatu motus eſt, antequã ipſe naſceretur, ff. de Senatorib. l. 2. § In auo ff. de Decurionib.* Sed cũ leges propter facti atrocitatem in liberos ſtatuunt, cum tam ante, quàm poſtea nati, quàm pater deliquerit, liberi ſint, omnes cõprehendunt, quandoquidem ſine diſtinctione loquuntur, maximè ea ratione decidendi admiſſa ad eas cõſtitutiones, quã probauimus *ſup. n. 68.* Ex quibus conſtat differentia recte à D. Couar. in præſenti conſtitui, vt argumentum Calderini diluat. Ad quod eſt *text. in l. moris 9. § Parentes ff. de pœn.* 78

Ibi: *Huiuſque opinionis cenſentur eſſe.*

Sequentibus, & alijs fundamentis, quæ aduerſus Calderinum ipſi adducunt, reſpondent Sanch. *n. 17. & Molin. ſup.* 79

Num. 6.

Adde Gutier. *d. c. 30. nu. 46.* At Sanch. *nu. 14. poſt princip. in 2. argum.* licet fateatur, verba *d. cap. non imputantur 1. q. 4.* nõ reperiri in loco, qui à Gratiano citatur, nihilominus ex alijs D. Auguſtini locis eãdem ſententiam probat, & D. Couar. ſolutionem hic traditam refellit, ſed authoritates, quas adducit palam agunt de peccato paterno quoad pœnam ſpiritualem, probantque nullum peccatum 80

pa-



parentum officere poſſe filijs iam natis, nam originale duntaxat afficit poſt illud procreatos, quòd ex eo apparet, quia in prædictis locis ſemper eximius Doctor de peccato originali verba facit; & quidem ex Sacris litteris conſtat, filios iam natos ob patris culpam temporaliter plecti, ſic Chã delinquẽte, puer Chanaan filius eius maledicitur, Geneſ. *cap. 9. verſ. 25.* Similiter Acham ob peccatũ filij, quos habebat tempore, quo deliquit, igne extinguuntur, *Ioſ. cap. 7. verſ. 24.* quidquid cõtra communem opinetur Vazq. *tom. 1. in 1. 2. diſp. 135. cap. 3. n. 13.*

Num. 7.

81 Poteſt quis iuſtè ex cauſa ob alienum factum pœna pecuniaria puniri, non corporali, quare ſtatutum illam imponens valet, Gutier. *à num. 27.* Ojeda, *d. cap. 23. num. 107.* Cacher. *Pedemont. deciſ. 88. num. 18.* Clar. *d. lib. 5. § fin. quæſt. 86. n. 5.* Magon. *Lucenſ. deciſ. 17. n. 2. 3. part. 1.* Farinac. *in prax. crimin. quæſt. 24. num. 189.* Caball. *reſolut. crimin. caſ. 149. num. 18.* Card. Tuſch. *lit. S. conc. 605. & conc. 618.* Ant. Gab. *commun. lib. 3. tit. de iur. quæſit. non tollendo, conc. 2. num. 18. verſ. Quartò amplia.* Ioan. de Platea *in rubric. verſ. Quod autem, C. de decret. Decurion. lib. 10.* Cattar. *de exequut. ſentent. capt. bannit. à num. 71.* Luc. de Penna *in l. 1. verb. conuenit, C. de omni ag. deſert. lib. 11.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 356. num. 46.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 346. num. 10.* latè Guazzin. *ſup. defenſ. 33. cap. 2. num. 8.* Idemque conſuetudine poteſt introduci, Roman. *conſ. 30.* Menoch. *num. 11.* qui alios refert aſſerens, ea ſtatuta rigore eſſe plena, & ideò ſtrictiſsimè interpretãda, idem docent Dec. *in l. extra territorium, num. 5. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Marſil. *ſing. 224.* Tuſch. *d. conc. 605. num. 20.* Cyriac. *ſup. num. 43.* Merlin. *ſtatim laudandus, num. 10.* Maſcard. *de ſtatut. conc. 4. ex num. 91.* vndè cum quis pro alieno crimine puniendus venit, illud plenè probari oportet per veras probationes, nec ſufficit, vt reus pro confeſſo propter contumaciã habeatur, Card. Tuſch. *lit. P. conc. 212.* Maſcard. *ſup. conc. 10. n. 19.* Guazzin. *n. 9.* & dixi *ſup.* de liberis hæreticorum agens.

Ibi: *Nihilominus verùm eſt.*

Valet ſtatutũ, vt quis propter delictũ ab alio commiſſum infamia notetur, ſi iuſta ſit cauſ. Tuſch. *lit. P. conc. 212. num. 48.* Clar. *vbi proximè*, Farinac. *d. quæſt. 24. num. 192.* qui fatentur hoc duriſsimum eſſe, & in crimine læſæ Maieſtatis duntaxat ob immanitatem ſceleris tolerari, quare talia ſtatuta non valere, docuit Bald. *in rubric. C. rer. int. alios act.* 82

Verſ. *Hinc apparet.*

Statutum tenet, quo cauetur, vt pater ſit aſtrictus ad ſoluendam pœnam pecuniariam pro filio delinquente intra legitimam, Tuſch. *d. conc. 618. num. 9.* Bonacoſ. *commun. tom. 1. lib. 4. tit. 6. num. 10.* Mich. Craſſ. *in tract. de ſucceſ. § Legitima, quæſt. 12. num. 3. verſ. Sed diuerſum*, Merlin. *de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 33. ex num. 7.* Clar. *d. quæſt. 86. num. 8.* Surd. *deciſ. 314. num. 1.* Farinac. *num. 160.* Caball. *ſup. caſ. 250. num. 1.* Gomez *in § Actiones, n. 24. inſt. de actionib.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubric. 7. § 2. num. 5.* Dueñas *reg. 356. num. 2.* Cagnol. *in l. vlt. num. 287. C. de pact.* Suar. *receptar. ſentent. verb. legitima, num. 67.* Padill. *in l. ſi emancipata, num. 34. C. de iur. & fact. ignorat.* Menchac. *de ſucceſsion. creat. § 20. num. 286.* Ioſeph. Ludouic. *Peruſ. deciſ. 11. num. 24.* Gutier. *de delict. quæſt. 42. num. 8. & in § Sui, num. 90. inſt. de hæred. qualit.* vbi ampliat, etiã vltra legitimam. Quòd ſtatutum ea nititur ratione, quia parentes ita magis ſtudebunt, vt filij bonis moribus imbuãtur, ac potiùs in bono, quàm in malo verſentur, Caball. *vbi proximè*, Roman. *in l. ſi filiofam. la 2. num. 27. verſ. Quoad vltimum, ff. ſolut. matrimon.* Ruin. *conſ. 8. num. 1. 2. lib. 5.* 83

Sed præfato ſtatuto locus non erit, vbi pater delinquentis habet nepotem ex eo, quia minimè ad ſolutionem cõdẽnationis pecuniariæ tenebitur, Bald. *in l. ſi qua pœna, in prim. lectur. verſ. Quæro, pater habet filiũ, ff. de his, q. ſui vel alien. iur. ſunt*, Tuſch. *num. 11.* Ioſeph. Ludou. *ſup. num. 27. cum ſeqq.* Craſſ. *num. 4.* Surd. *deciſ. 167. per totam*, Baiard. *ad Clar. d. quæſt. 86. num. 23.* Ruin. *num. 6.* Merlin. *latè ſup. quæſt. 36. per tot.* Caball. *num. 23.* Farinac. *ſup. num. 172.* quòd tamen fallit in crimine læſæ Maieſtatis, Baiard. *vbi* 84

M 3 pro-

*proximè*, Farinac. *ſup. n.* 172. Merlin. *q.* 36. *in fine.*

85 Similiter locus non erit ſtatuto, ſi filius, qui deliquit, ſoluendo ſit, Caball. *num.* 32. vbi alij. Neque in nepote delinquente, quanuis pater eius de medio ſit ſublatus, Caball. *num.* 21. Merlin. *ſup. quæſt.* 37. *num.* 5. vbi diſputat, Ruin. *num.* 5. Dyn. *in l. lege Iulia. §. Hoc capite. ff. de rit. nuptiar.* Nell. *in tract. de bannit.* 1. *quæſt.* 34. *in fine*, de aliis limitationibus conſulas Caball. *d. caſ.* 250. & Clar. *d. §. fin. q.* 86.

86 Præter quas aliam à ſe primum excogitatam tradit Merlin. *d. q.* 33. *in fine, & lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt* 4 *num.* 11 quando ſcilicet crimen admittit, propter quod filius poteſt exhæredari, vt hæreſim, nam pater exhæredando illum pœnæ pecuniariæ ſolutionem effugiet, ad quam ex ſtatuto tenebatur; ducitur ea ratione, quoniam per delictum filij fuit ius quæſitum patri ad excludendum illum à legitima, cui per ſtatutum non cenſetur fieri præiudicium, atque ita præueniendo fiſci petitionem, eodem potior erit, quæ ſententia licèt humanitate, ac æquitate fulciatur, vt idem Merlinus aſſeuerat, difficultatibus non caret; nam, cum fiſcus ſtatim, filio damnato, legitimam illi competentem extorqueat, ipſe ita præuenit, vt iam exhæredationi locus non relinquatur, quæ in tempus mortis exhæredantis confertur, ſicut cætera, quæ teſtamento diſponuntur, *l.* 1. *ff. de teſtament.* cum exhæredatio, niſi teſtamento facta, non teneat, *§ Codicillis, inſt. de codicill.* Nec intereſt, quod pater antequam fiſcus agat, filium reum exhæredem faciat, quia non inſpicitur tempus, quod diſponitur, ſed illud ad quod diſpoſitio confertur, *l. in tempus* 62 *ff. de hæred. inſtit. l. ſi is qui hæres* 11. *ff. de vulgar. l. Titio cum moretur* 56. *ff. de vſufruct.* Bald. *in l. ſi res, C. de iur. dot.* Menoch. *conſ.* 770 *num.* 2. Tiraquel. *de primogen. quæſt.* 40. *num.* 174. Vnde cum fiſcus præoccupet legitimã filij, nihil ſupereſt, quod per exhæredationem pater poſsit eidẽ adimere.

87 Deinde in contrarium mouet, quòd donatio ingratitudine in præiudicium tertij non reuocatur, *l. ſi poſt diuortium* 70. *§. Patrona, ff. de iur. dot. l. ſi dotẽ* 24. *C. eod.* Bald. *in d. § Patrona.* Salycet. *in d. l. ſi dotem*, Rip. *in l. vlt. quæſt.* 51. *C. de reuocand. donat.* & alij, quos refert Menoch. *conſ.* 723. *num.* 21. diximuſque *ſup. lib.* 1. *cap.* 11. *in fine*, ergo eodem modo pater non valebit in præiudicium fiſci, cui ius quæſitum eſt, filium ſuum propter ingratitudinem, aliamve cauſam exhæredare, cum eadem ratio in vtroque caſu reperiatur.

88 Tandem idem ſuadet, quòd ſi patri liceret, exhæredatione impedire confiſcationem legitimę filij, inane foret ſtatutum, quo caueretur, vt pater, ſolueret pecuniariam condemnationem illis caſibus, quibus filius poſſet exhæredari, cum in poteſtate patris eſſet, ſtatutam pœnam euitare, ac mentem ſtatuẽtium illudere, lex enim niſi in inuitos reddatur, nullius erit momẽti, atque ideo eius virtus eſt punire, & coercere, *l.* 1. *l. legis virtus* 7 *ff. de legib.* Igitur ſtatutum, per quod pater cogitur ſoluere pro filio cõdemnationem, locum habebit, etſi de iure delinquẽs poſsit exhæredari. Alioquin quod vna via denegatur patri: ſcilicet legitimæ filij retentio, alia permitteretur aduerſus iuris principia, *c. vnic. de Cleric. coniugat. in* 6. *cap. cum quid* 84. vbi notatur, *de reg. iur. eod. lib.* Menoch. *conſ* 285. *num.* 41. Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 437. *num.* 12 ex quibus, & alijs cõſulto omiſsis, quæ facilè occurrent, dubia redditur Merlini ſententia, quæ tamen probari rectiùs poterit, cum pater ex delicto, vel ingratitudine præcedenti filium exhæredem fecerat, ac poſtea fuit damnatus filius ex nouo crimine pœna pecuniaria, quam pater ſoluere deberet, tunc enim præuenit cauſam fiſci, nec ſuo iure priuari, ęquum eſt; maximè cum aliàs poſſet filius in odium patris, à quo ſe exhęredatum cognouit, tale ſcelus admittere, ex quo veniret pœna pecuniaria plectendus, vt ita fiſcus legitimã patri auferret. Quod cum huiuſmodi ſtatuta odioſa ſint, erit faciliùs admittendum.

89 Ad tradita paulò ſuperiùs ſunt aliqua obſeruanda. Primùm ad computationẽ legitimę, vt pater eam ſoluat pro filio delinquente inſpiciendum eſſe tempus ſententię, perinde acſi tunc ille moreretur, nec ampliùs tenebitur fiſco, aut filio, etſi, adaucto patrimonio, decedat, quemadmodum nec repetere poterit, ſi, exhauſtis facultatibus, obeat. Tell. Fernand. *in l.* 22. *Taur. num.* 14. Caball. *d. caſ.* 250. *num.* 26. Nell. *ſup. part.* 1. *temp.* 2. *quæſt.* 35. Merlin. qui de praxi teſtatur, *d. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 3. vbi tres refert opiniones, de quo etiã videre oportet Farinac. *d. quæſt.* 24. *num.* 187. Mangil. *de imputat. quæſt.* 41. Gutier. *in cap. quanuis pactum, verbo à filia, num.* 13. 14. *de pact. in* 6. Secundùm, filium poſſe poſt delictum renunciare ſuæ legitimæ ante condẽnationem, atque ita nõ erit locus confiſcationi ex ſtatuto, Merlin. *q.* 38. *n.* 4. Mãg. *q.* 4. *n.* 6. quod limita, ſi in fraudẽ fiat, vel in crimine, quod delinquẽtem priuat bonis à die delicti, vt Maieſtatis, *argument. l. ſi donationes* 32. *§. vlt. ff. de donationibus.* Tertiùm, patrem non teneri, ſi filius vt contumax, & non ex legitimis probationibus condẽnetur, Merlin. *quæſt.* 35. *à princip.* Farinac. pluribus laudatis, *num.* 176. Alciat. *de præſumpt. reg.* 9. *præſumpt.* 22. *num.* 2. Sim. de Prætis, *conſ.* 65. *num.* 1. Bertaz. *conſ.* 83. *num.* 14. *lib.* 1. Quartùm, non eſſe neceſſarium, vt pater citetur in cauſa, quæ aduerſus filium delinquentem tractatur, ad ſolutionẽ legitimæ, niſi quando filius abeſſet, & propter eius contumaciam iuxta formam ſtatuti pater teneretur, tunc enim citari debet, vt ſententia ei præiudicium pariat, Farinac. *num.* 183. Merlin. *vbi proximè num.* 7.

Ibi: *Quanuis ſecluſo ſtatuto.*

90 Secundum ius commune pater nõ eſt aſtrictus ad ſoluendam legitimam filij deliquentis, vt pecuniariæ pœnæ illi impoſitæ ſatisfiat, Farinac. *ſup. num.* 16. Caball. *d. caſ.* 250. *num.* 2. Clar. *d. quæſt.* 86. *num.* 3. Dueñas *ſup. reg.* 356. *num.* 2. Craſſ. *quæſt.* 12. *num.* 2. Padilla *ſup. num.* 33. Merlin. *quæſt.* 33. *num.* 2. Menchac. *d. §.* 20. *num.* 285. Boer. *deciſ.* 22. Ruin. *conſ.* 149. *num.* 3. Vlu. *commun. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 16. *de inofficioſ. teſtament. num* 55. *verſ. Et hinc eſt*, Suar. *vbi ſupra*, Valdes *in addit. ad Roderic. Suar. in l. poſt rem iudicatam, notab.* 13. *ff. de re iudicat.* Valaſc. *de partitionib. cap.* 21. *num.* 2. Surd. *d. deciſ.* 167. *num.* 1. Ioſeph. Ludouic. *vbi ſupra*, Tuſch. *lit. P. conc.* 212. *n.* 15. Gutier. *d. q.* 42. *num.* 1. 2.

91 Quod limitatur, ſi filius veniret capite plectendus, niſi pecuniaria pœna ſolueretur, Valaſc. *vbi proximè*, vel ſi in vinculis publicis detineatur, dum ſoluat, Fatan. *n.* 21. Dueñas *limit.* 5. Merlin. *ſup. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 25. *n.* 3. Gutier. *n.* 7.

Ibi: *Et quod publicatis ob crimen bonis.*

92 Bonis filijfam. ob crimen fiſco addictis, peculium caſtrenſe, vel quaſi patri relinquitur, Menoch. *de recuperand. remed.* 9. *num.* 70. Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 4. vbi diſputat. Emman. Suar. *in addit. ad Ant. Gom. lib.* 2. *variar. cap.* 15. *n.* 15. *lit.* D. Clar. *d. §. fin. quæſt.* 78. *num.* 13. Fachin. *lib.* 9. *controuerſiar. cap.* 49. *in fine*, Dueñ. *reg.* 275. *limit.* 7. Mier. *de maiorat. in prim. edit. part.* 4. *quæſt.* 23. *nu.* 19. Ioan. Oroſc. *in l.* 3. *§. Si filius meus, verb. in magiſtratu, num.* 8. *ff. quod quiſq. iur.* Farinac. *ſup. num.* 11. *cum ſeqq.* Roderic. Suar. *in d. l. poſt rem iudicatam notab.* 13. *num.* 2 Maranta *in prax. part.* 6. *in vlt. actu num.* 36. Coſta *in l. qui duos, §. Cum in bello, verb. patris, num.* 11. *ff. de reb. dub.* Boer. *deciſ.* 7. *num. vlt.* Bernard. Diaz *in prax. cap.* 132. *num.* 6. *in non. edit.* Gutier. *de delict. q.* 41. *ex n.* 14. vide infra *n.* 95.

93 Hoc ampliatur, quanuis filius, cuius bona publicantur, prolem habuerit, nam adhuc peculium illud patri quæritur, Alexand. *in l. ſi finita, §. Si de vectigalibus, verſ. Adde, quod gloſſa, ff. de damn. infect.* Salycet. *in l.* 3. *num.* 2. *C. de bon. proſcript.* Benedict. de Plumb. *in l. poſt dotem, num.* 17. *ff. ſol. matrimon.* Sanch. *nu.* 5. Emman. Suarez *vbi proximè*, Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 130. & hæc eſt de iure vera ſententia, quanuis contrariam ſuſtineãt, Bald. *in l. exequutorem, num.* 32. *in fine, verſ. Si verò ſit Caſtrenſe, C. de exequut. rei iudicat.* Bart. *in d. l. poſt dotem num.* 26. Iaſ. *ibi, num.* 95. Bald. Nouell. *de dot. part.* 8. *princip. priuileg.* 10. *n.* 3.

Ibi: *Sicut nec publicatis bonis.*

94 Bonis patris ob eius crimen publicatis, peculium etiam profectitium non publicatur, ita reſoluit, pluribus cumulatis, Sanch. *d. lib* 2. *c.* 16. *à n.* 21. vbi latiſsimè de hac materia per totum, ibique de peculio Caſtrenſi, & de vſufructu aduentitiorum. De quo etiam Farinac. *d. quæſt.* 24. *ex num.* 25. Pat. Molin. *diſp.* 9. Ant. Gom. *num.* 16. 17. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopilat. num.* 209. Clar. *num.* 14. Menoch. *num.* 73. Dueñ. *ſup.* Roderic. Suar. *vbi proximè num.* 6. 9. eſt tamen communis opinio, quod ob crimen læſæ



Ma-

Maieſtatis profectitium peculium publicatur, quam tenent Farinac. *ſup. & quæſt* 116. *de crim. læſ. Maieſt* § 3. *num.* 115. Decian *d. cap.* 41. *num.* 23. Cantera *in quæſt. crimin. tit. de quæſt. tang. punit. delict. cap.* 1. *num.* 37. Peregrin. *d. tit.* 11. *nu.* 126. Quemada *in quæſt. Fiſcalib. quæſt.* 19 Gig. *ſup. tit. de pœn. commit. hoc crim. quæſt.* 13. *num.* 4. Alex. *in l. ſi finita*, § *Si de vectigalibus*, *num.* 44. 46. *ff. de damn. infect.* etſi contradicat Sanch. *num.* 23. de quo etiam Gutier. *ſup. quæſt.* 40.

Ibi: *Contrariam ſententiam hodie.*

95 Sed quod peculium Caſtrenſe cedat Fiſco, & non patri, bonis filij publicatis propter delictum, ſentiunt non pauci exiſtimantes, *l. ſi filius* 3. *C. de bon. proſcriptor.* qua oppoſita opinio apertè probatur, correctam eſſe per *Authent. de hæred. abinteſt. venientib.* § *Si quis igitur*, *collat.* 9. ex quo deſumpta eſt, *authent. defuncto*, *C. ad Tertylian.* Ita Ant. Gom. *d. cap.* 15. *num.* 15. Gig. *de crimin. læſ. Maieſt. lib.* 2. *tit. de pœn. committent. hoc crim. q.* 12. *num.* 2. Simanc. *ſup. tit.* 9. *à num.* 13. Cald. *in l. ſi curatorem habens*, *verb. læſis*, *num.* 112. *verſ. Sed in oppoſitum*, *C. de in integ. reſtitut.* Azeued. *in l.* 1. *num.* 210. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopilat.* Vald. *ſup. num.* 2. *verſ. Sed in peculio Caſtrenſi*, Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 7. *quæſ.* 8. & *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 22. *quæſ.* 8. Pat. Vazquez 1. *part. q.* 96. *art.* 5. *diſp.* 169. *cap.* 1. *num.* 9. Non tamen eſt à priore ſententia recedendum ob fundamenta, quæ ſunt apud Sanch. *d. num.* 4. quibus addi poteſt, quod cum fauore militum fuerit inductum, vt filij fam. poſſent de Caſtrenſi peculio liberè diſponere, hic fauor non debet in eorũdem damnum retorqueri, *l. quod fauore* 6. *C. de legib. l. nulla iuris* 25. *ff. eod. cap. quod ob gratiam* 61. *de reg. iur. in* 6. prout retorqueretur, ſi peculium Caſtrenſe potiùs ad fiſcum, quàm ad patrem pertineret. Aliqui hoc limitant in crimine læſæ Maieſtatis, vt Farinac. *num.* 14. Gig. *d. quæſt.* 12. Oſaſch. *deciſ.* 91. Quemada *in ſuis quæſt. Fiſcalib. quæſt.* 16. Gutier. *d. q.* 41. *num.* 19. contra Sanch. *d. cap.* 15. *n.* 4. *in fine*, & hoc magis iuri conforme eſt.

Verſ. *Ex his patet.*

96 In publicatione bonorũ filijfam. non venit eius peculium aduẽtitium, in quo pater vſumfructum habet, ſed huic etiã quoad proprietatem omninò quæritur, Menoch *ſup. ex num.* 66. Sanch. *num.* 9. Ant Gom. *num.* 14. Clar. *d.* § *fin. quæſt.* 78. *num.* 12. Farin. *num.* 5. Carleual. *de iudicijs tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 20. *num.* 6. Roderic. Suar. *ſup. notab.* 13. Aſcan. Clemens *de patr. poteſt. cap.* 6. *effect.* 2. *num.* 36. 37. Bern. Diaz *ſup. cap.* 132. *num.* 6. *in nou. edit.* Boer. *d. deciſ.* 7. *num vlt.* Maranta *in prax. part.* 6. *in vlt. act. num.* 135. Peregrin. *ſup. d. tit.* 1. *n.* 128. Tuſch. *d. conc.* 212 *n.* 16. Mẽdez *in l. cum oportet*, *n.* 85. 92. *C. de bon. q. liber.* Azeued. *in l.* 1. *n.* 212. *tit.* 3 *lib.* 8. *Recopilat.* Boſsi. *in prax. tit. de bonor. publicat. num.* 71. Gutier *d. quæſt.* 41. *n.* 3. *cum ſeqq.* licèt contra ſentiant aliqui ſtatim recenſendi *n.* 99.

97 Quod ampliatur, quanuis filius ex cõſenſu patris aduentitia liberè adminiſtret, Roman. *in l. filiofam. la* 2. *ff. ſolut. matrimon.* Gutier. *num.* 10. Abbas *conſ.* 66. *num.* 5. *volum* 2. Boer. *num.* 16. Baiard. *ad Clar. d. quæſt.* 78. *num.* 55. Farinac. *num.* 8. *verſ. Verùm ego*, pro quibus facit, *l creditor* 60. § *Lucius*, *ff. mandat.* etſi contrarium magis placuerit, Bart. *in l ſi finita*, § *Si de vectigalibus*, *n.* 13. *ff. de damn. infect.* Alexand. *ibidem num.* 51. Pariſ. *conſ.* 157. *num.* 15. 17. 18. Menoch. *ſup. num.* 90. ſed ampliationẽ præmiſſam admittit Sanch. *num.* 12. etiam quando orta inter patrem, & filium controuerſia, arbitri decreuerunt, vt filius peculium id adminiſtret, quanuis vſusfructus ad parentem ſpectet, nam adhuc non cõfiſcari, reſoluit.

98 Ratio præcipuæ concluſionis eſt ſecũdùm commune DD. placitum, quia ſicut non poſſunt filijfam. aduentitia alienare, in quibus patri eſt vſusfructus, niſi ipſe conſentiat, *l. vlt.* § *Filijs autem*, *C. de bon. quæ liber.* Ita nec delinquendo permittuntur illa in fiſcum transferre, Sãch. *num.* 9. *verſ. Secundò, quia alienatio*, Gutier. *num.* 3. Clar. Carleual. & alij *ſup. n.* 96. laudati. Eſt enim iuris principium, vt qui ex contractu prohibetur in præiudicium alterius alienare, etiã ex delicto ei alienatio cenſeatur interdicta, Sanch. *ibidem*, Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 7. Bart. *in d.* § *Si de vectigalibus*, *n.* 12 Farinac. *num.* 5. Roxas *de ſucceſsionib. cap.* 7. *num.* 6. Carleual. *d. tit.* 3. *diſp.* 19. *n.* 16. Peregrin, *vbi proximè*, *n.* 90. 99.

Non



99 Non deſunt tamen, qui peculium illud Fiſco cedere contra communem teneant, vt Cald. *ſup. num.* 112. *verſ. Sed in oppoſitum* & *num.* 152. *verſ. Sed in propoſita ſpecie*, Ripa *in cap. ſæpè*, *num.* 76. *quæſt.* 11. *de reſtit. ſpoliator.* Vald. *ad Suar. ſup. d. notab.* 13. *num.* 2. *verſ. Ex quo ſequitur.* At à communi recedendum non eſt.

100 Dubium autem eſt, an peculiũ aduẽtitium, cuius vſumfructũ pater non habet, propter delictum filij publicetur cũ reliqua eius ſubſtantia? Negant Farinac. *d. quæſt.* 24. *num* 6. *verſ. Quibus non obſtantibus*, Ruin. *conſ.* 24. *num.* 7. *vol.* 5. Socin. Iun. *conſ.* 77. *à num.* 10. Clar. *vbi ſup.* Gutier. *num.* 7. 8. At rectiùs affirmant Cald. *num.* 153. *verſ. Ex ſuprà dictis iam infertur*, Mend. *ſup. num.* 88. Gigas *vbi proximè*, *quæſt.* 11. *num.* 2 Crot. *in l. frater à fratre*, *num.* 55. *ff. de condict. indebit.* Pariſ. *conſ.* 159. *à num.* 11. Sanch *num.* 14. Menoch. *d. remed.* 9. *n.* 81. Peregrin *ſup. num.* 128. qui duo dubitant. Quæ vltima ſententia apud nos eſt proculdubio recipienda, extante *l.* 5. *Taur.* quæ eſt, *l.* 4. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilat.* qua permittitur filijs fam. condere teſtamentum, nam prima contraria defenditur ex eo, quód filij fam. de iure communi teſtari de aduentitijs non poterãt, etſi in eis pater vſumfructum non haberet, *l penult. C. q. teſtam. fac. poſ.* vt videre eſt apud Authores, qui illam tuentur. Quibus caſibus vſusfructus patri non quæratur, tradit Dicaſtill. *de iuſt. tom.* 2 *lib.* 2. *tract.* 3. *n.* 304.

101 Quod ſi pater carens vſufructu ſpem habuerit illius conſequendi, veluti ſi penes tertium fuerit, nam cum, eo mortuo, aut aliàs iure fruendi extincto, rediturus ſit vſusfructus ad proprietatem per conſolidationem, patri filij proprietarij acquiretur, hoc ſufficiet, vt, ſi interim bona ob delictum filij Fiſco addicantur, peculium reſeruetur parenti, cũ propter talem ſpem prohibita ſit filijs eorum bonorum alienatio, vt colligunt communiter DD. *ex d.* § *Filijs autem*, *poſt gloſſ. ibi verb. duntaxat*, & conſequenter confiſcatio ex regula ſupra tradita, *num.* 98. ita Menoch. *n.* 87. Ruin. *ſup. n.* 13. *verſ. Tertiò prædicta*, Sanch. *num.* 13. Socin Iun *ſup. n.* 13. 14. Farinac. *num.* 7. Gutier. *n.* 9.

102 Maximè controuertitur, quid iuris erit, ſi filius læſæ Maieſtatis crimen admiſerit? In quo triplex reperitur opinio. Prima docet, tam vſumfructum ad patrem ſpectantem, quàm proprietatem illico ad Fiſcum transferri, hanc tenent Simanc. *de Catholic. inſtitut. tit.* 9. *num.* 18. Azor *inſtitut. moral. tom* 1. *lib.* 5. *cap.* 7. *quæſ.* 8. & *lib.* 8. *cap.* 12. *num.* 15. Pat. Vazq. 1. 2. *quæſt* 96. *art.* 5. *diſp.* 169. *cap.* 1. *num.* 9. Secunda, proprietatem duntaxat publicari, vſufructu penes patrem permanente. Ita Azeued. *d. num.* 212. Cacheran. *deciſ.* 94. *num.* 9. Farinac. *num.* 9. Balard. *ad Clar. d. quæſt.* 86 *num.* 51. Gutier. *num.* 4. Pancirol. *conſ.* 28 *num.* 12 Tertia, quæ magis veritati videtur accedere, ſic diſtinguit, aut bona ſunt quæſita ante delictum, & tunc locus eſt proximæ ſecundæ ſententiæ, aut poſt & erit prima admittenda, quam diſtinctionem tradunt Sanch. *n.* 11. Saye. *in clau. Reg. lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 7. *verſ.* 2. *contra*, Pat. Molin. *diſp.* 9. *n.* 16.

Verſ. *Sic delinquente filio.*

103 Confiſcatio bonorum filijfam. peculium eius profectitium minime comprehendit, Suar. *d. notab.* 13. *num.* 5 vbi Vald. Menoh. *num* 74. Clar. *d. quæſt* 78. *num.* 11. Azeued. *ſup. num* 210. Leſs. *de iuſt.* & *iur. lib.* 2. *cap.* 4. *dubit* 3. *num.* 12. Cantera *in quæſtion. crimin. tit. de quæſt. tang. punition. delict.* 6. *cap.* 1. *num.* 39. Simanc. *vbi proximè num.* 80. Dueñas, *reg.* 275. *limit.* 7. Gig. *ſup. quæſt* 10. Bernard. Diaz, *d. cap.* 132. *num.* 6. Nell. *in tract. de bannit. part.* 1. *temp.* 2. *num.* 25. Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubric.* 2. § 2. *in princip. num.* 20. Aſcan. Clemens *effect.* 2. *n.* 37. Suar. *commun. verb. confiſcatio*, *num.* 266. Farinac. *num.* 3. Boſ. *ſup. num.* 71. eſtque omnium concors ſententia, quæ obtinet, quãquam pater liberam, & abſolutam adminiſtrationem, etiam cum facultate diſſipandi conceſſerit filio, Farinac. *vbi proximè*. Angel. *in l. ſi filius*, *num.* 3. *ff. de damn. infect.* Palac. Rub. *in rubric. de donat. inter.* § 66. *num.* 24. *verſ. Præſuppoſito ſine veritatis præiudicio*, Ant. Gom. *ſup. num* 16. Cald. *d. verb. læſis*, *n.* 118. *in fine*, Baiard. *vbi proximè*, *d. quæſt.* 78. *num.* 49. Peregrin. *d. tit.* 1, *n.* 125. Gutier. *q.* 41. *n.* 1. 2. 5.

Ibi: *Et his addendum, quòd publicatis bonis.*

104 Bonis filijfam. viuo patre, publicatis, ei-

legitima eius in confiſcationem non incidit Peregrin. *num.* 97. 133. Merlin. *ſup. d. quæſt.* 33 *per totam*, Azor *d. lib.* 5. *cap.* 7. *quæſt.* 8. Carlgnal. *d. diſp.* 20. *num.* 5 Gutier. *in §. Sui nu.* 94. *inſt. de hæred. qualit. & d. quæſt.* 42. *num.* 1. Speculat. *tit. d. exequut. ſentent. §. Sequitur videre, num.* 31. Menoch. *conſ.* 77. *num.* 28. Baiard. *ſup. num.* 48. Gig. *quæſt.* 9. Paulilla *in l.* 3. *num.* 33. 34. *C. de iur. & fact. ignorant.* Boſ. *num* 27. Azeued. *in l.* 3. *num.* 145. *tit.* 10. *lib.* 4. *Recopilat.* Corra *in memorabilib. verb. Pater obligatus ſoluere, verſ. Sed quid erit*, Cagnol. *in l. fin. num.* 286. *ff. de pact.* Dueñ. *reg.* 356. *in princip.* Viui. *commun. verb. legitima non debetur filij. n.* 5. Sanch. *num.* 19. Alcan. Clem. *ſup. effect.* 16. *num.* 16. Farinac. *num.* 16. *verſ. Hoc ideo*, Roland. *conſ.* 97. *num.* 5. *vol.* 2. Clar. *d. quæſt.* 80. *num.* 3. & de hoc agunt Interpretes in *cap.* 2. *de delict. pueror. & in l. ſi qua pœna* 7. *de iis q. ſui, vel alien. iur. ſunt.* Quod dicitur de legitima extendit ad alimenta Sanch. poſt alios *ſup. n.* 22. Atque præmiſſa locum habent, filio crimen læſæ Maieſtatis perpetrante, Farinac. *num.* 17. Gig. *d. q.* 9. Gutier. *q.* 42. *n.* 4.

105 Dictum eſt in proxima aſſertione, viuo patre, quia ſi filius damnatus fuerit poſt eius obitum, etiam nondum diuiſa hæreditate, legitima ad fiſcum pertinebit, Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 14. *num* 49. Menoch. *vbi proximè, verſ. Tertium caſum*, idēque inſinuat Farinac. *num* 20. Merlin. *num.* 5. dum aſſerunt, legitimam non publicari, cum filius damnatur, viuente patre, quia confiſcatio non trahitur ad futura, conditionalia, & nondum delata, nam hoc ceſſat, mortuo iam patre tempore publicationis, cum ſit delata ſucceſſio, iuſque filio quæſitum, vt conſiderat Menoch. *ſup.*

106 Extenditur principalis concluſio, ſeu declaratur, vt legitima fiſco non debeatur nedum ſtatim poſt condemnationē filij, verumetiam nec poſt mortem patris, nam fiſcus manet omnino excluſus, ſiquidem, vt nuper aiebamus, publicatio non extenditur ad futura. Ita docent Speculat. Bot. Padill. Gutier. Farinac. Baiard. *vbi proximè*, Sanch. *d. cap.* 15. *n.* 21. Gig. *q.* 18. *n.* 2. Merlin. *n.* 4.

107 Eadem vero concluſio limitatur, ſi pater filio ante condemnationem aſſignaſſet, tradidiſſetque legitimam, cum enim iam plenè delinquentis ſit, nihil impedit, vt in fiſcum transferatur, Sanch. *vbi proximè num.* 20. contra Baiardum, *d. num.* 45.

Ibi: *Eodem pacto, ratione ſumpta.*

Fiſco occupante bona mariti propter 108
ipſius delictum, reſeruatur vxori dimidia pars bonorū, quæ, matrimonio conſtante, ſunt quæſita, nam ex alieno facinore non eſt auferendum ab ea, quod de iure ſibi competit, Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 17 *num.* 3. Ant. Gom. *in l.* 77. *Taur.* vbi Caſtill. *num.* 1 Baiard. *ſup. num* 77. Azeued. *in l.* 10. *num.* 6. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.* Matienç. *ibi gloſ.* 2. *in princip.* Morquech. *de diuiſ. bonor. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 16. Pater Vazq. in 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 5. *diſp.* 169. *cap.* 2 *num.* 14.

Ibi: *Et tamen poterit omnibus in his caſibus*

Statuto caueri poteſt, vt ob filij deli 109
ctum peculium eius quodcunque publicetur, Farinac. *num.* 161. vbi Marchiæ tale ſtatutum eſſe, teſtatur.

Ibi: *Sed ſi pater pœnam pecuniariam.*

Eſt circa hoc egregia Bartoli diſtin- 110
ctio *in l. Stichus, num.* 2. *ff. de pecul. legat.* aſſerentis, patre inuito ſoluente pœnam pecuniariam pro filio, eſſe, quicquid pependerit, in legitimam computandum: ſecùs ſi ſponte ſoluat, quia donare videtur. Quoad primam partem abſque controuerſia recipitur, quoad ſecundā duæ reperiuntur oppoſitæ, communeſque opiniones, teſte Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 513. vna eſt eorum, qui Bartolum ſequuti ſentiunt, non debere in legitimam imputari condemnationem pecuniariam, quam pater vltro perſoluit propter filij delictum, vt Peregrin. *de fideicommiſ. art* 36. *num.* 138. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 50. *num.* 1. Ruin. *conſ.* 149. *num.* 13. *verſ. Nec etiam videtur, lib.* 3. Ant. Gom. *in l.* 29. *Taur. num.* 20. Gutier. *in d. §. Sui, num.* 95. *inſt. de hæred. qualit.* Paul. de Montepico *in l. in quartam, num.* 286. *ff. ad leg. falcid.* Rot. *apud Merlin. de legitim. lib.* 2 *tit.* 2 *quæſt.* 25. *num.* 2. & alij quos refert Ceuall. *ſup. d. q.* 513. *in princip.* Hiſque accedere videtur D. Couar. in præſenti, quia ſe refert ad Gutier. Gom. & alios huius ſententiæ Authores, pro quibus facit, *l. liber captus* 17 *C. de poſtlimin. reuerſ.*



111 Sed à Bartolo diſcedunt alij docentes, imputationi locum eſſe, quāuis volens pater pro filio ſatisfaciat. Ita Bald. *in Auth. ſi captiui, num.* 9. *C. de Epiſcop. & Cleric. & in Auth. quod locum num.* 3. *C. de collationib.* Craſſ. *in d. §. Legitima, q.* 30. *num.* 1. *verſ. Contrarium*, Merlin. *vbi proximè, num.* 2. *verſ. Sed imò*, Dueñas *reg.* 222. *limit.* 4. Ripa *in d. l. in quartam, num.* 185. Menchac. *de ſucceſsion. creat. lib.* 3 *§.* 30. *à nu.* 220. Fabian *in Auth. nouiſsima, num.* 106. *C. de inoffic. teſtament.* Ceuall. *num.* 5. *verſ. Sed his non obſtantibus*, Ayora *de partitionib. part.* 2 *quæſt.* 17. etſi limitet, quando quid exiguum ſolutum eſt, quam limitationem improbant Ceuall. *num.* 7. Gratian. *num.* 3.

112 Huius ſententiæ rationem tradit Merlin. ex alijs *num.* 3. quia ſcilicet cauſa pietatis, nam pater, qui pro filio ſoluit ſanguinem proprium redimit, cum pars ipſius cenſeatur, dixi *num.* 68. *in fine*, magiſque parentes in liberis, quàm in ſemet ipſis crucientur, vt probauimus, *ſup. lib.* 1. *cap.* 2. *num* 94. Nec ſatisfacit Peregrini reſponſio aientis, hanc neceſsitatem non eſſe iure obligatoriam; quoniam ſufficit ad excludendum animum donādi, liberalitatiſque exercendæ, quod ob cauſam ſoluatur, vt inquit Bald. *in d. auth. ſi captiui.* Vltrà quæ conſiderandum eſt, patrem, non ſolùm ex paterna dilectione, ſed etiam ex honeſtate, ac pudore compelli ad ſoluendum pro filio, nam illi imputaretur ad auaritiam, & impietatem, ſi pateretur, filiū in vinculis detineri, aut aliter vexari, ac puniri, ne pecuniam expenderet. Non vrget text. *in d. l. liber captus*, cum ibi calamitas filij, qui in hoſtium poteſtatem miſerè deuenit, parentes mouit ad liberalitatem, quæ ratio in filio delinquente non militat.

113 Sunt nonnulli caſus, in quibus præfata ſententia, nullo ferè diſcrepante, verior eſt, ac omnino tenenda. Primus eſt, quādo pater proteſtatur, ſe non animo donandi ſoluere filij condēnationem, quæ proteſtatio quocunque tempore facta nocebit, argum, *l.* 1. *C. de negot. geſt. l. at ſi quis* 14. *§. Sed interdum, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Peregrin. *d. n.* 138. Ruin. *ſup. n.* 14. *in fine*, Merlin. *n.* 5. 6.

Secundus, de iure Regio ſi poſt me- 11
liorationem tertij, & quinti factam irreuocabiliter pater condemnationē ſoluerit, nam etſi velit donare, quod pendit, nō poteſt, *l.* 12. *tit.* 6. *lib* 5. *Recopilat.* atque ita neceſſario imputabitur in legitimam. Ita Gutier. *in d. § ſui n.* 94.

Tertius, quando filius, pro quo ſolui- 115
tur, habet peculium profectitium; aut aduentitium, quia cum eo, quod in peculio eſt compenſatur, reliquumque in legitimam computabitur, Bart. *in d. l. Stichus, num.* 3. Ceuall. *num.* 3. Merlin. *num.* 7. Ant. Gom. *vbi proximè*, Ruin. *num.* 14. Peregrin. *d. num.* 138. Nā quoties aliquis alienum patrimonium pe-nes ſe habens quicquam pro domino illius expendit, nūquam creditur ex proprio largiri, quamuis perſonæ coniunctæ ſint. *l. Neſennius* 36. *ff. de negot. geſt. l. cum poſt* 44. *§.* 1. *ff. de adminiſtrat. tutor* Merlin. *num* 8. Gratian. *d. cap* 50. *num* 5. Ant Gom *ſup.*

Quartus eſt, ſi poſt mortem patris ex 116
cumulo hæreditatis pro filio damnato aliquid penderetur, nam totum ex ipſius legitima detrahetur, Bart. *in d. l. Stichus* 2. Molin. *n.* 11. Mangil. *de imputat, q.* 40. *n.* 19. 20.

Præterea habet locum eadem ſenten 117
tia, quando filius damnatus non fuit, ſed pater ſoluit, ne damnaretur ob delictum commiſſum, ſiue fiſco, ſiue parti offenſæ tranſactionis cauſa iuxta, *l. tranſigere* 18. *C. de tranſactionib.* ſatis enim eſt, quod filius damnari poſſet, & ad hoc in vinculis eſſet, Merlin. *n.* 9. Ruin. *d. n.* 14. *verſ. Aut eſt timor condemnationis.*

Ampliatur itidem, quod dictum eſt 118
in patre, in filio ſoluente pro patre, in fratre pro fratre, in liberto pro patrono, & in alijs perſonis, quibus legitima debetur, Merlin. *n.* 12. 13. Craſſ. *d. q.* 30. *in fine*, Menchac. *ſup. n.* 225. Mang. *n.* 37.

Sed limitatur principalis concluſio, ſi 119
filius, conſentiente patre, delinquat, quo caſu imputādum non eſt filio, quod pœnæ nomine ſolutum fuerit, Rip. *in d. l. in quartam, num.* 186. Merlin. *num.* 16. Menchac. *n.* 224. Craſſ. *n.* 2. Ceuall. *n.* 4. Gratian. *n.* 4.

Limitatur etiam quando pater ſoluit 120
ratione propriæ obligationis veluti, ſi pro filio fide iuſſerit. Sed hoc eſt intelligendum, vt benè declarat Merlin. *n.* 20. quan-

quādo pater interceſsit in negotio, quod ad ſe ipſum pertinebat, quanuis per filiū gereretur, nam ſi res ad filium prorſus attinens ageretur, imputabitur, quod pater vt fideiuſſor filij ſoluerit, quā limitationem probant Ceuall. *num.* 2. Peregrin. *ſup.* Menchac. *num.* 223. Ioan. Garc. *de expenſ. cap.* 4. *n.* 13. Mangil. *q.* 42. *n.* 2. Ripa *vbi proximè.*

Num. 8.

121 Nemo poteſt ſe ipſum pro alterius delicto ad pœnam corporalem aſtringere, Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 303. *n.* 16. Bald. *in l.* 1. *num.* 7. *C. ne fil. pro patr.* Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 8. Bouadill. *in politic. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 104. Cancer *variar. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 95. & *part.* 3. *cap.* 12. *nu.* 136. 137. Clar. *in prax.* § *fin. quæſt.* 46. *num.* 18. Tuſch. *lit. C. conc.* 87. *num.* 8. Farinac. *in prax. quæſt.* 33. *num.* 49. Platea *in l. vnic. C. de pericul. cor. qui pro Magiſtrat. lib.* 11. Dueñas, *reg.* 331. *limit.* 3. Griland. *de relaxat. carcerator. tit. de fideiuſſor. reor. num.* 3. *in fine*, Roman. *ſing.* 129. Ratio, quę ob his communiter redditur eſt, quia membrorum, vitæve ſuæ nullus eſt dominus deſumpta *ex l. liber homo* 13. *ff. ad leg. Aquil.* ſimili ratione nō licet homini ſe ad pœnam ſpiritualem velut, excommunicationem obligare, Menoch. *conſ.* 82. *num.* 122. quoniā, animæ ſuæ non eſt dominus, Abbas *in cap. vlt. notab.* 1. *de pact.* Felin. *in cap. contingit. col.* 1. *verſ. Idem dicas de anima, de ſent. excommunicat.* Menoch. *n.* 118. vide limitationes infra, *n.* 125. 131. 132.

Ibi: *Quo fit, vt in cauſis criminalibus.*

122 Reus carceratus ob delictum, ex quo venit imponenda pœna pecuniaria duntaxat, poteſt idoneis fideiuſſoribus præſtitis relaxari: ſecùs quando corporaliter eſt puniendus. Ita Azeued. *in l.* 8. *n.* 1. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopilat.* Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ.* 6. *circa priuileg. carcerator. num.* 32. Farinac. *n.* 48. Carleual. *tom.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 750. D. Salgad. *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 157. 164. Bois. *in prax. crim. tit. de carcerat. fideiuſſor. committend. num.* 2. Oſaſch. *deciſ.* 18. *num.* 4. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. § 6. *num.* 90. 91. Foller. *in prax. crim. verb. examinati liberent. fideiuſſor. num.* 4. Iodoc. *in ſimil. prax. cap.* 20. *num.* 3. & alij nuper laudati, de quo eſt omnino videndus, Farinac. *d. quæſt.* 33. qui latiſsimè agit.

Huius diſtinctionis rationem eſſe putant præfati DD. quia ad pœnam pecuniariam poteſt quis pro alio ſe obligare, cum de rebus proprijs diſponere quilibet ad libitum permittatur, *l. in re mandata* 21. *C. mādat.* non ſic de vita, aut corpore, cuius dominium non habet, *d. l. liber homo*, quapropter nulli ſe pœnæ corporali ſubijcere licet. Vndè prouenit, vt fideiuſſores primo caſu admittantur, nā eorum obligatio ſubſiſtit, in ſecundò nō vtique, quia obligati non remanēt. Hæc autem ratio minus cōgrua videtur, quia licèt homo dominus membrorum ſuorum eſſet, poſſetque ſe ad pœnam corporalem obligare, non ideo debebat ſub fideiuſsione relaxari, qui corporaliter erat puniendus, cum maximum ſequeretur abſurdum, videlicèt vt reus ſupplicium ſubterfugeret, & innocens pateretur, ordine iuſtitiæ penitus inuerſo, nec veroſimile eſt, reum in libertate conſtitutum à fuga abſtinere, imò compertum eſt, metu pœnæ, qui etiā in viros conſtātiſsimos cadit, *l. nec timorē* 7. § *fin. ff. Quod met. caſ.* ſe in locum tutum conferre, cum ſanguinem propriū redimere qualitercunque fas ſit, *l.* 1. *ff. De bon. eor. q. ant. ſent.* 123

Quare dicendum eſt, præfatum diſcrimen inter pœnam corporalem & pecuniariam ab earundem pœnarum natura procedere, quoniam corporalis ita perſonam deliquentis afficit, vt per aliū legi pœnam irroganti ſatisfieri non poſſit, *l.* 12. *tit.* 5. *part.* 3. ibi: *Porque la juſticia non ſe podria facer derechamente en otro, ſi non en aquel que face el yerro*, Caramuel *in Theolog. fundam. nu.* 961. & hoc eſt quòd dicitur, crimina ſuos Authores tenere, *l. ſancimus* 22. *C. de pœn.* Idemque iuris eſt, cum iudex ex arbitrio corporis ſupplicium imponi decernit. Aliter verò in pœna pecuniaria contingit, quæ perſonam non ſequitur, atque ita lex non exigit, quòd reus ipſe ſoluat, ſed ſatis eſt, vt pecunia à quocunque pro eo præſtetur, nec vetitum eſt, donare, aut mutuare delinquenti, quòd pœnæ nomine ſoluere tenetur, nec dubitatur, quin de natura debiti pecuniarij ſit, nihil intereſſe vtrū idem debitor, an alius pro ipſo ſatisfaciat, 124



cit, vt ait Iuſtinian. *in princip. inſt. quib. mod. tollit. oblig.* Ex quibus iam liquet ratio ad vtraque diſtinctionis partem quādoquidem fideiuſſores nequeunt ſatisfacere, etſi plectantur, pro eo, qui corporaliter puniendus erat, ideoque, illis interuenientibus, hic dimitti nō debet; at vbi ſola pecuniaria pœna eſt imponenda, cū idonei ſint ad ſoluendam condemnationē plenam ſatisfactionem exhibeant, eis carceratus iure committitur.

125 Sed antequàm hinc diſcedamus, oportet nonnulla notatu digna præmiſsis adijcere. Primùm, fideiuſſores, qui in ſe ſuſceperint cuſtodiam rei, vt à vinculis publicis liberetur, teneri ad pœnam etiā corporalem, ſi reus non compareat, quā ipſe foret ſubiturus, Cancer. *d. cap.* 5. *num.* 96. Menoch. *ſup. n.* 37. Suar. *in tract. de fideiuſſor. in cauſ. crim. n.* 26. *verſ. Quintò cōſidera*, Ceſſ. Hug. *cōſ.* 121. *n.* 1. Salicet. & Cin. *in l. ad cōmentarienſem, C. de cuſtod. reor.* Clar. *vbi proximè*, Farinac. *n.* 76. qui duo vltimi aſſerunt, hoc in praxi admittendum nō eſſe, quanuis Cancer. de praxi teſtetur. Sed poteſt dici pœnam nō infligi ob delictū alienum, ſed ob propriam cuſtodis, qui delinquentem fugere paſſus eſt.

126 Secundùm, quod, ſi carceratus perſona ſit nobilitate, & authoritate egregia poterit fideiuſſoribus exhibitis, dimitti, tametſi corporis pœnam ſit ſubiturus, modò delicti atrocitatē non contineat, Gutier. *practicar. lib.* 4. *q.* 21. *n.* 4. D. Salg. *ſup. n.* 96. Grilād. *vbi proximè q.* 1. *n.* 8. Salicet. *in l. ſi quis reum C. de cuſtod. reor.* Guazzin. *d. defenſ.* 6. *nu.* 31. vbi alios refert, & iudices, vt in hoc cautè ſe gerant, admonet.

127 Tertiùm, cum fideiuſſoribus committendum, cui relegationis pœna eſt irroganda. Azeued. *in l.* 8. *ex n.* 2. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopilat.* Carleual. *ſup. n.* 751. Ant. Gom. *d. cap.* 9. *num.* 8. iunctis, quæ tradit *eod. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 13. quoniam relegatio pœna corporalis non eſt, D. Salg. *n.* 164. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 80. *ā n.* 87. Bouad. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 128. Cancer *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 167. Clar. *d.* § *fin. quæſt.* 32. *num.* 5. & probatur ex *l.* 2. *tit.* 19. *lib.* 4. *Recopilat.* Quod ampliat Azeued. quanuis relegandus quis ſit in perpetuum, cui obſtat, *d. l.* 12. *tit.* 5. *p.* 3. *verſ. Mas ſobre pleito*, quæ exilium perpetuum inter pœnas corporales enumerat, & ita ſentit Ant. Gom. *d. num.* 13. ſed contrarium ſcilicèt nō eſſe reum relaxandum, quia relegatio pœna corporalis cenſetur, defendunt Farinac. *ſup. n.* 55. Bois. *n.* 7. Auendan. *in ſuo dictionar. verb. criminalis*, & procul dubio hæc pœna ſaltim perſonalis dici debet, cum perſonam afficiat, non bona, atque ita ſecundùm tradita *ſup. n.* 124. videtur tenēda Farinacij opinio, maximè ſi conſideremus, ea, quæ differūt per magis, & minus, quoad ſubſtantiam non differre, *l. vlt. ff. de fund. inſtruct.* Ceuall. *d. q.* 513. *n.* 8. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 222. *n.* 29. cūque relegatio corpus aſſl gat, etſi ... , pœna corporalis cenſenda eſt. Ex quibus quanuis hæc ſententia defendi poſſet, tamen priorem communem ob eius æquitatem ſuſtinendo, aſſeri poteſt, quod ſiue relegatio pœna corporalis ſit, ſiue non, eſt reus relaxandus ex eo, quod ceſſat periculum fugæ, tum propter pœnæ ipſius leuitatem, tū vel maximè, quia ſi relaxatus aufugeret, ipſe ſibi pœnā ſubiret, quā iudex erat irrogaturus. Ad hæc relegatio pro delictis non grauibus imponitur & *l. Diuus* 3. *ff. de cuſtod. reor.* conceſſa eſt iudicibus facultas, vt pro ſimilibus factis carceratum, cautione fideiuſſoria accepta, dimittant.

128 Quartùm, ſimiliter relaxari debere qui in vinculis eſt propter crimen, ex quo primario pœna pecuniaria imponitur, & in eius defectum corporalis iuxta *l. vlt. ff. de in ius vocād.* Bart. *in l. item liberatur.* § *Qui paratus, n.* 3. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit.* Menoch. *d. caſ.* 303. *n.* 36. Suar. *de fideiuſſor. in cauſ. crimin. n.* 23. *verſ. Sed hoc intelligo*, quanuis aliud ſentiant Farinac. *n.* 51. & alij, quos recenſet Menoch. *n.* 31. pœna enim corporalis venit per conſequentiam, quæ non attenditur, ſed pecuniaria quæ principaliter ſtatuitur, argument. *l.* 1. *cum vulgaris, ff. de author. tutor.* Prætereà quamquòd timeri non poteſt, vt pœna corporalis locum habeat caſu, quo reus non præſentetur, cū fideiuſſores idonei interuenerint, vt Menoch. aduertit *d. n.* 36. Aliud iuris erit, ſi ſtatutum pœnā corporalem, & pecuniariam alternatiuè impoſuerit, data electione ei, qui iniuriā paſſus fuerit ſecundū formam *l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 8. *Recopilat.* quoniam tunc copia pecuniæ in fideiuſſoribus impedire nō valet, ne pœna corporalis, accuſatore volēte, inferatur. An dimitti poſsit, cui carceris pœna eſt inferēda? videas apud Paz, *ſup. n.* 91.

N Quin-

129 Quintò incarceratum iuſſu Principis, Senatus, alteriuſve iudicis ſuperioris, vel etiam ad requiſitionem cuiuſcunque nõ licere, ſub fideiuſſoribus liberare, *l. 24 in fine, tit. 18 part.* vbi Greg. Lop. *gloſ. vlt.* Bouadill. *d. lib. 3. cap. 15. n. 105.*

130 Præmiſsis tãdem addendum eſt, quòd quoties iure, vel iniuria contigerit, vt reus, qui corporaliter eſt puniendus, fideiuſsione præſtita, dimittatur, ſi ipſe ſe ſubſtrahat pœnæ, fideiuſſores non ſunt eodem ſupplicio, quod delinquẽs merebatur, coercendi, ſed pecuniariter, Ant. Gom. *d. cap. 9. n. 8.* & ita in ſua patria ſtatutum eſſe teſtatur, Farinac. *n. 75. in fine*, quod arbitrio iudicantis relinquit, Menoch. *caſ. 304. n. 1.* quæ vera ſunt, niſi certa pœna in fideiuſſores fuerit ſtatuta.

Ibi: *Poſteriori parte gloſſæ conſtat.*

131 Conſuetudine introduci poſſe, vt innocens pro alieno crimine ad pœnã corporalem ſe aſtringat, docent Menoch. *ſup. lib. 1. q. 7. n. 12. & lib. 2. d. caſ. 303. nu. 35.* Bois *ſup. n. 5.* Farinac. *d. n. 75.* Roder. Suar. *vbi proximè, n. 34. verſ. Et tene menti*, Tuſch. *d. conc. 87. n. 8.* Ducñ *ſup. limit. 3.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubric. 1. §. 5. num. 167.* Pet. de Vbald. *in tract. de pace Conſtant. n. 75.* Ioan. Morolon. *in prõptuar. iur. verb. fideiuſſor.*

132 Idem ſtatuto caueri poſſe affirmant Menoch. *n. 21. 22.* vbi tale ſtatutum Neapoli eſſe teſtatur, Baiard. *ad Clar. d. q. 46. n. 25.* Foller. *ſup. n. 7.* Bois *n. 5.*

Ibi: *His accedit quod Decius.*

133 Adhoc eſt exemplum aptiſsimũ in eo, qui ad pretium participandum ſe vendi patitur, nam quamuis homo liber ſuo cõſenſu ſolo effici ſeruus non valeat, *l. nec ſi volens 6. l. liberos 10. l. interrogatam 24. C. de liberal. cauſ.* tamen legis authoritate concurrente cum ipſius voluntate ſeruilis conditionis efficitur, *l. 1. tit. 21. p. 4. §. Serui autem eſt 2. inſt. de iur. perſonar.*

Ibi: *Ego verò non video.*

134 Hanc D. Couar. ſententiam contra cõmunem, de qua *ſup. n. 131.* tenet Viu. *deciſ. 215. n. 13.* Cancer. *ſup. d. cap. 5. n. 95. in fine* Matienç. *in l. 10. gloſ. 1. n. 23. tit. 16. lib. 5. Recopilat.* vbi alij, & quidem valde rationi, ac æquitati naturali eſt diſſonũ, vt innocẽs pro alieno crimine pœnis corporalibus afficiatur, quod fieri non poſſe oſtendant præmittens, duplici ex capite non licere, vt inſons pro alieno crimine ſe pœnæ corporali ſubijciat. Primũ quia cum dominus vitæ ſuæ, aut membrorum non ſit homo Deuteronom. *cap. 32. verſ. 39.* vbi inquit Dominus: *Ego occidam, & ego viuere faciam, d. l. liber hom.* Sot. *de iuſt. lib. 5. q. 1. art. 5.* Pat. Valent. *tom. 4. diſp. 5. q. 8. punct. 2. verſ. Tertia ratio*, Menoch. *d. caſ. 303. n. 16.* Bouadill. *d. cap. 15. n. 104.* Leſs. *de iuſt. lib. 2. cap. 4. dub. 10.* Caramuel *in Theolog. fundament. n. 1649.* non valet id, quod ſuo arbitrio, ac diſpoſitioni non ſubditur, in obligationem deducere, argum. *d. l. nec ſi volens, cum ſimilibus ſupra adductis, C. de liber. cauſ.* Secundùm quod innocens occidi, puniriuè corporaliter non poteſt, & licet ſe obliget ad pœnam non ideo inſons deſinit eſſe.

Quibus cognitis, dicendũ eſt, poſſe quidem lege, vel conſuetudine licitum fieri in foro externo, vt innocens pro reo ſe ad corporis pœnam aſtringat, quia hoc nullam peccati labem cõtinet, cum propria authoritate poſsit homo vitã, corpuſque iactare nedum pro bono, aut perſona publica, ſed etiã pro priuato ſibi æquali, atque ita non peccat qui in naufragio tabulam cedit alteri, vt periculũ mortis euadat, quamuis ipſe ſciat certò, ſe ibi periturum, nec qui cibos relinquit proximo, vt vitam ſeruet, cũ vterque exiſtat in extrema neceſsitate cõſtitutus, maximè ſi neceſsitudine, aliouè ſpeciali vinculo ſint coniuncti, vt docent communiter Theologi, de quo Dian. *part. 5. tract. 4. reſolut. 42.* Pat. Suar. *de fid. ſp. & char. tract. 3. diſp. 9. ſect. 3. per tot.* Bonacin. *in ſumm. tom. 2. diſp. 3. de charitat. q. 4. punct. 4. n. 6.* Valẽt. *tom. 3. diſp. 3. q. 4. punct. 3.* Pat. Becan. *tom. 3. cap. 19. q. 2.* apud quos plures. At quod innocens pœnã mortis, vel corporis ſuſtineat, nulla conſtitutione humana fieri poteſt, nam hoc vlla ratione non licet, vt docuit D. Thom. *2. 2. q. 61. art. 6.* vbi quærit an aliquo caſu licitum ſit inſontẽ enecare? & reſoluit nullo, niſi ex Diuina reuelatione, aut ſi legitimè reus eſſe probetur, quem ibi ſequuntur Theologi, & refert Valent. *d. diſp. 5. q. 8. punct. 2. verſ. Tertiò quæritur*, & cõprobatur ex eo, quòd nulla cauſa vrgentior poteſt excogitari ad licitam innocentis occiſionem, quàm exitium imminens Reipublicæ, cuius ipſe pars eſt, impedire, ſed ex hac cauſa ne fas eſt, etiam publica authoritate il- 135



lum interficere, vt eſt omnium communis reſolutio, probantque laudati *ſupra num. 9.* Igitur nullo modo licere poteſt, ſicut in præſenti rectè D. Couar. aduertit.

136 Nec videatur alicui, implicare, quòd poſsit aliquis ſe iuſtè ad mortem aſtringere, & quod per publicam poteſtatem licitè perimi nequeat: ſiquidem hoc euenit in caſu, de quo nuper actum eſt, quoniã extra dubium eſt ciuem etiam inſontem teneri ad ſubueniendum ſuæ Reipublicæ in extrema neceſsitate cũ propriæ vitæ detrimento, vt cum D. Thom. *2. 2. quæſt. 26. art. 4.* aſſerunt Valent. *vbi proximè verſ. Sed an tunc*, Pat. Suar. *d. diſp. 9. ſect. 3. num. 1.* & omnes Theologi, & diximus, *ſup. lib. 1. cap. 2. num. 81.* Sed tamen interfici, nec publica authoritate poteſt, vt probauimus *hoc cap. num. 9.* ex quibus omnibus concludendum eſt cum D. Couar. hic, non poſſe ſtatuto caueri, aut conſuetudine introduci, quòd homo innocens ex proprio conſenſu ad pœnam corporalem pro alterius crimine teneatur, non quia actus ipſe ſe obligandi ſit illicitus, ſed quoniam exequutio talis pœnæ in innocentem iure naturali ſit vetita, aduerſus quod conſuetudo, aut humana conſtitutio præualere non poteſt, *cap. fin. de conſuetud.* vbi notatur, *§. vlt. inſt. de capit. deminut.*

Num. 9.

137 Excommunicatio ferri non poteſt in vniuerſitatem perſonarum, vt in Collegium, aut Ciuitatem, Pat. Suar. *de cenſur. diſp. 18. ſect. 2. nu. 2.* Mar. Alter. *eod. tract. lib. 3. diſp. 10. cap. 6. verſ. In hac difficultate*, Tuſch. *lit. V. concluſ. 266. num. 1.* Viuian. *in prax. iur. patronat. lib. 8. cap. 4. nu. 15.* Menoch. *conſ. 207. num. 45. & de arbitrar. caſ. 598. n. 19.* Bonacin. *tom. 1. tract. de cenſur. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 4. num. 11.* Gonçalez *ad reg. 8. Cãcellar. gloſ. 37. num. 7.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom. 2. cap. 17. dubit. vlt. n. 11.* Nauarr. *in manual. c. 27. num. 16.* Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de excommunicat. dub. 17. num. 8.* Aulles *in cap. 1. Prætor. gloſ. de ninguna manera*, Filliuc. *in ſumm. tract. 11. cap. 5. quæſit 6. num. 138.* Cened. *ad lib. 6. Decretal. collectan. 25. n. 1.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. q. 17. de poteſt. Clau. punct. 4.* Cardoſ. *in prax. iudic. verb. ciuitas, n. 5.* Dian. *part. 5. tract. 9. reſolut. 38.*

Quòd procedit ſiue excommunicatio 138
feratur in vniuerſitatem tanquam perſonam fictam, & politicam, animæ, rationiſque expertem, ſiue in eam quatenus perſonas complectitur, quas excommunicans ligare intendit, nam in vtroque caſu prohibitio *cap. Romana §. In vniuerſitatem, de ſentent. excommunic. in 6.* locum obtinet, vt notat Suar. *vbi proximè*, Alter. *vbi ſup. verſ. Tertiò collegium.*

Ibi: *Præterea ipſa vniuerſitas.*

Vniuerſitas perſonarũ capax eſt, vt in 139
delictum incidat, vel admittat peccatum propter quod poſſet pœna excommunicationis inferri, *cap. quanquam 4. §. 1. de cenſib. Clement. 1. §. 1. verſ. Ciuitas autem de pœn.* Pat. Suar. *d. nu. 2.* Bart. *in l. aut facta, §. Non nunquam, n. 9. ff. de pœn.* Menoch. *conſ. 2. ex num. 32.* Boer. *tract. de ſeditioſis quæſt. vlt.* Mar. Alter. *ſup. verſ. Secundò tota vniuerſitas.* Quod verum eſt in concreto conſiderata, non in abſtracto, quæ diſtinctio ſtatim explanabitur. De quibus latè Menoch. *d. caſ. 598. per tot.* vbi quando vniuerſitas dicatur delinquere, & quomodo puniatur.

Ibi: *Hæc autem ratio ſufficiens non eſt.*

Vniuerſitas huiuſmodo dupliciter po- 140
teſt concipi, vel vt ſic, ſiue in abſtracto (vt Philoſophi aiunt) ideſt per ſe quatenus eſt perſona ficta à ſubiectis, ex quibus cõſtat, ſeparata; aut in concreto (quod materialiter D. Couar. appellat) hoc eſt, iuncta hominibus, qui eiuſdem ſunt partes, quemadmodum de hæreditate ſolemus dicere. In prima acceptione à perſonis ſub ſe contentis differt, *l. ſed ſi hac 10. §. Qui manumittitur, ff. de in ius vocand. l. ſicut 7. §. Si quid ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nomine, l. in tantum 6. §. Vniuerſitatis ff. de rer. diuiſ. l. 1. §. Seruum municipum ff. de quæſtionib.* Caramuel *in Theolog. fundament. nu. 327.* Viuian. *ſup. n. 16. 17.* Menoch. *conſ. 1061. n. 31.* Felin. *in cap. cum acceſsiſſent, n. 22. de conſtitutionib.* quare appellatione perſonarum vniuerſitas ſic accepta non continetur, Baiard. *in cap. 1. §. Conuenticula de pac. tenend. in uſib. feudor.* Viuian. *n. 11.*

In ſecunda vero acceptione vniuerſi- 141
tas identificatur cum illis, quos complectitur, ita vt quod de illa diſponitur, de ſingulis, qui eam componunt, diſpoſitum intelligatur, *l. ſi cognatis 20. §. 1. ff. de reb. dub.* quo ſenſu dicimus vniuerſitatem delinquere, nam quatenus eſt perſo-

ſona ficta delictum perpetrare non poteſt nam anima caret, & abſque voluntate non delinquitur *l. 1. §. 1. ff. ſi quadrup. pauper. fecīſ. dicat. l. 1. §. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs, l. cum antè 23. §. Excipitur, el 1. ff. de ædilit. edict.* Sic etiam accipitur, cum agitur de Eccleſiaſtico interdicto, ſiquidem interdicta vniuerſitate, ſinguli de illa manent interdicti, vt paulo inferiùs probabimus. Nullo tamen modo vniuerſitas poteſt excomunicari, vt dictum eſt nuper, *nu. 138.* De qua diſtinctione vniuerſitatis, Alter *ſup. verſ. Tertiò collegium.*

142 Idem iuris erit ſi excõmunicentur omnes ciues alicuius ciuitatis, nam hæc excõmunicatio ad vniuerſitatem refertur, argumẽt. *l. 2. ff. de verb. dub.* Debẽt igitur ſinguli nominatim excõmunicari, aut ſub aliqua certa demonſtratione, per quam ſolum qui delinquerint, comprehendantur, vt ſi dicatur: *Excommunico ciues Mediolanenſes, qui hoc facinus admiſerunt, vel admiſerint*, nam per huiuſmodi formam prouidetur, ne inſontes puniantur, ita P. Suar. *de cenſur. diſp. 5. ſect. 2. n. 2.* Bonacin. *ſup. d. n. 11. verſ. Dixi.*

143 Ex præmiſsis apparet, rectè à D. Couar. vt defectuoſã reijci rationẽ à Canoniſtis traditam, quam nouiſsimè ſequitur Viuian. *d. c. 4. n. 15.* nã etſi vniuerſitas in abſtracto cõſiderata careat anima tamẽ, in cõcreto accepta cũ homines contineat, qui animam habent, capax eſt excommunicationis, quæ in ſingulos de communitate redundet, ſed hoc prohibetur *in d. §. In vniuerſitatem*, vbi Pontifex loquitur de vniuerſitate in concreto, vt patet ex ratione, quæ in eo textu redditur, & aduertit Pat. Suar. *diſp. 18 ſect. 2. n. 2.*

Verſ. *Fortaſsis ea eſt ratio*

144 Ratio hæc tradita à Pontifice, *in d. § In vniuerſitatem*, quam D. Couar. exornat, ab omnibus communiter probatur, quoniã iniquum foret, vt Innocentes tam graui pœna ſpirituali tenerẽtur, P. Suar. *d. diſp. 18. ſect. 2. n. 3.* Bonacin. *d. n. 11.* Alter *ſup. verſ. Reſpondeò ad dubitationem*, & alij laudati *ſup. n. 137.*

Ibi: *Culpa mortalis criminis perpetratum.*

145 Excommunicatio maior niſi pro culpa mortali nequit imponi, P. Suar. *d. diſp. 5. ſect. 3 per tot.* Bene *ſup. tom. 2. cap. 19. dub. 25. n. 2.* Gutier. *Canonicar. lib. 1. cap. 7. n. 23. 24.* Sanch. *in Decalog. lib. 2. c. 8. n. 7* Menoch. *caſ. 898. n. 14.* Nauar. *in manual. c. 27. n. 9* Mar. Alter. *de cẽſur. lib. 3. diſp. 1. cap. 1. in princip.* Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 96. n. 28.* D. Couar. *in c. alma mater, p. 1. § 9. n. 1.* Diu. Thom. *in 4. diſt. 18. q. 2. art. 1.* Salas *de legib. diſp. 16. ſect. 9. ad fin.* Filliuc. *tract. 11. cap. 6. q. 1.* Bonacin. *d. tract. de cenſur diſp. 1. q. 1. punct. 3. propoſit. 3. n. 6.* Pat. Vazq. *tom. 4. in 3. p. dub. 12. de excommunicat. n. 2.* Dian. *p. 3. tract. 5. reſolut. 66.* Rationem reddit Mar. Alter. ex D. Thoma, quia ſcilicet cum per excõmunicationem homo ab ingreſſu Regni Cœleſtis excludatur iuxta illud Matth. 18. ibi: *Quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c.* Quæ verba etiam ad poteſtatem ligandi per cenſuras in foro exteriori referuntur, vt notat ibidem D. Auguſtin. Mar. Alter *p. 1. diſp. 37. lib. 1. cap. 1. verſ. Et ad dubitationem.* Caſtr. *aduerſ. hæreſ. lib. 6. verb. excommunicatio*, Ludou. Magon. *in clyp. militant. Eccleſ. verb. Excommunicatio*, nequit talis pœna infligi, niſi præcedat culpa, quæ illa digna ſit, qualis eſt peccatum lethale.

146 Sed quanuis aliquis peccatum mortale peractum omninò internum perpetret cenſura hac ligari non poteſt, quoniam Eccleſia ob actus merè internos poteſtatem coercendi non habet, Mar. Alter. *d. lib. 3. diſp. 1. cap. 2. verſ. Modò his annotatis*, Diana *p. 5. tract. 9. reſolut. 48.* Vnde ſi quis ita leuiter Clericum percuſſerit, vt duntaxat venialiter peccet, iuxta actionem exteriorem, excommunicationem non incurret, quanquam ex prauo animo grauiter offendendi culpam mortiferam admittat, Sa *in ſumm. verb. excommunicatio, in explicat. Bull. Cœnæ, num. 3.* Enriq. *lib. 6. de pœnitent. cap. 14. num. 6. & lib. 13. de excommunicat. cap. 17. num. 2.* Sanchez *vbi proximè*, Gutier. *ſup. dict. lib. 1. cap. 5. num. 13.* Emman. Rodrig. *in ſumma, tom. 1. cap. 80. num. 8. in 2. edit.*

147 Si autem ſententia maioris excommunicationis proferatur pro peccato veniali, erit ipſo iure nulla, Pat. Suarez *dict. ſect. 3. num. 7.* Nec valebit, quanuis Pontifex eam ferat, Idem Suarez *num. 4.*

Ibi:



Ibi: *Ex quibus apparet excommunicationem poſſe.*

148 De hoc diximus *ſup. n. 142.* Et ita tenẽt communiter DD. quia ceſſat ratio *d. §. In vniuerſitatem*, cum ſolùm delinquentes pœna afficiantur, Mar. Alter. *d. lib. 3. diſpt. 10. cap. 6. verſ. Dico tertiò.*

Ibi: *Eàdem ratione etiamſi.*

149 De hac quæſtione an ſcilicèt ſententia excommunicationis in vniuerſitatem prolata teneat, vt nocentes liget, agit latè Mar. Alter. *d. c. 6.* & omninò non valere reſoluit, niſi à Põtifice feratur, *verſ. Reſpondeò ad dubitationem*, & *verſ. Dicò ſecundò*, quòd veriùs, ac receptius eſt, quanuis à quocunque latam tenere culpabiles, ſentiant Cened. *d. collect. 25. n. 3.* Zerol. *in prax. Epiſcop. part 2. verb excommunicatio, verſ. 7.* quos refert Barboſ. *in collectan. ad d. cap. Romana, in fine.*

Num. 10.

150 Interdicto Eccleſiaſtico affici poteſt cõmunitas, vt Collegium, Ciuitas, propter eius delictum, aut Superioris Eccleſiaſtici, vel ſecularis, qua cenſura etiam innocentes ligantur, Dian. *part. 5. tract. 9. reſolut. 38.* Valent. *tom. 4. diſp. 7 q. 17. punct. 4.* Tuſch. *lit. I concl. 276. n. 5. & lit. V. cõcluſ. 266. n. 5.* Pat. Suarez *diſp. 32. ſect. 2. n. 11.* D. Couarr. *in d. cap. alma mater, p. 2. § 1. n. 4* Bonacin. *ſup. verſ. Dixi*, Coninch. *de Sacrament. tom. 2 diſp. 13. dub. 6. nu. 46.* Vgolin. *ſup. tab. 2. cap. 26.* Aug. Barb. *in collect. ad cap. ſi ſententia, n. 4. de ſentent. excommun. in 6.* Mar. Alter. *tom. 2. tract. de interdict. diſp. 1. cap. 5. verſ. Reſpondeò per interdictum*, Menoch. *d. caſ. 598. n. 21.*

151 Impuberes etiam interdicto aſtringũtur, modò vſum rationis habeant, qui ad peccatum ſufficit, Pat. Suar. *diſp. 36. ſect. 2. n. 7.* Bene *ſup. cap. 13. dub. 3. in fin.* D. Couarr. *d. part. 2. § 4. n. 5. verſ. Duodecimò*, Azor. *tom. 1. lib. 7. cap. 41. q. 10.* Henriq. *lib. 13. de irregularit. cap. 3. n. 4. in gloſ. lit. Z.* Salas *de legib. diſp. 14. ſect. 13. n. 226.* Sanch. *ſup. lib. 1. cap. 12. n. 10.* Sed pœnas aduerſus violantes interdictum iure impoſitas nõ incurrũt, vt aduertit Bene *vbi proximè*. Infantes verò, amentes, alijue rationis expertes pœnæ non ſubijciuntur, interdictique nullomodo cenſentur, quare poterunt Diuinis adeſſe, nam talis aſsiſtẽtia rationalis non eſt, quæ ſola prohibetur, Sanch. D. Couar. *vbi proximè*, Bene *n. 16.* Bonacin. *d. tract. de cenſur. diſp. 5. punct. 1. n. 21.* Auila *eod. tract. p. 5. diſp. 1. dub. 4. concl. 6.* Mar. Alter *ſup. cap. 5. verſ. Ex his.* Dubitatur tamen an cadauera huiuſmodi perſonarum poſsint in Eccleſia non interdicta ſepeliri, cum interdictum perſonale generale eſt, ſed non locale, negant Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. quod in te, n. 10. de pœnit.* Alter. *verſ. Secundò dico*, Bene *vbi proximè* Bonacin. *punct. 5. n. 9.* qui alios allegant, ſed contrarium tenet Suarez *d. ſect. 1. n. 8.* quod rectè probat, & planè deducitur ex traditis infrà *num. 161.*

Interdicta ciuitate, etiam ciues abſentes tempore interdicti ligãtur, Bonacin. *d. punct. 1. n. 19* Alter. *verſ. Reſpondeò etiã.* Quod fallit, quando quis habet duplex domicilium, vnum in loco interdicto, & alibi alterum, nam ſi non habitet, vbi eſt interdictum, eo nõ innodatur, Bonacin. *n. 20.* Syluest. *verb. interdictum 2. n. 13.* P. Suar. *diſp. 32. ſect. 2. n. 16.* Dian. *p. 5. tract. 10. reſolut. 70.* De quo videri poſſũt multi, quos laudat Bonacin. Sed populo interdicto Clerus non comprehenditur, *c. ſi ſententia 16. de ſentent. excommunicat. in 6* D. Couar. *ſup. p. 2. § 1. n. 7.* Federic. de Senis *conſ. 32.* Bonacin. *punct. 1. n. 15.* Tuſch. *d. concl. 276. n. 6.* Alter. *verſ. Quintò, dubitari*, & alij communiter. 152

Ibi: *Nam iſthæc pœna ſpiritualis non eſt.*

Interdictum pœnam ſpiritualem cõmuniter DD. dicunt, cum priuet hominem bonis ſpiritualibus: aſsiſtentia ſcilicèt Diuinorum, Eccleſiaſtica ſepultura, ac quorundam Sacramentorum perceptione, & ita eam appellant Bonacin *punclo 2. num. 5.* Pat. Suarez *diſput. 38. ſect. 1. num. 1.* qui *diſput. 36. num. 10.* D. Couarr. expreſsim impugnat aſſerens, ideò innocentes hac pœna teneri, quia bona, quæ interdictum aufert, non ſunt ſimpliciter neceſſaria, & alijs modis eorum iactura poteſt reſarciri, & alia circa hoc videnda tradit, ex *d. n. 10.* Adde *gloſ. in d. cap. ſi ſententia verb. interdicti.* Sed D. Couarr. aſſertio ſic defendi poteſt, vt dicamus interdictum non eſſe pœnam ſpiritualem, quia non aufert ea, quæ de neceſsitate ad ſalutem æternam deſiderantur, vt Suarez ait. 153

Ibi: *Vndè ciuibus interdictis.*

154 Cōſtituens domicilium in Ciuitate generali perſonali interdicto affecta cenſurā hanc incurrit, Pat. Suar. *diſp* 38. *ſect.* 1. *n.* 16. Tuſch. *vbi proximè n.* 13. Bonacin. *punct.* 1. *n.* 19. Senis *ſup n.* 5. *verſ. Sed ſi non eſſent*, Alber. *verſ. Reſpondeo durante*, Palud. *in* 4. *diſt* 18. *quæſt.* 8. *art.* 1. *§. Quoad ſecundum*, quod limita ſi iam omnibus extinctis ciuibus interdictis, alij ad eandem Ciuitatem habitandam accedant, ibique domicilium conſtituant, Alter. *verſ Reſpondeo cum dicimus.*

155 Similiter puer, qui erat vſus rationis expers tempore, quo cœpit ciuitas eſſe interdicta, quamuis tunc non innodetur cenſura, vt nuper aiebamus, tamen ſi interdicto durante vſum illum habuerit, interdicto deinde ſubiacebit, Pat. Suar. *diſp.* 36. *ſect.* 2. *n* 9. Bonacin. *vbi proximè.* Idem de amente dicendum eſt, ſi reſipiſcat, cum eadem militet ratio.

Ibi: *Sic è contrario ciuis interdictus.*

156 Ciuis ſub generali interdicto populi comprehenſus, qui nullam cauſam tribuit, ſeu culpam admiſit, aliò domiciliū transferens à cēſura liberatur, Pat. Suar. *diſp.* 38. *num.* 16. 18. D. Couar. *ſup. num* 6. *verſ Quod ſi perſonæ*, Syluest. *vbi proximè à n.* 10. Bonacin. *d. n.* 19. Tuſch. *d. conc.* 276. *n.* 19. Sen. *ſup. n* 4. 5. *verſ. Simile eſt, & verſ. Si non eſſent.* Alter. *verſ Secundò hoc.*

157 Idem eſt, ſi communitas diſſoluatur, nam inculpabiles ab interdicto immunes remanent, Pat. Suar. *vbi proximè n.* 15. eàdem ratione poteſt dici à cenſura eximi, qui durante interdicto, quo ligatur, in amentiam incidit, nam hic adeſſe Diuinis minimè prohibebitur, cum eius aſſiſtentia rationalis non ſit, quæ ſolùm eſt vetita, vt ex Sanch. diximus *ſup. num.* 151. ſepeliri verò propter ſuperuenientem amentiam in loco ſacro non poterit, niſi mentis compos poſſet, quia priuatio ſepulturæ reſpicit cadauer, quod anima, rationeque caret, ſufficitque aliquando hominem hanc cenſuram incurriſſe, vt ſacræ ſepulturæ tradi nequeat eius cadauer, niſi abſoluatur, quamuis in eo, qui à tēpore impoſiti interdicti mentis erat impos aliud probauerimus *d. n.* 151. quod optime conuincit ratio, quàm affert Bonacin. *punct.* 5. *n.* 9. à nobis laudatus *ibidem.*

158 Aliter omnia præmiſſa ſe habere, familia interdicta, putat Bonacin *d. punct.* 1. *num.* 16. inquit enim, accedentem ad familiam interdictam, vt familiaris fiat, non interdici, è contra qui à familia eadem diſcedit, non eximi cenſura, quamuis ſit inculpabilis; quia hoc interdictum generale non eſt, Alter. *verſ. Vt ſciamus.* Sed hæc ratio non omnino conuincit, cum quoad perſonas de familia generale ſit interdictum.

Ibi: *Primùm quod ſi iudex.*

Interdicta ciuitate interdicto perſonali, etiam per conſequentiam cenſetur locus eidem cenſuræ ſubijci, ita vt in eo nequeant, adhuc excluſis interdictis, Diuina celebrari. Hoc tenet itidem, ac latè probat D. Couar *d. §.* 1. *num* 7. *verſ. Secundò hic eſt adnotandum*, Valent. *tom.* 5. *diſp.* 7 *punct.* 2. *verſ* Quartò, Nauar. *ſup. cap* 27. *num.* 168. Tuſch *num.* 12 pro quibus facit *text. in cap quod nonnullis* 25. *de priuileg.* cui tamen reſponderi poteſt, ibi ſermonem eſſe de interdicto locali, vt patet ex verbis: *Commune terræ*, quæ ad loca referuntur, *cap. cū in partibus, §. vlt. de verb ſignificat.* 159

Contrarium verò aduerſus D. Couar. docet Alter. *ſup. cap* 6. *verſ. Verùm contraria*, Domin. Sot. *diſt.* 22. *quæſt.* 3. *art.* 1. Pat. Suar. *diſp* 32 *ſect. vlt. num.* 32. vbi latè probat adducens *cap.* 1. *de vſur. in* 6. quod ſanè *gloſ. ibi verb. ipſorum*, rectè interpretatur, nam illud. *Terræ ipſorum*, non denotat, generali interdicto perſonali eſſe locale addēdum, ſed quod propter contumaciam vniuerſitatis interdictæ, cenſura extenderetur ad omnes, qui eius iuriſdictioni ſubijciuntur, & ita eueniet, vt propter culpam Superioris innocentes plectantur. Poſſet nihilominus hæc ſententia vt æquior defendi, ne pœnarum extenſio concedatur. 160

Ibi: *Secundùm, is, qui habitat in loco interdicto.*

Interdicto generali perſonali ligatus, qui culpæ reus non eſt, poteſt in loco Sacro non interdicto ſepeliri, *gloſ. in clement.* 1. *verb. nominatim de ſepultur.* Dian. *part* 5. *tract.* 10. *reſolut* 66. Pat. Suar. *diſp.* 35 *ſect.* 3. *nu.* 2. vbi probat ex *extrauagāt. ad euitanda*, Cornej. *de interdict. diſp.* 3. *§.* 5 *quæſt.* 2. Mar. Alter. *diſp.* 6. *cap.* 5. *verſ. Si autem loquamur*, Bonacin. *d. punct.* 5. *n.* 4. Vgolin. *tab.* 5. *cap.* 9. *§* 4. & alij. Atque ita ampliandum eſt, quod D. Couar. docet in præſenti, nam à fortiori qui nullo modo interdictus eſt, etſi decedat in loco, vbi eſt interdictum generale locale, aut perſonale, poterit ad locum nō interdictum deferri, vt ibi ſacræ ſepulturæ tradatur, ſic tenent Alter. *vbi proximè diſp.* 1. *verſ. Dicimus ſecundò*, Bonacin. *num.* 5. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 44. *num.* 4. Reginald. *lib.* 32. *tract.* 3. *cap.* 28. *num.* 37. Pat. Suar. *diſp.* 35. *ſect.* 1. *num.* 3. 161



Verſ. *His omnibus accedit.*

162 Cum Scyllaceni duos Epiſcopos ſuos continuò interfeciſſent, Gelaſius Papa *in cap. ita noſ. vlt.* 25. *quæſt.* 2. decreuit, vt ciuitas illa dignitate Sedis Epiſcopalis priuaretur, ex quo textu notant communiter DD. quamcunque ciuitatē, quæ proprium occiderit Paſtorem, ſimiliter eſſe puniēdam, modò ille iam fuiſſet in Epiſcopum conſecratus, de quo Ricciul. *de iur. perſonar. ext. grem. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 9. Bonacin. *ſup. punct.* 6. *num.* 3. Farinac. *in prax. tom.* 1. *quæſt.* 112. *inſpect.* 2. *num.* 131. Baiard *in addit. ad Clar. §. fin. quæſt.* 77. *num.* 29. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 598. *num.* 22. idem docet, ſi communitas Cardinalem interficiat, Fariuac. *quæſt.* 24. *n.* 122. ſimiliter plectitur, ſi impediat Inquiſitoribus munus ſuum exercere, vel Summi Pontificis electionem fieri, *cap. ad abolendam §. Ciuitas de hæretic. cap. vbi periculū* 3. *§. Ciuitas de elect. in* 6. Menoch. *num.* 23. 24.

# AD CAPVT Nonum.

## SVMMARIVM.

1 *Pœna eſt commenſuranda delicto.*
2 *De talionis pœna, & n.* 3. 4. 5.
6 *Iudex qua pœna teneatur, qui perperàm iudicat in cauſa criminali, & n.* 7. 8.
9 *Quando obijcientes crimina in iudicio ad inſcriptionem tenebantur.*
10 *Inſcriptio quid ſit, & qua forma fiebat.*
11 *Accuſatores olim non probantes pœnam obiecti criminis ſuſtinebant, hodiè iudicis arbitrio coercentur.*
12 *Calumniator punitur ex actis iudicij, in quo calumniatus eſt.*
13 *Teſtis, qui in cauſa, ex qua pœna corporalis eſt irroganda, falſo contra innocentem depoſuit, quomodo plectatur; & num.* 14. 15.
16 *Homicidium qua pœna ſit dignum, & an valeat ſtatutum pecuniariam tantùm pro illo inferens? vſque ad num.* 26.
22 *In coercendis delictis potius in lenitatem, quam in rigorem propendendum.*
23 *Grauiora delicta acriùs punienda.*
24 *Iactura maxima patrimonij grauis pœna exiſtimatur.*
25 *Occidens in rixa extempore quomodo puniatur, & n.* 26.
27 *Pro defenſione honoris licet iniuriantē occidere in continenti.*
28 *Pœna minuitur ei, qui poſt multum temporis punitur, vſque ad n.* 34.
35 *Sacri eloquij interpretatio traditur.*
36 *Nobilis quando mitius, vel acrius puniatur, quam plebeius, ad n.* 40.
41 *Quæ perſonæ torqueri non poſsint, ad num.* 45.
46 *Quæ probatio requiratur nobilitatis, vt reus non torqueatur.*
47 *Torqueri qui non poſſunt, quando metus torturæ eis licitè inferatur.*
48 *Confeſſio tormentis, aut metu eorum extorta à perſona priuilegiata non tenet.*
49 *Nobilis ſuo priuilegio renunciare non poteſt, vt torqueatur.*
50 *Priuilegiati pro quibus delictis tormentis ſubijciantur.*
51 *Nobiles ignominioſè plectendi non ſunt, limita, n.* 53. 57. 58.
52 *Reus leſæ Maieſtatis torquetur nullo obſtante priuilegio.*
54 *Nobilis reus leſæ Maieſtatis in Hiſpania decapitatur.*
55 *Furcarum ſupplicium de capitatione lenius, ſed turpius.*
56 *Diuites nobilium priuilegijs nō gaudeant.*
59 *Mandans & exequens delictum pariter puniuntur, limitatur ibi, & etiam quoad conſulentem, & auxiliantem, n.* 60.
61 *Qui non habet in bonis, vel honore caret, luit.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ibi: *Vndè ciuibus interdictis.*

154 Cõſtituens domicilium in Ciuitate generali perſonali interdicto affecta cenſurà hanc incurrit, Pat. Suar. *diſp* 38. *ſect.* 1. *n.* 16. Tuſch. *vbi proximè n.* 13. Bonacin. *punct.* 1. *n.* 19. Senis *ſup n.* 5. *verſ. Sed ſi non eſſent*, Alber. *verſ. Reſpondeo durante*, Palud. *in* 4. *diſt* 18. *quæſt.* 8. *art.* 1. §. *Quoad ſecundum*, quod limita ſi iam omnibus extinctis ciuibus interdictis, alij ad eandem Ciuitatem habitandam accedant, ibique domicilium conſtituant, Alter. *verſ Reſpondeo cum dicimus.*

155 Similiter puer, qui erat vſus rationis expers tempore, quo cœpit ciuitas eſſe interdicta, quanuis tunc non innodetur cenſura, vt nuper aiebamus, tamen ſi interdicto durante vſum illum habuerit, Interdicto deinde ſubiacebit, Pat. Suar. *diſp.* 36. *ſect.* 2. *n* 9. Bonacin. *vbi proximè.* Idem de amente dicendum eſt, ſi reſipiſcat, cum eadem militet ratio.

Ibi: *Sic è contrario ciuis interdictus.*

156 Ciuis ſub generali interdicto populi comprehenſus, qui nullam cauſam tribuit, ſeu culpam admiſit, aliò domiciliũ transferens à cẽſura liberatur, Pat. Suar. *diſp.* 38. *num.* 16. 18. D. Couar. *ſup. num* 6. *verſ Quod ſi perſonæ*, Syluеſt. *vbi proximè à n.* 10. Bonacin. *d. n.* 19. Tuſch. *d. conc.* 276. *n.* 19. Sen. *ſup. n* 4. 5. *verſ. Simile eſt, & verſ. Si non eſſent.* Alter. *verſ Secundò hoc.*

157 Idem eſt, ſi communitas diſſoluatur, nam inculpabiles ab interdicto immunes remanent, Pat. Suar. *vbi proximè n.* 15. eàdem ratione poteſt dici à cenſura eximi, qui durante interdicto, quo ligatur, in amentiam incidit, nam hic adeſſe Diuinis minimè prohibebitur, cum eius aſſiſtentia rationalis non ſit, quæ ſolùm eſt vetita, vt ex Sanch. diximus *ſup. num.* 151. ſepeliri verò propter ſuperuenientem amentiam in loco ſacro non poterit, niſi mentis compos poſſet, quia priuatio ſepulturæ reſpicit cadauer, quod anima, rationeque caret, ſufficitque aliquando hominem hanc cenſuram incurriſſe, vt ſacræ ſepulturæ tradi nequeat eius cadauer, niſi abſoluatur, quanuis in eo, qui à tẽpore impoſiti interdicti mentis erat impos aliud probauerimus *d. n.* 151. quod optime conuincit ratio, quàm affert Bonacin. *punct.* 5. *n.* 9. à nobis laudatus *ibidem.*

158 Aliter omnia præmiſſa ſe habere, familia interdicta, putat Bonacin *d. punct.* 1. *num.* 16. inquit enim, accedentem ad familiam interdictam, vt familiaris fiat, non interdici, è contra qui à familia eadem diſcedit, non eximi cenſura, quanuis ſit inculpabilis; quia hoc interdictum generale non eſt, Alter. *verſ. Vt ſciamus.* Sed hæc ratio non omnino conuincit, cum quoad perſonas de familia generale ſit interdictum.

Ibi: *Primùm quod ſi iudex.*

Interdicta ciuitate interdicto perſona- 159
li, etiam per conſequentiam cenſetur locus eidem cenſuræ ſubijci, ita vt in eo nequeant, adhuc excluſis interdictis, Diuina celebrari. Hoc tenet itidem, ac latè probat D. Couar *d.* §. 1. *num* 7. *verſ. Secundò hic eſt adnotandum*, Valent. *tom.* 5. *diſp.* 7 *punct.* 2. *verſ* Quartò, Nauar. *ſup. cap* 27. *num.* 168. Tuſch *num.* 12 pro quibus facit *text. in cap. quod nonnullis* 25. *de priuileg.* cui tamen reſponderi poteſt, ibi ſermonem eſſe de interdicto locali, vt patet ex verbis: *Commune terræ*, quæ ad loca referuntur, *cap. cũ in partibus*, §. *vlt. de verb ſignificat.*

Contrarium verò aduerſus D. Couar. 160
docet Alter. *ſup. cap* 6. *verſ. Verùm contraria*, Domin. Sot. *diſt.* 22. *quæſt.* 3. *art.* 1. Pat. Suar. *diſp* 32 *ſect. vlt. num.* 32. vbi latè probat adducens *cap.* 1. *de vſur. in* 6. quod ſanè *gloſ. ibi verb. ipſorum*, rectè interpretatur, nam illud. *Terræ ipſorum*, non deuotat, generali interdicto perſonali eſſe locale addẽdum, ſed quod propter contumaciam vniuerſitatis interdictæ, cenſura extenderetur ad omnes, qui eius iuriſdictioni ſubijciuntur, & ita eueniet, vt propter culpam Superioris innocentes plectantur. Poſſet nihilominus hæc ſententia vt æquior defendi, ne pœnarum extenſio concedatur.

Ibi: *Secundùm, is, qui habitat in loco interdicto.*

Interdicto generali perſonali ligatus, 161
qui culpæ reus non eſt, poteſt in loco Sacro non Interdicto ſepeliri, *gloſ. in clement.* 1. *verb. nominatim de ſepultur.* Dian. *part* 5. *tract.* 10. *reſolut* 66. Pat. Suar. *diſp.* 35 *ſect.* 3. *nu.* 2. vbi probat ex *extrauagãt. ad euitanda*, Cornej. *de interdict. diſp.* 3. §. 5 *quæſt.* 2. Mar. Alter. *diſp.* 6. *cap.* 5. *verſ. Si autem loquamur*, Bonacin. *d. punct.* 5. *n.* 4. Vgo-



Vgolin. *tab.* 5. *cap.* 9. § 4. & alij. Atque ita ampliandum eſt, quod D. Couar. docet in præſenti, nam à fortiori qui nullo modo interdictus eſt, etſi decedat in loco, vbi eſt interdictum generale locale, aut perſonale, poterit ad locum nõ interdictum deferri, vt ibi ſacræ ſepulturæ tradatur, ſic tenent Alter. *vbi proximè diſp.* 1. *verſ. Dicimus ſecundò*, Bonacin. *num.* 5. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 44. *num.* 4. Reginald. *lib.* 32. *tract.* 3. *cap.* 28. *num.* 37. Pat. Suar. *diſp.* 35. *ſect.* 1. *num.* 3.

Verſ. *His omnibus accedit.*

162 Cum Scyllaceni duos Epiſcopos ſuos continuò interfeciſſent, Gelaſius Papa *in cap. ita noſ. vlt.* 25. *quæſt.* 2. decreuit, vt ciuitas illa dignitate Sedis Epiſcopalis priuaretur, ex quo textu notant communiter DD. quamcunque ciuitatẽ, quæ proprium occiderit Paſtorem, ſimiliter eſſe puniẽdam, modò ille iam fuiſſet in Epiſcopum conſecratus, de quo Ricciul. *de iur. perſonar. ext. grem. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 9. Bonacin. *ſup. punct.* 6. *num.* 3. Farinac. *in prax. tom.* 1. *quæſt.* 112. *inſpect.* 2. *num.* 131. Baiard. *in addit. ad Clar.* §. *fin. quæſt.* 77. *num.* 29. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 598. *num.* 22. idem docet, ſi communitas Cardinalem interficiat, Farinac. *quæſt.* 24. *n.* 122. ſimiliter plectitur, ſi impediat Inquiſitoribus munus ſuum exercere, vel Summi Pontificis electionem fieri, *cap. ad abolendam* §. *Ciuitas de hæretic. cap. vbi periculũ* 3. §. *Ciuitas de elect. in* 6. Menoch. *num.* 23. 24.

# AD CAPVT Nonum.

## SVMMARIVM.


1 *Pœna eſt commenſuranda delicto.*
2 *De talionis pœna, & n.* 3. 4. 5.
6 *Iudex qua pœna teneatur, qui perperàm iudicat in cauſa criminali, & n.* 7. 8.
9 *Quando obijcientes crimina in iudicio ad inſcriptionem tenebantur.*
10 *Inſcriptio quid ſit, & qua forma ſiebat.*
11 *Accuſatores olim non probantes pœnam obiecti criminis ſuſtinebant, hodie iudicis arbitrio coercentur.*
12 *Calumniator punitur ex actis iudicij, in quo calumniatus eſt.*
13 *Teſtis, qui in cauſa, ex qua pœna corporalis eſt irroganda, falſo contra innocentem deponit, quomodo plectatur; & num.* 14. 15.
16 *Homicidium qua pœna ſit dignum, & an valeat ſtatutum pecuniariam tantùm pro illo inferens? vſque ad num.* 26.
22 *In coercendis delictis potius in lenitatem, quam in rigorem propendendum.*
23 *Grauiora delicta acriùs punienda.*
24 *Iactura maxima patrimonij grauis pœna exiſtimatur.*
25 *Occidens in rixa extempore quomodo puniatur, & n.* 26.
27 *Pro defenſione honoris licet iniuriantẽ occidere incontinenti.*
28 *Pœna minuitur ei, qui poſt multum temporis punitur, vſque ad n.* 34.
35 *Sacri eloquij interpretatio traditur.*
36 *Nobilis quando mitius, vel acrius puniatur, quam plebeius, ad n.* 40.
41 *Quæ perſonæ torqueri non poſſint, ad num.* 45.
46 *Quæ probatio requiratur nobilitatis, vt reus non torqueatur.*
47 *Torqueri qui non poſſunt, quando metus torturæ eis licitè inferatur.*
48 *Confeſſio tormentis, aut metu eorum extorta à perſona priuilegiata non tenet.*
49 *Nobilis ſuo priuilegio renunciare non poteſt, vt torqueatur.*
50 *Priuilegiati pro quibus delictis tormentis ſubijciantur.*
51 *Nobiles ignominiosè plectendi non ſunt, limita, n.* 53. 57. 58.
52 *Reus læſæ Maieſtatis torquetur nullo obſtante priuilegio.*
54 *Nobilis reus læſæ Maieſtatis in Hiſpania decapitatur.*
55 *Furcarum ſupplicium de capitatione lenius, ſed turpius.*
56 *Diuites nobilium priuilegijs nõ gaudeant.*
59 *Mandans & exequens delictum pariter puniuntur, limitatur ibi, & etiam quoad conſulentem, & auxiliantem, n.* 60.
61 *Qui non habet in bonis, vel honore caret, luit.*


UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

luit in corpore, limitat. num. 64.
62 Habens in bonis non auditur volens potiùs corpore luere, quàm pœnam ſoluere.
63 Nobilibus pœna pecuniaria propter inopiam incorporalem commutanda non eſt.
65 De pœna abſciſsionis manus, aut alterius membri, & n. 66 67.
68 Reus in aliqua arte, vel ſciētia inſigni pœna mortis irroganda non eſt, vſquè ad num. 72.
73 De pœnis furti latiſsimè agitur ad n. 100.
94 Delinquentes publica authoritate interficere licet.
101 Iudex poteſt, iuſta exiſtente cauſa, pœnas legis lenire, vel aggrauare, de quo ad num. 129.
116 Iudices Eccleſiaſtici an poſsint pœnas pecuniarias pro delictis irrogare? ad n. 120
121 Quibus applicandæ, vſque ad n. 124.
125 Epiſcopi vtrum fiſcū habeant, & n. 126.
127 Epiſcopus, eiuſve Vicarius Fiſcalē creare poteſt.
128 Bona Clerici hæretici cui applicentur, ad num. 130 quid in Hiſpania, n. 136.
131 Bona hæreticorum cui applicentur, ad num. 137.
138 Iudex Eccleſiaſticus ſi confiſcationem bonorum hæretici in ſentētia omittat poteſt Fiſcus eius bona occupare.

## Pœna quomodò commenſuranda delicto, facti, & perſonarum qualitate perpenſa.

1 Inter delicta, & pœnas proportionem eſſe ſeruandam, ne ſtatera iuſtitiæ perperam in lenitatem, aut ſæuitiam incliner, ratio naturalis ſuadet. Sic primus homicida, quod fratrem peremerat, ſe occidēdum pertimuit, ſupplicium ſimile ſceleri expectans, Geneſ. 4. verſ. 14. *Omnis igitur, qui viderit me, occidet me.* Quod vtique tū Diuino, tum humano iure cernimus cōprobatum, Leuitic. 24. verſ. 19. *Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum; ſicut fecit, ſic fiet ei*, Apocalipſ. cap. 13. verſ. 9. *Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet*, & cap. 18. verſ. 7. *Quantùm glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantùm date illi tormentum, & luctum.* cap. 2. in fine, de ijs, q. ſiunt à maior. part. capit. cap. vlt. §. Illud autem, de pœn. in 6. Clement. 1. §. Nec ſuper eod. tit. cap. non afferamus 21. 24. quæſt 1. cap. quærat hic 44. de pœnitent. diſt. 3. Trident. ſeſ. 24. cap. 8. l. 5. in fine, tit. 9. lib. 3. Recopilat. l. vlt. tit. 6. part. 7. l. 8. tit. 31. ead. part. l. reſpiciendum 11. ff. de pœn. l. vnic. §. Quæ multo, C. de rapt. virgin. Authent. omnes peregrini, in fine, C. commun. de ſucceſſion. Notant D. Thom. 2. 2. quæſt. 39. art. 2. ad 1. Pat. Suar. de cenſur. diſp. 36. ſect. 3. num. 5. & in opuſcul. diſp. de iuſt. Dei ſect. 5. n. 17. vbi de iuſtitia Diuina, Cardin. Tuſch. practicar. concluſion. lit. P. conc. 211. num. 1. Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſtic. tom. 2. cap. 10. dub. 4. num. 22. Card. Lug. de iuſt. & iur. diſp. 1. ſect. 3. n. 58. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 266. nu. 1. Pat. Vazq. in 1. 2. tom. 2. diſp. 173. cap. 3. num. 15. Mat. Alte. de cenſur. tom. 1. lib. 5. diſp. 21. cap. 1. verſ. Secundo confirmatur ex illis, Gutier. practicar. lib. 4. quæſt. 16. n. 9. Guazzin. de defenſion. reor. defenſ. 33. cap. 4. num 3. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 6. num. 7. Surd. deciſ. 7. num. 30. 31. Caball. de homicid. num. 209. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 3. num. 29 ad finem, Paz in prax. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 18. Cicer. lib. 1. officior. num. 2. *cauendum eſt etiam, inquit, ne maior pœna, quàm culpa ſit*, Luc. Apulei. lib. 7. aſin. aur. Ibi. *Nec ſectæ collegij, nec manſuetudini ſingulorum, ac nec meæ quidem modeſtiæ congruit, pati vos vltra modum, delictique ſæuire terminum*, Horat. lib. 1. ſatyr. 3.

*Ad ſit*
*Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas,*
*Nec ſcutica dignum horribili ſectare flagello.*

Num. 1.

Talionis meminere multi eam iuſtam eſſe aſſerentes apud Bouad. in Polit. lib. 5. cap. 2. num. 93. lit. L. 2

Ibi: *Sic & lege Moſaica.*

Similiter legitur Leuit. 24. verſ. 20. *Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente reſtituet, qualem inflixerit maculam, talem ſuſtinere cogetur.* 3

Ibi: *Item, & lex duodecim tabularum.*

Hanc duodecim tabularum legem aliter legendam eſſe poſt Cuiac. & Feſtum aſſerit Iacob. Reuard. ad leg. duodec. tab. cap. 25. de iniur. & famoſ. libell. eamque in hunc modum reſtituit: *Si membrum rupérit, ne cum eo pacit, talio eſto.* Circa quam eſt aduertendum, cum, cui membrum rum- 4



pebatur, cogi poſſe iuridicè, vt cum efractore tranſigeret, quòd ſi renueret ille, iudex reum pecuniæ damnabat, qua offenſo perſoluta, talio uitabatur, vt teſtatur Sextus Sæcilius apud Aul. Gelliū noct. Atticar. lib. 20. cap. 1. Pet. Gregor. ſyntagmat. lib. 31. cap. 10. vbi latè de talionis pœna.

Ibi: *Nam licet eam exiſtimet acerbam.*

5 Talio acerba quoque viſa fuit Senecæ de ira lib. 2. cap. 32. *Inhumanum, ait, verbum eſt, & quidem pro iuſto receptum, vltio, & talio non multum differt, niſi ordine.* Ea tanè acerbitas forſan propter duritiam cordis Hebræorum fuit opus, Marc. 10. verſ. 5. quos in virga ferrea regere oportebat, Pſalm. 2. verſ. 9. nam & leges Diuinæ eis, quibus imponuntur, adaptantur, nec ſemper fuit præceptum, quod per ſe melius erat, ſed quod magis expediebat intra iuſtitiæ ac rationis naturalis limina, vt patet in repudio, & alijs, de quibus Matth. cap. 5. à verſ. 20.

Ibi: *Imò, & nunc hanc talionis pœnam.*

6 Iudex, qui omittit iuxta criminis qualitatem pœnam imponere delinquenti, ſuplicium idem ſuſtinet, quod in alium exequi neglexit, l. 20. tit. 6. lib. 3. Recopilat. Greg. Lop. in l. 25. gloſ. 3. tit. 22. part. 3. Clar. in prax. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 85. num. 10. verſ. Caueant, Maranta de ordin. iudicior. part. 6. num. 191. Didac. Perez in l. 1. verſ. Vtrum autē, tit. 1. lib. 8. Ordinam. Ioan. de Platea in l. quoties, C. de exactorib. tributor. lib. 10. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 51. nu. 26. Auil. in cap. 2. Prætor. verb. en juſticia, num. 7. 8. Tiraquel. de pœn. temper. in præfat. num. 9. Bouad. d. lib. 5. cap. 3. num. 30. Gutier. de delict. quæſt. 64. num. 28. Abbas in c. 2. num. 5. de maledic. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 96. n. 11. Tuſch. lit. P. conc. 255. n. 35.

7 Similiter talioni ſubijcitur iudex, qui pœnam grauiorem, quam delictum poſtulat, impoſuerit, aut inſontem damnauerit, l. 25. tit. 22. p. 3. l. 11. tit. 8. part. 7. l. 1. §. Præterea, l. lege 4. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Bald. in l. 1. col. 5. C. ex delict. defunctor. Bouad. vbi proximè, Gregor. Lop. ſup. Auendañ. de exequend. mand. cap. 2. num. 2. verſ. Siquidem, Matienç. in dialog. relator. part. 3. cap. 33. num. 6. Paz d. tom. 1. part. 1. tempor. 1. num. 62. Anton. Gom. ſup. cap. 13. num. 6.

Sed in praxi iniquè iudicans iudicis arbitrio coercetur, vt reſoluunt Menoch. d. lib. 2. caſ. 341. 342. Bouadill. tom. 1. lib. 2. cap. 11. n. 27. 8

Ibi: *Olim ſanè accuſatores regulariter.*

Olim accuſatores per inſcriptionem ad probāda delicta aſtringebantur, Pet. Greg. lib. 32. cap. 7. num. 6. Non ſic inſcribebantur denunciantes, vel per exceptionem crimen in iudicio obijcientes, vt obſeruat Barboſ. in collectan. ad cap. ſuper his 16. nu. 1. de accuſat. vbi probatur, Paz d. part. 5. cap. 2. §. vnic. num. 3. Quanuis calumniâ denunciantem plectendum eſſe, verùm ſit, Aldrete de religioſ. diſciplin. lib. 3. cap. 23. num. 8. Bern. Diaz in prax. crimin. cap. 6. Paz vbi proximè. Nec non qui calumnioſè crimen obijcit excipiendo, vt probauimus, lib. 1. cap. 11. num. 56. in fine. Vnde denunciatores in Gallia debent ſe ſubſcribere libro denunciationum, Pet. Gregor. num. 7. 9

Quid ſit inſcriptio, & qua forma fiebat, diſces à Conſultis in l. libellorum 3. l. ſi cui 7. iuncta gloſ. ibi verb. Perſeueraturos, ff. de accuſat, & à Cuiac. in paratit. ad eundem titul. Pet. Gregor. ſup. d. cap. 7. à num. 2. 10

Quoniam de iure accuſatores ſi in accuſatione deficerent, criminis obiecti pœnam patiebantur, ſeſe ad eam ſubeundam per inſcriptionem aſtringebant, ſed hæc iam ab aula receſſerunt, & calumniator iudicis arbitrio coercetur, vt aduertunt Greg. Lop. in l. 14. gloſ. penult. tit. 1. part. 7. Menoch. ſup. caſ. 322. num. 3. Pichard. in princip. num. 35. inſt. de public. iudic. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 21. num. 141. Gail de pac. public. lib. 1. cap. 9. num. 3. Bouadill. d. lib. 5. cap. 2. num. 93. 94. Paz d. part. 5. cap. 3. §. 6. à num. 51. Farinac. in prax. crim. quæſt. 16. à princip. Ant. Gom. lib. 3. variar. cap. 11. num. 3. verſ. Item adde, & in l. 83. Taur. num. 7. Parlador. different. 139. num. 2. Clar. ſup. quæſt. 81. num. 3. Tuſch. lit. P. conc. 231. num. 3. Pet. Gregor. d. c. 10. n. 3. Guazzin. ſup. defenſ. 3. cap. 13. à princip. Caball. quæſt. crim. caſ. 167. num. 1. 2. Scacc. in tract. crimin. cap. 51. à num. 7. 11

Eſt adnotandum ad punitionem calūniatoris non deſiderari nouā cauſæ cogni- 12

nitionem, ſed ex eiſdem actis accuſationis, quam per calumniam inſtituit, plecti poſſe, Clar. *quæſt 69. num. 9* Parlador. *ſup. num. 3.* & probatur ex *l. 1. C. de calumniatorib.*

Ibi: *Quæ iuſtiſsimè, & hodie ſeruabitur.*

13 Teſtis, qui in cauſa, ex qua corporalis pœna venit infligenda, aduerſus innocentem falsò depoſuerit, talionem debet ſuſtinere. Sic legitur Deuteronom. 19. *à verſ. 18. Cumque diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe cōtra fratrem ſuum mendaciū: reddēt ei, ſicut fatri ſuo facere cogitauit.* & paulò inferiùs, *verſ. 21. Non miſereberis eius, ſed animā pro anima, oculū pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges,* Daniel 13. *verſ. 61. cap. ſatis 33. quæſt. 5. l 4. tit. 17. lib. 8. Recopilat. l. 5. tit. 13. part. 2. l. 26. tit. 11. p. 3. d. l. 11. tit. 8. part. 7.* notant Ioſeph. *lib. 4 antiquitat cap. 6.* Ant. Gom. *d. verſ. Item adde,* Menoch. *caſ. 306. à princip.* Bouad. *ſup lib. 3. cap. 2. num. 78* Gregor. Lop. *in d. l. 26. gloſ. 3.* Dueñas, *reg. 27. ad fin.* D. Couar. *in cap. quanuis, part. 1. § 7. num. 9. in fine, vbi latè, & eruditè de pœna falſi teſtis à num. 6. de pact. lib. 6.* Clar. *ſup. d. lib. 5. §. Falſum, num. 5. & ibi addit. lit. G.* Moncada *ad Crotum de teſtib. part 9. num. 38.* Boſs. *ſup. tit. de oppoſit. cont. teſt. n. 104* Simanc. *de Catholic inſtitut. tit. 64. rubric. de teſtibus num. 160. verſ. Quæ pœna locum habet,* Azeued *in d. l. 4. num. 49. cum ſeqq.* Gom. Arias *in l. 83. Taur. num. 8* Peguera *deciſ. 19. num. 5.* Pet. Greg. *ſyntagmat. lib. 36. c. 5. num. 12.* Baiard. *ad Clar § fin. quæſt 81. num. 1.* Guazzin *defenſ 28 c. 18. à princip.* vbi late, Pet. Caball. *ſup caſ. 165. à num. 12.* Idemque de inducente falſos teſtes in huiuſmodi cauſis docet Guazzin. cum aliis, *num. 7. 8.*

14 Sed, ſecluſo ſtatuto, ſecundùm ius cōmune dubitatur, an non ſequuto effectu punitionis in inſontem falſus teſtis pœnam talionis debeat ſuſtinere? De quo per Farinac. *de teſtib. quæſt. 67 § 1. à num. 15.* qui *num. 17.* reſoluit, pœna arbitraria eſſe puniendum, Guazzin. *n. 3.* Caball. *n. 14. cum aliis.*

15 Quæ æquè procedunt, ſiue teſtis falſum dicat, ſiue interrogatus per dolum veritatem occultet, qua detecta, reus à pœna corporali liberaretur, Tindar. *tract. de teſtib. part. 1. cap. 9. num. 5.* Farinac. *vbi proximè, num. 14.* Nam vtroque modo falſitatis crimen perpetrat. D. Couar. *vbi proximè num. 6.* Angel. *in l. argentarius, §. fin. num. 3. ff. de edend.* Alex. *ibidem col. 1.* Paclan. *ſup. lib. 1. cap. 66. num. 157.* & diximus, *lib. 1. cap. 2. num. 16.*

Num. 2.

Homicidium vltimo ſupplicio plectēdum eſt, Apocalypſ. 13. *verſ. 10. Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi, cap. vlt. 3. diſt. l. 1. l. 3. cū aliis tit. 23. lib. 8. Recopilat. l. 6. tit. 8. part. 7. l. penult ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. ſi quis aliquid 38. §. Qui abortionis, ff de pœn. l. penu t. C. ad leg. Cornel. de ſicar. l. quoniam multa 6. C. ad leg. Iul. de vi, §. Item lex Cornelia de ſicariis, inſt. de publ. c. iudic.* Tuſch *lit. H. conc. 148. nu. 1.* Azeu. *in d. l. 3. Recopilat. num. 2.* Ant. Gom. *d. lib. 3. cap. 3. num. 1.* Menoch. *caſ. 279. in fine,* Iul Clar. *in prax §. Homicidium, num. 18.* Cyriac. *controuerſiar. tom. 2. controu. 355.* vbi ſic ſtatutum eſſe Mantuæ teſtatur, Gregor Lop. *in l. 15. gloſ. 1. tit. 8. part. 7.* Boſs. *ſup. tit. de homicid. num. 109.* Carrer. *in prax. eod. tit. fol. 272.* Pichard. *latè in d. §. Item lex Cornelia, ex num. 4.* Cancer. *variar. part. 2. cap. 11. num. 73.* Pet Gregor. *ſyntagmat. lib. 36. cap. 15. num. 10.* Caball. *de homicid. num. 106.* Farinac. *in prax. tom. 2. quæſt. 126. n 41.* 16

Apud Ægyptios homicidæ mortis pœnam ſuſtinent, Diodor. *lib. 1. cap. 16.* Braſilenſes reum ſtrangulandum tradunt occiſi propinquis, quibus de iure vindicta competit, quòd ſi haberi nequeat, eius filiæ, aut ſorores, vel cognatæ ipſis in ſeruitutem dantur, *Theat. vit. hum. verb. pœna,* vbi de pœna homicidii. Brutum quoque propter hominem occiſum ſimiliter punitur, Exod. 21. *verſ. 28. Si bos cornu percuſſerit virum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, &c.* Burgundiæ ita ſeruari, teſtis eſt Guid. Pap. *deciſ. 238.* qui aſſerit, ſe vidiſſe ſuem furca ſuſpenſum, quia puerum peremerat. Imò inanimata ex eadem cauſa perire iubentur, nam ſtatua quædam cum hominem oppreſsiſſet, vt in mare deiiceretur fuit dānata, vt refert Pet. Greg. *vbi proximè, n. 9.* 17

Ibi. *Deinde quod pœna pecuniaria.*

Non valere ſtatutum, quòd ſola pœna pecuniaria homicidas coerceat, ſuſtinēt Iul Clar. *ſup. n 19.* Tuſch. *n. 12* Guazzin. *de defenſ. reor. defenſ 3. cap. 6. n. 4* Roland. *conſ 98. num. 20. lib. 1. & conſ 3 num 39. lib. 2.* Iacob. Ayrer. *in repet. l. vt vim. part. 2. à num 20. ff. de iuſt. & iur.* Igne. *in l. lege Corneliæ, §. Vlt n. 62. ff. ad Syllania.* & plurimi alii, quos refert Farinac. quem videas *in prax. tom. 2 q. 119. inſpect. 2 n. 27.* Ex quibus conſtat, hanc opinionem valdè communē eſſe, cui ſuffragatur illud Num *cap. 35. verſ. 31. Non accipietis pretium ab eo, qui reus eſt ſanguinis,* 18

19 Quod, cum delicta ſolùm peccuniæ mulcta puniuntur, homines præſertim diuites faciliè delinquant, notant Bouadill. *tom. 1. lib 2 cap. 11. n. 17 in fine,* Farinac, *d. q 119. nu. 36* Huc ſpectat quod de Lucio Neratio refert Gell. *d. cap. 1.* his verbis: *Lucius Neratius fuit egregiè homo improbus atque immani vecordia. Is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus ſuæ palma verberare, cum ſeruus ſequebatur, crumenam plenam aſſibus portitans, & quēcunque depalmauerat, numerari ſtatim ſecūdùm duodecim tabulas quinque & viginti aſſes iubebat.* Etenim acerbitas plerunque viciſcendi maleficii benè atque cautè viuendi diſciplina eſt, vt inquit Gell. *vbi proximè, in fine,* Socrates apud Plutarchū *lib. 2. de legib.* aiebat, ciuitates optimè gubernari, cum iniuſti dant pœnas, & facilitas veniæ incentiuum exhibet delinquendi, *cap. vt Clericorum 13 § 1. de vit. & honeſt. Cleric.* Petr. Greg. *lib. 32. cap. 2. n 3.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 3. q. 18. num. 198.*



20 His accedit, pœnam pecuniariam omni corporali leuiorem eſſe, *l. in ſeruorum 10. in fin. ff de pœn.* Bart. *in l. 1. in fin. ff eod.* Iaſ *in repet. l. admonendi, n. 221. ff. de iureiurand.* Deci. *in l ſi quis id quod n. 24 ff. de iuriſdict. omn. iudic* Gran mat. *vot 17. n. 17. & vot 23. num. 22.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q 90. n. 39* Vndè iniquum videtur, illam duntaxat irrogari pro homicidio, quod inter grauiſsima crimina numeratur, Bernard. Diaz *in prax. cap. 97. n. 1* Eſt enim deteſtabilius periurio, Leſſ. *de iuſt. lib. 2. cap. 42. dub. 75.* Bellamer. *in cap. duo mala, nu. 3. diſt. 13.* Angel. *in ſumm verb. periurium, n 8* Horribilius adulterio, *cap. ſi quod verius 9. 33. q. 2. vbi gloſ. verb. adulterium,* D Thom. *1 2 q. 100, art. 6. in corpor. in fin.* Sot. *de iuſtit. lib. 5. q. 1. art. 3.* Corraſ *lib. 2. miſcellanear. c. 11.* De cuius delicti atrocitate egit, latè Pichard. *in d. §. Item lex Cornelia.*

Ibi: *In contrarium adducitur textus.*

At ſtatutum iuſtum eſſe ac validum, quo homicida duntaxat pecunia mulctetur, communi itidem opinione defenditur, quam tenent Bald *in l data opera nu. 12 C de iis q accuſ. n. poſ* Azeued *in rubr. n. 28. tit. 23. lib. 8. Recopilat* Audit *ad Abbat. in cap. fin. verb pronitatem peccandi, col. 4 de conſuetud.* Alexand. *in l. 1. num. 13. ff. quod quiſq. iur.* Carret. *ſup. § Circa ſecundùm iuxta legē Moyſi, n. 18.* Bolognet. *in l. 1. n. 24.* vbi probat latè, *ff. quòd quiſq. iur.* Decian. *tract crimin lib 9 cap 20. nu 26.* Addit. *ad Roman. ſing. 714* & alii non pauci, quos congerit Farinac *ſup n. 28.* Sic Longobardi conſtituerunt, *lib. 1. tit de homicid. liber. homin. l. 1. 4 13 cum aliis.* Similiter & Dani, Saxo *lib. 10.* Germani certo pecorum numero homicidium luebant, *Sab. lib. 2. En. 6.* Mēphitæ vero homicidas ab oppidis, & commercio exterminabāt, donec à Gymnoſophiſtis expiarentur, Diodor. Sicul. *de reb. antiq. lib 2.* Apud Anglos pro primo homicidio reo in manu ſiniſtra ſub pollice litera M inuritur, nam illi homicidium, *Murdre,* vocant, vt ſi poſtea idem ſcelus repetat, debitas pœnas det, Polydor. *lib. 26. Anglic. hiſtor.* Petr. Greg. *ſup. lib. 37. cap. 2.* 21

Verſ. *Quanuis culpæ, & delinquentium ſcelera.*

Sed cum humano iudicio æquilibriū inter culpam, & pœnam exactè conſtitui, penè impoſsibile ſit (Deus enim eſt qui ſuppliciorū metas agnoſcit, *c. quærat hic, de pœnit. diſt. 3.*) propter circumſtantiarum multiplicem varietatem, ex quibus pœnas quoque variari neceſſe eſt, *c. ſicut dignum 6. de homicid l. aut facta 16. ff. de pœn. l 8 tit 31 part. 7.* vbi Greg. Lopez *gloſ. 1.* Caball *vbi proximè, n. 209.* Ant. Gom. *d lib. 3. c 6 n. 7.* Leottard *de vſur. q. 38. n. 20* vbi de pœna conuentionali pecuniaria. In mitiorem partem benignè nobis propendendum erit, maximè vbi non reperitur atrocitas, *cap. in pœnis 49. de reg. iur. in 6 clement. 1 §. Nec ſuper hæc, de pœn. c. diſciplina 9. cū ſeq 45. diſt. c. pœnæ 18. de pœnit. diſt. 1 l. reſpiciendum 11. l. penult ff. de pœn.* Notant Caball. *reſolut. crimin.* 22

*crim. caſ. 273. num. 6.* Gail. *practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat.* 138. *num.* 9. Guazzin. *ſup. defenſ. 33. cap. 12. num. 5.* Surd. *deciſ. 48. num. 13.* Cyriac *tom. 2. controu. 289. n. 21.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 14. num. 9.* Paz *ſup. tom. 1. tempor. 5. num. 65.* cum melius ſit, delictum aliquantum impunitum relinquere, quàm modum iuſtæ vindicationis excedere, argument. *l. abſentem* 5. *§. 1. ff. de pœn.* Vnde fit, vt minus peccet qui intuitu miſerationis, quàm propter ſeueritatem à iuſtitia deuiat, *cap. alligant* 26. *quæſt.* 7. ibi: *Deindè etſi erramus modicā pœnitentiam imponentes; nonne melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quā propter crudelitatem?* Simanc. *de Catholic. inſtitut. tit. 46. num. 85.* Ant. Gom. *vbi proximè*, Paz *d. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. nu. 104.* Bald. *conſ. 403. vol. 3.*

23 Illud verò in pœnis imponendis maximè eſt attendendum, vt grauiora crimina acerbo ſupplicio, ac maiori coerceantur, leuiora minori, quem ordinem ipſa iuſtitia Diuina obſeruat; quæ tametſi non ad æquilibrium plectat hominū ſcelera, tamen quanto grauiora ſunt illa, tanto acrius coercet iuxta geometricam, vel arithmeticam proportionem, vt docet Pat. Suar. *in opuſcul. diſp. de iuſt. Dei, ſect. 5. num.* 17. Caramuel *in Theolog. fundament. num.* 1670. vbi ait, hoc verū, etſi delicta eiuſdē ſint ſpeciei, quapropter ex qualitate pœnæ grauitas, vel leuitas delicti cognoſcitur, *cap. non afferamus, in fine* 24. *quæſt.* 1. Caball. *caſ. 197. num.* 5. Farinac. *in prax. q. 18. n. 83.*

Verſ. *Primùm, poſſe contingere.*

24 Eſt de mente omnium DD. quos laudauimus *ſup. num.* 21. ad iuſtitiam ſtatuti puniendis ſola pecuniaria pœna homicidium deſiderari, quod quantitas ſoluenda non ſit contemptibilis, ſed tanta, vt poſsit homines deterrere, & prætereà iuſtam cauſam debere interuenire cum D. Couar. affirmant Decian. *ſup. num.* 25. Farinac. *num.* 36. Nec quidem leue ſupplicium exiſtimandum eſt, ſi fortè homicida tota aut maiori parte ſuæ ſubſtantiæ priuaretur, per quod in paupertatem incideret, argument. *l. quiſquis §. 1. C. ad leg. Iul. Maieſtat.* prout cautum eſt Longobardorum legibus in caſu ſpeciali, *l. 19. dict. tit. de homicid. liber homin.* Pecunia namque adeò ad vitam neceſſario deſideratur, vt aliquando hominis anima nūcupetur iuxta illud Heſiodi.

*Pecunia eſt anima miſeris mortalibus.*

Quod refert Baeza *de inop. debitor. cap. 2. num.* 31. Roiz. *Lituan. deciſ. 3. num.* 315. Aliquando vita dicatur, gloſ. *verb. vitam in l. aduocati* 14. *C. de aduocat. diuerſor. iudicior.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam verb. facultatum. num.* 11. *C. de reuoc. donat. & de nobilitat. cap. 31. num.* 364. Gigas, *conſ. 32. num.* 36. Clar. *d. §. Homicidium, num.* 25. D. Couar. *de matrimon. part. 2. cap. 3. §. 4. ex num.* 30. & apud Plutarch. *in libel. an adoleſcenti liceat audire poemata?*

*Pergunt alij mihi rodere vitam.*

Vbi vitā pro facultatibus vſurpat. Græci eodem verbo vitam, ac pecuniam ſignificant, teſte D. Couar. *vbi proximè*, qui ex hoc infert amiſsionem omnium, aut magnæ partis bonorum incutere metum cadentem in conſtantem virum, & Bald. *in l. parentes, C. de teſtibus* probat, arduam, cauſam pecuniariam ſimilem eſſe capitali, quòd poſt illum adnotauit Menoch. *de arbitrar. caſ. 110. num.* 5. Aliquādo ſanguis appellatur, lat. *in l. nec quicquam, §. Vbi decretum num. 2. ff. de offic. Procōſ.* Menoch. *conſ. 175. num.* 5. Afflict. *deciſ. 24. num.* 4. Matienç. *in dialog. relator. part. 3. cap. 30. num.* 3. Caball. *vbi proximè caſ. 170. num.* 9. Ripa *in cap. 1. num.* 18. *de iudic.* Adhæc pecunia munitiſsimū præſidium eſt, Prouerb. 18. *verſ.* 11. *Subſtantia diuitis vrbs roboris eius, & quaſi murus validus circundans eum.* Vnde tanti apud homines habetur, tantùmque diligitur, vt ibi cor collocent, vbi theſauros deponunt, Matth. 6. *verſ.* 19. quapropter ſicut pro vita, ita & pro defenſione bonorum occidere licet aggreſſorem, vt latiſsimè probat D. Couar. *in clemēt. ſi furioſus, part. 3. §. vnic. num. 6. per l. 4. tit. 23. lib. 8. Recopilat.* & alia iura, quæ ibi allegat, Caram. *in Theolog. fundam. num.* 1577. *verſ. Secunda, poteſt, & num.* 1582. *verſ. Diuitiæ*, Dicaſtill. *de iuſt. tom. 1. lib. 3. tract. 1. ex num.* 50. Bonacin. *in ſumm. tom. 2. tract. de reſtitut. diſp. 2. quæſt. vlt. punct. 10. num.* 1. (qui ampliat ad Clericos, & reſpondet ad *cap. 2. de homicid.* quod ibi Clericus modum exceſſit in defenſione bonorum) & ita tenet communiter Theologi. Ex quibus colligitur, maximam pœnam eſſe pecuniariam, ſi per illam reus ingentem patrimonij iacturam ſuſtineat, atque



que ideò poſſe ſtatuto ſic homicidiū puniri, maximè iuſta exiſtēte cauſa (Quòd æquè in conſuetudine admittendum eſt) cum alijs probat Farinac. *n.* 30. Ad quæ faciunt tradita per me de paupertate *ſup. cap. 6. n.* 46. 47.

Ibi: *Idem profectò erit.*

25 Occidens non præmeditato conſilio, ſed in rixa iniuria laceſsitus ad tuendum honorem nō mortis pœnam, ſed mitiorem ſubibit, *l. 3. tit. 8. part. 7.* faciunt, *l. qui cum aliter* 14. *§. Si libertus*, ibi: *Ignoſcēdum eſt ei, qui voluit ſe vlciſci prouocatus ff. de bon. libertor. l. ſi adulterium* 38. *§. Imperatores*, ibi: *Difficilimum enim eſt, iuſtum dolorem temperare, ff. ad leg. Iul. de adulter.* qui caſus cenſetur comprehenſus *l. 4. tit. 23. lib. 8. Recopilat.* ſub illis verbis: *O ſi lo matare en otra manera, que pueda moſtrar que lo matò con derecho.* Nam qui prouocatus delinquit miſeratione dignus eſt, de quo præclarum extat exemplum apud Valer. Maxim. *lib. 8. c. 1.* Elmirnea enim fœmina honeſta corā Publio Dolabela, qui Athenis præerat, cū accuſaretur, quòd maritum ſuum, ac filium eius occiderat, quoniam illi filium, quē ex alio viro pepererat, inter fecerūt, ſeueriſsimū Areopagitarum Senatum conſuluit, qui reſpondit, ac decreuit, vt poſt centum annorum accuſator, & rea ſententiam audituri comparerent, atque ita ob iuſtum dolorem mulieri etiam atrociter delinquenti indultum eſt. Præmiſſam concluſionem probant Ant. Gom. *d. lib. 3. cap. 3. n.* 24. Pariad. *rer. quotidianar. lib. 1. cap. 17. n.* 38. Boer. *deciſ. 168. n.* 7. Guazzin. *ſup. defenſ. 29. cap. 4. n.* 53. Plaça *in epitom. delictor. lib. 1. cap. 1. n.* 21. Iul. Clar. *d. §. fin. q. 60. n.* 9. 18. Caball. *de homicid. ex n.* 105. Azeuedo *in l. 2. n. 93. tit. 10. lib. 8. Recopil.* Vrſill. *ad Afflict. deciſ. 289. n.* 34. Baiard. *ad Iar. d. §. Homicidium, à n.* 110. Farin. *in prax. q. 126. à n.* 47. vbi diſputat, vtrū occidens in rixa pœna ordinaria homicidij teneatur? & quamuis pro vtraque parte multos alleget, ipſe reſoluit, non teneri, niſi homicida prouocauerit, & animum habuerit occidendi. Sed apud nos eſt *l. 3. tit. 23. lib. 8. Recop.* qua diſponitur, vt occidens in rixa mortis pœna afficiatur, niſi aliqua iuſta cauſa ſe poſsit excuſare. Et maximè eſt defenſio honoris, qui quaſi habeatur, dixi *lib. 1. c. 11. n.* 9.

Quæ concluſio erit amplianda, vt procedat, quamuis homicidium cōmittatur, poſt ſedatam rixam veluti ſi qui iniuriā paſſus eſt, recedat ad arma ſumenda, vel amicos conuocādos ad vindictā, cū quibus ſeuerius rixā ſuſcitet, aduerſariumque perimat, nam adhuc à pœna ordinaria liberabitur, de quo Farinac. *quæſt. 125. num.* 339. Imò licet non eadem die, ſed ſequenti inimicus occidatur, idem iuris eſſe, tenet Menoch. *conſ. 107. num.* 36. 26

In foro quoque animæ licitum eſt, inferentem iniuriam, nedum ante, ſed etiā poſt eam acceptam occidere in cōtinenti non animo vindicandi, ſed honorem proprium illibatum ſeruandi cauſa, maximè ſi aggreſſor factū armis tueatur, nec fugiat. Ita docent Victor. *in relect. de iur. bell. n.* 5. Henriq. *in ſumm. lib. 14. cap. 10. n.* 3. Nauarr. *in manual. cap. 15. n. 4. ad fin.* Bonacin. *in ſumm. tom. 3. diſp. 2. de reſtitut. q. vltim. ſect. 1. punct. 10. n.* 8. Petr. Nauar. *de reſtitut. cap. 8. n.* 383. Hurtad. *de fid. ſp. & char. tom. 2. diſ. 170. à §.* 137. Dian. *p. 2. tract. 1. miſcellan. reſolut. 15. & part. 5. tract. 4. reſol.* 11. & alij. Quamuis cōtrariū multi ſentiant, quos hi referunt, maximè Diana, quorum plerique loquuntur, quādo aggreſſor fugit, & priorem ſententiā etiam in fugiente probabilem docet Caramuel, plures laudans *in Theolog. fundament. n.* 1601. Dian. *p. 8. tract. 7. reſol.* 48. qui contrariam ſatis probabilem, & cōſulendam monet. Et an Clerici, & Religioſi poſsint proprium honorem armis tueri? Vide apud Caram. *n.* 1575. 1594. *cum ſeqq.* 27

Ibi: *Vbi ſtatim ipſe delinquens.*

Qui poſt multum temporis, à quo deliquit, pœnas dat, leuius puniri debet, quam admiſsi qualitas poſtulabat, Ant. Gom. *d. lib. 3. cap. 1. n.* 7. Iul. Clar. *§. fin. q. 60. n.* 32. Gened. *ad Decretal. collect. 16. n.* 4. Tiraq. *de pœnis temperand. cauſ. 29. n.* 1. Guazzin. *ſup. defenſ. 2. cap. 3. n.* 1. Farinac. *in prax. q. 10. n.* 84. Fachin. *controuerſ. lib. 9. cap.* 38. Aug. Barbot. *in collectan. ad cap. fin. n. 2. de conſuetud.* Anton. Theſaur. *Pedemont. deciſ. 76. nu.* 1. Cald. Pereir. *in l. ſi curatorem habens, verb. læſis, num. 27. C. de in integrum reſtitut.* Afflictis *deciſ. 287. à princip.* Villadiego *in Politica, cap. 3. num.* 172. Ad quod trauerſus 28

ſus decem, aut ſaltim octo annorum requiritur, Farinac. *num.* 85. Grammatic. *conſ.* 39 Guazzin. *num* 3. Barbol. *vbi proximè* Baiard. *ad Clar. d. quæſt.* 60. *n.* 106.

29 Hæc concluſio, vt aliqui maximè ex antiquis exiſtimant, deſumitur ex Iureconſulto *in l. ſi diutino* 25. *ff. de pœn.* & defenditur, eo quod ſicut per viginti annos pœna delictorum protius aboletur *l. querela* 12. *C. ad leg. Cornel. de falſ.* ita per Lapſum decennij minuitur, cum iam iniuria Reipublicæ, ac priuatis illata ſit ſopita, etſi non omnino deleta Adhæc cum ſupplicium ad id principaliter ſit inuentũ, vt delinquentes cohibeantur, non ſic neceſſario deſideratur, quando apparet, reũ eſſe emendatum, qui tandiu à criminibus abſtinuit (ſupponitur enim, ſua ſcelera repetentibus pœnam non eſſe ſubleuandam, vt omnes fatentur & dicitur *infra num.* 31.) ita Fachin. *ſup.* Tiraquel. *n.* 4 Farin. *n.* 84.

30 Dubium eſt an præfata locum habeãt, quando reus fuit in abſentia accuſatus? & negant Bart *in d. l. ſi diutino*, Panormitan. *in cap. cum haberet, col.* 2. *de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per adult.* Anchar. *ibidem col.* 3. *num* 8 Baiard. *ſup num.* 107. Ant. Gom. *in l.* 76. *Taur. num.* 6. *& in d. cap.* 1. *num* 8. Sed contrarium & ſic affirmatiua pars verſior videtur, quoniam pœna, vt patet ex proximè traditis, non minuitur ratione præſcriptionis, & negligentiæ accuſatoris, vt Anton Gom. *d. num.* 6 exiſtimat, ſed eo quod cauſę propter quas delinquens plecti debet, non ita vrgent poſt diuturnum temporis tranſcurſum, acſi ſtatim ſupplicio afficeretur, quæ ratio non tollitur per inſtitutionẽ accuſationis. Imò etſi ſententia in abſentem fuiſſet prolata, ſi eius exequutio diu differretur, adhuc pœnam tẽperari, æquum eſt, hoc tamen fieri nequit, niſi conſulto Principe, nam ſententiam, quãuis iuſta cauſa ſuperueniat, immutare iudici non licet, *l.* 1. *§. vlt ff de quæſtionib. l. Diui* 27. *ff. de pœn* Ita tenet Farinac. *num.* 87. Guazzin *ſup num.* 17 qui *n.* 19. idem tenet incarcerato, qui poſt ſententiam diu detinetur.

31 Illud autem compertum eſt, huiuſmo di lenitate indignum eſſe, qui in idem genus delicti, de cuius punitione tractatur, reincidiſſe probatur, quia ſic emendatũ non eſſe, apparet, Ant. Gom. *d. num.* 8. Farinac. *n.* 85. Guazzin. *n.* 14 15. Idem eſt, ſi aliàs delinquat, Guaz. *n* 13.

Ibi: *Quanuis à Iuriſconſulto reſponſo id perperam deducatur.*

Concluſionem traditam, *ſup. num.* 28. 32
non probari *in d. l. ſi diutino*, quanuis illam admittant, Neoterici communiter adnotant, nam ibi Modeſtinus agit de eo, qui diu invinculis eſt, cui miſerationis intuitu aliquid ex pœna, quam meretur, remittendum eſt Ita Fachin. *ſup.* Pariador. *different* 51. *num.* 2. Guazzin *n.* 18 Frãch. *deciſ.* 317. *num.* 4 *part* 2 Tiraquel *d. cauſ.* 29. *num* 7. Caball. *reſol crimin. caſ.* 142. *num* 1. Farinac. *num.* 88 89. Calepin. *in ſuo diction. verb. reatus*, Caluin. *lexic. iur. eod verb* Nam reatus (nouum quidẽ verbum à Meſſa primo inuentum, vt ex *Plinio lib.* 8. *cap.* 3. obſeruãt Calepin. Caluin. & alij) nihil aliud ſignificat, quàm miſerandum illum ſtatum, in quo carceratus iacet, poſtquam inter reos receptus eſt. Olim enim cum quis de crimine publico arguebatur carceribus mancipatus ante omnia ſuas præſcriptiones, ſiue exceptiones dilatorias proponebat, vt iudiciũ ſubterfugeret, & ſi id aſſequi non poſſet, tunc inter reos recipiebatur, *l. ſi maritus* 15. *§ Præſcriptiones, ff. ad leg. Iul de adulter* Pariador. *num* 3. ex quo nomen rei in codice ad hoc deſtinato deſcribebatur inter cæteros, pulla, ſordidaque veſte induebatur, capillos, ac barbam promiſſam geſtabat, quem habitum mutare donec cauſa diſcutiebatur, ne fas erat, Pariador. *vbi proximè*, Iacob. Ræuard. *lib.* 1 *coniectaneor. cap.* 20. *de veſt. lugub.* Liu. *lib* 45. vbi ſic de Rhodijs ſcripſit *Extemplò veſte ſordida ſumpta, domos Principum cum precibus, & lachrymis circumibant orantes, vt prius cognoſcerent cauſam, quam condemnarentur*, Quintilan. *in declamat. cui titulus eſt; Di cordes fratres;* Reum, inquit, *me detulit, ſordes mihi induit, ad iudicem vocauit*, Martial *lib.* 2.

*Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum*
*Squalidus hærebo, pallidiorque reo.*

Aul. Gell *lib* 3. *cap* 4. *Eumque, cũ eſſet reus, neque barbam deſiſſe radi, neque non candida veſte vti, neque fuiſſe cultu ſolito reorum.*

Hinc Vlpianus in *l.* 3. *ff. de cuſt. reor.* 33
carceris pœnam dixit, quæ ſi diutina ſit, cum debito delicti ſupplicio ex parte compenſatur, vt pietate ſuadente, in *d. l. ſi diutino*, æquiſsimè cõſtitutum eſt iuxta veriorem eius intellectum, atque in praxi ſeruari teſtatur Bouadill. *in Politic. tom* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *n* 8 *in fine*, quanuis inſinuet, Modeſtinum, & Vlpianum in his iuribus agere de quodam carcere, cui quondam non tam ad cuſtodiam, quã ad pœnam rei mancipabantur: nam triplicem fuiſſe carcerem ibi probat, quæ diſtinctio verbis Conſultorum non aptatur. Ex quibus omnibus deducitur, delinquentem mitiori pœna, quam ordinaria eſſe coercendum, vel ſi longum tempus effluxerit poſt crimen admiſſum, vel ſi diu carceris ærumnas ſuſtinuerit, prout notat Fachin. & à Farinatio, Guazzino, & alijs cõmuniter vtrumque probatur, qui hac de re latiſsimè diſſerunt.



34 Quæ hucuſque de pœnarum moderatione diximus, neutiquam ſunt admittẽda in enormibus delictis, vt hæreſis, læſæ Maieſtatis, ſimoniæ, falſæ monetæ, apoſtatatus ſuppoſiti partus, & ſimilibus, Guazzin. *num.* 16 Farinac *n.* 90. Baiard. *n.* 108. qui iudices admonent, vt ad pœnæ moderationem conſulãt Principem, maximè in delictis non leuibus, Baiard. *n.* 111.

Verſ. *Secundò hinc conſtat.*

35 Hoc Sacrum Eloquium diuerſimodè expoſitum à D. Hieronimo Beda, Origene, Euthimio, & alijs, quorum interpretationibus omiſsis, dicendum eſt cum Theophilacto *ibidem*, ac D. Auguſtin. *in quæſtion. veteris & nou. Teſtament* per illa verba ſolum ſignificari, homicidam pœna mortis dignum eſſe, non quod eam ſemper cum effectu ſubiturus ſit. Sed Par. Maldonat. eximius noſtra ætate Euangeliſtarum Interpres exiſtimat, Chriſtum Dominum memoraſſe legem quæ homicidis mortẽ minabatur, *Gene;* 9. *verſ.* 6. vt ita Petrus à percuſsione abſtineret.

Num. 3.

36 Nobilis, aut conſtitutus in dignitate cum de pœnis corporalibus agitur, mitius coercetur, quã ignobilis; ſed quoad pecuniarias ſecus eſt, nam illi magis, quã vulgares homines onerantur, *l* 6 *tit.* 28. *part.* 2 *l.* 5 *tit.* 4 *l* 15. *tit.* 8. *l* 12. *tit.* 9. *l* 8. ibi *Ca mas crudamente deuen eſcarmentar al ſieruo, que al libre, è al ome vil, q̃ al fidalgo, tit.* 31. *part.* 7. *c. fin.* §. *vlt. de pœn. c. qui contra* 32 *vbi gloſ. verb. ignobiles* 24. *q.* 1. *l.* 1. *§. Quiſquam ff. de abigeis, l.* 1. *in fine ff. de furib. balnear l.* 1. *§. Expilatores ff. de effractorib. l. ſtellionatus, § Pœna ff. de crimin ſtellionat. l. ſi adulterium* 38. *§ Imperatores, ff. ad leg. Iul. de adulter l. nemo* 4. *§. vlt. C. de ſumm. Trinit. l. properandum* 12. *§. Sin autem vtrique, C. de iudic. cap.* 1. *§. Si quis verò, de pac. tenend. in vſib. feudor. gloſ. verb. An Dominio, ad finem in cap.* 1. *§ Similes ruſticum, de pace tenend. & eius violatorib. in vſib feudor* Gregor Lop. *in l.* 1. *gloſ.* 9. *tit.* 17. *part.* 2. Gutier. *practicar. lib.* 4. *quæſt.* 16. *num.* 3. Matienç *in l* 9 *gloſ* 2 *nu.* 1. *tit.* 17. *lib* 5. *Recopilat.* Farinac *in prax. quæſt.* 98. *à nu.* 93. Cened. *ad Decretal. collectan.* 64 *in princip.* Chriſtoph. de Paz *ad leg. ſtyli l* 43. *n* 24 Tiraquel. latè *de pœn. temperand. cauſ.* 31 *à princip.* Baiard. *ad Clar. §. fin quæſt.* 60. *num* 94. Aulles *in cap* 1 *Prætor, gloſ.* 1 *verb. derechamente, num* 28. *in fine*, Moria *in empor. iur. part* 1 *tit.* 1 *in prælud. num* 44. Spin *in ſpecul. teſtament. gloſ.* 16 *in princip. num* 75. Tuſch. *lit. N. conc.* 49 *num.* 4. Sed hæc diſtinctio duntaxat in pœnis arbitrarijs obſeruatur, non in legalibus, quas iudex ex perſonarum qualitate immutare nequit, Aulles *ſup.* Baiard. *num.* 95. Tiraquel. *num.* 34 qui tamen aſſerit licere iudicibus ex magna & iuſta cauſa legales pœnas temperare, *l. quidem* 13. *§. Pœna grauior ff. de ijs, q. not. infam. l. etſi ſeuerior, C. ex quib. cauſ. infam. irrogat.* Quod verum eſt in Supremis iudicibus maioribuſque Magiſtratibus, nã inferiores id non poſſunt, vt latè per Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 96 *ex nu* 10. vbi idem diſcrimen ſtatuit inter delegatum Principis, & alios, omnes vero, Principe conſulto, pœnas temperare nõ prohibentur, Menoch. *n.* 19. 21. De quo videndus Bouadill. *lib.* 2. *cap.* 21. *à n.* 138 & D. Couar. *infr. n.* 8.

Quoad pœnas autẽ ſpirituales ſeuerius 37
cum nobilibus, aliiſque perſonis egregijs agendum eſt, quia grauius peccant, *cap. homo Chriſtianus* 40. *diſtinct.* Nauar. *in cap. conſideret in princip. num* 49. *de pœnitent. diſt.* 5. Moria *ſup nu.* 45. Tiraquel. *num.* 37. *gloſ. nuper citata in d. cap. qui contra.*

Ratio differentiæ proximè traditæ in- 38
ter nobiles, & plebeios quoad primã partem eſt, quia pœna corporalis ſecum affert ignominiæ notam, qua exiſtimatio pa-

patientis ſugillatur, quæ acerbior eſt cla-
ris hominibus, vtpotè qui pluris honorē
æſtimant, quàm obſcuro loco nati, *l. iſti
quidē 8. §. Quòd ſi dederit, ff quod met. cauſ.*
Farinac. *q. 26. nu. 22.* Quapropter iniquū
foret, ſi pro eodem facto nobilis, & ple-
beius pari pœna corporali afficerentur,
nam ſic multò magis vnus pateretur, quā
alter, temperato itaque nobilis ſupplicio
pariter, ac ignobilis plectitur. Cōtra ho-
mines abiecti (vt iam ad ſecundam partē
ratio innoteſcat) plerunque cum pauper-
tate laborent, auari ſunt, ac vehementer
pecuniam diligunt, vt obſeruat Accurſ.
*in l. illicitas, §. Et ne tenuis, verb. Lumine, ff.
de offic. Præſid.* vbi inquit, huiuſmodi ho-
mines non minùs porcellum, quàm ocu-
lum cuſtodire, quem referunt Bald. & alij
apud Tiraquel. *ſup. n. 28.* Nobilis non ſic,
qui vt frequenter diuitijs abundant, ita
ipſas paruipendunt, vnde liberales præ-
ſumuntur, *cap. 1. de donat.* vbi DD. Meno-
ch. *de præſumptionib. lib. 6 præſ 59. n. 6* vbi
cum alijs probat, donationes in nobili-
bus præſumi, quamuis regulariter nō præ
ſumantur, vt *ſup. lib. 1. cap. 7. n. 73.* ex alijs
notauimus. Hinc idem abſurdum, quod
modò perpendimus, eueniret, ſi nobilis,
& ignobilis ad æqualem pecuniæ ſummā
pro pari crimine damnarentur, nam hic
ſeueriùs, quàm ille coerceretur. Oportet
igitur in pœnis irrogandis perſonarum
conditionem aduertere, vt iuxta eam ip-
ſæ exaſperentur, aut leniantur, quo paria
delicta pari ſupplicio plectentur, quēad-
modum iuſtitia depoſcit, *cap. ſanè 15. q.
3. l. ſi quemquam 29. in fine, C. de Epiſcop. &
Cleric.* Quam rationem reddit Tiraquel.
*vbi proximè*, cui addendum eſt, priuilegiū
nobilium eſſe, vt mitius puniantur cor-
poraliter ob perſonæ excellentiam.
39 Non eſt perpetuum, vt nobiles, aut qui
dignitatibus decorantur melioris condi-
tionis ſint quoad pœnas corporales, quā
cæteri; fallit etenim, quoties ratione no-
bilitatis, vel dignitatis delictum deteſta-
bilius fit, quo caſu non leuiùs, imo acriùs
puniri etiam corporaliter debent, quod
contingit, quādo circa officium, aut eius
prætextu delinquitur, nec non ſi facinus
in dedecus dignitatis, vel nobilitatis ce-
dat, Tiraq. *n. 19.* qui *à n. 21.* exēpla addu-
cit, quæ etiam ex iuribus, & DD. iam alle-
gandis deſumi poſſunt, *cap. cum quidam
12. de iureiurand. l. 1. tit. 17. p. 2. l. Præsbyte-
ri 8. C. de Epiſcop. & Cleric. l. vnic. in fin. C. de
conductor. & procuratorib. lib. 11.* Bart. *in l.
quedā delicta ff. de pœn.* Greg. Lop. *in d. l. 1.
gloſ. 1. 9* Bald. *in c. 1. §. Siquis vero, de pac.
tenend. & iuram. firm. in vſib. feudor.* Tiraq.
*n. 17. 18.* Ioan. de Platea *in d. l. vnic. nu. 12.*
Felin. *in cap. Paſtoralis, col. 2. verſ. Quartò
fallit, de offic. delegat.* Baiard. *ſup. n. 95. verſ.
Item adde quod licèt,* Bouadill. *tom. 1. lib. 2.
cap. 10. n. 66.* Guazzin *ſup. defenſ. 33. cap.
4. num. 11.*
Prætereà nobilitas non auxiliatur ei, 40
qui in pariter nobilem delinquit, *l. 25. tit.
22. p. 3.* vbi Greg. Lop. *gloſ. 5.* quia priui-
legiatus contra pariter priuilegiatum ſuo
priuilegio non gaudet, *l. ſed, & milites 10.
in princip.* ibi: *Coæqualitas enim honoris for-
tior eſt omni milium priuilegio, ff. de excuſat.
tutor.* & notauimus *ſup. lib. 1. cap. 16.
num. 38.*

Num. 4.

Nobilis, ſiue hidalgus, aut in dignitate 41
poſitus torturæ ſubijci non poteſt, *l. 61.
tit. 4. lib. 2. Recopil. l. 4. 5. tit. 2. lib. 6. Recop.
l. 24. tit. 21. p. 2. l. 2. tit. 30. p. 7. l. 3. §. Pœ-
na, §. Is qui ad hoſtes, ff. de re militar. l. ſeuerā
10. C. de dignitatib. lib. 12.* Greg. Lop. *in d.
l. 2. gloſ. 4.* Tiraq. *d. cauſ. 31. n. 15.* Morl. *in
prælud. n. 44.* Farinac. *in prax. q. 41. nu. 74.*
Ioan. Garcia *de nobilitat. gloſ. 1. in princip.
n. 10.* Tuſch. *lit. T. conc. 328. n. 10.* Ant. Go-
mez *variar. lib. 3. cap. 13. n. 3.* Gutier. *pra-
cticar. lib. 4. quæſt. 15. à n. 5. & q. 18. n. 15.*
Menoch. *conſ. 94. n. 40.* Girond. *de priuile-
gior. explicat. n. 223.* Otalora *de nobilit. p. 5.
principal. cap. fin. num. 4.* Boſſ. *in prax. crim.
tit. de indic. & conſiderat. ante tort. nu. 111.*
Azeued. *in d. l. 4. Recopil. num. 34.* Clar. *in
prax. § fin. q. 64. n. 19.* Narbon. *in d. l. 61.
Recopilat. gloſ. 1. n. 2.* Carraſc. *ibi n. 3.* Car-
rer. *in prax. tit. de indic. & tort. §. Circa ter-
tium, num. 1.* Bouadill. *lib. 3. cap. 15. nu. 20.*
Paz *in prax. tom. 1. p. 5. c. 3. §. 12. n. 44. 47.*
Quòd non eſt verum in obtinentibus mi-
nores dignitates, qui torqueri poſſunt,
nam deſideratur ad hoc priuilegium,
quod ſint ex Clariſsimis, notant Anton.
Gomez, *vbi proximè*, Gutierr. *dict. num.
15.* Farinac. cum alijs, *num. 71.* Guazzin.
*ſupr. defenſ. 30. cap. 17. à princip.* omninò
videndus, qui *num. 4.* ſubdit, multis in lo-
cis priuilegium hoc nobilibus non ſerua-
ri, vt in Gallia, in ſtatu Eccleſiæ, & Me-
diolani; ſecùs apud nos.

Filij



42 Filij etiam, ac nepotes Clariſsimorum
torturæ cruciatum non patiūtur, *l. 2. tit.
30. p. 7.* vbi Greg. Lop. *gloſ. 7. l. Diuo 11.
C. de quæſtionib.* Ant. Gomez *vbi proximè*
Gutierr. *d. q. 18. n. 5.* Dueñas alios referēs
*reg. 190. ampliat. 2.* Quo priuilegio liberi
Decurionum honorantur, de quibus latè
Gutierr. *d. q. 18. à princip.* Guazzin. *nu. 5.*
Farinac. *n. 588.*
43 Similiter vxores eorum, qui torqueri
nequeunt, ſunt à tortura immunes, quā-
uis ex plebeis ortæ, quoniam virorum
ſuorum priuilegia participant. *l. fœminæ
8. ff. de Senatorib. l. mulieres 13. C. de digni-
tatib. lib. 12.* Ita docent Platea *in d. l. mu-
lieres,* Pichard. *de nobilitat. communic. n. 44.*
Plaça *in epitom. delictor. lib. 1. cap. 1. nu. 23.*
Azeued. *in l. 9. n. 7. tit. 1. lib. 2. Recopilat.*
Carraſc. *ſup. num. 60.* qui *num. 61.* idem
priuilegium poſt mortem viri viduæ ſer-
uādum, ait: quoniam prærogatiuas, quas
mulieres per maritos conſequuntur, ſi in
viduitate honeſtè permanſerint, retinēt;
vt probatur in mox adductis legibus, & in
*l. vlt. C. de incol. lib. 10.* Pichard. fusè pro-
bans *ſup. n. 55. 56. 72.* Ant. Gom. *in l. 79.
Taur. in fine.*
44 Idem de parentibus eorum, qui prop-
ter dignitatem non torquentur, reſoluūt
Farinac. *n. 591.* Gutier. *n. 8.* Carrer. *n. 152.*
Bru. *de ind. & tortur. part. 2. q. 4. n. 21.*
45 Quæ aliæ perſonæ ob priuilegium, vel
alias cauſas torqueri prohibeātur, plenè
docent Gutier. *d. q. 15. cum ſeqq.* Farinac.
*d. q. 41.* Guaz. *d. q. 64. à n. 15.* Paz *ſup. à nu.
43.* Anton. Gom. & Carraſc. *vbi proximè*
Guazzin. *d. defenſ. 30. cap. 10. cum multis
ſeqq.*
46 Vt autem nobilis huiuſmodi præro-
gatiua gaudeat, neceſsè nō eſt exacta no-
bilitatis probatio, nam ſufficit, quod de
illa ſummariè cognoſcatur, ac per famā
de quaſi poſſeſsione doceatur, Bouadill.
*d. c. 15. n. 1.* Gutier. *practicar. lib. 1. q. 25.
n. 2.* Narbon. *ſup. num. 10.* Vtrùm per of-
ficium vile nobilitas à maioribus proue-
niens ſua amittat priuilegia quoad illud
exercentem, tractat Narbon. *in l. 14. gloſ.
1. n. 46. ver. Verum quidem,* vbi negatiuè
reſoluit *tit. 2. lib. 6. Recop.* Girond. *n. 831.*
Sed nobilis ex priuilegio per exercitium
talis officij nobilitatis prærogatiuis pri-
uatur ſecundùm ipſos, & plures alios,
quos ſequitur Azeued. *in l. 3. n. 11. 12. tit.
1. lib. 6. Recopilat.*

Eſt aduertēdum, eis, qui torqueri non 47
permittuntur, metum incuti non poſſe
comminatione tormentorum, vt fa-
teantur, nam terror ipſe cruciatui æqui-
paratur, *l. nouiſsimè 7. ff. quod falſ. tutor.*
quod intelligitur de terrore vehementi,
vt ſi ad actus proximos torturæ acceda-
tur, nam leuis comminatio verbalis non
reddet irritam confeſsionem, quæ potius
ſpontanea, quam violenter extorta cen-
ſebitur, Iul. Clar. *n. 31.* Azeued. *in d. l. 4. n.
34.* Ant. Gom. *d. cap. 13. n. 4.* Farin. *n. 104.*
Gutier. *d. q. 15. à n. 14.* Boſſ. *ſup. n. 20.* Nar-
bon. *in d. l. 61. n. 4.* Villar. *in ſilu. reſponſor.
lib. 1. reſp. 9. n. 17.* Guazzin. *cap. 18. n. 3.*
Idem in reo, contra quem indicia legiti-
ma non vrgent, vt ſcilicèt terreri nō poſ-
ſit, obſeruant Farinac. *q. 57. n. 96.* Greg.
Lop. *in d. l. 2. gloſ. 2.* Cyriac. *tom. 1. contro-
uerſ. 80. n. 6.* Quamuis aliud ſit in illis, qui
propter ætatem, aut infirmitatem tor-
mentis affici non poſſunt, Ant. Gom. *vbi
proximè, verſ. ego tamen,* Guazzin. *d. n. 3.*
Farinac. *d. q. 41. n. 105.* niſi in prægnante.
Vndè, ſi iudex tormentis, aut eorum 48
metu confeſsionem à priuilegiatis de fa-
cto extorqueat, nulla erit, ità vt quamuis
ſpontanea ratificatio ſubſequatur, non
conualeſcat, Ant. Gom. *d. n. 4. verſ. Et ita
debet,* vbi alij. Narbon. *in d. l. 61. gloſ. 1. n.
9.* Villadieg. *in Politic. cap. 3. n. 323.* Car-
raſc. *ſup. n. 37.* Villar. *n. 18.* Greg. Lop. *ſup.
gloſ. 6.* Carrer. *vbi proximè, n. 25.* Guazzin.
*n. 1.* qui *n. 2.* ait licere reo reſiſtere de fa-
cto iudici, idem tenet Farinac. *d. q. 41. n.
99.* Hinc dubitari poteſt, ſi nobilis priui-
legium ſibi competens ignoret, ac ſe tor-
queri patiatur, an audiatur veniens ad-
uerſus id, quod in tormentis confeſſus
poſteà ratificauit, quanquam iudex legi-
timè proceſſerit? & negatiuè reſpondē-
dum videtur, nam quod legitimè factum
eſt, ſubſiſtere debet, & ſi deueniatur ad ca-
ſum à quo incipere non poſſet, argumēt.
*cap. factum 73. de reg. iur. in 6. l. patre furioſo
8. ff. de ijs, qui ſui, vel alien. iur.* & vtrobique
gloſ. ſæpè in pluribus comprobat.
Illud nobilium priuilegium renuncia- 49
tione tolli non poſſe, quamuis firmetur
iuramento, tum quod nemo ſit dominus
mēbrorum ſuorum, *l. liber homo 13. ff. ad
leg. Aquil.* tū quia tali prærogatiuæ, quæ
toti corpori nobiliū conceſſa eſt, nequit
renūtiari, argum. *c. ſi diligēti 12. de for. cō-
petēt.* probāt Narbon. fusè *in d. l. 14. gloſ. 4.*



num.

*num.*13.13.28.*tit.*2.*lib.*6.*Recopilat.*Azeued.*in d.l.*4.5.*eod.tit.*2.Dueñas, *reg.* 190. *limit.*1.Carraſc.*num* 57. & renunciationes priuilegiorum nobilitatis nullius eſſe momenti, ſtatuitur *d. l.* 14. *Recopilat.* licet Girond.*num.*225.ſenſerit, poſſe nobilem ex priuilegio ſuæ prærogatiuæ renunciare.

50 Sunt tamen crimina, in quibus propter atrocitatem omnis priuilegiatus torqueri poteſt, vt hæreſis, crimen læſæ Maieſtatis, falſæ monetæ, partus ſuppoſiti, ſimonia, veneficium, graſſatio, ſiue in terra, ſiue in mari, ſodomia, apoſtatatus, & ſimilia, quæ in vnum congerunt Azeued *in d.l.* 4 *num.* 37. Balard. *ad Clar. d. quæſt.*64 *num.*61. Conrad. *in prax. tit. de regat. crimin. num.*37. Narbon. *in d. l.* 61. *gloſ.*1.*num.* 12 Farinac. *d. quæſt.* 41. *num.* 100 Gutier. *d. quæſt.*15. *ex num.* 17. Gregor. Lop. *in l.* 2. *gloſ.* 4. *tit.* 30. *part.* 7. Guazzin *num.* 4. vbi limitat in muliere prægnante, & alijs. Sed cum caſus occurrerit, quo iudex dubitet, num priuilegiatus ſit torquendus? debet Principem cōſulere, de cuius conſenſu priuilegiati iure torquentur, Farinac. *n.* 110. Azeued. *vbi proximè, in vltimo caſu*, Greg. Lop. *d. gloſ.* 4. *poſt medium*, Dueñas *n.* 1. Narbon. *num.*15.24 Guazzin. *nu.*5. qui cum alijs docet, ſemper eſſe Principem conſulendum, niſi iudex vicem, aut brachium Regium habeat. Illis autem caſibus, quibus nobiles torqueri permiſſum eſt, non ita acriter, ac plebei cruciādi ſunt, Narbon. *num.*36. Balard. *num.*65. Barbac. *conſ.* 47. *num.*28 Decian. *reſponſor. tom.* 2. *reſponſ.* 94. *n.* 135. & præmiſſæ limitationis meminit D. Couar. *infra verſ. Proximo.*

Verſ. Quintò, *ob eandem rationem.*

51 Inter cætera nobilitatis priuilegia illud conceſſum eſt, ne nobilibus ignominioſum ſupplicium inferatur, vt furcarum, fuſtigationis, aut triremium, *l.* 8. *tit.* 31. *part.*7. *l.* 2. *tit.*28. *part.*2. Bouad. *lib.*1. *cap.* 4. *num* 34. Bart. *in l.*2 *ff. rer. amotar.* Azeued. *in l.*3. *num.*5. *tit.*23. *lib.* 8. *Recopilat.* Iul. Clar. *§. fin. quæſt.* 60. *num.* 24. Tiraq. *ſup. cauſ.*31. *num.*3. Tuſch. *lit. N. conc.* 49. *num.*5 Caball. *de homicid. num.* 610. Garcia *ſup. gloſ.* 1. *in princip. nu.* 13. Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ.* 33. *cap.* 4. *num.* 11. Gutier. *d. lib.* 4. *quæſt.* 16. *à num.* 4 Otalor. *vbi ſupra*, Franciſc. Marc. *deciſ.* 675. Afflict. *in conſtitut. Regn. part.* 1. *rubric.* 13. *n.* 49. Gom. Arias *in l.* 77. *Taur. nu.* 34. Dueñas, *reg.* 190. *num.* 6. circa quæ eſt obſeruandum, tam D. Couar. hic, quam cæteros præallegatos conſultò aſſerere, nobiles ad triremes damnari non poſſe, vt remigent, inſinuantes, aliquando illos mitti, vt in eis inuiti, etiam nullo ſtipendio recepto, militent, quoniam hoc infamiā nullam irrogat.

Ibi. *Hæc tamen duo.*

Nobilis, vel alius priuilegiatus de crimine læſæ Maieſtatis poſtulatus tortura poteſt affici, à qua nulla dignitas eximere valet. *l.* 3. *§. Is, qui ad hoſtes. ff. de re milit.* *l. nullus* 4. *C. ad leg. Iul. Maieſtat.* *l. Decuriones* 16. *C. de quæſtionib.* gloſ. *in l. ſeueram, C. de dignitatib. lib.* 12. Notant præter laudatos, *ſup. num.*50. Tuſch. *d. conc.* 328. *num.*28. Decian *tract. crim lib.*7. *cap.* 37. *num.*30. Paz, *d. §.* 12. *num.* 50. Bacça *de inop. debitor. c.*16. *num.* 16. Gig. *de crimin. Leſ. Maieſt. lib.* 2. *tit. quomod. & per quos crim. læſ. Maieſt. prob. num.* 18. Villadieg. *d. cap.* 3. *num.* 323. Quod ſolùm in eis, qui perduellionis rei fiunt quicquam aduerſus Principem, aut Rempublicam machinantes, admittēdum eſſe, non in alijs, qui cōtra cætera legis Iuliæ capita venerint, tenet Ciſuentes *in l.* 79. *Taur. verſ. Sextò limitatur*, à quo diſcedit Carraſc. *in d. l.* 61. *nu.*60. *tit.*4. *lib.*2. *Recopilat.* cuius opinio probatur, *ex d. l.* 3. *§. Is, qui ad hoſtes*, nec leges, quæ hoc crimen excipiunt diſtinctione vtuntur, quàm nec nos adhibere debemus, *l. de pretio* 10. *ff. de Publician. in rem act.* maximè, cum omnia delicta, quæ lege Iulia continentur, atrocitatem præ ſeferant, propter quā nobiles ex alijs cauſis torqueri ſolent, vt dixi *n.*50. 52

Ibi: *Et altioribus furcis ſuſpenditur.*

Nobilis proditionis aduerſus Principē, vel Rempublicam reus ſuſpendio perire debet, nam cum facinus hoc omniū deterrimum, ac turpiſsimum ſit, quæ in homines perpetrantur, *l.* 1 *tit.*18. *lib.* 8. *Recop. l.* 1. Ibi: *E traicion es la mas vil coſa, è la peor q̃ puede caer en coraçō de ome, tit.* 2. *p.* 7. nobiliū priuilegiis redditur indignus. Ita docēt, Greg. Lop. *in d. l.* 2. *gloſ.* 4. Gutier. *d. q.* 16. *n.* 13. Caball. *de homicid. n.*42. Tiraq. *d. cauſ.* 31. *n.* 21. Marſil. *ſing.* 16. *poſt princip. verſ. item licèt alias nobilis*, Clar. *d. q.* 60. *n.*24 *in fin.* 53

Ibi:



Ibi: *Si quidem apud Hiſpanos.*

54 In Hiſpania nobilis reus læſæ Maieſtatis, etiam in perſonam Principis non vt plebeios ſuſpenditur, ſed caput ei abſcinditur à tergo. *l.* 24. Ibi: *eſsi como raſtrandole, ò enforcandole, ò deſtorbandole. Mas an le deb. ſcabeçar por derecho tit.*21. *l.*2. Ibi. *Que les cortaſſen las cabeças ſi fueſſen fijoſdalgo, tit.*28. *part.* 2. & ita ſeruari teſtantur Gregor Lop. *in d. l.* 24 *gloſ.* 5 Narbon. *in d. l.* 61 *gloſ.* 1. *num* 12 Bezza, *vbi proximè*, & ita de conſuetudine ſeruari generaliter docet Franchis, *deciſ.*569 *part* 4 brō honeſto habitu, & equitatu vadit ad locum ſupplicij, ſicut ex alijs criminibus non ignominioſis damnati generoſi duci ſolent, vt aduertit Azeued. *in l.* 3 *num.* 6. *tit* 23 *lib* 8 *Recopilat* Sic in Regno Neapolitano differentia conſtituitur quoad genus ſupplicij inter nobilem, & plebeium committentem furtum, teſte Balardo *d. quæſt.*64 *num* 98. qui Afflictum cōtra docentem increpat. Quamuis de iure nobilitati in furto non deferatur; quominus ignominioſè plectatur, vt ſtatim probabitur. Quibus adde Guazzin. *vbi proximè.*

55 Eſt obiter adnotandum, pœnam decapitationis acerbiorem eſſe ſtrangulationis ſupplicio, quamuis hæc grauior illa propter infamiam, & ignominioſam cenſeatur, quod cū alijs ex Phyſicorum ſententia obſeruat Guazzin. *ſup. num* 3 in fine. Et quam turpe furcarum ſupplicium ſit, oſtendit eruditè Tiraquel. *d. cauſ.* 31.

56 Prædicta nobilium priuilegia extendit ad diuites Gutier. *d. quæſt.* 16. *à num.* 19 Bart. *in l. capitalium § Solent, verſ. Serui ff. de pœn.* Palac. Rub. *in rubric. de donat. inter* § 9. *num* 19. Gregor. Lop. *in l.* 4 *gloſ.* 6 *tit* 29. *part.* 7. nam diuitiæ nobilitant, latè per Tiraq. *de nobilit. cap.* 3. Ceuall. *commun. tom.* 1 *quæſt.* 688 *num.* 12. Garcia *de nobil. gloſ.* 48 § 3 *num.* 2. Menoch. *conſ.* 116 *num.* 2. Cyriac *tom.* 2. *controuerſ.* 201. *num.* 202.

Ibi: *Quinimo nobiles torqueri poſſe, & furcis ſuſpendi.*

57 Poſſe nobiles torqueri ſi de turpiſsimis, & atrociſsimis ſceleribus arguantur, dictum eſt *ſup. num.* 50. qui ſi grauatores, piratæ, fures exiſtant, aliudue ſimile facinus vile perpetrent, per quæ nobilitatis ſplendorem offuſcent, ſuo priuilegio deſtituti plebeiorum pœnis ſubijci poſſunt, Caball. *ſup. caſ.* 99. *à numer.* 105. *& de homicid. num.* 611. Greg. Lop. *in l.* 18. *gloſ.* 9. *tit* 14. *part.*7. Tuſch. *lit. N. conc.*49. *num.*6. Gutier. *d. quæſt.* 16. *n.* 17. Paris de Puteo *de ſyndicat. verb. pœna capitis, cap.*10. *num.*6.7 Clar. *d. quæſt.* 60. *n.* 24. Garcia *ſup. gloſ.* 1 *in princip à num.*12. Boſs. *in prax. tit. de ſacrileg. num* 6. *verſ.* Si *tamen*, Marſil. *in reper. l. vnic. num.* 129. *C. de rapt. virgin.* Balard. *d. quæſt.* 34. *num.* 97. Farinac. *q.* 98. *n.* 116.

Verſ. *Sextò his omnibus.*

58 In pœnis relatiuis, vt talione qualitas perſonarum non inſpicitur, ſed nobilis eodem afficitur ſupplicio, quo plebeius eſſet coercendus, Farinac. *in prax. quæſt.* 16. *num.* 11 Tuſch. *lit. P. conc.* 231 *num.*7. Auiles *in cap.* 1. *Prætor. verb. derechamente, num.*28. Angel. *in l. athletas, §. Item calumniator, in fine ff. de his qui not. infamia*, Marſil. *in prax. crimin. §. Diligenter, num.* 166. Salycet. *in l.* 2 *in fin. C. de fid. inſtrument.* Clar. *d. §. fin. quæſt.* 81. *num* 2 Tiraq. *ſup. cauſ.* 31. *num.*30.

Sed contrarium cum D. Couar. tenent Gutier. *de delict. quæſt.* 133. *num.* 5. Plaça *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 23 *verſ.* *Longè quidem aliter.* Pro quibus facit textus notandus in *l.* 25. *tit.* 22. *part.*3 & ita tenendum eſt ex ratione tradita, *ſup. n.*38.

Verſ. *Septimò illud hinc.*

59 Eſt pro regula conſtituēdum, mandantem, & mandatarium pro delicto commiſſo pari pœna teneri, *cap. mulieres* 6. *§. illi verò de ſentent. excommunicat. cap. ſi quis* 31. 23. *quæſt.* 8. *l. non ſolùm* 11. *§. Qui mandato ff. de iniur.* vbi Bart. *num.*19. Ant. Gom. *variar lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 39. Clar. cum multis, *d. § fin. quæſt.* 89. *num.* 1. Caball. *reſolut. crimin. c.* [illegible] 241 *num.* 1 Ceuall. *quæſt.*168. Gutierr. *vbi proximè quæſt.*132. *num.*4. quia mandans fieri delictum, illud verè committit, vt ait Pontif. *in d. cap. mulieres*, *§. illi verò, cap. qui facit* 72. *de reg. iur. in* 6. textus elegans *in cap. perniciosè* 23. *de pœnit. diſt.* 1. *l.* 1. *§. Deiecisse, ff. De vi, & vi armat.* Imò actus magis tribuitur mandanti, quam exequenti, *c. vt famæ* 35. *in fine de ſentent. excommunicat.* *l. item* 6. *§.* 1 *ff. quod cuiuſq. vniuerſit. nom.* Sed præmiſſa regula ſuas patitur limitationes

de

de quibus latè diſſerit Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 353.* inter quas connumerat *num. 5.* quam in præſenti D. Couar. tradit, nam ſi mandans, & mandatarius non ſint eiuſdem conditionis, pœna pro perſonarum qualitate variabitur iuxta regulam, de qua *ſup. num. 36.* vt tenet etiam Bald. *in l. non ideo minus, num. 11. C. de accuſationib.* Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 33. num. 8.* vbi poſt Aretinum, & Decium diſtinguit inter qualitatem, per quã delictum aggrauatur, & eam, quæ pœnã auget. Bart. tamen *in l. is, qui opem, ff. de furt.* contrarium docuit; ſcilicet qualitatem augentem pœnam in mandatario, nocere mandanti, & è contra, quod probat Plaça *de delict. lib. 1. cap. 15. num. 21.* Sed Deciani diſtinctio vera eſt, nã ſi homo liber mandet ſeruo, vt delinquat, nõ eadem pœna afficientur, ſed mandans mitiori, cum propter mandati conditionem pœna augeatur, *l. in ſeruorum 10. ff. de pœn.* Quod ſiquis mandauerit filio, vt patrem enecet qualitas mandatarij efficiet, vt mandans parricidij pœna coerceatur, *l. vtrum 6. ff. ad leg. Pompei. de parricidis*, hic enim delictũ ipſum augeſcit. De quibus videndi Tiraq. *ſup. cauſ. 31. n. 31.* Farinac. *quæſt. 135. nu. 34.* Carrer. *ſup. tit. de homicid. §. Sequitur ex num. 7.* Conrad. *in prax. rubric. de mandantib. homicid. num. 7.* Caualcan. *de brach. Reg. part. 4.*

60 Hæc D. Couar. vera ſententia locum itidem obtinet in auxiliante ad delictũ, quia delinquens, & opem ferens diuerſimodè pro qualitate perſonæ vnuſquiſque coercebitur. Farinac. *quæſt. 131. num. 44.* Bald. *vbi proximè*, Dec. *in l. conſilij, n. 16. ff. de reg. iur.* Menoch. *caſ. 349. nu. 18.* Idem iuris eſt in conſulente, Bart. *in l. qui ſeruo, §. Item placuit, ff. de furt.* Dec. *in cap. 1. num. 10. verſ. Octauo fallit de offic. deleg.* Farin. *q. 129. n. 101.*

Verſ. *Octauò, quamuis regulariter.*

61 De axiomate hoc videnda ſunt, quæ dixi *ſup. hoc lib. cap. 1. ex num. 100.* Quibus adde, quòd delinquens non habens in bonis luit in corpore omni iure, Exod. 22. *verſ. 3. Si non habuerit, quod pro furto reddat, ipſe venũdabitur.* Lege duodecim tabularum cautum eſt ita. *Si membrum rupſerit, ni cum eo pacit, talio eſto.* Nam ille tãtùm, qui pecuniam non exſoluebat ad talionem tenebatur, vt probatum eſt *ſup. num. 3. cap. finem 5. §. Etſi ſoluendo de dol. & contumac. cap. vlt. de maledic. cap. 1. 14. & 6. l. 2. tit. 7. l. 2. tit. 10. lib. 8. Recopilat. l. 12. tit. 9. part. 7. l. vlt. ff. de in ius vocand. l. fin. C. de ſepulch. violat. l. quicũque 4. C. de ſeru. fugitiu.* notant Pet. Gregor. *lib. 38. cap. 1. num. 10.* Ricciul. *in prax. for. Eccleſiaſtic. reſolut. 251. num. 1.* Tuſch. *lit. D. conc. 53. à princip.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 26. num. 55.* Bouad. *lib. 2. cap. 18. n. 143.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 447. num. 1. & conſ. 447. in princip.* Paz *in prax. tom. 1. part. 4. cap. 5. num. 18.* Clar. *ſup. quæſt. 5. num. 2.* eodem modo qui in honore luere nequit, quia illo caret, corporaliter eſt puniendus; *l. ſi quis iniuriam 35. ff. de pœn. l. 2. §. 1. C. vt intra cert. tẽp. crim. quæſtio terminet.* Sed qua pœna corporali iudicis arbitrio relinquitur, quæ non grauis eſſe debet, Menoch. *d. caſ. 447. n. 25.*

Eſt notandum, quod ſi reus habeat, vn- 62
dè ſoluere poſſit, malitque corporaliter plecti, quàm pecunia priuari, non eſt audiendus, ſed pœna extorquebitur, Guazzin. *d. defenſ. 33. cap. 3. num. 6. & de confiſcat. honor. conc. 31. num. 28.* Dec. *in l. ſiquis id quod num. 22. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Caball. *reſolut. crimin. caſ. 78. num. 13.* Paz *ſup. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 124.* Imò hoc procedet quando lex alternatiuè pœnam pecuniariam, vel corporalem imponeret, nam reus eligere nequibit iſtam, ſi illam ſoluere valeat, Caball. *caſ. 236. num. 24.* quia corporis ſui non eſt dominus, *l. liber homo ff. ad l. Aquil.* & lex creditur pœnam corporalem in defectum pecuniæ irrogare, non electionem reo tribuere. Adde Menoch. *d. caſ. 447. num. 16.*

Quæ commutatio pœnæ pecuniariæ 63
in corporalem prohibetur in nobilibus ſicut *d. num. 100.* ex alijs probauimus, quibus accedit Farinac. *quæſt. 26. num. 21.* Menoch. *num. 31.* Ratio eſt quia quoad eos, qui nobilitate inſigniũtur, lõgè acerbior eſt pœna vel leuiſſima corporalis, quàm maxima pecuniaria, vnde iniquũ eſſet, talem commutationem fieri, nam cum vtraque pro vno eodemque delicto imponatur debet inter eas proportio, & æqualitas obſeruari, de quo Farinac. *num. 22.* Gutier. *ſup. quæſt. 17. num. 9. 10.* Bart. *in l. 1. § fin. ff. de pœn.* Tiraq. *d. cauſ. 31. n. 29.* Bouadil. *lib. 5. c. 3. num. 76.* Menoch. *ſup. lib. 1. quæſt. 80. num. 39.* & diximus *ſup. num. 38.* facit, *l. in ſeruorum 10. in fine*,

ibi:



ibi: *Quia ſolus fuſtium ictus grauior eſt, quã pecuniaria dãnatio ff. de pœn.* Quod in nobilibus maximè verum eſt.

64 Sed mulcta, aut pœna pecuniaria pro leui delicto, nec plebeis eſt in corporalẽ commutanda, Bald. *in l. quicunque, col. 2. C. de ſeru. fugitiu.* Greg. Lop. *in l. 4. gloſ. 3. tit. 22. p. 3.* Bouadil. *lib. 4. cap. 5. num. 68.* Quam pœnæ commutationem de pecuniaria in corporalem, & è contra ſolum ſupremis iudicibus permiſſã, docet poſt Guidon. Pap. Pet. Greg. *ſup. lib. 31. cap. 3. n. 6.* Menoch. *d. caſ. 447. n. 6.*

Num. 5.

65 Cum de pœna abſciſsionis manus agẽdum ſit, oportet prænotare, ſtatutum imponens pœnam mutilationis mẽbri intelligi de manu, *Authen. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugitiu.* vbi Paul. de Caſtr. Caball. *d. caſ. 236. num. 20.* Baiard. *ſup. quæſt. 69. n. 1.* Guazzin. *d. cap. 5. num. 4.* Quod ſi ſtatuatur, vt manus amputetur, ea trũcabitur, quæ ſit debilior, vt ſiniſtra, vel arida, *gloſ. verb. una ſola, in d. Authent. ſed nouo iure*, Guazzin. *num. 3.* Caball. *num. 33.* Cartar. *de exequut. ſentent. cap. fin. num. 282. cum ſeqq.* Menoch. *caſ. 589. num. 1.* Tuſch. *lit. M. conc. 77. num. 1. 2.* Clar. *quæſt. 69. num. 4.* Nec aliud fieri licet, etſi ipſe reus conſenſerit, qui membrorum ſuorum dominus non eſt, nec valet humanitati renunciare, Salycet. *in l. Authent. ſed nouo iure, quæſt. 5. nu. 4.* Caball. *n. 37. 80.* Guazzin. *num. 3.* Imo etſi lex expreſsim alterius memori abſciſsionem iubeat, in manus truncationem commutatur, vt ex *d. Authent. ſed nouo iure*, notat Pet. Greg. *ſup. lib. 31. cap. 16. nu. 6.* vbi refert delicta, ex quibus manus amputationis pœna irrogatur poſt *gloſ. 1. in d. Authẽt. ſed nouo iure.*

Circa dubium præſens de habẽte vni-
66 cam manum, qui pœnam abſciſsionis manus incurrit, triplex reperitur opinio, & vltra duas, quas D. Couar. refert, eſt tertia ſic diſtinguens; aut reus manum ſua culpa amiſerat, vel caſu aut natiuitate illa carebat, in illa ſpecie manus amputabitur, non ſic in iſta, ſed pœna commutabitur. Verius tamen, mitius, ac cõmunius eſt, quòd indiſtinctè manus non abſcindatur, ſed alia pœna reo inferatur, nec enim veroſimile eſt, Legiſlatorẽ de hoc cogitaſſe, voluiſſeque hominem vtraque manu mutilum fieri, ſed ad ea, quæ frequentius accidunt, legem condidiſſe, argument. *l. nam ad ea 5. ff. de legib.* atque ita tenẽt Caball. *n. 42.* Clar. *n. 5.* Caualcan. *de brach. Reg. part. 4. n. 121.* Guazzin. *d. n. 3. verſ. Si vero*, Cartar. *ſup. nu. 287.* Tuſch. *num. 4. & lit. P. conc. 224. num. 31.* At ad huiuſmodi pœnæ commutationem, vt iudex conſulat Principem, ſi commodè poſsit, monent Clar. Cartar. Guazzin. & alij. Hæc vtique ſunt ſeruanda, cum reus manus duas habet vnam aridam, & omnino inutilem, & alteram ſanã, ſiue dexteram, ſiue ſiniſtram, quæ lege abſcindi præcipitur, quia idem eſt vnicam habere manum, ac duas, quarum altera vti non poteſt, argum. *l. idem, ô filius 10 ff. de ædil. ædict.* Sicque aut manus inutilis truncabitur, aut alia pœna ſubrogabitur.

Ibi: *Ex quibus expendere.*

De hoc Bouadil. *lib. 5. cap. 2. num. 94.* 67
Pet. Greg. *dict. cap. 10. num. 4.* qui meminere legis Charondæ, quã iniuſtam monoculus quidã aſſerebat, eo quod ſibi erueretur oculus, quem vnicum habebat, cũ ipſe duos habenti alterum eruiſſet, quo malus detrimentum, quam intulit, ſuſtinebat, quandoquidem viſu penitus priuabatur. Simili ratione Locrenſium lex dura nimis videtur, quoniam eruens oculum monoculo, ſi ſibi duo ſuffodiantur maiorem dolorem patitur, quam ille, quanquam vterque luce pariter orbatus exiſtat, atque ita talionis acerbitatem illa conſtitutio transgrediebatur.

Num. 6.

Reus in aliqua arte, vel profeſsione in- 68
ſignis non eſt pœna mortis, aut alia, per quam inutilis efficiatur, coercendus, ſed Principe conſulto, pœna erit remittenda per iudicem, aut commutanda *l. 1. tit. 32. part. 7.* vbi Gregor. Lop. *gloſ. 5.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 13. num. 36. verſ. Tertius caſus*, Marant. *de ordin. iudicior. part. 6. §. Exequutio ſententiæ, num. 69.* Tiraquel *ſup. cauſ. 50. num. 1.* Clar. *§. fin. q. 60. num. 26.* Baeza *de inop. debitor. cap. 16. in fine*, Tuſch. *lit. E. conc. 486. nu. 19.* Cœpol. *caut. 2.* Carrer. *in prax. tit. de homicid. §. 7. n. 72.* Narbona *in l. 35. gloſ. 5. nu. 35. tit. 3. lib. 1. Recopilat.* Farinac. *in prax. q. 98. num. 134.* Plaça *de delict. lib. 1. cap. 33. num. 1.* Auiles *in cap. 1. Prætor. verb. mandamientos, num. 24.* Horat. *de priuileg. ſcholar.*

*lar. cap.* 83. Villadieg. *in Politic. cap.* 3. *num.* 353.

69 Similiter nec poterit torqueri, ſi periculum ſit, vt peritus moriatur, aut inutilis fiat, Ant. Gom. *ſup.* Ghirland. *tract. de quæſtionib. & tort. cap.* 6. *num.* 9. 10. Gom. Vaioin *prax. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 26. Villadieg. *ſup.* Curia Philip. *part.* 3. §. *Sententia* 17. *nu.* 20. Farinac. *quæſt.* 41. *num.* 88. vbi refert alios.

70 Excellentia autem artificis teſtibus eſt probanda, nec minùs quàm quindecim ſufficiunt, Baiard. *ad Clar. d. quæſt.* 60. *num.* 97. Farin. *cum a. vel d. quæſt.* 98. *num.* 139. & probatur ex l. *vnic. ſ. ac* 7. *C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib.* 12.

71 Limitatur præcedens concluſio, ſi propter ſeditionem, latrocinium, aliudue crimen ſimile veniat puniendus reus, nam magis Reipublicæ moribus nocebit, quã arte proficiet, Farinac. *d. q.* 98. *num.* 135. Baiard. *num.* 98. Tiraquel. *num.* 2. Cœpol. *caut.* 3. Valo *vbi proximè*.

Ibi: *Ego verò exiſtimo.*

72 Docent communiter DD. neceſſariò Principẽ eſſe conſulendum à Iudice maximè poſt ſententiam ad huiuſmodi cõmutationem, vel remiſsionem pœnæ, vt ex nuper allegatis conſtat; ſed Clar. *d. nu.* 26. Farinac. *num.* 138. & alij diſtinguunt inter ſuperiores iudices, & inferiores, atque ita intelligendum eſt, quod in præſenti tradit D. Couar. de ſupremis Iudicibus.

Num. 7.

73 Fur pro primo furto nequit de iure capite plecti, aut membro mutilari, ſed arbitrio iudicis vltra pœnam pecuniariã corporaliter eſt puniendus, Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 295. *nu.* 7. 8. Ant. Gom. *d. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. Gregor. Lop. *in l.* 18. *gloſ.* 5. *tit.* 14. *part.* 7. Gutier. *de delict. quæſt.* 154. *num.* 33. 34. Clar. *in prax.* §. *Furtũ, num.* 7. Pet. Gregor. *ſyntagmat. lib.* 37. *cap.* 2. *num.* 7. Farinac. *in prax. quæſt.* 23. *num.* 3. Tulch. *lit. F. conc.* 564. *num.* 6. Peguera *decis.* 27. *nu.* 1. Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 741. *num.* 1. Pichard. plures cumulans *in manuduction. ad prax. part.* 3. §. 4. *lit. F. num.* 60. 61. Boer. *decis.* 173. *num.* 7. Quod limita cum furtum fit aleatori ſen pere, quo luditur, iuxta *l.* 1. *ff. de alea vſu, & aleatorib.* vbi Alberic. *num.* 3. Florian. *num.* 5. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 25. *nu.* 101. quia nulla pœna ſubtrahenti infligitur. Quid de furto maximo, vide infra *num.* 91. 92.

Præmiſſa concluſio non obtinet, ſi furto aliud admiſceatur delictum, tunc enim etiam pœna mortis pro primo furto poterit imponi. Sic ſurripiens rem Sacram de loco Sacro, ſine diſtinctione capitis pœnas dat, niſi rei paruitate, aut minore ætate excuſetur. Farinac. *quæſt.* 172. *num.* 11. Menoch. *ſup. caſ.* 389. *num.* 2. *cum ſeqq.* Bart. *in l. ſacrilegij pœnam. ff. ad leg. Iul. peculat.* Bois. *in prax. tit. de ſacrileg. num.* 6. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 1. *ſect.* 4. *in fine*, Gregor. Lop. *in l.* 18. *gloſ.* 9. *tit.* 14. *part.* 7. Anton. Gom. *num.* 11. Sic etiam ſurans quinque ſolidos, vltimo ſupplicio damnatur, *cap.* 1. §. *Si quis quinque, de pac. tenend. & eius violat. in vſib. feudor.* quia per tale furtum pax violabatur, vt notant omnes ferè, quos *num. præcedenti* laudamus, pluresque aſſerunt de conſuetudine illud non ſeruari. Sic abigei ſummo ſupplicio afficiuntur, quamuis ſemel tale crimen admiſerint, vbi illud frequenter ſolet patrari, *l.* 19. *tit.* 14. *part.* 7. *l.* 1. *ff. De abigeis*, vbi quis ſine abigeai, iuncta *l.* 3. *eod. tit.* Ita Ant. Gom. *num.* 13. Pichard. *lit. A. num.* 1. Pet. Greg. *d. lib.* 37. *cap.* 5. Alios caſus recenſet, *l.* 18. *tit.* 14. *part.* 7. 74

Graſſatores verò, qui in mari, vel terra ex propoſito ad deprædandum ſe conſtituunt, pro primo delicto niſi nex hominis ſubſequatur, ſuſpendi non debent; nam frequentia maleficij deſideratur, ſed alitèr iudicis arbitrio coercendi ſunt iure communi attento, *l. ex italium.* 28. §. *Graſſatores ff. de pœn.* Greg. Lop. *in d. l.* 18. *gloſ.* 6. Boer. *deciſ.* 173. *num.* 7. Ant. Gom. *num.* 10. Tulch. *lit. F. conc.* 564. *num.* 20. Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 3. *diſp.* 645. *num.* 31. Gutier. *ſup. quæſt.* 156. *ex num.* 3. Peguera *deciſ.* 40. *num.* 6. Farinac. *quæſt.* 167. *num.* 24. Sed dubium inter Noſtrates eſt, vtrum per *l.* 18. *tit.* 14. *part.* 7. ius commune ſit correctum, ita vt latrones iſti & piratæ pro primo admiſſo, etiam citra necem hominis ſuſpendi debeant? Affirmant Ant. Gom. *vbi proximè*. Auil. *ſup. in d. cap.* 1. *verb. derechamente, num.* 15. Azeu. *in l.* 7. *num.* 108. *tit.* 11. *lib.* 8. *Recopilat.* Salaçar *de vſu & conſuetud. cap.* 5. *num.* 24. Contrarium verò placet Gregor. Lop. *in d. l.* 18. *gloſ.* 6. 7. Molin. *vbi proximè*, Gutier. 75



tier. qui bene probat, *vbi ſup. à num.* 7. Si verò bis latrocinium perpetrent, ſummũ ſupplicium indiſtinctè ſuſtinebunt, Molin. *num.* 50. Ant. Gom. cum alijs *d. num.* 10. Gutier. *num.* 7. Greg. Lop. *ſup.* Sufficitque ſola aggreſsio, Gutier. cum alijs *num.* 9.

76 Fures itidem ſiue effractores, qui rupto pariete, vel oſtio domos violenter furandi causâ ingrediuntur pro primo furto morti non ſunt tradendi, ſed Iudicis arbitrio plectuntur, Farinac. *num.* 27. Gutier. *quæſt.* 157. *num.* 4. Ant. Gom. *num.* 12. Molin. *num.* 27. Gregor. Lop. *in d. l.* 18. *gloſ.* 8. Pet. Greg. *d. lib.* 37. *cap.* 14. *n.* 2.

Ibi: *Dicitur autem latro famoſus.*

77 Quis dicatur famoſus latro non omninò expeditum eſt propter opinionũ varietatem, de quo latiſsimè per Farinac. *quæſt.* 166. *ex num.* 7. Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 29. Gutier. *d. quæſt.* 156. *à num.* 2. Gregor. Lop. *in d. l.* 18. *gloſ.* 5. & licèt non pauci ſentiant, eos ſolos latrones cẽſeri, qui ſpolijs non ſatiati, ſpoliatos interficiunt iuxta illud Horatij, *epiſtol. lib.* 1. *epiſt.* 2.

*Vt iugulent homines ſurgũt de nocte latrones.*

Verius tamen eſt ac communius, omnes, qui vias publicas obſidẽt cum armis, vt iter facientibus bona auferant, quamuis non occidant, latrones nuncupari, qui à cõſuetudine latrocinandi famoſi appellãtur. Verùm iuxta, *d. l. capitalium.* §. *Famoſos*, aſſeuerari poteſt, famoſos etiam dici ob enormitatem facinoris illos, qui vitam cum bonis auferunt. Plura iura in quibus latronũ mentio fit, cumulãtur *lexic. iur. verb. latrones*, vbi vnde dicti ſunt, nempe à latendo.

78 Hinc fit, vt quanquam cum D. Couar. in præſenti multi doceant latronem famoſum eſſe, qui ſæpè clanculùm furatur, tamen tenendum eſt, hunc furem famoſum eſſe, non latronem, quia per repetitionem eiuſdem actus furtum in latrocinium, quorum natura diuerſa eſt, tranſire non poteſt. Notant Angel. *in l. Prætor ait.* §. *Aduerſus. ff. de ſepulch. violat.* Gutier. *vbi proximè*. Greg. Lop. *d. gloſ.* 6. Molin. *num.* 8. Farin. *quæſt.* 167. *num.* 5. Bald. *in d. Auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugitiu. num.* 3. *notab.* 30.

Ibi: *Imò pro ſecundo furto apud Hiſpanos.*

79 Hanc legem Fori imponentem pœnam mortis pro ſecundo furto in vſu non eſſe, profitentur Azeued. *ſup. num.* 94. Gutier. *q.* 154. *n.* 45. Greg. Lop. *d. gloſ.* 5. *col.* 3. *verſ. Pro ſecundo verò furto*. Ant. Gom. *n.* 6. *in fine*, Molin. *n.* 12. quamuis in Regno Neapolitano ſeruetur conſtitutio, vt pro duobus furtis noctu commiſsis de rebus, etiam viliſsimis, vt gallinis reus moriatur, vt refert poſt Afflictis Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 19. *in fine*, quod ſibi durum videtur.

De iure communi pro ſecundo furto pœna aggrauatur iudicis arbitrio præter mortem, aut membri mutilationem, Greg. Lop. *d. gloſ.* 5. *in fine*, Azeued. *num.* 93. Ant. Gom. *vbi proximè*. Molin. *num.* 7. *verſ. Diſpoſitionem*. Farinac. *d. quæſt.* 167. *num.* 42. 44. Cantera *in quæſtionib. crimin. cap.* 8. *num.* 10. Quamuis alij contradicant, quos recenſet Farinac. *num.* 43. lege Regia pro ſecundo furto pœna mortis infligitur, ſi belli tempore committatur, *l.* 6. *tit.* 28. *p.* 2. vbi Greg. Lop. *gloſ. vlt.* 80

Ibi: *Sed priorem ſententiam ſequitur.*

Quanquam verum ſit, de iure cõmuni fures non teneri ad pœnam capitis pro tertio furto, quia *d. l. capitalium*, §. *Famoſos*, ad eos non ſpectat, vt conſtat ex dictis *proximè num.* 78. tamen de generali conſuetudine apud omnes ferè gentes obſeruatur, vt qui triplex furtum admiſerit, ſuſpendio pereat. Ita tenent Greg. Lop. *d. gloſ.* 5. Menoch. *ſup. caſ.* 295. *num.* 17. Ant. Gom. *nu.* 7. Clar. *d.* §. *Furtum, n.* 8. Gutier. *quæſt.* 154. *num.* 48. Farinac. *quæſt.* 23. *num.* 4. & *quæſt.* 167. *num.* 48. Azeued. *num.* 95. Baiard. *ad Clar. vbi proximè num.* 27. Molin. *vbi proximè & num.* 8. Caball. *ſup. num.* 2. Cantera, *d. num.* 10. *verſ. Nunc eſt videndum*, Tulch. *lit. F. conc.* 564. *num.* 16. *cum ſeqq.* Pet. Gregor. *d. lib.* 37. *cap.* 2. *num.* 3. Peguera *deciſ.* 26. *num.* 3. Fachin. *controuerſiar. lib.* 9. *c.* 9. *in princip.* Pichard. *ſup. d.* §. 4. *lit. F. num.* 61. Maſcard. *de probat. conc.* 838. *n.* 6. Vulpel. *reſp.* 16. *n.* 3. 81

Quæ concluſio debet temperari, primò vt non procedat in furtis rerum vilium, ac contemptibilium, pro quibus perdurum eſſet, morti hominem tradi, Molin. *num.* 8. *verſ. In Regno*, Ial. *in l. ſi ſeruus, num.* 6. *ff. de condict. cauſ. data*, Caball. *ſup. num.* 3. Tulch. *vbi proximè, num.* 27. Azeued. *num.* 107. Vulpel. *ſup. num.* 5. 82

Cœ-

Cœpol. *in Auth. ſed nouo iure, n.* 94. Greg. Lop. *vbi proximè, col.* 3. Farinac *n.* 79. Gutier. *n.* 49. Ex quorum mente videtur neceſſarium, vt tria omnia furta ſint circa res æſtimatione dignas; ſiquidẽ nec pro furto exiguo licet corporalem pœnam imponere, vt reſoluũt Greg Lop. d. *gloſ.* 5 *col.* 3. Molin. *n.* 12. *verſ. Conueniunt*, Gutier. *n.* 40. Salazar *ſup. d. cap.* 5. *n.* 20. *verſ. Verberandi verò*. Sed pro tribus furtis etiã paruis ad mortem reum damnari poſſe, quia conſuetudo attenditur, & non quã-titas, defendunt Menoch. *vbi proximè*, Ioan. de Platea *in l.* 1. *C. de grege dominic. lib.* 11 & alij apud Farinac. *n.* 80. A priore tamen opinione recedendum non eſt.

83 Secundo, temperatur in furtis improprijs, & interpretatiuis, vt cum commodatarius, aut depoſitarius re commodata, aut depoſita contra domini voluntatem vtitur, nam, & ſi hi furtum admiſiſſe dicantur, §. *Furtum autem, inſt. de obligat. q. ex delict. naſcunt.* hæc furta ad pœnam mortis inferendam, minimè computantur, Farin. cum alijs. *nu.* 84.

84 Tertio, in furtis eodem tempore commiſsis, nam tria furta debent eſſe diſtincta diuerſiſque diebus patrata, Farin. *nu.* 71. Azed. *n.* 111. Molin. *n* 8. *verſ. in Regno ad finem*. Boer. *deciſ* 219 *n* 3. Tuſch. *d. conc.* 564 *n.* 29 Menoch. *n.* 20. Clar. *n.* 14. Cœpol. *ſup. num* 95 Gutier. *q.* 155. *n* 6. quanuis teneat tria furta eodem die admiſſa ſufficere, vt quis capite damnetur, ſi diuerſis temporibus, & non continuò fiant, pro quo allegat Did. c. Perez *in l.* 7. *gloſ. azares, verſ. Sicut ſi quis pluries furtũ, tit* 10. *lib.* 8 *Ordinam.* Sed veriùs credo, quod ad inducendam cõſuetudinem furãdi deſideratur, vt ſaltim nox inter delicta interponatur, nam actus, qui eadem die fiunt, moralem continuationem videntur habere.

85 Quarto limitatur, quãdo agitur de punitione primi furti, quoniam poſteà cõmiſſa non cõſiderantur ad pœnam mortis imponendam, Greg. Lop. *col.* 3, *ad finem*, Molin *vbi proximè*, Bertaz. *conſ.* 39. *n.* 20. *lib.* 1. Ant. Gom. *n.* 9. *verſ. Sed his nõ obſtantibus*. Farin. *n.* 60 Gutierr. *vbi proximè, n* 5. Tuſch *lit. S. conc.* 560. *n.* 22. à quibus diſcedit Baiard. *vbi ſup. nu.* 24.

Ibi: *Quæ obtinet etiamſi prima furta.*

86 Concluſio principalis ampliatur, etſi duo prima furta ſatis fuerint punita, Farin. *n.* 64. Tuſch. *vbi proximè, nu.* 60. Gutier. *n.* 4. Cantera *d. n.* 10. Cœpol. *nu.* 100. Greg. Lop *ſup. verſ. Et aduerte*, Azeued. *n.* 106. Ant. Gom. *n.* 9.

Ibi: *Idem erit obſeruandum.*

87 Quanuis in alieno territorio reus duo prima furta commiſerit, iure ad mortẽ damnatur per iudicem loci, vbi tertium patrauit, nam incidẽter de illis ad aggrauandam pœnã cognoſcit. Ita Ant. Gom. *n.* 8 Menoch. *n.* 18. Farin. *n* 51. Gutier. *n.* 1. Boſſ. *in prax. crim. tit. de furt. n.* 15. Molin. *d. verſ. in Regno*, Baiard. *n.* 54. Azeued. *n.* 105 Tuſch. *n.* 19. 24. Clar. *n.* 10. Cãter. *vbi proximè*. Quicquid alij ſentiant, quos refert Farinac. *num* 52.

88 Idem erit obſeruandum, ſi duo prima furta per gratiam fuerint à Principe remiſſa, adhuc enim pro tertio furca ſuſpendi poteſt fur, Molin *vbi proximè* Azeued. *n.* 107. Tuſch. *d. conc.* 564. *n.* 31. Clar. *n.* 12. Gutier. *n.* 3. Menoch *n.* 19. D. Couarr. *infra cap.* 10. *n.* 2. *verſ. Caterũ.* Aliud vero eſt ſi per ſententiam fuiſſet abſolutus, quia de illis curandum non eſt, nec iterum cognoſcendum, Farinac. *n.* 8.

89 Similiter punietur, quanuis actio, vel accuſatio furtorum præcedentium, tẽpore ſit præſcripta, Molin *d. n.* 8 Anton. Gom *n.* 8. *ad fin.* Gutier. *nu* 2. Bal. *in Authent. ſed nouo iure, nu* 4. *C. de ſeru. fugitiu.* Farinac. *n.* 62. Clar. *in prax.* §. *fin. quæſt.* 51. *num.* 7.

90 Tandem ad hoc, vt fur ſuſpendatur, neceſſè non eſt, vt de duobus furtis ſit iam damnatus, ſufficit enim, quod cum de tertio agitur, illa probentur Ant. Gomez *n.* 9. Baiard. *ſup. nu* 69. Gutier. *num.* 5 Molin. *vbi proximè* Farin *n.* 68 *qui nu. ſeq.* contrarium ſententes laudat.

Ibi: *Sic ſanè quibuſdam viſum eſt.*

91 Vt ùm pro primo furto maximæ quãtitatis liceat pœnam mortis infligere? maximè controuertitur, & partem affirmatiuam cum his, quos in preſenti, D. Couarr laudat, tuentur etiam Menoch. *d. caſ.* 295. *n.* 9 Caball. latiſsimè probãs *caſ.* 18. *à n.* 4 Bernard. Diaz *in prax. cap.* 90 *col.* 3 vbi de conſuetudine ſeruari in Hiſpaniæ Tribunalibus aſſerit, Alciat. *in cap. cũ nõ ab homine, notab. vlt. de iudic.* Peguer. *deciſ.* 27. *num.* 8. qui de praxi in Cathalonia teſtatur, Montalu. *in l.* 6. *gloſ.* 1 *tit.* 5 *lib.* 4 *for.* Padilla *in l. tranſigere, num.* 12. *C. de tranſact.* dicit magis communem eſſe, Salon. *de iuſt. & iur. colũn.* 1340. 1341. Ceuall. *tom.* 1. *q.* 741. *n.* 6. Guid. *in d. Auth. ſed nouo iure*. Pichard. *vbi ſup.* & alij apud Segura *in l. Imperator, n.* 135. *ff. ad Trebellian.* Quod autem magnum furtum dicatur iudicantis arbitrio relinquitur. Azeued. *n.* 104 Ceuall. *n.* 7. Menoch. *num.* 10. Marſil. *in l. quæſtionis modum, num.* 48. *ff. de quæſtionib.* Peguer, *vbi proximè, n.* 11. Gutier. *n.* 8 Ant. Gom. *n.* 7. *in fine*.

Ibi: *Ideo contrarium plerique placuit.*

92 Sed contraria ſententia, & ſic quod pro furto cuiuſcunque quantitatis nequeat pœna mortis imponi, vt benignior, ita apud Interpretes frequentior eſt, quam amplectuntur Farinac. *quæſt.* 23. *num.* 3. Ant. Gom *vbi proximè*, Fachin. *d. cap.* 91. *in fine*, Gutier. *quæſt.* 154. *num.* 52. *verſ. His tamen non obſtantibus*, Roland. *conſ.* 51. *ex num.* 43. *volum.* 1 Clar. *num.* 9. Molin. *n.* 9. Suar. *in addit. ad Ant. Gom. d. num* 7 *lit.* D. Padilla, *vbi proximè* Greg. Lop *d. gloſ.* 5. *col.* 4. *verſ. Similiter ex iſta lege*, Salaz. *d. cap.* 5. *n.* 20. *verſ. Duplici igitur*, Vulpel. *d. reſponſ.* 16. *num.* 1. Azeued. *num.* 103 Tuſch. *d. conc.* 564. *num.* 46. Vela *de delict. cap.* 12. *verſ. Sed ſi vnum* Salced. *ad Bernard. Diaz d. cap.* 90. Quelada *in ſuis quæſtionib. cap.* 19 vbi latè, *Auiles in cap.* 1. *Prætor. verb. derechamente à num.* 13. & plures alij. Quæ opinio tunc proculdubio procedet, cum furtum nõ eſt qualificatum, ſed ſimplex, nam etſi furti pœna iure communi ſit arbitraria, Farinac. *d. quæſt.* 167. *nu.* 6. Azeued. *num.* 90. Olan. *in antinom. iur. lit. F. n.* 132. Pichard. *n.* 61. Iudexque poſsit vſque ad mortem pœnam irrogare, vt latè probat Menoch *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 86. per totam, & eſt communis opinio, vt conſtat ex mox referendis, tamen hoc non procedit, quando lege prohibetur, ne vltimum ſupplicium inferatur, prout fit in *d. Auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugitiu.* Menoch. *vbi proximè, n.* 3. Imo multis communiter contra Menoch placet, arbitrium vſque ad mortem extendere, iudici non licere, vt videre eſt apud Farinac *quæſt.* 17. *ampliat.* 12 Guazzin. *defenſ.* 33. *cap.* 16. *num.* 1. Caball. *ſup. caſ.* 92. *nu.* 3. Ceuall. *quæſt.* 304. Sed hoc iudicibus inferioribus ſolùm vetitum ait rectè Guazzin. ex Maur. Burg. *in tract. de mod. procedend. ex abrupto, q.* 24. *n.* 274.

Ibi: *Quo fit, vt licèt Alexander.*

93 Licitum eſſe pro ſimplici furto pœnã mortis ſtatuere, probant Leſs. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 2. *num.* 4. Tuſch. *d. conc.* 564. *num.* 30. 36. vbi quod furtũ debet eſſe non paruum, Molin. *d. diſp.* 695. *num.* 1. qui Scoti ſententiam ſuo Authore indignam appellat. *& n.* 8. *verſ. Quanuis*, Gutier. *d. quæſt.* 154. *num.* 48. *in fine*, Salon. *ſup. col.* 1340. Valent. *in* 2. 2. *tom.* 3. *diſp.* 8. *de homicid. punct.* 2. *verſ. Sed iſta ſententia* Becan. *de iuſt. in quæſt.* 64. D. Thom. *quæſt.* 3. *num.* 4. Bonacin. *in ſumm. tom.* 2. *tract. de reſtitut, diſp.* 2. *quæſt. vlt. punct.* 2. *num.* 1. *verſ. Reſpondetur.*

Ibi: *His accedit, quod licitum ſit.*

94 Eſt de fide licere malefactores publica Authoritate perimere, Exod. 22. *verſ.* 18 *Maleficos non patieris viuere*, Pſalm. 100. *verſ.* 8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem*, Paul. *ad Roman.* 13. *verſ.* 4. *Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt; vindex in iram ei qui malũ agit*, *cap. qui malos* 29 *cap. Rex debet.* 40. 23 *quæſt.* 5 Valent. *ſup. verſ. Itaque circa*, Victor *in relect. de homicid. ex n.* 15. Becan. *n.* 1. Aragon. *de iuſt. & iur. q.* 64. *de homicid. art.* 2. *verſ. His ergo interpretationibus*, Bonacin. *n.* 1. Molin. *d. nu* 1. Dicaſtill. *de iuſt. tom.* 1. *lib.* 2. *tract.* 1. *diſp.* 10. *à n.* 3. ex quo reprehenditur error Lactantij *Diuinar. inſtitut. lib.* 5. *c.* 20. vbi aſſerit, nunquã permiſſum eſſe, abſque peccato hominẽ interficere.

Ibi: *Nam quod fures.*

95 De pœnis in fures apud diuerſas gentes ſtatutis latiſsimè agunt Menoch. *d. caſ.* 295. Pet. Gregor. *ſup. lib.* 37 *cap.* 2. Molin. *d. diſp.* 695. Gutier. *q.* 154 Farinac. *quæſt.* 167. Henric. Bocer. *de furtor. pœn.* Azeu. *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 8. *Recopilat.* Greg. Lop. *in d. l.* 18. *tit.* 14 *p.* 7. *in gloſ. magna*. Vela *de delict. cap.* 12. Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 5. *à num* 4. Ex quibus quædam vtilia, aut ſingularia ſunt obſeruanda.

96 In primis pœna furti de iure Canonico eſt, vt præter infamiã, quæ ſemper con-

 tra-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

trahitur, Clericus deponatur, & ſi non re
ſipiſcat, excommunicetur, anathemate-
que percutiatur, quod ſi ad correctionem
non proſit, brachio traditur ſeculari, vt
dignè puniatur, *cap. cum non ab homine* 10.
*de iudic. cap. Præsbyter* 81. *diſt. l.* 61. *tit.* 6.
*p.* 1. vbi Greg. Lop. *gloſ.* 2. Molin. *nu.* 26.
Bernard. Diaz *in prax. cap.* 93. vbi Salzed.
*lit. A.* Pet. Gregor. *num.* 23. Aldrete *de re-*
*ligioſ. diſciplin. tuend. lib.* 2. *cap.* 16 *§.* 1. *n.*
8. Farinac. *num.* 9. Maiol. *de irregularit. lib.*
5. *cap.* 24. *n.* 1. Gutier. fusè, *quæſt.* 161. *per*
*totam.* Hæc tamen in leuibus furtis mini-
mè procedunt, vt notant Gutier. Molin.
Gr. Lop. *ſup.* Abbas *in c. tuæ, de pœn.* & om
nes communiter. Et quanquam Clericus
tradatur ſeculari brachio, mitius cum eo,
quã cum laicis agendũ eſt, Molin. ibidẽ.
97 Sed ſi Clericus latrocinium perpetra-
uerit, deponitur, ac in monaſteriũ arctum
vt pœnitentiam agat, detruditur, *c. tuæ* 6.
*de pœn.* vbi Panormitan. Sylueſt. *in ſumm.*
*verb. Degradatio,* Farinac. *ſup. & in fragmẽt.*
*crimin. verb. Clericus à n.* 316. Molin. *n.* 3.
Hoſtienſis *in d. cap. tuæ,* Turrecremat. *in d.*
*c. Præsbyter,* Pet. Gregor. *ſup.* & alij apud
Gutier. omnino videndum à *n.* 4.
98 De iure noſtro Regio, omiſsis, quæ an-
tiquitas obſeruabat, quæ hodie in praxi
recepta ſunt, breuiter exponamus. Qui
igitur alienam domum furandi cauſa in-
troierit, aut aliter furtum admittere ten-
tans deprehendatur, iudicis arbitrio pu-
nitur, quod & iuxta ius cõmune verum
eſt, Molin. *n.* 11. Bald. *in l. ſi quis non dicam*
*in* 3. *oppoſit. C. de Epiſc. & Cler.* Menoch.
*ſup. caſ.* 360. *num.* 62. Si delictum perfe-
cerit nulla qualitate aggrauatum, pro
prima vice fur ad ignominiam publicè
traducitur, triremibuſque in ſexennium
mancipatur, quod ſi in Curia furtum fiat,
huiuſmodi pœna ad octennium protela-
tur, *l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 8. *Recopilat.* Quanuis
contra hos fures pœna mortis ſit ſtabili-
ta, *l.* 1. *tit.* 23. *eod. lib.* Pro ſecundo furto
reus ad centum flagelli ictus publicè ſu-
ſtinendos, perpetuòque remigandum
damnatur, quod ſi intra Curiam delictum
fiat, ictus duplicãtur, *l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 8. *Re-*
*copil.* Ad quod neceſſe eſt, vt vtrũque fur-
tũ in Curia admittatur, vt notat Gutier.
*d. q.* 154. *n.* 47. Pro tertio iuxta commu-
nem cõſuetudinem furcarum pœna, im-
ponitur, Ant. Gom. *n.* 7. Gregor. Lop. *vbi*
*ſup. d. gloſ.* 5. *col.* 3. Gutier. *n.* 48. Azeued. *n.*
95. Molin. *n.* 16. & alij Regnicolæ, qui de
tertio furto indiſtinctè loquuntur, nam
quoad hoc nihil ſpecialiter apud nos cau
tum reperitur. Pœna verò pecuniaria du
pli, quadrupli, aut nouenarum in vſu non
eſt, Molin. *n.* 12. Azeued. *n.* 97. Ant. Gom.
*n.* 5. Gutier. *n.* 34. 36. Imò expreſsim ſu-
blata eſt per *d. l.* 9. *Recopilat.* pœna ſeptu-
pli, quæ Fiſco applicabatur (nam duplum
ad partẽ ſpectabat, Gutier. *nu.* 36.) Quæ
aliter ſe habẽt, quando furtum fit rei mi-
nimæ, propter quod pœna corporalis nõ
infligitur, ſed fur pecunia mulctatur, aut
in vinculis publicis detinetur, Molin. *n.*
12. *verſ. Conueniunt.* Azeued. *n.* 107. Gu-
tier. *n.* 40. Videas *l.* 16. *tit.* 11. *lib.* 5. *Reco-*
*pilat.* qua pœna pecuniaria furi irroga-
tur, & *l.* 5. *tit.* 17. *eod. lib.* vbi ſtabilitur, vt
ſurripiens ea, quæ ad culturam agrorum
deſeruiunt, pro vno vndecim pendat, *l.* 2.
*tit.* 12. *eod. lib.* Quid in fures iure Luſitano
decretum ſit, docet Molin. *n.* 24.
De pœnis eorũ, qui in itineribus graſ- 99
ſantur, agitur *in l.* 3. *tit.* 13. *l.* 6. *tit.* 23. *lib.*
8. *Recopil.* de quibus per Gutier. *q.* 156.
*per totam.* De eis, qui per vim domos alie-
nas furandi cauſa ingrediuntur, in *l.* 6. *tit.*
5. *lib.* 4. *for. l.* 74. *ſtyli,* & apud Gutier. *q.*
157. Greg. Lop. *d. gloſ.* 5. *col.* 4. Ant. Gom.
*nu.* 12. & quanuis iſti, & latrones vltimo
ſupplicio ſint afficiendi regulariter, ta-
men niſi propter immanitatem ſceleris
Reipublicæ interſit, eos interfici, iudices
mortis pœnam debẽt commutare eos ad
triremes dãnantes abſque partis offenſæ
præiudicio. Ita cauetur *l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 8.
*Recop.* notat Gutier. *vbi proximè, n.* 12.
Iam aliqua de exteris attingamus Dra- 100
co acerbus Athenienſium Legiſlator pro
primo furto rei, etiã minimæ mortis pœ
nam ſtabiliuit, quæ tamen poſtea per So-
lonem in pecuniariam fuit commutata,
Aul. Gell. *lib.* 11. *noct. Atticar. cap.* 18. Fa-
rinac. *d. q.* 167. *n.* 2. Pet. Greg. *ſup. lib.* 37.
*cap.* 2. *n.* 9. Menoch. *d. caſ.* 295. *n.* 1. Lege
*duodec. tabular.* fures manifeſti nocturni
occidi impune poterant, necnon diurni
ſi ſe telo defenderent, deinde ni occide-
rentur priuata authoritate, publica ver-
berati addicebantur ei, cui furtum fiebat,
ſerui verò verberibus affecti, è ſaxo præ-
cipitabãtur, Gell. *vbi proximè.* Iacob. Re-
uar. *ad leg. duodec. tabul. c.* 26. *de furt.* Attij
furem lapidibus obruebant, Pet. Crinit.
*lib.* 3. *de honeſt. diſciplin. cap.* 13. Menoch.
*num.*



*num.* 4. Gutier. *num.* 20. In Prouincia Ca-
rintia cõſuetudine obtinuit, vt ſuſpectus
de furto ſuſpendatur, poſt cuius obitum
de cauſa cognoſcitur, Æn. Silu. *cap.* 20.
*Europ.* Apud Lycios fur ſeruus efficitur,
Stob. *vbi ſupra.* Locrenſes ob furtum ocu
lis priuabantur, Heracl. *in politijs Polit.*
*Locrenſ.* Pet. Gregor. *nu.* 10. Apud Scithas
nullum grauius peccatum furto; Bonfin.
*lib.* 2. *dec.* 1. In Gallia pro primo furto vl-
trà fuſtigationem aures abſcinduntur,
Pet. Greg. *num.* 11. In Anglia ex conſtitu-
tione Regis Henrici VII. ei, qui ſemel
furtum admiſiſſe probatur, in manu ſini-
ſtra ſub pollice inuritur lit. T. nam apud
Anglos theth fur dicitur, vt ſi iterum fu-
retur debitas pœnas det, Polidor. *lib.* 26.
*Anglic. hiſtor.* Pet. Greg. *num.* 18. Gutier.
*n.* 33. Actiſanes Ægipti, & Æthiopię Rex
ſtabiliuit, vt furibus nares amputaren-
tur, ſicque mittebantur in regionem de-
ſertam & valde incommodam, vbi vrbs
fuit inædificata, quam eo quod eius ha-
bitatores naribus carebant, Rhinoceram
dicebatur, Diodor. *lib.* 2. *bibliot. cap.* 1.
Pet. Gregor. *num.* 11. Bactriani parum fu
rantes ſputis dehoneſtabant, Pet. Crinit.
& Menoch. *vbi proximè.* Sed furta impu-
nita omnino relinquuntur contra ius na-
turale apud nationes aliquas, vt Ægyp-
tios, Samios, Perſas, imò apud Lacedæ-
monios laudabilia non ob turpe lucrũm,
ſed quia ita expedire putabant, vt adoleſ-
centes idonei ad bellum redderentur, nã
aſſuetudo, ſolertiaque furandi eorũ ani-
mos acuebat, & obfirmabat ad inſidiarũ
aſtus, ad vigiliarum tolerantiã, obre pen-
dique celeritatem, Gell. *d. cap.* 18. Alex.
ab Alex. *lib.* 6. *cap.* 10. Plutarch. *poblemat.*
168. Menoch. *num.* 2. 3. Heracl. *ſup. in Po-*
*lit. Lacedæmon.* Gutier. *n.* 17. *cum ſeqq.* Fa-
rinac. *d. q.* 167. *n.* 3.

Num. 8.

101 Licere iudicibus, iuſtis de cauſis pœ-
nas legales temperare, vel trãſgredi pro-
bant, *l. qui cum maior* 14. *§. Si tamen, ff. de*
*bon. libertor. l. in ſeruorum* 10. *§.* 1. *l. hodie*
13. *ff. de pœn.* Pet. Greg. *lib.* 33. *cap.* 27. *n.* 2.
Tiraquel. *de pœn. temper. in præfat. num.* 16
Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 30.
Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 540. *num.* 19.
Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 18. *n.* 8. Guaz-
zin. *de defenſion. reor. defenſ.* 33. *cap.* 17. *nu.*
1. Ant. Sola *ad conſtitution. Sabaud. tit. de*
*falſ. notar. gloſ. vlt. nu.* 12. Paz *in prax. tom.*
1. *part.* 5. *cap.* 3. 5. 12. *num.* 97. Marant. *de*
*ordin. iudicior. part.* 4. *nu.* 65. Farin. quam-
plurimos referens *in prax. crimin. quæſt.* 17.
*num.* 7. 10. Gutier. *practicar. lib.* 4. *quæſt.* 46.
*ex n.* 9. vbi latiſsimè Clar. *in prax. §. fin.*
*q.* 85. *n.* 10. And. Gail *de pac. public. lib.* 2.
*cap.* 9. *n.* 22. Myſinger. *obſeruat. cent.* 2. *ob-*
*ſeruat.* 30. *n.* 1. Sed ad id regulariter non
tenentur, Felin. *in cap. qualiter el.* 2. *num.*
43. *de accuſat.* Auendañ. *in cap.* 16. *Prætor.*
*num.* 11. Gutier. *num.* 40. quod in quibuſ-
dam caſibus limitat Auendañ. & vide-
tur, quod, vbi adeſt maxima intrinſeca,
& euidens cauſa, tenetur iudex pœnam
moderari.
Idem quoad pœnas ſtatutarias, ac con 102
ſuetudine introductas ex multis, docet
Gutier. *num.* 27. 38. Farin. *d. num.* 11. 18.
qui *num.* 8. rationem præfatæ concluſio-
nis docet: quia ſcilicet ex circunſtantijs
ita delicta ſolent immutari, vt vel leuiſsi-
ma, vel immania fiant, quare cum ſub le-
ge nequeant omnes caſus expreſsim com
prehendi, *l. non poſſunt* 12. *ff. de legib.* ius iu-
dicanti hoc tribuit arbitrium, quod pœ-
nam ſtabilitam pro facti qualitate exa-
cerbet, aut molliat, vt ſic ſemper poſsit
eã facinori commenſurari. Hinc dicitur,
omnes pœnas iudici eſſe arbitrarias, Ma-
gon. *Lucenſ. deciſ.* 42. *n.* 21. *part.* 1. Guaz-
zin. *cap.* 16. *nu.* 2. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.*
12. *n.* 98. Farinac. *n.* 17. vbi alij, quod ve-
rum eſt, iuſta exiſtente cauſa, alioquin iu-
dex à legis ſanctionibus reſilire prohibe-
tur, pœna infamiæ, & alijs in ipſum ſtatu
tis, Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 96. *à n.* 11.
Tuſch. *lit. P. conc.* 255. *n.* 35. Farin. cũ mul-
tis, *n.* 5. & dictum eſt, *ſup. hoc cap. ex nu.* 5.
Gutier. *num.* 24.
Cauſæ autẽ, quibus moueri poſsit iu- 103
dex ad pœnas tẽperandas, traduntur latiſ-
ſime à Farin. *q.* 87. *cum multis ſeqq.* Tira-
quel. *in tract. de pœn. temper.* Clar. *ſup. q.* 60.
*à princip.* Bernard. Diaz *reg.* 371. Gutier.
*n.* 12. & ab alijs, quos laudat Farinac. *d. q.*
17. *n.* 10. & Bouadill. *in Politic. tom.* 1. *lib.*
2. *c.* 21. *n.* 147. & ſi duo millia earum cu-
mulaſſe teſtatur, qualitates verò, propter
quas tranſgredi ſanctiones legis poſſunt,
actiuſque in maleficos animaduerti col-
ligere licet ex *l. aut facta* 16. *ff. de pœn.* nõ
nullaſque refert Farinac. *q.* 18. *num.* 63.
& Gail *ſup. n.* 24.
Ibi: *Quibus non obſtat gloſſa.*
Hãc gloſſæ opinionẽ cõprobare videtur 104

*Marcianus in l.* 1. *§. Sed nō vtique*, ibi: *Pœnæ verò perſequutio nō eius voluntati mādatur ſed legis authoritati reſeruatur, ff. ad Turpillian.* & eam tenēt gloſ. *in l. Diuus* 31. *ff. ad l. Cornel. de falſ.* Roman. *ſing.* 207. *incipit: Dixit Baldus, & in l. ſi verò, §. De viro, ff. ſolut. matrim.* Marſil. *in prax. crim. §. Diligenter n.* 179. Iaſ. *in §. Ex maleficijs. col.* 2. *inſt. de actionib.* Grammatic. *vot.* 30. *n.* 14. Cœpol. *in Auth. ſed nouo iure, nu.* 78. *C. de ſeru. fugit.* Roland. *cōſ.* 7. *n.* 45. *vol.* 1. Auēdañ. *inc.* 16. *Prætor. p.* 2. *ex n.* 3. quibus accedere videtur *Baiard.* ad Clar. *d. q.* 85. *n.* 38. Sed à priori recedendum non eſt, ſi adſit iuſta cauſa intrinſeca. Quòd ſi extrinſeca ſit, Princeps eſt cōſulendus, vt dixi *ſup. n.* 72. *& infrà n.* 110.

Ibi: *Quia id verū eſt poſtquam iuxta legē.*

105 Iudex poſt ſententiā nequit pœnā, quā iuxta legem irrogauit, inconſulto Principe, augere, aut tēperare, etiāſi iuſta interuenerit cauſa, *l. acta* 45. *§.* 1. *l. iudex* 55. *ff. ſent. & reiud. l.* 1. *§. vlt. ff. de quæſt. l. Diui* 17. *ff. de pœn. l.* 1. *C. ſentēt. reſcindi nō poſ. l.* 2. *§.* 1. *C. de ſentēt. ex periculo recitād. l. pœnā* 15. *C. de pœn.* glo. *verb. oneraſſet, in l. quid ergo* 13. *§. Pœna grauior, ff. de ijs, qui notant infam.* Farin. *d. q.* 17. *n.* 61. Clar. *vbi proximè*, Gail. *d. n.* 22. Tuſch. *d. cōc.* 255. *n.* 7. Butr. *in c. niſi ſpecialis, de offic. delegat.* Anton. Gom. *var. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 36. Carrer. *in prax. tit. de homic. §. Circa quartum, & vltimū, n.* 39. Plaça *lib.* 1. *c.* 33. *n.* 5. *in fin.* Villad. *de hæretic. q.* 17. *nu.* 5. vbi limitat in crimine hæreſis, nam Inquiſitores poſſunt remittere, ſeu cōmutare pœnam carceris à ſe impoſitam, quod probatur *in c. vt cōmiſſi* 12. *verſ. Nec nō, de hæretic. in* 6. Baiard. *ad Clar. vbi proximè, n.* 35. amplians quamuis pœna in ſententia nō exprimatur, quia intelligitur impoſita, quæ iure eſt ſtatutura iuxta *l.* 1. *§. Sed non vtique ff. ad Turpilian. & n.* 32. probat poſt ſententiam nō eſſe locū trāſactioni de crimine, Gutier. *n.* 10. 11. *& n.* 13. limitat in pœna pecuniaria, Petr. Greg. *lib.* 33. *cap.* 27. *n.* 3.

Ibi: *At priùs, quam iudex ſentētiā ferat.*

106 Iudex ante ſentētiā poteſt ex cauſa pœnam legis reſtringere, vel ampliare, quāquā poteſtatē diſpenſandi in crimine nō obtineat, Gutier. *n.* 10. Plaça *ſup.* Farin. *n.* 25. & alij plurimi ex ſupra laudatis, & infra referendis. Etſi cōtrariū placuerit Carrer. *ſup. n.* 18. Eſt tamen dubiū, an omnibus iudicibus talis facultas cōcedatur, in quo oportet aliquos caſus proponere, quemadmodum hac in re ſe habuit Menoch. *d. lib.* 1. *q.* 96.

107 Primus eſt, cū Princeps ſuperiorē non recognoſcens ſententiā fert, qui proculdubio poterit à pœnis legalibus, intra rationis, ac iuſtitiæ metas recedere, quoniam omnes ipſi ſunt arbitrariæ, Cyriac. *controuerſiar. foreſ. tom.* 1. *controuerſ.* 66. *nu.* 1. Farin. *n.* 60. Ant. Sola *d. gloſ. vlt. n.* 13. Caball. *ſup. caſ.* 294. *n.* 282. 293. *cum ſeqq.* Menoch. *vbi proximè, nu.* 6. Quod adhuc poſt latam ſententiā obtinebit, & hoc eſt abſque controuerſia, cum ille poſsit in criminibus diſpenſare.

108 Secundus, de maioribus Magiſtratibus, vt Epiſcopis, Proceribus, Senatu Principis, & ſimilibus, qui tamen facultatē diſpēſandi ſuper delicto nō habēt, & aliquibus dēptis, quorū ſupra mentionē fecimus cōmuniter admiſſum eſt, omnibus iſtis licere pœnas legales in ipſa ſententia pro facti qualitatibus immutare, vt videre eſt apud laudatos *ſup. n.* 101. & alios quos refert, ac ſequitur Farin. *n.* 67. & nos ſtatim recēſebimus. Qui autē maiores Magiſtratus dicantur, plenè explicat Gutier. *à n.* 33. Ant. Sola *ſup. à n.* 12. qui *in verſ. Secundo quantùm*, limitat prædicta poſt ſententiam, & ita verum eſt.

109 Tertius eſt, in quo non leuis eſt diſſenſio, de iudicibus inferioribus, & quod adhuc iſti valeant pœnas legis variare, iuſta ſuadente cauſa, tenent Ant. Gom. *d. c.* 5. *n.* 7. *verſ. Vnū tamen*, Ant. Sola *n.* 16. qui ſic practicari teſtatur, Bouadill. *d. c.* 21. *n.* 142. Tuſch. *ſup. n.* 6. Villadieg. *in Polit. c.* 3. *n.* 40. Gutier. *n.* 31. & plurimi alij, quos in vnū congerit Bouadil. *nu.* 139. *lit. H.* Contrariū verò etiā cōmune eſt, vt ſcilicèt inferiores iudices teneantur Principem conſulere, quoties iuſta ſubſit cauſa ad pœnas leges præſcriptas nō irrogādas, Gail. *d. n.* 22. Menoch. *vbi proximè, n.* 18. 19. *Bernard.* Diaz *reg.* 433. *ver. Limita*, Gratian. *reg.* 268. *verſ. iura trāſgredi, n.* 1. *& alij*, quos refert Farin. *n.* 67. Ant. Sola *n.* 12. Bouad. *n.* 138. *lit. B.*

110 Pro quarum opinionū cōciliatione placet diſtinctio Clari, *d. quæſt.* 85. *num.* 10. Farinac. *vbi proximè*, & aliorum, nā pœna poteſt augeri, aut minui ex cauſa intrinſeca, vel extrinſeca, primo caſu cū cir-

cun-



cunſtantia influit in ipſum crimen, ita vt eius maliciam in melius, ſeu deterius immutet notabiliter, vt ſiquis prouocatus occidat, aut ſi ſeruus, ſiue famulus in dominum delinquat, tunc iudex etiam inferior, Principe inconſulto, poterit rigoris habenas comprimere, vel laxare, nam hoc arbitrium à iure habet, cum ei neceſſario incūbat pœnam pro modo admiſsi decernere, vt ſecundùm iuſtitiam procedat. Secundò caſu, vbi qualitas non delictum reſpicit, ſed perſonam delinquentis, vt peritia inſignis, merita egregia in Rempublicam, vel alia huiuſcemodi ſolus Princeps eiuſve Supremi Magiſtratus, aut alius, qui in crimine poſsit diſpenſare, remittere, commutareve legales pœnas permittuntur, quia in hoc deſideratur ſuperior authoritas, quæ diſcernat, an venia reus dignus ſit propter excellentiam perſonæ, quod minimè cohæret ipſi iudicio, in quo duntaxat agitur de iuſta criminis punitione, atque ideo iudici cuilibet quoad hoc arbitrium cōceſſum non eſt, ſed ſuperioribus, de quo *ſup. num* 72.

111 Quartus & vltimus eſt caſus de delegato iudice, & Menoch. *num.* 20. 21. quem cum alijs ſequitur Farinac. *n.* 66. diſtinguit inter delegatum à Principe, & ab inferiore, vt qui ab illo iuriſdictionem accepit legis ſanctiones ex cauſa tranſgredi valeat; ab hoc non vtique, niſi delegatus ſit à maioribus Magiſtratibus cum arbitrio ad cauſā, prout ſibi viſum fuerit, decidendam. Poſſet tamen dici iuxta nuper traditam differentiam, quòd ex cauſa intrinſeca quilibet delegatus permittitur ab ordinaria pœna reſilire, nam ex quo ei cauſa commiſſa eſt, omnia cenſentur demandata, ſine quibus illa expediri nō poteſt, *l.* 1. *§. vlt. l. fin. ff. de offic. eius.* Nō autē poterit cauſa iuſtè terminari, niſi arbitriū ſit iudicanti pœnam pro menſura delicti præſcribere. Quod ſi cauſa fuerit extrinſeca omnino verum eſt, quod Menoch. placet, quanquam dubium ſit, an poſsit maior Magiſtratus demandare, quæ ſibi ſpecialiter competunt nō propter iuriſdictionem, ſed dignitatem, argument. *d. l.* 1. Quæ obtinēt, etſi lex iubeat pœnam præciſè irrogari, Gutier. *d. n.* 9. Plaç. *ſup.* Farinac. *n.* 24.

112 Ex quibus apparet D. Couar. in præſenti egiſſe de commutatione pœnæ ex cauſa intrinſeca quapropter eam omni iudici permiſſam eſſe affirmat. Quæ licet in ſe vera ſint, inferiores iudices, imò & maiores cautius ſibi proſpicient, ſi ad recedendum ab ordinarijs pœnis Principem conſulant, dum commodè poſſunt, ne ipſis imputetur ſi qui id ſeuerius, aut leuius, quam oportebat ſtatuerint, prout admonent Clar. *d. n.* 10. Baiard *ſup. num.* 38. Bouadill. *n.* 142.

113 Præterea admonendum eſt, quod iudices maximè inferiores debent in ſentētia ſaltim generaliter cauſam propter quam pœnam legalem non imponunt, inſerere, notant Farinac. *à n.* 62. Clar. *vbi proximè*, Bouadill. *n.* 40. Menoch. *n.* 17. Gail. *n.* 23. Menchac. *illuſtr. cap.* 14. *n.* 5. Tiraquel. *in d. præfat. n.* 70. Ant. Sola, *n.* 12. Tuſch. *n.* 8. Alioquin ſi cauſam non expreſſerint, nec ex actis conſtet, ſententia erit nulla, Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 96. Bart. *in l. quid ergo, §. Pœna grauior, ff. de ijs, qui not. infam.* Myſing. *ſup. num.* 7. 8. Guazzin. *d. defenſ.* 33. *cap.* 17. *n.* 5. & expreſſas ſpecificè, vel generaliter iudex probare tenebitur, quoties fuerit petitum, vt pluribus adductis, docet Bouadill. Adde Gutier. *à nu.* 17. qui inter ſuperiores, & inferiores iudices diſtinguit. Sed quando ex actis cauſa immutandi pœnam legalem apparet, non eſſe opus cauſam aliquomodo exprimere, rectè docet poſt Scacc. & Myſinger Guazzin. *ſup.*

114 Vtrum iudex, qui ex cauſa ordinariam pœnam nōn irrogat, ſed mitiorem poſsit ſubrogare corporalem dubitatur, & quāuis communis ſententia doceat, non licere, tamē aliud in praxi obtinet, de quo videndi ſunt Farinac. *n.* 72. *cū ſeqq.* Guazzin. *n.* 4. Tuſch. *n.* 13. qui plures referunt.

Ibi: *Cauſas verò.*

De cauſis, ex quibus pœnæ augeri, aut minui per iudices poſſunt, tractant, quos laudauimus *ſup. n.* 103.

Ibi: *Quod ſi iudex.*

115 Idem docet Gutier. *n.* 15. Direct. iudic. Eccleſ. *part.* 2. *cap.* 11. *n.* 15. *verſ. Vnde* Couar. Clar. *d. q.* 85. *n.* 7. vbi alios refert, qui tamen loquitur in ſtatuto irrogante pœnam pecuniariam intra certum diē ſoluendā, qua nō ſoluta, corporalē inferri, nā reus poſt lapſum temporis præſcripti admittetur ad purgandā morā, & pœnā cor-



po-

poris euitabit. Contrarium verò ſcripſe-
re Bart. *in l.2.num.4.verſ. Si verò induci-
tur. & num.5. ff. de public. iudic.* Roman.
*in l.1.§. Et poſt operis, num.* 16 *ff de nou.
oper.nunciat.* quos laudat, & ſequitur Me-
noch. *conſ.712.num* 3.4. Illud certum eſt
iudici licere pœnam pecuniariam exi-
gere, omiſſa corporali, Guazzin. *defenſ.
33.cap.12.n.7.*

Verſ. *Poſtremò, illud eſt.*

116 Adde Tridentin *ſeſ 25. de reformat. cap.
3. & 14* quibus præcipitur iudicibus Ec-
cleſiaſticis, vt pœnas pecuniarias pro ex-
ceſsibus iniungant, *cap. quãquam in fin. 23
diſt. cap. definiuit. 17. q. 4.*

Verſ. *Primùm, non eſſe æquum.*

117 Iudices Eccleſiaſticos perperam face-
re, ſi pro ſceleribus pecuniariam pœnam
frequenter imponant, maximè cum per
hoc præſtatur occaſio, vt iniqui in ſuis
exceſsibus perſiſtant, notat Salon *de iuſt.
& iur. quæſt. 67. art. 4. verſ. Circa eandem,*
Gutier. *practicar. lib. 4. q 46. num. 7.* gloſ.
*vlt. in cap ſi vos 35 23. quæſt. 5.* Nam vt
ait Arnob. *lib. 7. aduerſ. gent. Creſcit multi-
tudo peccantium, cum redimendi ſpes datur,
& facilè itur ad culpam, vbi eſt venalis ig-
noſcentium gratia,* & faciunt dicta *ſup. n. 19*

Verſ. *Secundùm ſatis compertum eſt.*

118 Pro tolerandis criminibus non licere
maximè Eccleſiaſticis Prælatis quicquam
percipere, colligunt communiter DD. *ex
cap. nemo 14. de ſimon.* vbi Barboſ. *num. 2.*
Idem *de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 107.
num* 19. Sic D. Gregor. *lib. 5. in regiſt.* re-
prehendit eos, qui à peccatoribus dona
accipiunt, Senec. *de benefic. lib. 2. cap. 7.*
refert, Iulium Cæſarem munera Fabia-
ni, qui multa ſcelera patrauerat, reſpuiſ-
ſe. Adde Farinac. *in prax. quæſt. 5 in prin-
cip.* atque D. Bern. *ſuper Cantic. ſermon.*
77 vbi inquit, peccata populi comedere
eos iudices, qui potius de marſupijs eua-
cuandis, quàm de vitijs extirpandis tra-
ctant.

Num. 9.

119 Poſſunt Epiſcopi, alijque iudices Ec-
cleſiaſtici, cum ſibi viſum fuerit expedi-
re pecuniarijs pœnis delinquentes coer-
cere, habetur Trident *d. cap. 3. cap. 2. de
pœn.* Clar. *in prax. d. § fin. quæſt. 80. num. 5.*
Gutier. *practicar. lib. 4. quæſt. 46. num. 46.*

Bouadill. *in Politic. lib. 2. cap. 17. n. 199.*
Barboſ. *in collectan. ad cap. irrefragabili, n.
15. de offic. Ordinarij.*

Idem de Inquiſitoribus aduerſus hæ- 120
reticam prauitatem, qui condemnatio-
nes Sancto Officio iure applicant, docent
Farinac. *de hæreſ. q. 193. nu.* 108. Decian.
*tract. crimin. lib. 5. cap. 44 num* 7. Zanch.
*in tract. de hæretic. cap. 16. nu. 9.* Eymeric.
*in director. Inquiſitor. part. 3. quæſt.* 103. vbi
Peña *comment.* 152. Rojas *ſingul. 1. n. 22.*

Verſ. *Quartùm, præ cæteris.*

Pœnæ arbitrariæ pecuniariæ, quas 121
Epiſcopi, alijque Prælati ſuæ Cameræ ap-
plicant, debent in vſus pios non in pro-
priam vtilitatem conuerti, Tridentin.
*d. cap. 3.* Barboſ. *d. allegat. 107. num. 18.*
Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. pœna pecu-
niaria,* Bouadill. *num.* 200. Piaſec. *in prax.
Epiſcop. part. 2. cap. 4. numer. 99. in prin-
cip.* Galerat. *in margarit. caſ. conſcientiæ,
verb. pœna* 1. Aufrer. *in Clement. 1. num.
101. de offic. Ordinar.* Clar. *vbi proximè.*
Nec poſſunt applicari pro ſalario Vica-
rio, alijſve Tribunalis Epiſcopalis Mini-
ſtris, nec expendi in fabricam Eccleſiæ
Cathedralis, aut reparationem domus
Epiſcopalis, nam ita declaratum eſt Sa-
cra Concil. Tridentini Congregatione,
Aldan. *in compend. Canonicar. reſolution.
lib 5 tit. 1. num. 8. 9.* Barboſ. *in remiſsion.
ad Trident. d cap. 3 nu. 25. cum ſeqq.* Aloiſ.
Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſtic deciſ. 300. nu.
3. in nouiſs. impreſ.* Stroz *de offic. Vicar. lib.
2 quæſt. 141. in addit.*

Verſ. *Quintùm, etſi tutius ſit.*

Pœnas pecuniarias iure iudicibus dela- 122
tas licitè Prælati in ſuos vſus expen-
dunt, Salced, *ad Bernard. Diaz in prax. cap.
154. lit. C.* Bouadill. *num.* 200. Barboſ. *d.
alleg. 107. num. 18.* Gened. *ad Decretal. col-
lect. 170. num.* 1. Marc. Anton. Genuenſ.
*in practicabilib. Eccleſiaſtic. quæſt.* 25. Ze-
rola *in prax. Epiſcop. part. 1. verb. compoſi-
tio, verſ. Secundo.*

Ibi *Quidem eſſe probant.*

Epiſcopus pauper licitè percipit, ac 123
in ſuos vſus conuertit, etiam pœnas ar-
bitrarias pecuniarias, quod præfata Sacra
Congregatio declarauit, non obſtante, *d.
cap. 3. Concilij* Ita Ricc. *vbi proximè* Bar-
boſ. *num. 19.* Moiſeſ. *ad conſuetudin. Nea-
pol.*



*pol. part. 4. q. 64. n. 24.* Bouadill. *vbi pro-
ximè*

Num. 10.

124 Adde Iaſ. *in l. tranſigere, n. 41. C. de tran-
ſactionib.* Barboſ. *in collectan. ad cap. 2. de
pœnis,* qui textus, eius litera aliquantulũ
immutata, inſertus eſt à Gratiano Decre-
to *in cap omnes Presbyteri* 17. q. 4. Apud
Longobardos certa pœna pecuniaria
conſtituta erat in occidentes Clericos in
Sacris ſecundùm cuiuſque gradus digni-
tatem, *l. 27. tit. de liber. homin. homicid.*

Num. 11.

125 Epiſcopis Fiſcum eſſe, negant Bart. *in
l. 1. n. 12. C. de bon. vacantib. lib.* 10. Platea
*in rubric. n. 13. C. de iur. Fiſc. eod. lib.* Bald.
*in rubric. ad finem, C. de priuileg. Fiſc.* Aze-
ued. *in l. 12 nu. 5 ti. 6. lib. 3 Recop.* Ama-
ya *in l. 1. num. 38 C. de iur. Fiſc. lib.* 10. D.
Larrea *allegat. Fiſcal. in proœm. n. 5.* Qui
duo aſſerunt poſſe conſuetudine intro-
duci, vt Epiſcopi Fiſcum cum priuilegijs
Fiſcalibus habeant. Et eis adde Pat. Suar.
*de Fid. diſ. 22. ſect. 1. n. 1*

126 Sed quod Epiſcopi, ac ſimiles Prælati
Fiſcum ſiue Cameram teneant, cui pœ-
nas pecuniarias applicent, receptiũ eſt,
vt ſuſtinent Merlin. *de pignorib. lib. 3. q.
33. n. 13* Barboſ. *d alleg. 107. n. 16.* Beller
*diſquiſitor. Clerical. part 1 tit. de fauor. Cle-
ricor. real § 1. n. 21.* Ricc *in prax. aur. re-
ſolut. 387. nu. 2.* Pet. Greg. *ſyntagmat. iur.
lib. 3. cap 4 n. 3* Clar. *d § fin q. 80. nu. 5.*
vbi Baiard, *n 1.* Auiles *in cap. 12 Prætor.
verb. Camara, n. 4.* Bouadill. *n. 199.* vbi plu
rimi *lit. F.* Sed etſi Epiſcopus, vel Eccle-
ſia Cathedralis Fiſcum habere dicatur,
non tamen ei priuilegia Fiſci Regij cõ-
ceduntur, vt aduertunt Merlin. Bouadil.
& alij, ac diximus *lib. 1. cap. 16. n. 3.*

Ibi: *Sic prædictam opinionem.*

127 Epiſcopus, aut ipſius Vicarius poteſt
Fiſcalem creare, ac publicè conſtituere,
qui res Eccleſiaſticas tueatur, ac vitia
ſubditorum arguat, vel denunciet, Ber-
nard. Diaz *in prax. cap. 5.* Præpoſit. *in cap.
de accuſatione 2. q. 8.* Paz *in prax. tom. 2.
prælud. 4. n. 4.* Debet eſſe in Sacris conſti-
tus, Paz *n. 6.*

Num 12.

128 Bona Clerici, qui in hæreſim labitur,
ex beneficio Eccleſiaſtico acquiſita Fiſco
minimè cedunt, ſed Eccleſiæ, cuius in-
43 Dubium autem non vulgare eſt, ſi iniuriarum actori offeratur nummaria ſatisfactio, ne ad iudicium prouocet, an in foro conſcientiæ deſiſtere teneatur? & quanquam affirmatiuè reſpõdendum videatur, quoniam actor quod ſua intereſt abſque iudicio poteſt conſequi, atque ita ex odio intendet, vt aduerſarius vexetur, ac puniatur, prout placuit Syluestro apud Valent.*ſup. verſ. Videtur autem* hic tamen *ibidem* contrarium reſoluit, quia non tenetur eam ſatisfactionẽ acceptare, quod omninò verum eſt, quando actarus non prætendebat pecuniariam iniuriæ æſtimationem, ſed, vt delinquẽs debitas pœnas daret ob bonum aliquem finem.

44 Sunt tamen qui ſequuti *gloſſam vltim. in §. fin. inſt. de iniur.* exiſtiment, nullo modo licere in conſcientia iniuriãtẽ ad pœnam poſtulare, quos refert Ceuall. *vbi ſup.* Prior vt communior, ac vera ſententia tenenda eſt.

Verſ. *Primùm licitum eſſe.*

45 Pœnitentia non impedit delicti antea commiſsi accuſationem, Gutier. *de delict. quæſt.*129.*num.*7. Tiraquel. *de pœn. temperand. cauſ* 25 *num.*4. Tuſch.*d.conc.* 53.*n.* 38. Clar. *in §. Iniuria in fine, & in §. fin. q.* 60.*num.*21. Farin. *quæſt.*91.*num* 31. & faciũt, quæ diximus ſupra de agente publicam, aut priuatam pœnitentiam à Confeſſario iniunctam, *n.*21.

Verſ. *Tertiùm, conſtat ſatis apertè.*

46 Cõdonans iniuriam pro ſalute animæ, & ad abſolutionem Sacramentalem conſequendam non cenſetur actionem iniuriarum, vel Ius aliud ad forum contentioſum ſpectans remittere, ſed odium deponere duntaxat ſignificat, Molin. & Lug. *vbi proximè*, Clar. *d. §. fin. quæſt.* 58. *num.*39. *& in §. Iniuriæ, num.* 11. Gutier. *de tutel. part.*2. *cap.*7.*num.* 8. Farinac. *in prax. quæſt.*105 *num.*376. Iacob. de Graffis *in aur. deciſ. part.*1.*lib.*1 *cap.* 137.*num.* 4. Maſcard. *de probat. conc.* 902. *num.* 3. Nauar. *conſ.*3.*num.*2. *de pœnit. & remiſsionib.* Didac. Perez in *l.* 1. *gloſ. Perdonando los enemigos, tit.* 11. *lib.* 1. *Ordinam.* Ioan. Valer. *de different. int. vtr. for. verb. remiſsio iniuriæ, num.*1. Eſcobar *de puritat. ſanguin. quæſt.*1 *§.*8 *num.* 16. Sanch. *conſil. moral. lib.*1.*cap.*4.*dub.*12.*num.*12.

Ibi: *Quod ita accipiendum eſt.*

Præcedens concluſio limitatur, quãdo 47
apud Confeſſarium ita plenè ac generaliter iniuriam, quis remiſerit, vt manifeſtè conſtet, etiam quoad forum externum inimico peperciſſe, Farinac. *n.* 377. Ceuall. *vbi proximè*, Sanch. *ſup.*

Ratio ſupra traditæ concluſionis eſt, 48
quia actus non poteſt vltra intentionem agentis operari, *l. non omnis* 19 *ff. ſi cert. petat.* probaui *ſup. lib.* 1 *cap.*9.*num.* 47. qui autem profitetur, ſe iniuriam remittere ſolũ intendit facere, quòd neceſſè eſt ad ſalutem ſpiritualem, cumque ad eam non deſideretur preciſè cedere iuri, quod competit aduerſus iniuriantem, vt dixi, *num.* 41. ideò non præſumitur eidem renunciaſſe, nam & regulariter nemo intelligitur iuri proprio renunciare, Menoch. *de præſumpt. lib.*6 *præſ* 41.*num.* 2. Carleual. de iudic. *lib* 2 *tit.* 3. *diſp.* 19. *num* 14. vbi rectè ex alijs ait, requiri expreſsionem voluntatis, aut quod expreſſum aliquid ſit, quod neceſſariam connexionem habeat cum tacitã renũciatione & vtrumque quidem in ſpecie, de qua agimus abeſt. At cum remiſsio circa forũ internũ amplis, ac generalibus verbis fit, animus indicatur condonãdi prorſus, etiam quoad externum iniuriã, quæ expreſſa dicenda eſt renunciatio, quoniam, quod ex verbis apertè, ac manifeſtè intelligitur, expreſſum cenſetur, Lotter. *de re beneficiar. lib* 3 *q* 3 *n.*18 *cum ſeqq.* Cyriac. *controuerſ.*188 *n* 9. & alij laudati per me, *lib.*1.*cap.*19.*n.*65.

Verſ. *Quartò, eodem iure.*

Per remiſsionem iniuriæ adhuc in foro 49
ex-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

externo non tollitur ius exigendi expenſas, aliamque damni reſarcionem, quod in re familiari offenſus ſuſtinuit, niſi hoc exprimatur. Menoch. *ſup. lib. 3. præſ.* 114. *num.* 3. Ant. Gom. *d. lib. 3. cap. 6. num.* 13. Farin. *ſup. quæſt. 5. num.* 11. *verſ. Amplia ſecundo*, Gregor. Lop. *in l. 4. gloſ. 11. tit. 18. part. 2.* Gutier. *d. cap. 7. num. 9.* Pichard. *in §. vlt. num. 19 inſt. de iniur.* Plaç. *in epit. delictor. lib. 1. cap. 6. num.* 40. Paz *in prax. d. cap. 3. §. 6. num.* 88. Surd. *deciſ.* 261. *num.* 4. Sanch. *num.* 2. Fachin. *controuerſiar. lib.* 10. *cap.* 58. Gratian. *diſceptat. cap.* 518. *nu.* 14. Clar. *d. quæſt.* 58. *num.* 38. vbi Baiard. *num* 68 qui loquitur de remiſsione iniuriæ pretio interueniente. Quod poſt Farinac. & Plaç. *limitat* Menoch. *num.* 6. ſi pleniſsime facta ſit condonatio, nam dãna omnia & expenſæ remiſſa intelligentur. Ratio nuper tradita, & huic concluſioni, ac limitationi conuenit. Sed notat Card. Lug. *ſup num.* 61. hanc remiſsionẽ non valere, nec in conſcientia licitam eſſe in præiudicium filiorum remittentis, niſi intra quantitatem, de qua liberè parentes diſponere poſſunt.

Ibi: *Sed vt hæc ipſa communis ſententia.*

50 Iniuriam inferens tenetur reſarcire patienti ſumptus, quos neceſſario in curatione fecit, deducto, quod ipſe ſi ſanus foret, conſumeret, nec non ſoluere debet lucrum quod propter vulnus percuſſus ſua induſtria, vel officio non acquiſiuit. Ita iure Diuino ſtabilitum eſt Exod. 21. *verſ.* 18. *Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lectulo: ſi ſurrexerit, & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit, qui percuſſerit, ita tamen vt operas eius, & impenſas in medicos reſtituat.* Notant Card. Lug. *ſect. 2. num.* 32. Menoch. *d. præſ.* 114. *num.* 1. Anton. Gom. *d. cap. 6 num.* 9. 11. Becan. *de iuſt. & iur. ſub quæſt.* 62. *D. Thom. de reſtitut. quæſt. 7. num* 1. Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de reſtitut. cap. 2. §. 3. dub.* 5. Plaç. *ſup. num.* 31. 32. Baiard. *ad Clar. §. Iniuria, num* 44. *verſ. Item adde, quod iniuriatus* Gail. *obſeruation. lib. 1. obſeru. 65 num.* 2 Theſaur. *Pedemont. deciſ. 15. num.* 8. Pat. Molin. *tract. 3. diſp. 87. num.* 1. Paz *ſup. d. cap. 3. in princip. num.* 29. Farinac. *quæſt. 119. num.* 107. vbi ampliat etſi iniuriatus non iaceat in lecto, & alios refert, & latè agit, *ex n.* 93.

51 Quæritur num remittens expenſas, damna remittere cenſeatur, & è contra? de quo videndi ſunt Aug. Barboſ. *in tract. de appellatiua verbor. vtriuſq. iur. ſignificat. appellat 68. num. 6. & appellat 92 num.* 3. Plaç. *d. cap. 6. num.* 40. Boer. *deciſ. 52. num.* 6. Tuſch. *lit. E. conc.* 637. Surd. *d. deciſ.* 261 *n.* 5. nam variè DD. loquuntur.

Ibi: *Ex quo apparet mercedem operarum.*

52 Operarum æſtimatio ita facienda eſt, vt tantùm præſtetur percuſſo, aut eius hæredibus, quantùm ille laborando lucraretur, neque eſt aliquid detrahendum ex eo, quia infirmus quieſcit, nec labori moleſtiam patitur, vt Maiori viſum eſt, cuius ſententia communiter reijcitur, Sanch. *conſilior. moral. lib. 1. cap. 4 dub. 2. num.* 2 vbi alios refert Card. Lug. *ſup. nu.* 33. Nauarra *de reſtitut. lib. 4. cap. 1. n.* 68. quanuis Bonac. *in ſumm. tom. 2. tract. de reſtit. & contract. lib. diſp/2 quæſt. vlt. ſect. 2. punct. 1 nu.* 8 Leſsio, & Rebello laudatis opinionem Maioris probet, quando percuſſus, vt vacaret otio aliquid ex lucro cederet, cui accedit Dian. *reſol. moral. part. 5. tract. 4 reſolut. 53. verſ. Sed contrariam.* Quod iuſtitiæ congruit, ſi ille ſolebat quieſcendi cauſa laborem intermittere, aliàs non, videas Card. Lugo.

53 Delinquens verò nequaquam tenetur ad expenſas factas in funus eius, quẽ occidit, Sanch. *num.* 3 Bonacin. *n.* 11. Card. Lug. *num* 40. Molin. *ſup. diſp* 83. *num.* 1. Leſs. *d. cap. 9. dubit.* 24 & omnes communiter contra Nauar. *in ſumm. cap. 15. num.* 20. *aliàs* 22. cuius opinio procedere poteſt, quando propter mortis accelerationem ſumptus iuxta morem regionis maiores, quam ſi domi ſuæ moreretur, occiſus, fierent, vt Sanch. Bonacin. & alij aduertunt. Idemque dicendum videtur, ſi defunctus in bonis non habuerit, nec ſit aliquis, cui de iure onus incumbat ſepeliendi, nã his caſibus ceſſat ratio, cui ſententia innititur communis.

Ibi: *Item conſtat filios, vel hæredes.*

54 Filij, aut hæredes eius, qui per iniuriã enecatur, poſſunt agere ad ea, quæ defunctus, ſi viueret, arte, vel operis eſſet acquiſiturus, Ant. Gom. *d. lib. 3. cap. 3. num.* 37. Clar. *§. Homicidium, num.* 23. vbi Baiard. *num.* 69. Card. Lug. *ſup. ſect. 3. à princip.* Sanch. *dub. 3. per totum*, Leſs. *dub. 16. num.* 124.



124. *cũ ſeq.* Molin. *vbi proximè verſ. Deinde inter damna*, Pichard. *in §. Item lex Cornelia de ſicarijs, num. 17. inſt. de public. iudic.* Cancer. *variar. part. 2 cap. 11. ex num.* 73. Farinac. *in prax. quæſt. 119. num.* 93 Quanuis Baiardus aſſerat, ſe nunquam vidiſſe, quod agatur ad operarum defuncti æſtimationem.

55 Circa quæ eſt animaduertendum, hæredibus extraneis nullam dari actionem ad huiuſmodi futurarum operarum æſtimationem, ſed liberis, parẽtibus, ac vxoribus, nam huiuſmodi perſonis immediatè tale ius quæritur, quibus præiudicium quoad intereſſe principaliter irrogatur, ſi quidem, & lucrorum quærendorum cõmodum ſentirent, cum ad alimenta ius obtineant. Secùs tamen eſt de alijs damnis, & expenſis defuncto debitis, quæ etiã ad quoſcunque ſucceſſores ſpectant, vt obſeruat Sanch. *dub* 3. *num.* 3. 7 Molin. *d. diſp* 83. *num.* 2. 6. Card. Lug. *ſect. 4 num.* 77 & *ſect. 3. num.* 63. vbi ex hoc rectè infert, non licere perſonæ vulneratæ, hoc ius, quod ex ſua morte coniũctis eſt cõpetiturũ, remittere aliqua ex parte contra Sanch. *d. dub. 12. num.* 5. qui docet, remiſsionem tenere, remittentẽ verò peccare, ſi perſonæ, quibus alimenta præſtare tenebatur, egerent. Sed dici poteſt, quod ſi vulneratus vltrà legitimam aliquid relinquat liberis poterit in vtroque foro homicidæ ius ſucceſſorum remittere, quos quoad exceſſũ legitimæ onerare permittitur; at ſi nihil præter legitimã liberi habuerint, non tenentur ſtare parentis condonationi, quia grauari nequeũt, *l. quoniam in prioribus 32. C. de inoffic. teſtam.*

56 Præterea in computatione hac operarum non omne lucrum ceſſans integrè eſt per homicidam præſtandum; quia lucrum in ſpe, quod multis modis poteſt impediri, minus valet, quam lucrũ præſens, & ad taxationem operarum conſiderare oportet, an mortuus iuuenis, benè valens, bonus artifex, ac labori aſsiduè incumbens fuerit, necne, Sanch. *dub. 2. n.* 7. Card. Lug. *ſect. 2. num* 42. Bonacin. *ſup. punct. 1. n.* 6. Dian. *vbi ſup.*

Ibi: *Iuxta computationem Iuriſconſulti.*

57 Quanuis controuerti ſoleat an computatio, *l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid.* locum habeat extra caſum, de quo loquitur, & conſequenter, an ſit ſecundùm illam æſtimatio facienda eius, quod homicida tenetur reſtituere propter lucrũ, quod defunctus ſi viueret, ſuo labore acquireret, receptius in Theologis eſt, quod ea lex non ſit practicanda, niſi in ſua ſpecie, & quod reſtitutio præfata fieri debeat prudentis viri arbitrio penſatis qualitatibus, de quibus proximè, atque ita docent Becan *ſup. quæſt. 8. num.* 3. Pat. Molin. *d. diſp 83. num. 9. verſ. Quia ergo*, Leſs. *d. cap. 9. dub. 20. num.* 129. Baiard. *ad Clar. §. Homicidium, num. 65. verſ. Etſi hæredes*, Card. Lug. *d. diſp. 11. ſect. 2. num.* 46. 47. Ceuall. *quæſt.* 893. Dian. *reſolut. moral. part. 5. tract. 4. reſolut. 53. verſ. Verùm contraria*, vbi contrarium probabile dicit.

58 Sed iuris Interpretes communiter cũ D. Couar. in præſenti ſentiunt, æſtimationem præfatam, iuxta *d. l. hæreditatum* faciendam eſſe, Ant. Gom. *dict. cap. 3. n.* 38. Cancer *ſup. num.* 77. Pichard. *in d. §. Item lex Cornelia, num. 18. inſt. de public. iudic.* Roland. *conſ. 39. num. 14. vol.* 2. Farinac. *d. quæſt. 119. num.* 99. Marant. *de ordin. iudicior. part. 4. diſt. 1. num.* 7. Plaç. *d. cap. 1. num.* 32. Franch. *deciſ.* 460. *num. 6. part* 3. Pat. Sanch. *dub 2. num.* 10. Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ. 62. num.* 28. Ad quarum opinionum conciliationem dici poſſet, quod iudex, vel vir prudens, qui taxaturus eſt, quantum pro futuris operis præſtandum ſit, rectè faciet ſi arbitriũ ad computationem, *d. l. hæreditatum*, accommodauerit, non tamen ad id præcisè tenetur, quod deducitur ex doctrina D. Couar. *infra lib. 5. cap. 9. num.* 8. vbi aſſerit, iudicis arbitrio relinqui, vtrum computatio illa Conſulti in alijs controuerſiis vltrà æſtimationem alimentorum, de qua ibi, ſit admittenda, quem referunt, ac ſequuntur Cancer. *num.* 79. Eſcob. *de ratiocin. comp. 2. nu.* 4. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 19. nu. 39. verſ. Quanuis*, & dixi *ſup. cap. 2. in fin.*

Ibi: *Vbi ſcribit idem eſſe etiam ſi homicida.*

59 Homicidæ hæredes, qui mortis pœnã ſuſtinuit ad ſatisfactionem impenſarum, & damnorum occiſi ſucceſſoribus tenentur, Farinac. alios laudans, *num.* 93. Sãch. *dub. 6. num.* 2. apud quem aliqui Theologi, Ant. Gom. *ſup. num.* 37. Clar. *d. §. Homi-*

*micidiũ,n.*18.Cãcer.*n* 73. Card.Lug.*ſup. ſect.*1 *n.*26.*& ſect.* 2 *n.*48 Becan.*q.* 10.*n.* 3.Nauar.*in ſumm.c.*15 *n.*25.Leſs.*ſect.*22 *n.*138.Pat.Molin.*diſp* 84.*nu* 7. vbi ait, non teneri in foro conſcientiæ hæredes, niſi petatur ab hæredibus per iniuriam occiſi, quòd etiam tenuit Becan. & eſt communis Theologorum ſententia, quia videntur vindicta contenti.

Ibi: *Quibus adde, iniuriam paſſum.*

60 Quanuis deformitatis æſtimatio ſoluenda ſit ab eo, qui ſeruum vulnerauit, nihil ex ea cauſa homini libero debetur, quia pecunia æſtimari non poteſt, niſi ex cicatrice, vel vulnere aliquod detrimentum rei familiaris euenerit, Bart. *in tract. de cicatricib.* Farinac. *num* 118. Dian. *reſolut.* 54. *verſ. Verùm his*, Sanch. *dub.* 1. *num.* 11. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 32. *cap.* 8. *nu.* 200. Piaſ. *vbi proximè*, Ant.Gom. *cap.* 6. *num.* 12. Baiard. *ad Clar.* §. *Iniuria, nu.* 44. *verſ. Item adde ſi tali*, Leſs. *dub.* 23. *numer.* 141. *verſ. Secunda pars*, Nauarra *de reſtitut. lib.* 4. *cap.* 1. *num* 80. Quanuis contrarium ſentiat Molin. *diſp.* 88. *num.* 4. Pichard. plures refert eos *in* §. *Item is, num.* 28. *inſt. de obligat. quæ quaſ. ex delict. naſcũt.*

Ibi: *Niſi fœmina ſit.*

61 Si fœminæ nupturæ aliqua iniuria fiat, ex qua deformis efficiatur, debet pecunia hoc damnum reſarciri, quia difficilius coniugem inueniet, niſi dote aucta defectus corporis ſuppleatur. Ita tenẽt omnes DD. nuper laudati.

62 Nota, hæredes homicidæ in vtroque foro teneri ad damna, & expenſas, quæ ex nece, vel iniuria ſequuntur, quia hoc pœna non eſt, ſed reſtitutio damni illati, ad quod intra vires hæreditatis obligantur, Sanch. *dub.* 11. Card. Lug. *ſect.* 2. *in princip.* Dian. *d. reſolut.* 53. *verſ. Nota etiã* Molin. *diſp.* 87. *num* 9. Leſs. *d. dub.* 19. *n.* 127. Panormit. *in cap. vlt. de ſepult.* Greg. Lop. *in l.*25 *gloſ.*11. *tit.* 1. *part.* 7. D. Couar. *infra lib.* 3. *cap.* 3. *numer.* 7. Cacheran. *Pedemontan. deciſ.* 151. *num.* 8. Quod adhuc de iure ciuili verum eſt; quanuis contrarium dicẽdum videatur, communi opinione attenta, quæ habet, actiones ex delicto deſcendentes contra hæredes non trãſire, quanquam ad reparationem damni illati pertineat, niſi aut lis cũ defuncto fuiſſet conteſtata, aut aliquid ex maleficio quæſitum ad eoſdem perueniat per *l. vnic. C. ex delict. defunctor.* & alijs, prout docent Gutier. *Canonicar. lib.* 2. *quæſt.* 18. *à num.* 47. Anton.Gom. *in d. c.* 1. *num.* 85. Clar. *d.* §. *fin, quæſt.* 86. vbi Baiard. Roderic. Suar. *allegat.* 26. *ex num.* 3. Menchac. *illuſtr. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 15. Ceuall. *quæſt.* 464. Qui differentiam inter ius Canonicum & ciuile conſtituunt, nã *cap. vlt. de ſepultur.* ſtatuitur, vt hæredes teneantur ad reſarciendum damnum, quod defunctus dederit, nec opus eſt, quod lis fuiſſet cum delinquente conteſtata, nec quod penes ipſos lucrũ ex maleficio exiſtat.

63 Sed ea communis opinio eſt admittẽda, quando intereſſe ſub actione pœnali continetur, vt in actionibus mixtis legis Aquiliæ, quod metus cauſa, & ſimilibus, de quibus Iuſtinianus *in* §. *Ex maleficijs inſt. de action.b.* de his enim ſermo eſt in *d. l. vnic.* quando quidem ciuile ius non patitur, vt actiones pœnales aſtringant ſucceſſores, *l.* 1. *ff. de priuat. delict. l. conſtitutionibus* 32 *ff. de actionib. & obligat. l.* 21. *tit.* 1. *part.* 7. *cum alijs.* Secùs tamen eſt, quando actio ſolùm continet damni illati reparationem, nec pœnæ coniungitur, nã illa quanquam à delicto procedat, cum pœnalis non ſit, contra hæredes competit *l. ſi pro fure* 7. §. *Condictio, ff. de condict. furtiu.* optimè Iuſtinianus *in* §. *His autem verbis, inſt. de leg. Aquil.* notat Gutier. *ſup. num* 56. Pichard. *in d.* §. *His autem, num.* 49. Hinc eſt, vt cum actio ad damna, & expenſas, quæ iniuriam paſſo datur, pœnalis non ſit, ſed rei perſequutoria, nec actioni iniuriarum commixta ſit, Anton. Gom. *d. cap.* 1. *num.* 85. & conſtat ex dictis, *ſup. num.* 49. contra hæredes iniuriãtis competat, quãuis ſecùs in actione iniuriarum eueniat, quia pœnalis eſt, *l. iniuriarum* 13. *ff. de iniur.* §. *Non omnes inſtit. de perpet. & temp. actionib.* Ex quibus tandem colligitur, actionem ad damna, & intereſſe in hæredes iniuriantis dari, etiã de iure ciuili. Quod ampliatur, vt idem ſit ſi Fiſcus bona iniuriantis occupauerit, Clar. *in d.* §. *Homicidium, num* 18. Sanch. *vbi proximè, num.* 6. Bertrand. *conſ.* 117. *lib.* 8. Nauar. *in ſum. Latin. cap.* 15. *num.* 25. Bonacin. *ſup. punct.* 1. *num.* 15. *verſ. Addit Nauarrus.* Sed an hæredes teneantur inſolidum ita vt ſi vnus ſoluendo non ſit alter integrum ſoluat: videas Cardin.

Lug.



Lug. *ſect.* 2. *num.* 31. Clar. §. *fin. quæſt.* 51. *n.* 50. Molin. *tract.* 4. *diſp.* 43. *n.* 4.

Verſ. *Tenetur item is.*

64 Eſt controuerſum, an occidens, vulnerans, vel aliter proximum iniuriãs teneatur in foro conſcientiæ ad aliquid reſtituẽdum ratione mortis, iniuriæ vel vulneris, in quo ſunt tres ſentẽtiæ communes. Prima docet, teneri. Secunda huic omninò contraria. Tertia aſſerit nihil de iuſtitia deberi, ſed ex charitate duntaxat, de quibus Sanch. latè *dub.* 1. Dian. *reſolut.* 54. Card. Lug. *d. diſp.* 11. *ſect.* 1. *num.* 13. 22. Molin. *d. tract.* 3. *diſp.* 88. Leſs. *d. cap.* 9. *dub.* 23. Nauarra *ſup. cap.* 1. *nu.* 80. Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de reſtitut. cap.* 2. §. 3. *dub.* 5. *num.* 17. Bonacin. *ſup. num.* 10. Becan. *quæſt.* 4. 11. Nauarr. *d. cap.* 15. *num.* 19. 20.

Ibi: *Vbi probat, mortuo iniuriam paſſo.*

65 Similiter extant variæ ſententiæ circa reſtitutionem faciendam per orationes, aliavè opera pia pro anima interfecti, & ad id, qui occidit, teneri, ſentiunt Farinac. *d. quæſt.* 119. *num.* 104. Plot. *de in lit. iurand.* §. 41. *num.* 2. 3. Clar. *vbi proximè*, Molin. *diſp.* 84. *num.* 11. Roland. *conſ.* 39. *num.* 5. *lib.* 2. Viguer. *lib. inſtitution. cap.* 5. §. 1. *verſ.* 9. Capua, *lib.* 2. *deciſion. cap.* 66. Rebell. *de obligat. iuſtit. lib.* 3. *quæſt.* 14. *nu.* 6. & alij apud Sanch. *dub.* 1. *nu.* 4. Tuſch. *lit. H. conc.* 148. *n.* 19.

66 Contrariam verò ſententiã et ſic quòd occiſor nihil facere, aut largiri in conſcientia debeat pro anima illius, quẽ peremit, receptius eſt maximè apud Theologos, ita docet Dian. *reſolut.* 55. *verſ. Contra*, Leſs. *dub.* 23. *n.* 148. Becan. *ſup. quæſt.* 13. *num.* 2. Filliuc. *ſup. cap.* 8. *num.* 205. Bonacin. *num.* 12. Azor *part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 3. *quæſt.* 12. *quæſit.* 120. Nauarra *ſup. nu.* 98. Rodrig. *in ſumm. part.* 1. *cap.* 139. *num.* 8. Nauar. *d. cap.* 15. *num.* 23. Sanch. *num.* 5. vbi alij, & ratio eſt, quia reſtitutio tendit ad faciendam æqualitatem in rebus eiuſdem ordinis, vita autem honor, & aliæ res temporales diuerſi ordinis ſunt, ac ſpiritualia, & ſacra, neque hæc poſſunt earum pretium eſſe. Conſilium tamen pium, ac æquum eſt, vt qui aliter non ſatisfacit, ſuffragijs, aliiſque operibus ſatiſfactorijs iuuet, quem læſit, vt notant Bonacin. Sanch. & alij reiecta opinione eorum, qui hoc ex charitate neceſſariũ eſſe putabant. Quæ omnia procedunt, quanuis iniuria occidens aliàs non ſatisfaciat, vt præfati DD. declarant.

Ibi: *Cæterum quibuſdam viſum eſt.*

67 Ad ſatisfactionem iniuriæ ſufficere, quod petatur ab iniuriato venia, & hoc neceſſariò deſiderari, notant Becan. *d. q.* 4. *num.* 2. Leſs. *d. dub.* 23. *n.* 145. Sãch. *vbi proximè n.* 9. qui alios refert, & *dub.* 11. *n.* 3. aduertit, hæredes eius, qui iniuriam intulit, non teneri ad petitionem veniæ, quia onus hoc cohæret perſonæ facientis iniuriam. Sed qui iniuriam ſuſtinuit, grauiter peccabit, ſi huiuſmodi ſatisfactionem iniuriæ non admiſerit, quia internum animi odium oſtendit generans ſcandalum; Pat. Suar. *de fide ſpe, & charit. tract.* 3. *diſp.* 5. *ſect.* 5. *num.* 9. Leſs. *vbi proximè*, Bonacin. *tom.* 2. *tract. de legib. diſp.* 3. *quæſt.* 4. *de charitat. punct.* 3. *n.* 5. qui aſſerit debere offenſum ſigna reconciliationis, ac beneuolentiæ exhibere. Adde notata *infra num.* 70.

Ibi: *Quamobrem Ioannes Ananias.*

68 Hæc opinio, quod iniuriatus non teneatur remittere iniuriam, & odium deponere, niſi aduerſarius veniam petierit, videtur probari Luc. *cap.* 17. *verſ.* 3. *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum; et ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te dicens: Pœnitet me: dimitte illi.* Et hanc interpretationem attuliſſe D. Aug. *ſup. Matth. cap.* 6. in illis verbis: *Sicut & nos dimittimus, &c.* refert Maldonat. *ibidem*, qui rectè affirmat, etiam venia non petita, nos aſtrictos eſſe ad diligendum inimicos, ita vt non liceat ipſos odio proſequi. Verba verò Matthæi aſſertum non probant, niſi à contrario ſenſu, quod argumentum non valet, vbi reſultat abſonus intellectus, dixi *ſup. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 52. vel poſſunt intelligi de remiſſione quoad forum externum, quod tamen præceptum non eſt, ſed conſiliũ, vt conſtat ex dictis ſub hoc capite.

Ibi: *Licet quis nõ teneatur ſpeciali dilectione.*

69 Inimicis negare non licet ea, quæ cõmuniter omnibus proximis tenemur exhibere, vndè externa beneuolentiæ ſigna, ceſſante ſcandalo, poſſumus non præſtare, de quo Maldonat. *ſup. cap.* 5. *nu.* 44.

Hur

Hurtad. *de charitat. diſput.* 153. *ſect.* 4. Bonacin. *dict. punct.* 3. Pat. Iuar. *d. ſect.* 5. *à nu* 6. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 28. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 3. *punct.* 2. *ex verſ. Secundò quæritur.*

Ibi: *Id autem, quod de petitione veniæ diximus.*

70 Quanquam aſſeruerimus veniæ petitionem opus eſſe ad iniuriæ ſatisfactionem, eſt tamen temperandum, ſi prudentis iudicio non oporteat peti, veluti ſi is, qui iniuriam intulit, ſuperior ſit iniuriato, ita vt non deceret, quo caſu ſufficit per alios actus beneuolētiæ, ac vrbanitatis reconciliari. Ita alijs laudatis Bonacin. *d. tract. de reſtitut. diſput.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 2. *num.* 5.

71 Neceſſario præmiſſis addendum eſt, eū qui ad iuſtam defenſionē vulnerat, vel occidit ad nihil teneri, ſed ſi moderamen defenſionis non ſeruet, dubitatur, verum integrè reſtituere damna ſequuta debeat, vel pro modo culpæ in exceſſu arbitrio iudicis, vel prudentis viri? & hoc receptius eſt, quamuis illud etiam commune ſit, ac probabile, vt videre eſt apud Sanchez *dub.* 9. Anton. Gom. *d. cap.* 1. *nu.* 38. Bonacin. *diſp.* 3. *quæſt. vlt. ſect.* 2. *punct.* 1. *à num.* 3. Cardin. Lug. *d. diſp.* 11. *ſect.* 2. *num.* 50. Dian. *part.* 5. *tract.* 4. *reſolut.* 44. Cancer. *ſup. part.* 2. *cap.* 11. *num* 75. Farinac. *quæſt.* 119. *num.* 122. 124.

72 Similiter, quando aliqui ſe inuicem ad duellum prouocant ſponte, nullus ex homicidio, aut vulnere ad reſtituendum obligatur, Sanch. *dub.* 10. *nu.* 1. Bonacin. *numer.* 1. vbi alij, ſed contrarium ſuſtinet Ant. Peregrin. *in tract. de duell. quæſt.* 39. cuius ſententia omnino placet, pro qua conabimur aduerſariorum fundamentis ſatisfacere, & illis euerſis, propter quæ à generali regula receſſum eſt, conſtabit eandem habere locum, etiam in occidente in duello, vt ſcilicèt ad reſtitutionem intereſſe obligetur, quamuis de cōmuni, ſpontaneoque conſenſu ad certamen deueniatur.

73 Non primum adſtipulatur, quod non videtur volenti, & conſentienti iniuria irrogari, nam reſpondetur, hoc verum eſſe, quando voluntas, & conſenſus verſatur circa materiam, quæ diſpoſitioni conſentientis ſubijcitur, vita autem, & corpus hominis in eius poteſtate non eſt, *l. liber homo* 13 *ff. ad leg. Aquil.* probaui *ſup. hoc lib. cap.* 8. *num.* 121. ideoque omne pactum circa illa, niſi lege approbante, non tenet, vt ibidem dixi, vndè cum conuentio illa ad duellum nulla ſit, nullum effectum producere poteſt, *l.* 4. *§. Condemnatum ff. de re iudicat.* Cyriac. *controuerſ.* 254. *num.* 22. Menoch. *conſ.* 350. *num.* 14. Et corroboratur ex eo, quod duellum eſt prohibitum Tridenti. *ſeſ.* 25. *cap* 15. *l.* 10. *tit.* 8. *lib.* 8. *Recopilat.* & ſic omnis pactio circa illud non ſubſiſtit, vt pote quæ legibus, ac bonis moribus repugnat, *cap. fin. de pact. l. pact.* 6. *C. eod. l. non dubium, C. de legib.*

74 Ad idem etiam poteſt reſpōderi, quod cum aliqui ſe mutuò laceſſunt, nemo ex illis conſentit, aut vult ab alio occidi, ſed duntaxat conueniunt circa genus armorum, & locum vbi abſque impedimento certari poſſit, & vnuſquiſque aduerſariū perimere intendit exiſtimans, illum perperam operari, iniuriamque inferre, ſi vulnus aliquod inflixerit, ex quo nullo modo conſenſus, aut voluntas colligi poteſt, quæ enecantem in duello à reſtitutione excuſet, cum actus vltrà intentionem agentium nihil operentur, *l. non omnis*, 9. vbi notatur, *ff. ſi cert. petat.*

75 Secunda ratio quæ redditur pro communi eſt, quod qui mutuo conſenſu ſpōtanei ad duellum veniunt, cenſentur ad inuicem ſibi condonare omnem iniuriā, ac damna, quæ ex eo actu ſequantur. Sed hæc præſumpta condonatio admittenda non eſt triplici capite. Primò, quia remiſſio proprij iuris non præſumitur, niſi ad actum, qui geritur, ſit omninò neceſſaria, Cyriac. *controuerſ.* 323. *num.* 11. Crauet. *conſ.* 638. *num.* 9. Carleual *de iudic. lib.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 19. *num.* 14. Ad duellum autem remiſſio damnorum, & expenſarum ex vulnere, vel homicidio minimè opus eſt, atque ita præſumi non debet. Secundò, qui ſe ad dimicandum prouocant, odio accenſi mortem ſibi inuicem exoptant, & hoc ipſum per prouocationem intendunt, quare veroſimile non eſt, vt de condonatione aliqua iniuriæ inferendæ cogitent, quia inducta ad vnū finem non poſſunt contrarium operari, *cap. quod ob gratiam* 61. *de reg. iur. in* 6. *l. legata inutiliter* 19. *ff. de legat.* 1. Tertio, etiā ſi huiuſmodi remiſſio expreſsim fieret, non ſubſiſteret, quia contra bonos mores eſt,



eſt, condonare delictum committēdum, ſiquidem ad peccandum præbetur occaſio, *l. ſi vnus* 28. *§. pacta ff. de pact. l. generaliter* 26. *ff. de verbor. obligat.* Igitur multo minus ex præſumptione inducta valebit. Ex quibus conſtat, duobus ſe mutuò ad duellum laceſſentibus, eum, qui aduerſarium percuſſerit, ad expēſas, & damna obligari, etiam in animæ iudicio, perinde, ac ſi extra duellum idem admiſerit, quam ſententiam teſte Sanch. *ſup.* quidā amplectuntur Neoterici.

76 Quod ſi quis ad duellum prouocetur, illudque, ne honoris iacturam patiatur, acceptet, ac prouocantem vulneret, aut occidat, nihil reſtituere tenetur, Sanch. *ſup. num.* 4. Crauet. *conſ.* 119. *num.* 11. Bonacin. *num.* 2. & alij communiter, quoniam hic in defenſionem honoris ad locū deſtinatum exiuit, ibique propriam vitam tuendo vulnus inflixit, aut interfecit, & cum prouocans fuerit in culpa damnum, quod ſenſerit, non intelligitur ſentire, vt reſarciatur, vt inquit Pomponius *in l. quod quis* 204. *ff. de reg. iur.* Hinc eſt, vt ſi prouocans percutiat ad reſtitutionem obligetur, Sanch. *num.* 3. In dubio quis prouocator præſumatur, iudicis in arbitrio, eſt de quo latè Menoch. *de arbitrar. caſ.* 363. *per tot.*

77 Tandē ad ſupra tradita aduertas, quod ſi iniuriam paſſus nobilitate polleat, ceſſat obligatio reſtituendi ex præſumpta voluntate iniuriati, quia inter nobiles indecorum valde eſſet pecuniam propter iniuriam recipere, Dian. *ſup. reſolut.* 61. Sanch. *dub.* 12. *num.* 6. vbi plures laudat. Vndè ſi aliud de voluntate offenſi conſtet, reſtitutio fieri debebit.

Verſ. *Hæc omnia tendunt.*

78 Pro iniuria tripliciter reus poteſt moleſtari, criminaliter, vt arbitrio iudicis coerceatur, ciuiliter ad vindictam, vt parti, cui illata eſt iniuria, in ſatisfactionem pecuniarium, emolumentum applicetur ex bonis delinquentis, ac præterea agitur ad expenſas, & damna reſarcienda, quæ in re familiari occaſione iniuriæ contigerunt, quæ qualia ſint ſatis oſtenſum eſt. Qui ciuiliter actione iniuriarum in iudicio expertus eſt, à criminali remouetur, & è contra. Hæc omnia probant *l. quod Senatuſconſultum* 6. *l. Prætor edixit* 7. *§.* 1. *c. iiſeqq. ff. de iniur. l.* 21. *tit.* 9. *part.* 7. vbi Gregor. Lop. *gloſ.* 2. Anton. Gom. *d. cap.* 6. *à num.* 7. Clar. *d. §. Iniuria, num.* 4. Pichard. *in §. In ſumma, num.* 12. 13. *inſt. de iniur.* Boſs. *in prax. crimin. tit. de iniur. num.* 11. Paz *ſup. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. *in princip. à num.* 27. Azeued. *in rubric. num.* 63. *cum ſeq. tit.* 10. *lib.* 8. *Recopilat.* Farinac. *ſup. quæſt.* 105. *ex num.* 25. Gail *ob ſeruation. lib.* 1. *obſeru.* 65. Plaç. *in epitom. delictor. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 30. Surd. *deciſ.* 89. *n.* 10.

79 Illud eſt obſeruandum, quod ſi criminaliter actum ſit, iudicique viſum fuerit, reum ad pecuniam condemnare, non eſt iniuriato applicanda, ſed Fiſco, *d. l.* 21. *partita in fine*, & ibi Greg. Lop. *gloſ. vlt.* gloſ. *in §. In ſumma, verb. extraordinariâ inſt. de iniur.* Pichard. *ibi n.* 22.

Verſ. *Si iniuriam paſſus.*

80 Expenſæ, ac damna peti poſſunt incidenter, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur, & principaliter intra viginti annos actione vtili legis Aquiliæ, vel in factum, Gregor. Lop. *vbi proximè*, Anton. Gom. *num.* 10. Pichard. *num.* 17. *in fine*, Pat. Molin. *tom.* 4. *diſp.* 42. *num.* 11. Paz, *n.* 31. *cum ſeqq.*

Ibi: *Quinimò plurimùm differt æſtimatio.*

81 Quomodò ſit facienda æſtimatio tam iniuriæ ipſius, quàm damnorum, & expenſarum docent Ant. Gom. *d. cap.* 6. *nu.* 7. Paz *d. cap.* 3. *§.* 6. *ex num.* 2. Farin. *ſup. num.* 49. Clar. *num.* 6. Marant. *de ordin. iudicior. part.* 4. *in princip. num.* 6. Cardoſ. *in prax. iudic. verb. expenſa, num.* 18. Tuſch. *lit. E. conc.* 624. *num.* 3. & huiuſmodi diſcrimen inter æſtimationem intereſſe, & affectionis ex pluribus probat Hermoſ. *in l.* 8. *gloſ.* 8. *num.* 1. 2. *tit.* 3. *part.* 5. Sed meminiſſe hic oportet, *d. l.* 21. *tit.* 9. *part.* 7. qua diſponitur, vt, cum agitur ciuiliter actione iniuriarum, prius iudex quātum pro iniuria ſit præſtandum, quam pars ſuret, æſtimet, notat Gregor. Lop. *gloſ.* 9. & probat Clar. *vbi proximè*, in praxi tamen iniuriatus iuramento affirmat, ſe maluiſſe quantitatem, quam exprimit de proprio patrimonio deminui, quam illatam iniuriam ſuſtinere, quam ſummā poſtea iudex, ſi ſibi viſum fuerit, moderatur. Idem de iuramento in litem, quod eſt affectionis ſtatuitur in *l.* 5. *tit.* 13. *part.*

*p.* 1.8. vbi Greg. Lop. *gloſ.*4. id notant, &
quod de iure communi nihil intereſt, vt
in iuramẽto affectionis præcedat, vel ſub
ſequatur iuramentum partis iudicis ta-
xationem. Idem tenet Hermoſ. *d. num.* 2.
Azeued. *in l.* 5. *à num.* 49. *tit.* 13. *lib.* 4. *Re-
copil.*

Num. 8.

82 Ad hanc Bartoli diſtinctionem conſu-
lendi ſunt Farinac. *in prax. quæſt.* 22. *per
totam*, Bonacin. *in ſumm. tom.* 2. *diſp.* 2. *q.* 4.
*punct* 2. Caball. latiſsimè agens, *reſolut.
criminal. caſ.* 155. 157. 158. Iul. Clar. *in
prax.* §. *fin. quæſt.* 84. Plaç. *in epitom. deli-
ctor. lib.* 1. *cap.* 1. *Canter. in ſuis quæſtion. cri-
min. tit. de quæſt. tanget. punit. delictor. cap.
vltim.* Fachin. *controuerſiar. lib.* 9. *cap.* 46.
Caualcan. *de brach. Reg. part.* 4. *Tuſch. lit.
D. conc.* 169. Guazzin. *de defenſion. reor. de-
fenſ.* 33. *cap.* 21. *ex n.* 5.

83 Eſt ad præcipuum huius capitis tracta-
tum omninò neceſſarium cognoſcere, an
vnum, vel plura crimina ex eodem, vel
diuerſis actibus reſultent, nam ſi vnicum
ſit delictum, & de eo reus fuerit abſolu-
tus iudicialiter, aut alias liberatus, iterũ
moleſtari prohibetur, quanquam dedu-
catur qualitas aggrauans, quæ in prima
accuſatione fuerat prætermiſſa; ſecùs ſi
diuerſum crimen per illam conſtituatur,
vt per Farinac. *d. quæſt.* 4. *num.* 4. Guazzin.
*defenſ.* 2. *cap.* 7. *nu.* 21. vbi alij, Ant. Gom.
*lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 27. Decian. *ſup. lib.* 3. *cap.*
30. *num.* 24. 26. At quando multa delicta,
etiam ex eodem facto prouenientia re-
periuntur, quibus diuerſæ pœnę iure de-
bentur, nihil impedit, vt pro vno puni-
tus, aut abſolutus pro alijs poſsit in iudi-
cio vexari, cum regula *cap. de his* 6. *de ac-
cuſat.* in diuerſis criminibus nõ procedat.

Ibi: *Primùm, quoties aliquod.*

84 Delictum toties puniri debet, quoties
ex interuallo fuerit iteratum, imò gra-
uius propter reincidentiam eſt in reum
animaduertẽdum, *c. cum non ab homine* 10
*de iudic. c. accuſatus* 8. *de hæretic. in* 6. *l.* 8. 15
*tit.* 2. *l.* 5. *tit.* 4. *l.* 4. *tit.* 6. *l.* 2. *tit.* 7. *l.* 4. 5. *cũ
alijs tit.* 11. *lib.* 8. *Recopilat. l.* 6. 7. *tit.* 28. *p.*
2. *l. non omnes* 5. §. *deſertor. ff. de re militar.*
Iul. Clar. *ſup. num.* 24. Baiard *ibi num.* 28.
29. Farinac. *num.* 2. Gutier *de delict. quæſt.*
127. *num.* 1. Aug. Barboſ. *in collect. ad cap.*
1. *de pœn.* Simon de Prætis *conſ.* 104. *num.*
25. Boer. *deciſ.* 82. Caball. *d. caſ.* 157. *num.*
9. *in fine.* Quod tamẽ limita vt infrà *num.*
99. & an propter conſuetudinem delin-
quendi pœna augenda ſit? latè per Fari-
nac. *quæſt.* 23.

Ibi: *His quidem verbis apparet.*

Qui eodem impetu quem percutit, & 85
occidit vnius delicti, homicidij ſcilicet
reus ſit, Farinac. *num.* 19. Clar. *num.* 4. 5.
Guazzin. *num.* 5. Bald. *in l. illud*, §. *Si idẽ,
in lectur. ff. ad leg. Aquil.* Carrer. *in prax.* §.
*Circa ſecundum, num.* 66. Plaç. *nu.* 18. *verſ.
Tertio, in hoc tractatu.* Caball. *caſ.* 158. *n.*
2. 5. Sed ſi vnus ſit vulneratus, & alter oc-
ciſus in eadem rixa, & ad eundem effe-
ctum, veluti ſi volens perimere Caium,
Titium, qui hunc tuebatur, percutiat, ac
continuo illum interficiat, duo admittit
delicta duplici pœna coercenda, Guaz-
zin. *nu.* 6. Salycet. *in l. qui de crimine, num.*
15. *cum ſeqq. C. de accuſat.* Caball. *num.* 7.
nam ex multiplicitate obiectorum pec-
cata, ſeu delicta multiplicantur, quamuis
actus, ſi circa idem obiectum verſaren-
tur, propter continuationem moralem
ad vnicum crimen reducerentur, Bonac.
*ſup. n.* 3. Caramuel *in Theolog. fundament.
n.* 740. *verſ. Sit tertia, & n.* 1706. *verſ. Ad
ſecundum.*

Cum verò quis ex interuallo occidit, 86
quem vulnerauerat, tam de homicidio,
quàm de vulnere tenetur, Farinac. *num.*
5. Canter. *ſup. num.* 5. Bald. *vbi proximè,
num.* 2. Carrer. *ſup.* Caball. *num.* 9. Quo-
niam interruptio actuum, etiam ad eun-
dem finem tendentium diſtincta delicta
efficit. Bonacin. *n.* 4.

Hinc quæritur, ſi quis animo vulne- 87
randi duntaxat aggrediatur, & vulnere
inflicto, commotus ira conſilium mutet,
aduerſariumque incontinenti enecet, an
de vulnere, ac de homicidio teneatur? &
Bart. *in l. nunquam plura, num.* 5. *verſ. Venio
ad aliquas quæſtiones, ff. de priuat. delict.* af-
firmatiuè reſoluit, quam opinionẽ pro-
bant Caball. *num.* 17. 18. Clar. *num.* 5. Bo-
lognin. *conſ. vlt. num.* 2. & alij, ſed eam de
conſuetudine non ſeruari vltra Caball. &
Clarum, aſſerunt Angel. *in d. l. nunquam
plura num* 7. Anan. *in cap. fin. poſt, num.* 5. *de
colluſion. detegend.* Farin. *n.* 31.

Ibi: *Tertiùm, quoties vel ſimul.*

Crimina diuerſa ſimul, aut ex inter 88
uallo patrata, vt plura plectuntur, nec
vnum



vnum alterum confundit, Farinac. *num.*
3. Caball. *num.* 16. Plaç *d. cap.* 1. *num.* 18.
Guazzin. *num.* 6. Clar. *num.* 4. quæ con-
cluſio abſque controuerſia admittitur,
cũ delicta, aut ex interuallo fiunt, aut nõ
diriguntur ad eundem finem. At quando
delicta ſimul, & ad vnum effectum com-
mittuntur, diſſenſio eſt, num maioris de-
licti pœna cæterorum ſupplicium ab-
ſorbeat, vt ſi quis percutiat, vt furetur,
vel muros ciuitatis tranſcendat, vt ſtu-
prum perpetret, aut arma prohibita de-
ferat, vt occidat, de quo Farinac. *num.* 5.
10. *cum ſeqq.* Clar. *vbi proximè*, Caball.
*num.* 7. 16. Alex. de Neuo, *conſ.* 94. Ma-
gon. *Lucenſ. deciſ.* 84. *in fine.* Sed ad varie-
tatem opinionum conciliandam ſic di-
ſtingui poteſt cum Bonacina, *num.* 8. *verſ.
Hæc tamen limita.* Aut delictum, quod or-
dinatur ad aliud habet propriam, & pe-
culiarem malitiam diſtinctam ab ea, quæ
in ſcelere principaliter intento reperi-
tur, vt cum quis vulnerat ad furandum,
& fur tam de vulnere, quàm de furto ple
ctetur, non enim prohibetur percuſsio,
ne furetur. Aut talem malitiam non ha-
bet diſtinctam, ſed eadem eſt in delicto
principali, ac in præparatorio, ſolùmque
per magis, aut minùs diſtinguuntur, vt ſi
aliquis arma prohibita portet, aut ad-
uerſarium inſultet; hæc enim prohi-
bentur, ne ad percuſsiones, & homicidia
perueniatur, atque ita pro delatione ta-
lium armorum, aut inſultatione non
coercebitur, qui abſque interuallo alium
percuſſerit, vel occiderit, ſed tantùm pro
vulnere, vel, homicidio. Sed vbi eſt in-
terualIum delatio armorum, etiam ad
actum licitum, vt ad occiſionem banni-
ti puniri debet ſecundùm Menoch. *de
arbitrar. caſ.* 574. *n.* 4. de quo poteſt meri-
tò dubitari, nam cum finis ſit licitus, me-
dia punitione digna non ſunt. Et eam di-
ſtinctionẽ etſi alijs terminis vtãtur, pro-
bant iuris Interpretes aſſerentes, quod ſi
ex delictis diuerſis diſtincti reſultent ef-
fectus, vt plura ſunt punienda; ſecùs ſi ef-
fectus non diſtinguantur, ita varijs exem
plis adductis diſſerunt Cabal. *caſ.* 100. *ex
num.* 12. Bolognin. *d. conſ. vlt.* Guaz-
zin. *num.* 6. Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. de-
ciſ.* 61. *à num.* 5. Baiard. *d. quæſt.* 84. *nu-
mer.* 15. 16.

Ibi: *Quartùm, ſi eiuſdem actus.*

Repetitio criminis eiuſdem ſi in con- 89
tinenti fiat pro vno admiſſo punitur, vn-
de pluries vno impetu percutiens Ti-
tium, etſi mors non ſequatur vnica pœ-
na afficitur grauiori tamen pro numero
vulnerum, Farinac. *num.* 7. *cum ſeqq. &
num.* 16. *in fine*, de praxi teſtatur, Guaz-
zin. *num.* 5. Bonacin. *num.* 4. Baiard. *num.*
24. Canter. *ſup. verſ. Aut non ſunt crimi-
na.* Quanquam contrarium nempè pœ-
nam in ſolidum pro ſingulis vulneribus
irrogandam ſuſtinuerint Clar. *numer.* 2.
Caball. *caſ.* 155. Alberic. *in l. Prætor edi-
xit*, §. *Similì, numer.* 2. *ff. De iniur.* & alij
apud Farinac. *num.* 6. Quorum ſententia
eſt omninò tenenda; cum quis duos ho-
mines, aut plures vno impetu vulnerat,
nam quot fuerint percuſsi, tot pœnæ
ſunt inferendæ, cum, vt alibi diximus ex
diuerſitate obiectorum, aut perſonarum
delictorum numerus augeſcat, Guaz-
zin. *vbi proximè*, Caball. *caſ.* 158. *num.* 7.
Bonacin. *num.* 3. Imò Caball. *ex numer.*
7. & Clar. *num.* 3. ſentiunt, ac probant,
percutientem bidente, aut inſtrumen-
to bifurcato eundem hominem vno ictu
teneri ad pœnam pro quolibet vulnere.
Quod limitat idem Caball. *num.* 18. in
leuiſsimis vulneribus. Nihilominus vbi
eadem perſona quomodolibet in ea-
dem rixa multis vulneribus afficitur, te-
nenda eſt D. Couar. communis opinio,
quæ benignior eſt, *argument. l. penult. ff.
de pœnis*, & quoad forum animæ ita do-
cet Caram. cum alijs, *ſup. num.* 732. *verſ.
Si quis vno ictu.*

Ibi: *Nam primò hinc conſtat.*

Percutiens pluries Clericum eodem 90
impetu vnicam duntaxat excommuni-
cationem incurrit, Clar. *num.* 2. Pat. Suar.
*de cenſur. diſput.* 5. *ſect.* 3. Mar. Alter. *eod.
tract. lib.* 3. *diſput.* 10. *cap.* 8. Bonacin. *in
ſumm. tom.* 3. *tract. de cenſur. diſp.* 1. *quæſt.*
1. *punct.* 5. *num.* 3. 5. Vgolin. *in ſimil. tract.
tab.* 1. *cap.* 16. §. 3. *num.* 5. Caram. *vbi
proximè*, Tuſch. *lit. V. conc.* 382. *num.* 1.
vbi loquitur de eo, quis vidente Cleri-
cum vno ictu plura vulnera infligit, Ba-
iard. *quæſt.* 77. *num.* 19.

Sed percutiens ſucceſsiuè plures Cle-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ricos, tot excommunicationibus ligabitur, quot fuerint percuſsi, Bonacin. *num.* 6. Alter. *ſup.* Pat. Suar. *num.* 6. Quid ſi vno actu, quis multos Clericos interficiat, & probabile eſt vnicam excommunicationem contrahi, quamuis communius ſit pro numero occiſorum excommunicationes incurri, Bonacin. *vbi proximè, numer.* 7. De quo conſulas Caram. *ex numer.* 730.

Ibi: *Secundò, ſi quis in alterum.*

91 Eadem verba iniurioſa in aliquem pluries incontinenti repetita pro vna iniuria habentur, ac puniuntur, eſt omnium communis reſolutio, videatur Gutier. *de delict. quæſt.* 127. *num.* 5. Farinac. *d. quæſt.* 22. *num.* 28. *& quæſt.* 105. *num.* 174. apud quos multi. Dubium verò eſt, quando diuerſæ ſpeciei ſunt, quæ alicui exprobrantur, vt cum iniuriandi animo quis alterum hæreticum, furem, proditorem appellat, an iſte ſit puniendus quaſi tot iniurias irrogauerit, quot verba hæc contumelioſa protulerit? Et quanquam Bartolus, & alij aſſeruerint, pro vnoquoque verbo pœnam diuerſam eſſe imponendam, quam opinionem communem dicit Bonacoſ. *commun. verb. iniuriæ plures.* Nihilominus ex omnibus contumelijs ſimul dictis vnicum delictum effici, vna itidem pœna plectendum cum Domino Couarruu. docent Farinac. *vbi proximè*, Azeued. *in l.* 2. *numer.* 51. *tit.* 10. *lib.* 8. *Recopilat.* Gutier. *num.* 6. Plaç. *d. cap.* 1. *num.* 17. *verſ. Cuius quidem.* Bonacin. *ſup. d. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 2. *num.* 12. *verſ. Ex quo patet*, Baiard. *ad Clar. §. Iniuria ex num* 8. Tuſch. *lit. A conc.* 131. *num.* 13. Sed acrius ob repetitionem iniurians coercebitur, Azeu. *num* 53.

92 Sed ſi ſtatuto certa pro qualibet iniuria verbali irrogetur, ſi plures diuerſæ etiam eodem impetu proferantur, pœna pro numero contumeliarum multiplicabitur, Azeued *num.* 52. Lazar. Fœnuc. *in tractat. de momentan. cap.* 20. *numer.* 12. Baiard. *num.* 10. Vide *infra num.* 94.

Ibi: *Tertiò, eodem pacto.*

93 Qui multas ſucceſsiuè blaſphemias profert, vnum crimen perpetrat, pro quo pœnam ſtatutam, ſeu veriùs grauiorem, non tamen multiplicatam ſubibit, Plaç. *ſup. verſ.* 4. *eod. pact.* Proſp. Farinac. *in praxi criminali tom.* 1. *quæſt.* 22. *num* 29. Ioan. Gutierr. *in tractatu de delictis, quæſt.* 127. *num.* 5. Diuac. Simanc. *de Catholicis inſtitutionib. tit.* 8. *num.* 14. Martin. Bonacin. *in ſumm. vbi ſup. dict. diſput.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 2. *numer.* 11. Baiard. *in addit. ad Iul. Clar. in prax. §. Blaſphemia numer.* 12. Auiles *in cap.* 25. *Prætor. gloſ.* 1. *num.* 23. And. Alciat. *in cap. cum non ab homine, numer.* 33. *de iudicijs*, Azeued. *in l.* 1. *n.* 44. *tit.* 4. *lib.* 8. *Recopilat.* Boer. *deciſ.* 381. Declan. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 14. qui contra ſentientes refert. Quod ampliat Baiard. ex Baldo *in l. ſi duo, §. Semel, num.* 2. *ff. de arbitr.* & alijs, quamuis in Deum, & Sanctos blaſphemias iactet, ſed Bonacin. *num.* 3. quoad forum animæ oppoſitum tenet ſentiens, duo peccata committere, qui ſimul in diuerſos Sanctos blaſphemias profert, quod conſequenter ad tradita *ſupra num.* 89. veriùs dicendum eſt. Imò ſi diuerſæ ſint blaſphemiæ in Deum, vel Sanctum plura peccata committi ſentit, Caram. *num.* 742. vbi addit, ob ſcandalum diuerſarum perſonarũ multiplicari peccatum blaſphemiæ, licet eadem ſæpè enuncietur.

Ibi: *Quartò, præmiſſo ſtatuto.*

Extante ſtatuto, quo caueatur, vt qui alapam dederit, percuſſerit, aut iniuriam verbalem intulerit, certa pœna coerceatur, etſi actus vetitus vno impetu ſæpè repetatur, quaſi ſemel delinquens tenebitur, ſed propter reiterationem pœna aggrauabitur, vt ſtatim probabitur. Sed ſi conſtitutum fuerit, vt pro qualibet alapa, vel alia iniuria delinquens eiſdam pœnæ ſubijciatur, toties erit inferenda, quoties quis aduerſum conſtitutionem venerit, etiam ſub vno actu moraliter continuato, & ita communiter receptum eſt, de quo per Farinac. *d. quæſt.* 22. *ex numer.* 8. Baiard. *vbi proximè à numer.* 9. Hieronym. Ceuall. *commun. contra commun. tom.* 1. *quæſt.* 417. Alberic. de Roſat. & alij apud eundem, Plaç. *in epitom. delictorum dict. cap.* 1. *num.* 94



*num.* 18. *verſ. Ex quo ſecundò deducitur*, Canter. *ſup. d. cap. vltim. num.* 12. Caball. *caſ.* 155. *num.* 7. Clar. *d. quæſt.* 84. *numer.* 3. Fachin. *d. lib.* 9. *cap.* 46. Guazzin. *num.* 5. & alij apud Farinac. *d. numer* 8.

95 Quæ diſtinctio æquè procedit in illo, qui vno eodemque impetu, & ictu plura vulnera intulit, vt cum bidente, Canter. *vbi proximè*, & alij, quos refert Caball. *vbi nuper*, qui de hoc latiſsimè agit, & diſtinctioni huic non adhæret, ſed indiſtinctè tenet, vt quomodocunque ſtatutum loquatur, pœna ſit multiplicanda, niſi leuiſsima fuerint vulnera, *num.* 18.

Ibi: *Quintò, ab eadem radice.*

96 Qui ſimul, aut morali quadam continuatione res diuerſas ſurripit, etiam ad diſtinctos dominos pertinentes, non cenſetur plura furta cõmittere, vt ſtatutum pœnam mortis imponens pro tertio furto locũ habeat, quia furandi conſuetudo deſideratur, quæ nõ inducitur per actus, qui vna eademque animi deliberatione exercentur, Boer. *deciſ.* 219. *num.* 2. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 295. *num.* 20. Tuſch. *lit. D. conc.* 169. *num.* 12. & alij per nos laudati, *ſupra cap. proxim. num.* 84. qui aſſerunt, furta eodem die patrata non cenſeri diuerſa, vt pro illis, ſi tria fuerint, reus ſuſpendatur, quibus adiunges Caball. *caſ.* 59. *num.* 49. etſi quoad forum internum plura peccata Cõmitti docuerint Fagund. *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 24. Caram. *num.* 1706. *vbi alij.*

Ibi: *Sextò, his præuiſis.*

97 Quoties pœna propter repetitionem criminis iteranda non eſt, augeri debet, Farinac. cum multis, *num.* 7. Gutier. *ſup. num* 6. Plaç. *d. cap.* 1. *num.* 17. *verſ. Cuius quidem ſententia*, Caball. *num.* 50. Canter. *d. cap. vlt. num.* 12. *verſ. Sed quicquid Bartolus.* Guazzin. *num.* 5. *ad fin.* Azeued. *in d. l.* 2. *num.* 53. Quia reiteratum crimen grauius dicitur, ac delinquentem aggrauat, gloſ. *in l. ſi diutino, ff. de pœn.* quod pluribus comprobat Caball. à *num.* 51. ex quo cum pœna legis ſit extendenda, & exacerbanda, reus arbitrio iudicis eſt puniendus, Menoch. *ſup. caſ.* 591. *numer.* 2.

Eſt hic notandum, quod ſingulariter docet D. Couarr. & apertius *infra verſ. Verùm ſi idem*, & refert Farinac. *d. quæſt.* 22. *num.* 27. ſcilicèt, quod etſi repetitio eiuſdem delicti quoad vindictam publicam vnica pœna plectatur, & quoad priuatam vnumquodque factũ quaſi ſeorſum commiſſum ſit coercendum, vt aduertunt Farinac. cum alijs, *num.* 7. Canter. *num.* 6. Caball. *caſ.* 155 *in fine*, & omnes communiter, tamen pœna, quæ venit parti applicanda, nõ multiplicabitur, ſed augmentum duntaxat recipiet pro modo iniuriarum. 98

Verſ. *Quintùm, eſt hoc in tractatu.*

Cum idem crimen ad vnum finem, ac circa eandem perſonam repetitur antequam de eo reus fuerit delatus, aut punitus vnica pœna, quanquam acerbiori ad publicam vindictam eſt coercendum, Farinac. *num.* 17. Caball. *d. caſ.* 99. *num.* 50. Roch. de Curt. *in cap. fin. in* 1. *notab. de conſuetud.* Grammat. *vot.* 17 *nu* 4. Tuſch. *lit. D. conc.* 169. *num.* 3. Bertaz. *conſ.* 24. 25. *lib.* 2. Quod procedit, etſi ex interuallo idem delictum committatur, ſed non obtinet in criminibus momentaneis, vt in vulnere, ſic in eis, quæ tractum habent ſucceſsiuum, vt quãdo adminiſtrator publicæ pecuniæ paulatim furatur, quod exemplum eſt apud Caball. *ſup.* & hoc notarunt Farin. Tuſch. & alij. De quo latiùs, D. Couar. *infra verſ. Quod verò diximus.* 99

Ibi: *Vbi quis ad obtinendam in eadem lite.*

Qui in eadem lite plures teſtes falſos, aut inſtrumẽta etiam ex interuallo producit vnicam pœnam ſuſtinet, quæ tamen ob repetitionem ſceleris aggrauatur, Farinac. *num.* 26. Caball. *caſ.* 145. *numer.* 2. Baiard *ad Clar. in §. Falſum, num.* 26. 27. Bertaz. *conſ.* 520. *lib.* 2. Caualc. *ſup. d. tract. de brach. Reg. fracment.* 76. Monticell. *in prax. reg.* 15. *nu.* 160. Guazzin. *num.* 2. *verſ. Ac etiam ſciat*, Plot. *in l. ſi quando, num.* 715 *C. vnde vi*, Afflict. *ad conſtitut. Regn. lib.* 3. *rubric.* 40. *in conſt. qui falſitatem, numer.* 2. Quod ampliatur, quamuis ſtatutum dicat, in numero ſingulari: qui teſte, aut inſtrumento falſo vſus fuerit, tali pœna tenea- 100

R 2 tur,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tur, Guazzin. Afflict. *vbi proximè*, Caball. *num.* 3.

Ibi: *Hinc ego infero.*

101 Limitatur communiter præmiſſa concluſio, quando ſemel punitus, quia falſis teſtibus, aut inſtrumentis vſus eſt, iterum in eadem cauſa falſitatem huiuſmodi repetit, nam denuo falſi pœna plectendus erit, Guazzin. Caualcan. *vbi proximè.*

Ibi: *Sic ſanè ſi quis ſemel percuſſerit Titium.*

102 Clericum eundem ex interuallo pluries percutiens tot excommunicationibus ligatur, quot fuerint percuſsiones, Pat. Suar. *ſup. diſp.* 5. *ſect.* 3. Vgolin. *de cenſur. tab.* 1. *cap.* 16. *§.* 3. *nu* 5. Baiard. *quæſt.* 77. *num.* 19. Bonacin. *ſup. d. tract. de cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 5. *num.* 3. 5. Mar. Alter. *eod. tract. lib.* 3. *diſp.* 610. *cap.* 8.

Ibi: *Nam ſemel excommunicatus.*

103 Excommunicationis nexu aſtrictus poteſt iterum à iure, vel ab hommine excõmunicari, quod omnibus cenſuris Eccleſiaſticis commune eſt, vt ex Theologis mox citandis apparet. Ita probant *cap. Engeltrudam vlt.* 3. *quæſt.* 4. *l.* 29 *tit.* 9. *part.* 1. Pat. Suar. *ſup. ſect.* 2. Auila *de cenſur. part.* 2. *cap* 4. *diſp.* 5. *dub.* 7. Caball. *caſ.* 157. *in fine.* Baiard. *vbi proximè*, Syluest. *in ſumm. verb. excommunicatio* 1. *num.* 10. Didac. Per. *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 8. *Ordinam.* Menoch. *conſ.* 24. *num.* 16. Henriq. *in ſumm. lib.* 13. *cap.* 25. *§.* 4. Filliuc. *tract.* 11. *cap.* 5. *quæſ.* 7. Mar. Alter. *ſup. cap.* 7. Bonacin. *vbi proximè, num.* 1. vbi rationem reddit, quoniam excommunicatus manet capax tranſgrediendi legem, quæ excommunitionem tranſgreſſoribus irrogat, & quanquam ſecunda excommunicatio non habeat effectum eijciendi ab Eccleſia iam excommunicatum, illum tamen detinendi extra ipſam effectum operatur, nam plures abſolutiones deſiderantur, vt ait gloſ. *in d. cap. Engeltrudam.*

2 Inter cæteras differentias, quæ inter huiuſmodi arbitros recenſentur, illa ad rem facit, quæ verſatur circa remedium competens ad corrigendum, ſi quid per illos iniquè definitum eſt. Et in primis ſcire debemus, ab arbitris iuris non minùs, quam à iudicibus appellationem eſſe permiſſam, *cap. ab arbitris 11. de offic. delegat d. l arbitro 9* Bart. *l. 1. §. Interdum, num. 8. ff. à quib. appellar. non lic.* Scaccia *de appellat. quæſt. 17. limit. 13 num. 5.* Parlador. *different 43. in princip. num. 2* Cancer. *num 30.* Maranta *de ordin. iudicior. part. 6 tit. de appellat. num. 272.* Villadieg. *in Politic. cap. 4 num 63.* Gutier. *in l. nemo poteſt. num 445 ff. de legat. 1.* A lege enim iuriſdictionem accipiunt delegatam, vel mixtam, Molin. *d. diſp. 31. num. 2.* vbi extraordinariam dixit, quare eorum ſententiæ actionem producunt iudicati, Bart. *in l. vlt. C de iudic* Abb. *in cap. 1. num 21. 22. de re iudicat.* Cancer. *vbi proximè,* Marant. *ſup part. 4. diſt 6. num 22.* Borrell. *de compromiſſo, § 3 gloſ. 1. à num. 61* Parlador. *num. 1.* ſic ab eiſdem ad Principem eſt interponẽda appellatio, *d. cap. ab arbitris,* Cancer. *vbi proximè,* Scacc. *ſup. num. 109.*

3 Ab arbitris ex compromiſſo omninò interdicitur appellatio, *l non diſtinguemus 31. § Et idem, ff. recept. arbitr l. 1. C. eod. l. vlt tit. 4. part. 3.* quia iuriſdictionem nullam habent, nec actio naſcitur iudicati ab eorundem ſententijs prout exprimitur in *d. l. 1.* Ita docent Scacc *d. limit. 13. cum ſeq.* Parlador. *rer. quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 1 §. 2. n. 23.* Sforc. Odd. *de in integ. reſtitut. part. 2. quæſt. 72 num. 44.* Menoch. *conſ 4 6. num. 32.* Cancer. *num. 5* Villadieg. *ſup.* Imo nec reductionem ad arbitrium boni viri petere conceditur, Speculat. *tit. de arbitr. §. 1. num. 2.* Cancer. *vbi proximè,* Azeued. *in d. l 4. num. 32.* Parlador. *d different 43 §. 1. n. 1.* facit *l. diem proferre, §. Stari ff. de recept. arbitr.* Doli tamen exceptione ſe tueri damnatus poterat, ne arbitro parere, aut pœnam ſoluere cogeretur, *l. 34. tit. 4. part. 3. d. l. nõ diſtinguemus, §. Cum quidam, & ſeq.* Pet. Greg. *ſup. num. 27.* Iure autem Canocico non prohibetur ab huiuſmodi arbitris prouocare ſecundum receptiorem opinionem, Gutier *ſup. numer. 425* Blanc. *de compromiſ. quæſt 10. num. 9.* Menoch. *cum alijs conſ. 406. numer. 42.*

4 Aduerſus arbitratorum deciſionem, quæ laudum nominatur, reductio ad arbitrium boni viri datur, vt quod perperam arbitratum eſt, reformetur, *l. 23. tit 4. part. 3.* vbi Greg Lop. *gloſ. 15.* Bart. *in d. § arbitrorũ, n. 19.* Canc. *n. 22.* Parlad. *vbi proximè,* Menoch. *conſ. 217. num. 29.* Azeued. *ſup.* Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 2. tit. de arbitr. reſol. 3.* Tuſch. *ſup. conc. 407. num. 15.* Appellatio verò prohibetur, Molin. *diſp. 35. num. 4.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1 quæſt. 70. num. 11.* Cancer. *ſup.* Surd. *conſ. 105. num. 2.* & rationem reddit, quia cum iuriſdictionem non habeant, laudum actionem parere nequit, Cyriac. *vbi proximè.*

5 An autem renunciatione, vel alia cautela fieri poſſit, vt reductio ad arbitrium boni viri non competat? latè agit Trentacinq. *d. reſolut. 3. per tot.* & de renunciatione videndi ſunt Ceuall. *tom. 1. quæſt. 89.* Molin. *vbi proximè, num. 10.* & conſtat receptius eſſe renunciari validè poſſe, ſed ſi quis enormitèr ex laudo læſus fuerit, aut doloſè arbitrator verſetur, nõ obſtante renunciatione, etiam iuramento vallata, audiendus erit, vt ijdem docent.

6 Circa hæc quæritur, ſi quis per errorem à laudo appellauerit, atque ita tempus legitimum ad reductionem petendam labatur, vtrum laudum emologatum cenſeatur, ne contra illud amplius dicere valeat? & negatiuè reſpondit Bald. *ad Speculator. tit. de apellat col. 6. verſ. Sed pone quæſtionem,* quem ſequitur, Surd. *ſup. num. 4.* Tempus ad petendam reductionem huiuſmodi de iure communi eſt tricennale, de Regio decendium, *l. 23. l. 35. tit. 4 par. 3.* Cancer. *num. 28.* vbi ait in Cathalonica decem dies dari, Azeued. *in d. l. 4. num. 143. 144.* Ceuall. *tom. 3. quæſt. 73. num. 3.* Gutier. *ſup. num. 444.* Hermoſ. *in l. 9. gloſ. 5. num. 14. tit. 5. part. 5.* Parlador. *d. cap. fin. part. 1. §. 2. num. 24. & d. diff. 43. §. 1. num. 3.* Villadieg. *d. num. 63.*

Num. 1.

7 Quibus præiactis, quæſtio anceps admodum eſt, quam in præſenti D. Couar. propoſuit, nempè apud quem iudicem reductio ad arbitrium boni viri aduerſum arbitratorum laudum debeat poſtulari? De qua aliquid dictum eſt, *ſup. lib. 1. cap. 18. num. 31.* ſuntque plures diuerſæ opiniones, quas refert Theſaur. *deciſ. 14. à princip.* ex quibus illa magis recepta eſt, vt aſſerit Laurent. Kirchouij *cõmun. opinion. verb. reductio,* quæ, Bartolo duce, tenet, iudicem eſſe adeundum, qui de cauſa cognoſceret, ſi non fuiſſet compromiſſum, quam tuentur Præpoſit. *in rubric. de appellat. num. 84.* Marant. *d. part. 6. act. 2. n. 126.* Ceuall. *d. quæſt. 89. num. 7.* Ruin. *conſ 7. in princip. lib. 4.* Hermoſ. *ſup. num. 12.* Gail. *practicar. concluſion. lib. 1. obſeruat. 149.* Myſinger. *obſeruation. cent. 2. obſeruat. 61.* qui duo de praxi teſtantur, Vital. de Cambañ. *in tract. clauſularum clauſ. de reduction. §. Videamus quis eſt iudex, num. 3.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 100. num. 52.* Gutier. *conſ. 51. in fine,* Theſaur. *ſup. num. 4. 5. 8.* vbi ait, contrarium ſuſtineri non poſſe, Molin. *d. diſp. 35. num. 8.*

Ibi: *Contrariam ſententiam, imò hanc reductionem.*

Sed aduerſus Bartolum extat opinio 8
etiam communis, quæ habet, reductionem eſſe poſtulandam à iudice eius, cui laudum fauorabile fuit, cum rei partes gerat, quod vt D. Couar. placuit Cancer. *vbi proximè,* Sforc. Odd. *ſup. quæſt. 52. num. 109.* Caual. *in reſolut. lib. 2. cap 12. num. 1.* Azeued. *ſup. num. 147.* Roland. *conſ. 26. num. 30. volum. 2.* Auendañ. *de exequend. mandat. part. 1. cap. 1. num. 27.* Cyriac. *ſup. tom. 2. controuerſ. 380. num. 66* Surd. *d. conſ. 106. n. 14. 17.*

Ibi: *Ex his tandem apparet.*

Hanc ſententiam ſcilicet, quod ſupe- 9
rior arbitratoris ſit iudex competens ad cognoſcendum de reductione, probabilem dixi, *ſup. d. cap. 18. n. 31.* & ita ſenſere non pauci apud Surdum, *d. num. 17.* nec diſplicet Theſauro, *ſup. num. 2.* vbi illam rationibus corroborat, & *num. 10.* probat omninò, quando perſona illuſtris vt Præſes, aut Senator laudum tulit, duæ tamen præmiſſæ ſententiæ longè ſunt receptiores, de quo vide infra *num. 19.*

Sed quicquid de iure communi ſit, 10
apud nos ſeruari debet opinio Speculatoris, *tit. de arbitr. § 1. verſ. Sed quis, num. 4,* cuius meminit, Theſaur. *num. 28.* qui docuit petendam eſſe reductionem coram iudice loci, vbi laudum fuerit latum, nam ita cautum eſt, *l. 3, tit. 4. part. 3.* ad cuius obſeruationem nos eſſe aſtrictos notant Gregorio Lopez, *ibi gloſ. 14. 15.* Hermoſill. *vbi proximè,*

Theſaur. *d. deciſ.* 14. *num.* 9. *verſ. Sexto*, Azeued. *num.* 148. Pet. Barboſ. *in l. hæres abſens*, *§. Proinde*, *num.* 39. *ff. de iudic.* Ceuall. *vbi proximè*, Auendañ. *d. num.* 27. *verſ. Et ex his infero*, Villadieg. *d. cap.* 4. *num.* 63. Circa quam legem duo ſe offerunt adnotanda. Primùm, quod etſi in d. conſtitutione iubeatur, vt iudex bonos viros eligat ad cognoſcendum de reductione, non obſeruatur, Gregor. Lop. *d. gloſ.* 14. Azeued. *num.* 147. Secundùm, ſi reperiantur plures iudices eiuſdem loci, quorum vnus ſit iudex partium, & alter arbitratoris, hunc & non illum eſſe adeundum, Gregor. Lop. *gloſ.* 15. Azeued. *num.* 148.

Verſ. *Primò etenim.*

11 Vbi laudum paratam exequutionem ex ſtatuto meretur, ſuperior arbitratoris de reductionis cauſa cognoſcere debet. Ita frequentiſsimo Scribentium cõſenſu deciſum eſt, ac docent Marant. *num.* 114. 126. Gregor. Lop. *d. gloſ.* 15. Auendañ. *ſup.* Cyrìac *num.* 68. 69. Amad. Rodrig. *de exequution. art.* 1. *num.* 19. Blãc. *de compromiſ. quæſt.* 10. *num.* 13. Dec. *in rubric. de appellat. num.* 14. Cagnol. *in l.* 2. *num.* 280. *C. de pact. int. emptor. & venditor.* Sfor. Odd. *vbi proximè*, Azeued. *d. nu.* 148. & alij plures, quorum ratio eſt, nam ex quo lex paratam exequutionem tribuit laudo, videtur iuriſdictionem arbitratoribus conceſſiſſe, per quod eorum ſententia actionem producit.

Num. 2.

12 Contra communem tamen ſentiunt, Molin. *d. diſp.* 35. *num.* 7. Theſaur. *d. num.* 9. quod etſi laudum paratam exequutionem habeat, reductio ad arbitrium boni viri à ſuperiore arbitratoris non eſt poſtulanda.

Ibi: *Quibus ſuffragatur textus.*

13 Sed pro communi reſponderi poſſet ad *cap. venerabilibus* 7. *§.* 1. *de ſentent. excomm. in* 6. ibi loquutum eſſe Pontificem in caſu, in quo ſpecialis militat ratio, quoniam iure conſtitutum eſt, vt Archiepiſcopi non aliter de cauſis ſubditorum ad ſuffraganeos Epiſcopos ſpectantium cognoſcant, quam per legitimam appellationem, ne alioquin homines iuriſdictioni proprij Epiſcopi abſque occaſione ſubtrahantur, *cap. cum in Eccleſia* 38. *de appellat.* vbi DD. Stephan. Quarãt. *in ſumm. Bullary, verb. Archiepiſcopi authoritas*, *autor.* 18. *num.* 19.

Ibi: *Nec refert quicquam.*

Adde Surd. *d. conſ.* 106. *num.* 5. Molin. 14
*vbi proximè*, & quanquam concedatur, legem tribuentem paratam exequutionem laudo non cenſeri iuriſdictionem arbitratoribus dare, tamen ſufficit, quod præſtet authoritatem rei iudicatæ quoad exequutionem arbitratorum ſententijs, nam per hoc iudicibus ſimiles fiunt, argument. *l.* 1. *C. de recept. arbitr.* propter quam ſimilitudinem regulæ ſtatutæ in appellatione, in reductione obſeruentur. Nec nouum eſt, aut iuri diſſonum, vt quod in vno caſu definitum eſt ad ſimiles extendatur, *l. non poßunt* 12. *iuncta gloſ. ibi ff. de legib.* Quod facilius procedit attentis dicendis, *infra n.* 18.

Nec obſtat, dicere laudo arbitratorum 15
non dari paratam exequutionem de iure Regio vt ſententiæ, ſed vt inſtrumento publico, nam hoc reijcitur ex *l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopilat.* cui obiectio innititur, vbi expreſsim dicitur ſentẽtiam arbitrorum confirmari, ac præterea ibi ſtabilitur, quod ſi fuerit confirmata per iudices Supremos, nullum appellationis, vel ſupplicationis auxilium ſuperſit, nam ſi arbitratorum deciſio pro ſententia non haberetur, nequaquam tolleretur recurſus, & remedium reuiſionis, qui in regalibus Cancellarijs regulariter non denegatur, *l.* 1. *& per tot tit.* 19. *lib.* 4. *Recopilat.* nec vnica ſententia cuiuſcunque iudicis, vel maxima dignitate præfulgẽtis ſolẽt cauſæ terminari, Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 70. *n.* 22.

Ibi: *Hinc ſanè Panormitanus.*

Adde Surd. & Molin. vbi proximè. 16
Et quidem Panormitani ſententia æquapariter ac vera videtur, nam etſi ſtatutum arbitrorum ſententijs paratam tribuat exequutionem, tamen cùm priuati permaneant, eorum ſententia rigorosè talis non eſt, vt poſsit infamiæ notam irrogare damnato, aliud enim eſt aliquid eſſe tale, & aliud haberi pro tali quoad aliquos iuris effectus, Bart. *in l. ſi maritus*, *§. Legis*, *numer.* 1. *ff. ad leg. Iul. de adulter.* Alciat. *in l.*



*in l. mercis*, *ff. de verbor. ſignific.* Socin. Senior, *conſ.* 275. *col.* 4. *verſ. Sed pone, lib.* 2. Menoch. *conſ.* 35. *num.* 21. Atque ita quanquam ſententia arbitrorum rei iudicatæ authoritatem præſtet quoad exequutionem, quoad reliqua manet in diſpoſitione iuris communis, iuxta quod ex compromiſſo lata ſententia non infert infamiam, *l. quid ergo*, *§. Ex compromiſſo*, *ff. de ijs q. notant. infam.*

Ibi: *Quoties verò de reductione non agitur.*

17 Hoc de natura appellationis neceſſariò requiritur, & in terminis docent Cancer. *num.* 26. Azeued. *num.* 149. Parlador. *d. cap. fin. §.* 3. *num.* 23. Hermoſ. *d. gloſ.* 5. *n.* 13. Greg. Lop. *in l. fin. gloſ.* 1. *in fine, tit.* 4. *p.* 3.

Ibi: *Quod plerunque contingere poteſt.*

18 Quando liceat ab arbitrorum ſententia appellare, videndum eſt apud Bart. *in l. nemo poteſt*, *quæſt.* 7. *ff. de legat.* 1. & Gutierr. ibidem à *num* 117. Illud verò receptum eſt, licitam eſſe appellationem, quoties ex ſtatuto paratam exequutionem habet, Ripa *in d. l. nemo poteſt. num.* 91. Gutier. *ibi num.* 424. Surd. *ſup. num.* 25. Parlador. *vbi proximè*, Molin *ſup. num.* 5. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad l.* 1. *num.* 3. *C. de recept. arbit.* Gregor. Lop. *vbi proximè*, Cancer. *d. cap.* 21. *num.* 10. Tuſch. *ſup. conc.* 414. *num.* 18. An pacto fieri poſsit, vt a ſententia arbitri permittatur appellatio, docet Bart. *vbi proximè*, Gutierr. *num.* 445. qui reſoluunt affirmatiuè, intelligentes non de rigoroſa appellatione, ſed de quadã reuiſione, ſiue reductione.

Ibi. *Idem eſſe cenſeo.*

19 Quoties reductio ad arbitrium boni viri poſtulatur contra laudum, quod iudex ordinarius, vt amicabilis compoſitor tulit, neceſſario eius ſuperior adiri debet, Theſaur. *d. num.* 9. *verſ. Quinto fallit*, Azeued. *in l.* 1. *num.* 24. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopil.* Vital. de Camban. *vbi ſup.* Molin. *d. diſp.* 35. *n.* 7.

20 Circa quæ animaduertendum eſt, iudicem ordinarium, ad quem cauſæ cognitio pertinebat, in arbitrum eligi non poſſe, *l.* 9. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopilat. l.* 24. *in fine*, *tit.* 4. *part.* 3. *l. ſed etſi* 9. *§. Si quis iudex*, *ff. de recept. arbitr.* Sed arbitrator bene conſtitui poteſt. Idem de delegato ſentiunt aliqui apud Gregor. Lop. *in d. l.* 24. *gloſ.* 8. qui contrarium probat. De iure Canonico, etiam iudex ordinarius arbitri muneræ fungi permittitur, de quo Abbas *in cap. cum tempore*, *num.* 5. *de arbitr.* Azeued. *in d. l.* 9. *num.* 4. Olan. *in concord. verb. iudex*, *num.* 64.

Ibi: *Cauendum tamen eſt.*

Adde Theſaur *ſup. num.* 9. *verſ. Secundo* 21
*limita*, Bouadill *in Politic. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 93. Azeued. *in d. l.* 1. *num.* 95. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopilat.* Molin. *ſup. num.* 8. vbi hoc D. Couar. aſſertum reprobat.

Num. 3.

De hac quæſtione videndi ſunt ex 22
profeſſo agentes Rebuff. *d. tom.* 3. *tit. de arbitr. art.* 1. *gloſ.* 9. *à num.* 4. Ceuall. *tom.* 3. *quæſt.* 73. *per tot.* Boer. *deciſ.* 284. *num.* 16. *cum ſeqq.* Vital. de Camban. *d. tract. clauſul. clauſ. de reductione*, *§. Poſtremò videndum*, *pag.* 717. Tuſch. *d. conc.* 414. Molin. *ſup. num.* 9.

Verſ. *Arabea.*

Quod à ſententia iudicis cognoſcen- 23
tis ſuper reductione ad arbitrium boni viri non admittatur appellatio, tenent Tuſch. *vbi proximè*, *num.* 1. 7. Zabarell. *conſ.* 139. *num.* 22. *& conſ.* 40. & plures refert Tuſch. *d. n.* 1. & Boer. *n.* 16.

Verſ. *In contrariam ſententiam.*

Appellationis auxilium non denega- 24
tur, niſi fuerit iure interdictum, atque ita regulariter appellans ſemper audiendus eſt, Surd. *de aliment. tit.* 8 *priuileg.* 60. *num.* 1. Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabilib. Eccleſiaſtic. quæſt.* 319. *num.* 2. Ceuall. *tract. de cognit. per viam violent. gloſ.* 6. *num.* 30. Tiraquel. *de priuileg. piæ cauſ. priuileg.* 153. Azeued. *vbi proximè. num.* 71. Amat. *deciſ.* 75. *num.* 4. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 6. *in proœm. à num.* 17. vbi diſtinctè probat in omnibus cauſis, omnibus perſonis, & à quocunque iudice appellare licere. Sic in dubio appellationi deferendum eſt, Menoch. *conſ.* 1074. *num.* 3. Ceuall. *d. gloſ.* 6. *num.* 16. Tuſch. *lit. A. conc.* 369. *num.* 4.

Caſus, quibus de iure prohibetur 25
appellatio congerunt, Marant. *d. tit. de*

*appellat. à num.* 267. Bernard. Diaz, *reg.* 35. Rebuf. *d. tom. 3. tit. de apellat. art. 7. per tot.* Danhouder *in prax. cap.* 230, *cum alijs,* Dueñas, *reg.* 41. & aliqui exprimuntur *in l. 3. 4. 6. 9. tit. 18 lib. 4. Recopilat. l. 16. tit. 23. part. 3. l. 1. & per tot. C. quor. appel. non recip.*

Num. 4.

26 Iuris regulæ ſtandum eſt, donec probetur limitatio, Menoch. *de recuperand. remed.* 14. *num.* 32. Cyriac. *controuerſ.* 254. *num.* 58. *cum ſeqq.* Argel. *de legitim. contradict. quæſt.* 12. *num.* 38. Carleual. *de iudic. tom. 1. tit. 1. diſp. 2. num.* 310. Monet. *de diſtribut. quotidian. part. 1. quæſt. 9 num.* 56. Gutier. *de iurament. confirmat. part. 1. cap. 1. num.* 64. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 8. num* 13. Surd. *deciſ.* 255. *num.* 2. Vndè is, pro quo eſt regula, habet fundatam intẽtionem, & aduerſario onus probationis incumbit, Pacian. cum plurimis, *num.* 14. Marc. Ant. *variar. lib. 2. reſolut. 59. caſ.* 12. Cyriac. *vbi proximè,* Argel. *num.* 37. Bernard. Græuæ *ad prax. Camer. Imperial. lib. 1. conc. 36. conſid.* 1. Arias Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 23. C. de bon. matern.* Nec recedẽdum eſt à regula, niſi apertiſsimè limitatio probetur, Bald. *in l. precibus, num. 23. C. de impuber. & alijs,* Iaſ. *in l. non hoc, num. 15. C. vnde legitimi,* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 4. num.* 34. Menoch. *conſ.* 1162. *num.* 2. Imò nullam eſſe ſententiã aduerſus iuris regulã, niſi in ea aliquid exprimatur, per quod appareat in caſu fallentiæ latã fuiſſe, ait Pacian. ex alij, *n.* 16.

Num. 5.

27 Vtrùm à iudice liceat appellare circa id, quod ipſius arbitrio commiſſum eſt, maximè controuertitur, de quo latiſsimè, Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæſt. 70. per tot.* vbi pluribus pro vtraque laudatis negatiuam ſectatur opinionem, cui adhærẽt Ricc. *in praxi, deciſ.* 115 *n. 1. part.* 1 Argel. *de acquir. poſſeſ. quæſt. 2. art. 7. n.* 52. 53 Scaccia *de appellat. quæſt. 17. limit. 15. num.* 2 D. Salgad. *de protect. Reg. tom. 1. part. 3 cap. 13. num.* 36. Magon. *Lucenſ. deciſ. 42. num. 21. part.* 1. Paul. Granat. *in ſuis communib. theor. 13. in fine,* Amat. *variar. lib. 2. reſolut. 80. num.* 4. Gratian. *diſceptat. cap. 170. num.* 6. Quod limitat Menoch. in enormi læſione, aut ſi ad Principem recurratur.

Sed oppoſitum rectè ſentiunt Farinac. *in prax. quæſt. 17. num.* 28. Sanch. *de matrimon. lib. 3. diſp. 10. num.* 2. Ceuall. *d. quæſt. 73. num.* 7. Peralt. *in l. 1. num. 35. ff. delegat.* 2. Bernard. Diaz, *reg.* 40. Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 1. num.* 63. Octauian. *de decret. tit. 1. lib. 1. nu.* 8. Bonacol. *commun. part. 2. verb. iudex in eis, quæ eius arbitrio committuntur, pag.* 41. Rebuff. *de congrua port. verſ. Vltimò, ſi Epiſcopus.*

Ibi: *Niſi libero eius arbitrio.*

Idem tenent Ant. Gom. *ſup.* Menoch. 29
*num.* 13. vbi alios refert, & plures ex proximè laudatis, ſed adhuc appellatio erit admittenda, ſaltim ſi enormiter iudex liberum arbitrium habens læſerit, vt fatetur cum alijs Menoch. *d. n.* 13. 16

Ibi: *Nec tenetur iudex appellationis.*

Appellationis iudex proprij Tribuna- 30
lis leges quoad ordinem iudiciarum ſeruat, non eius, à quo appellatum eſt, Molin. *d. diſp. 35. num. 9. verſ. Bartolus verò,* Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. licet Canon, num. 19. de electio. in* 6. Secùs quoad deciſionum.

Ibi: *Quo fit, vt licet à priori iudice.*

Hoc ita verùm eſt, quanuis iudex de 31
reductione tanquam vir bonus cognoſcat, Ceuall. *quæſt.* 453. *per tot.* quãdo quidem eadem arbitratoris æquitate, vt infra dicemus, vti debet. Nec refragatur, quod ſubrogatus ſapit naturam cum omnibus ſuis qualitatibus eius, cuius loco ſubrogatur, quoniam id limitatur, quando ſubrogatum eſt diuerſæ conditionis; quo caſu ſubrogatio duntaxat fit, quatenus ſubiecta materia patitur, Bart. *in l. pater 14. in repetit. num. 13. verſ. Non obſtat, ff. de inoffic. teſtament.* Cyriac. *controuerſ.* 325. *num.* 7. vbi alij. Arbitrator autem, & iudex diuerſæ conditionis ſunt, cum ille iuriſdictione careat, quam hic habet, vnde prouenit, vt quanuis à laudo prouocari per appellationem nequeat, à ſententia ſuper reductione lata permittatur. Quam ſententiam cum D. Couarr. ſuſtinent Camill. Borrel. *in tract. de compromiſſ. §. 8. gloſ.* 4. Pat. Molin. *d. diſp. 35. n.* 9. Ceuall. *d. q. 453. & tom. 3. q.* 73. Pet. Benintendis, *deciſ.* 15. Gutier. *in d. l. nemo poteſt, num. 429 430. ff. delegat.* 1. Boer. *deciſ. 284. num. 18. in fine,* Azeued. *in l. 4. num. 150. tit. 21. lib. 4. Recopilat.* Menoch. *conſ.*



*conſ.* 217. *num.* 30. Villalob *commun. verb. reductio,* Rebuff. *ad leg. Gall. tit. de arbitr. art. 1. gloſ. 9. num.* 8. ſentit Gregor. Lop. *in l. 23. gloſ. 14. tit. 4. part.* 3. dum ſe refert ad Imolam. Et ita tenendum eſt.

Verſ. *Tandem lector optimè.*

32 Sunt qui in hac opinionum ambiguitate diſtinctionis fœdere ipſas conciliare conentur aſſerentes, vbi modica læſio contingit, auxilium appellationis denegari, ſecùs ſi graue detrimentum ex ſententia proueniat, cuius ſententiæ, etſi eam non probent, meminere Rebuff. *vbi proximè, num.* 7. Boer. *num.* 18. qui Authores laudant, & faciunt, quæ tradit Menoch. *d. quæſt. 70. n.* 16.

Verſ. *Primùm, ſi Authorum.*

33 Sed ſi hodiè Authorum numerus inſpiciatur non minus, Imò magis communis ſententia eſt contra Bartolum, vt teſtantur, Menoch. *vbi proximè,* Ceuall. *d. quæſt.* 453. & alij ex nuper laudatis.

Verſ. *Secundo, veriorem eſſe.*

34 Ratio eſt, nam iudex ſuper reductione pronuncians proculdubio ſententiam fert, quæ actionem iudicati producit, ex quo appellationi locus fit, argument. *l. 1. C. de recept. arbitr.* Aliud iuris erit, ſi diſcordantibus arbitris, tertius pro libito partium eligatur, à quo appellare non licebit, Imol. *in cap. Quintaualli, num. 32. verſ. Quid autem de tertio electo, de iureiurand.* Menoch. *conſ. 320. num.* 42. ſed reductio ad arbitrium boni viri aduerſus laudum poſtulabitur, Boer. *cum alijs, d. deciſ. 284. num.* 19.

Verſ. *Tertiò, illud eſt.*

35 Iudex qui ſuper reductione aditur eadem æquitate, qua arbitrator vti debet, Gratian. *diſceptat. cap* 524. *num.* 22. Alexand. *in l. penult. ad finem, num. 15. ff. de legat.* 2. Præpoſit. *in cap. de appellationibus, poſt medium, de appellat.* Molin. *d. diſp. 35. num. 9. verſ. Bart. verò,* Ramon. *conſ.* 261. *num.* 3. Hermoſ. *in d. l. 9. gloſ. 5. num. 13. tit. 5. part.* 5. Quia ſubrogatum naturam ſequitur eius, cuius loco ſubrogatur, *l. 1. §. Hac actio, ff. ſi quis teſtament. lib. eſſe iuſ. fuerit, l. ſi cum 10. §. Qui iniuriarum, ff. Si quis caution.* Cancer. *ſup. part. 1. cap. 2. num.* 146. Cyriac. *controuerſ.* 397. *numer.* 40. 41. Menoch. *conſ. 320. num.* 43.

Verſ. *Quartò, etiam ſi communem.*

Adde Tuſch. *lit. A. conc.* 414 *n.* 14 Ful- 36
gol. *conſ.* 112. *n.* 2. ſed diſcrimẽ hoc inter eum, qui petijt reductionem, & illum contra quem fuit petita quoad appellationem, non videtur admittendum, tum, quia, vt ſupra probauimus auxilium illud omnibus conceditur, niſi iure reperiatur denegatur, tum nam quoties actori denegatur, & reo cenſetur interdictum, Contard. *in repet. l. vlt. limit. 17. num. 916. C. ſi de momentan. poſſeſſ.* Put. *deciſ. 316. lib.* 2. Ceuall. *tom. 2. quæſt.* 897. *num.* 892. Nec vrget in contrarium *textus in cap. à iudicibus 2. quæſt.* 6. cum alijs allatis, nam etſi prohibita ſit appellatio ab eo iudice, quem quiſque ſibi vltro elegit; qui reductionem poſtulat, non optat, ſed competentem de iure iudicem adit neceſſario, & aliud eſt electione propriæ cauſæ iudicem conſtituere, & aliud ad iudicium prouocare, illud appellationem tollit, hoc non vtique, alioquin nulli actori liceret apellare, cum regulariter nemo inuitus agere compellatur, *l. 1. & per tot. C. vt nemo inuit. ager. vel accuſ. cogat.* Vndè cum in cauſa reductionis nihil ſpeciale inueniatur propter quod appellatio actori prohibeatur, quæ reo permittitur, dicendum eſt, quacunque opinione admiſſa, aut nulli, aut vtrique ſubſidium prouocationis competere, & ita conuincitur ex adductis per D. Couar. tam pro Bartolo, quam pro Baldo, *ſup. à n.* 3. quæ æque in actore, ac in reo militare pluſquam manifeſtum eſt, & comprobatur ex eo, quod prohibita appellatione vni ex litigantibus, alteri etiam appellare nõ licet, vt cum pluribus docuit Amat. *variar. lib. 2. reſol. 65. num.* 60. Scac. *de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 7. num.* 24. Caſtill. *Sicil. deciſ. 30. num,* 13. nam ita poſtulat æqualitas iudicij.

Num. 6.

Hæc notant Azeued. *in l. 4. num.* 150. 37
*tit. 21. lib. 4. Recopilat.* Molin. *d. num.* 9. Cur. Philippic. *part. 5. §. 4. n.* 7. & quidẽ lege Regia quoad appellationem aſſertio noſtra comprobatur, vt D. Couar. agnoſcit, quoad ſupplicationem verò contraria eſt admiſſa, & ſic differentia interpetentem reductionem, & eum, contra quem

quem petitur conſtituitur, quod ideo in ſupplicatione placuit, quia eſt auxilium ſubſidiarum, & ex benignitate potius, quàm de lure conceſſum, atque ita facilius denegatur, quàm appellatio, prout frequenter contingit, & conſtat, ex *tit.* 19 *lib. 4. Recopilat.* notat per *l.* 17. *tit.* 23. *p.* 3. Curia Philip. *part.* 5. *§.* 4. *n.* 1.

# AD CAPVT Decimumtertium.

## SVMMARIVM.

1 *Ad legitimrm probationem ſaltim duo teſtes requiruntur.*
2 *Vnus non ſufficit qualibet dignitate præfulgens.*
3 *Statutum an valeret iubens, vt ſtetur vnius teſtimonio.*
4 *Quando vnius teſtimonio ſtandum ſit, remiſsiuè.*
5 *Quid de partium conſenſu, & n.* 9.
6 *Ferri poteſt ſententia ſecundum vnius partis declarationem, ſi ita inter partes conuenerit. Quid circa intereſſe, n.* 8.
7 *Iuramentum cauſæ deciſsiuum cuilibet litiganti licet deferre.*
10 *Teſtis abſque iuramento deponens an fidem faciat, ad num.* 14.
15 *Producens, vel approbans teſtem an poſsit opponere aduerſus eius perſonam, vel dictum, ad n.* 17.
18 *Quando is, qui aduerſario defert iuſiurandum poſsit probare contrarium, & num.* 19.
20 *An valeat teſtimonium vbi de iuramento in actis non conſtat, niſi per aſſertionem Notarij, & n.* 21.
22 *Pro Notario in dubio præſumendum.*
23 *Notario aſſerenti in inſtrumento renunciationis Senat-ſconſult. Velleian. certioraſſe mulierem, de illius beneficio, num ſit credendum, & n.* 24.
25 *Cum ex conuentione vni ex partibus credendum eſt, intelligitur iuramento præmiſſo.*
26 *Electus vltro à partibus, vt pro ſuo arbitrio aliquid decernat, iurare non compellitur.*
27 *Petiti ſecundùm artem depoſituri iurare debent, ad n.* 31.
32 *Iurare debet is, cui ex legis præcepto credendum eſt.*
33 *Deponere peritum, vel teſtem parte abſente, & non citata an poſsit?*
34 *Peritis à iudice electis ad declarandum, quomodo partes citandæ, ad n* 37.
38 *Teſtimonium in ſcriptis num valeat, ad num.* 44.
45 *Confeſsio Sacramentalis per ſcripturam an fieri poſsit, vbi de muto, ad n.* 54.
55 *Nemo ſcribere peccata tenetur, ne in confeſsione omittantur.*
56 *De teſte contraria aſſerenti in iudicio, vel extra latè agitur, ad n.* 66.
67 *De declaratione vulnerati ad excuſandū, vel onerandum reum, ad n.* 76.
77 *Teſtis contraria ſimul deponens nullam fidē meretur, & qua pœna teneatur, vſque ad n.* 79.
80 *Teſti quando liceat proprium dictum corrigere, ad n.* 87.
88 *Cui teſtimonio credatur, vbi teſtis contraria reſpondet in diuerſis depoſitionibus, ſiue tortura, ſiue abſque illa, ad n.* 97.
98 *In cauſa hæreſis poteſt teſtis dictum ſuum corrigere ex interuallo ad criminis detectionem, & n.* 99.
100 *Teſte negante depoſuiſſe prout conſtat ex actis, an ei, vel Notario ſit credendum, ad n.* 102.
103 *Receptio teſtium ad quem ſpectet, & quando poſsit Notarijs demandari, ad num.* 110.
111 *De publici inſtrumenti reprobatione, vſque ad fin.*

## Teſti vnico, non iurato, vel vario num credatur? & de inſtrumentorum per teſtes reprobatione.

Eſt præſciendum Diuino, & humano Iure vnius teſtimonium nō ſufficere, ſed ſaltem duorum regulariter ad legitimam probationem requiri, Numer. 35. *verſ.* 30. *Homicida ſub teſtibus punietur: ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur*, Deuteronom. 17. *verſ.* 6. *In ore duorum, aut trium peribit, qui interficietur. Nemo occidatur, vno contra ſe dicente teſtimonium*, & 19. *verſ.* 15. *Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit: ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum.* Idem habetur Matth. 18. *verſ.* 16. Ioann. 8. *verſ.* 17. *cap. in omni negotio* 4. *cap. licet* 23. *de teſtib. cap. admonere* 33. *q.* 2. *l.* 32. *tit.* 16. *part.* 3. *l. vbi numerus* 12. *ff. de teſtibus, l. iuriſiurandi* 8. *C. eod.* notant Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 99. *num.* 19. Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 9. Cyriac. *controuerſiar. forenſ. tom.* 1. *contr.* 62. *num.* 41. Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 494 *num.* 1. 2. Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ.* 33. *cap.* 14. *num.* 6. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 33. Gutier. *in l. nemo poteſt, num.* 138. *ff. de legat.* 1. *& de gabell. quæſt.* 124. *à num.* 65. Paz *in prax. tom.* 1. *temp.* 8. *num.* 11. Farinac. cum plurimis *in prax. de teſtib. quæſt.* 63. *nu.* 1. Caram. *in Theolog. fundam. n.* 1105. latè Leotard. *de vſur. q.* 93. *ex num.* 27.

2 Quod verum eſt, quamuis teſtis quacunque præfulgeat dignitate, *cap. cum à nobis* 28. *de teſtib. d. l.* 32. *partitæ*, Pacian. Guazzin. Gutier. Leotard. *vbi proximè*, Farinac. *num.* 3. *cum ſeqq.* vbi alios laudat, ac contrarium tenentium meminit, tandemque pro conciliandis opinionibus diſtinguit inter cauſas maximi, aut parui præiudicij. Quid de Cardinali explicat. *cap.* 2. *à num.* 55. quid de Principe, *cap.* 3. *ex num.* 79. & regulariter, nec Principis ſuperiorem non recognoſcentis teſtimonio ſtandum eſt, vbi agitur de graui præiudicio tertij, maximè ſi quis ad pœnam corporalem eſſet damnandus, de quo Farinac. *à num.* 151. Guazzin. *ſup.* Iul. Clar. *in prax. §. fin. quæſt.* 53. *num.* 21. Mohedan. *deciſ.* 271. Seraphin. *deciſ.* 972. ex quo Guazzin. *num.* 9. infert, vt non poſsit pœna corporalis imponi, ſi ſtatutū ſit vt vnico teſti credatur.

3 Nec valeret ſtatutum vt vnius teſtimonio plena probatio fiat, vt tenent Tiraquel. *in tract. de iudic. in reb. exig. in princip. verſ. Secunda ratio eſt*, Maſcard. *de probat. in proœm. quæſt.* 11. *num.* 10. *verſ. Primum igitur.* Rodolphin. *de ſuprem. abſolut. Princip. poteſt. cap.* 6. *à num.* 24. Farinac. *à num.* 8. vbi limitat, niſi ex eo nulli præiudiciū generetur, aut ſi in aliquibus cauſis ſpecialiter ex cauſa Princeps id conſtituat, vt in feneratitio crimine admittit Leotard. *n.* 30. 31. Sed quando agitur de graui detrimento, vt de pœna corporali infligenda, nulla humana conſtitutione effici poteſt, vt vnius teſtimonium ad condemnationem ſit ſatis, Scaccia *de iudic. cauſ. ciuil. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 9. *num.* 432. 438. 440. Buccaron. *de different. inter iudic. ciuil. & crimin. different.* 82. *num.* 3. 8. Baiard. *ad Clar. vbi proximè, num.* 44. Guazzin. cum alijs, *ſup. à num.* 7. Nam in pecuniarijs cauſis præſertim ſi exiguæ ſint, paſsim per leges, atque ſtatuta cauetur, vt vnius teſtimonio credatur, ſic apud nos ad probandum in exactione gabellæ ſtatur depoſitioni emptoris ſolius, aut proxenetæ, modò integræ famæ ſint, *l.* 28. *tit.* 19. *lib.* 9. *Recop.* facit *cap. cum dilectus* 9. *de fid. inſtrument.*

Sed regula ſupra poſita ſuas limitatio- 4
nes admittit, quas plenè proſequuntur Speculator, *tit. de teſt. §. Reſtat de numero teſtium à num.* 8. Farinac. *num.* 18. *cum ſeqq.* & nouiſsimè Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. in omni negotio, ex n.* 4. *de teſtib.* Inter quas recenſetur, vt vni teſti fides plena adhibeatur, cum non agitur de alterius præiudicio, Garam. *ſup.* Dicaſtill. *de iuſt. tom.* 1. *lib.* 2. *tract.* 1. *dub.* 8. *num.* 55. 56 vbi quod vnicus teſtis regulariter ſemiplenè probat.

Num. 1.

Quæſtionis eſſe conſtat, num ex par- 5
tium conſenſu vnius teſtimonium ſolum plenam faciat probationem, vt iuxta illud Iudex cauſam definire poſsit, ac debeat? & gloſſam *in l. Theopompus, ff. de dot. prælegat.* ſequuti negatiuam partem amplectūtur, Berol. *in cap. quoniam contra, n.* 32. *de probat.* Burſat. *conſ.* 369. *per tot. vol.* 4. Per. Surd. *conſ.* 327. *n.* 21. *vol.* 1. Guazzin. *num.* 8. Cæphal. *conſ.* 438. *num.* 35. *lib.* 3. Riminald. Iun. *conſ.* 554. *num.* 35. Quorum opinio communiter reijcitur, vt patebit *infra, n.* 9.

Ibi: *Illud ſanè verum eſt.*

Poteſt inter contrahentes conuenire, 6
vt ſecundum partis declarationem iudicium feratur, *l. iuſiurandum* 17. *ff. de iureiur.* Caroc. *de iurament. deciſiu. quæſt.* 5. & *quæſt.* 9. *num.* 5. Amat. *variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 27. *num.* 28. Caſtill. *deciſ.* 112. *num.* 16. Plot. *de* [illegible] *iurand. §.* 84. Phan. *eod. tract. part.* [illegible] *cap.* 1. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 16. [illegible] 8. Maſcard. *de probat. conc.* 935.

quem petitur conſtituitur, quod ideo in ſupplicatione placuit, quia eſt auxilium ſubſidiarum, & ex benignitate potius, quàm de iure conceſſum, atque ita faciliùs denegatur, quàm appellatio, prout frequenter contingit, & conſtat, ex *tit.19 lib.4. Recopilat.* notat per *l.17.tit.23.p.3.* Curia Philip. *part.5.§.4.n.1.*

# AD CAPVT Decimumtertium.

## SVMMARIVM.


1 *Ad legitimum probationem ſaltim duo teſtes requiruntur.*
2 *Vnus non ſufficit qualibet dignitate præfulgens.*
3 *Statutum an valeret iubens, vt ſtetur vnius teſtimonio.*
4 *Quando vnius teſtimonio ſtandum ſit, remiſſiuè.*
5 *Quid de partium conſenſu, & n.9.*
6 *Ferri poteſt ſententia ſecundum vnius partis declarationem, ſi ita inter partes conuenerit. Quid circa intereſſe, n.8.*
7 *Iuramentum cauſæ deciſsiuum cuilibet litiganti licet deferre.*
10 *Teſtis abſque iuramento deponens an fidem faciat, ad num.14.*
15 *Producens, vel approbans teſtem an poſsit opponere aduerſus eius perſonam, vel dictum, ad n.17.*
18 *Quando is, qui aduerſario defert iuſiurandum poſsit probare contrarium, & num.19.*
20 *An valeat teſtimonium vbi de iuramento in actis non conſtat, niſi per aſſertionem Notarij, & n.21.*
22 *Pro Notario in dubio præſumendum.*
23 *Notario aſſerenti in inſtrumento renunciationis Senat-ſconſult. Velleian. certioraſſe mulierem, de illius beneficio, num ſit credendum, & n.24.*
25 *Cum ex conuentione vni ex partibus credendum eſt, intelligitur iuramento præmiſſo.*
26 *Electus vltro à partibus, vt pro ſuo arbitrio aliquid decernat, iurare non compellitur.*
27 *Periti ſecundùm artem depoſituri iurare debent, ad n.31.*
32 *Iurare debet is, cui ex legis præcepto credendum eſt.*
33 *Deponere peritum, vel teſtem parte abſente, & non citata an poſsit?*
34 *Peritis à iudice electis ad declarandum, quomodo partes citandæ, ad n.37.*
38 *Teſtimonium in ſcriptis num valeat, ad num.44.*
45 *Confeſsio Sacramentalis per ſcripturam an fieri poſsit, vbi de muto, ad n.54.*
55 *Nemo ſcribere peccata tenetur, ne in confeſsione omittantur.*
56 *De teſte contraria aſſerenti in iudicio, vel extra latè agitur, ad n.66.*
67 *De declaratione vulnerati ad excuſandū, vel onerandum reum, ad n.76.*
77 *Teſtis contraria ſimul deponens nullam fidē meretur, & qua pœna teneatur, vſque ad n.79.*
80 *Teſti quando liceat proprium dictum corrigere, ad n.87.*
88 *Cui teſtimonio credatur, vbi teſtis contraria reſpondet in diuerſis depoſitionibus, ſiue tortura, ſiue abſque illa, ad n.97.*
98 *In cauſa hæreſis poteſt teſtis dictum ſuum corrigere ex interuallo ad criminis detectionem, & n.99.*
100 *Teſte negante depoſuiſſe prout conſtat ex actis, an ei, vel Notario ſit credendum, ad n.102.*
103 *Receptio teſtium ad quem ſpectet, & quando poſsit Notarijs demandari, ad num.110.*
111 *De publici inſtrumenti reprobatione, vſque ad fin.*


### Teſti vnico, non iurato, vel vario num credatur? & de inſtrumentorum per teſtes reprobatione.

Eſt præſciendum Diuino, & humano Iure vnius teſtimonium nō ſufficere, ſed ſaltem duorum regulariter ad legitimam probationem requiri, Numer. 35. *verſ. 30. Homicida ſub teſtibus punietur: ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur*, Deuteronom. 17. *verſ.6. In ore duorum, aut trium peribit, qui interficietur. Nemo occidatur, vno contra ſe dicente teſtimonium, &* 19. *verſ. 15. Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit: ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum.* Idem habetur Matth. 18. *verſ.* 16. Ioann. 8. *verſ.17. cap. in omni negotio 4. cap. licet 23. de teſtib. cap. admonere 33. q. 2. l.32. tit.16. part.3. l. vbi numerus 12. ff. de teſtibus, l. iuriſiurandi 8. C. eod.* notant Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 99. num. 19.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 12. num. 9.* Cyriac. *controuerſiar. forenſ. tom.1. contr.62. num.41.* Ceuall. *commun. tom.1. quæſt.494 num.1.2.* Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ. 33. cap.14. num.6.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap.47. num. 33.* Gutier. *in l. nemo poteſt, num. 138. ff. de legat.1. & de gabell. quæſt. 124. à num. 65.* Paz *in prax. tom. 1. temp. 8. num. 11.* Farinac. cum plurimis *in prax. de teſtib. quæſt.63. nu. 1.* Caram. *in Theolog. fundam. n. 1105.* latè Leotard. *de vſur. q. 93. ex num.27.*

2 Quod verum eſt, quanuis teſtis quacunque præfulgeat dignitate, *cap. cum à nobis 28. de teſtib. d. l. 32. partitæ*, Pacian. Guazzin. Gutier. Leotard. *vbi proximè*, Farinac. *num. 3. cum ſeqq.* vbi alios laudat, ac contrarium tenentium meminit, tandemque pro conciliandis opinionibus diſtinguit inter cauſas maximi, aut parui præiudicij. Quid de Cardinali explicat. *cap.2. à num.55.* quid de Principe, *cap. 3. ex num. 79.* & regulariter, nec Principis ſuperiorem non recognoſcentis teſtimonio ſtandum eſt, vbi agitur de graui præiudicio tertij, maximè ſi quis ad pœnam corporalem eſſet damnandus, de quo Farinac. *à num. 151.* Guazzin. *ſup.* Iul. Clar. *in prax. §. fin. quæſt. 53. num.21.* Mohedan. *deciſ. 271.* Seraphin. *deciſ. 972.* ex quo Guazzin. *num.9.* infert, vt non poſsit pœna corporalis imponi, ſi ſtatutū ſit vt vnico teſti credatur.

3 Nec valeret ſtatutum vt vnius teſtimonio plena probatio fiat, vt tenent Tiraquel. *in tract. de iudic. in reb. exig. in princip. verſ. Secunda ratio eſt*, Maſcard. *de probat. in proœm. quæſt. 11. num. 10. verſ. Primum igitur.* Rodolphin. *de ſuprem. abſolut. Princip. poteſt. cap. 6. à num. 24.* Farinac. *à num. 8.* vbi limitat, niſi ex eo nulli præiudiciū generetur, aut ſi in aliquibus cauſis ſpecialiter ex cauſa Princeps id conſtituat, vt in feneratitio crimine admittit Leotard. *n.30.31.* Sed quando agitur de graui detrimento, vt de pœna corporali infligenda, nulla humana conſtitutione effici poteſt, vt vnius teſtimonium ad condemnationem ſit ſatis, Scaccia *de iudic. cauſ. ciuil. lib. 2. cap. 9. dub. 9. num. 432. 438. 440.* Buccaron. *de different. inter iudic. ciuil. & crimin. different. 82. num. 3. 8.* Ballard. *ad Clar. vbi proximè, num. 44.* Guazzin. cum alijs, *ſup. à num. 7.* Nam in pecuniarijs cauſis præſertim ſi exiguæ ſint, paſsim per leges, atque ſtatuta cauetur, vt vnius teſtimonio credatur, ſic apud nos ad probandum in exactione gabellæ ſtatur depoſitioni emptoris ſolius, aut proxenetæ, modò integræ famæ ſint, *l. 28. tit.19. lib.9. Recop.* facit *cap. cum dilectus 9. de fid. inſtrument.*

Sed regula ſupra poſita ſuas limitationes admittit, quas plenè proſequuntur 4
Speculator, *tit. de teſt. §. Reſtat de numero teſtium à num. 8.* Farinac. *num. 18. cum ſeqq.* & nouiſsimè Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. in omni negotio, ex n. 4. de teſtib.* Inter quas recenſetur, vt vni teſti fides plena adhibeatur, cum non agitur de alterius præiudicio, Caram. *ſup.* Dicaſtill. *de iuſt. tom.1. lib.2. tract.1. dub. 8. num.55.56* vbi quod vnicus teſtis regulariter ſemiplenè probat.

Num. 1.

Quæſtionis eſſe conſtat, num ex par- 5
tium conſenſu vnius teſtimonium ſolum plenam faciat probationem, vt iuxta illud Iudex cauſam definire poſsit, ac debeat? & gloſſam *in l. Theopompus, ff. de dot. prælegat.* ſequuti negatiuam partem amplectūtur, Berol. *in cap. quoniam contra, n. 32. de probat.* Burſat. *conſ. 369. per tot. vol. 4.* Per. Surd. *conſ. 327. n.21. vol. 1.* Guazzin. *num. 8.* Cæphal. *conſ. 438. num. 35. lib. 3.* Riminald. Iun. *conſ. 554. num. 35.* Quorum opinio communiter reijcitur, vt patebit *infra, n.9.*

Ibi: *Illud ſanè verum eſt.*

Poteſt inter contrahentes conuenire, 6
vt ſecundum partis declarationem iudicium feratur, *l. iuſiurandum 17. ff. de iureiur.* Caroc. *de iurament. deciſiu. quæſt. 5. & quæſt. 9. num. 5.* Amat. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 27. num. 28.* Caſtill. *deciſ. 112. num. 16.* Plot. *de* [illegible] *iurand. §. 84.* Phan. *eod. tract. part.* [illegible] *cap. 1.* Mareicot. *variar. lib. 2. cap. 16.* [illegible] 8. Maſcard. *de probat. conc.* 935.

935 *num.*35. Tuſch. *practicar. concluſion.*
*lit.A.conc.*4. Maſtrill.*deciſ.* 60. *num.* 111.
Stracca *de mercatur. rubric. de contractib.*
*mercator.num.*6. Fellic.*de ſocietat. cap.* 24.
*num.*72. Caualcan.*deciſ.*2.*num.*31. *lib.* 1.
Intrigriol.*ſing.*524.*lib.*1.*& ſing.* 102. *lib.*
2. Menoch. *conſ.* 217. *num.* 7. 8. Cyriac.
*tom.*3.*controu.*517.*num.* 2. Quæ conuen-
tio intelligitur, ſi veroſimilia iurentur,
alioquin aſſertioni iurantis ſtandum non
eſt, Seraphin.*de priuileg.iurament.priuileg.*
31.*à num.*9. Cyriac.*ſup.num.* 3. & iura-
mentum iſtud dicitur voluntarium, ſi-
ue conuentionale, Menoch.*num.*8. Her-
moſill.*in l.*10.*gloſ.*4.*num.*369.*tit.*1.*p.*5.

Ibi: *Nam, & actor vel reus poteſt.*

7 Cuilibet litiganti regulariter permiſ-
ſum eſt, aduerſario iuramentum contro-
uerſiæ deciſiuum in iudicio deferre, de
quo *in l.*1 *admonendi* 31. *in fine*, *l. manife-
ſtæ* 38.*ff.de iureiur. l. cum proponas* 6. *C. de
reb.credit.l.*2.*ad fin.tit.*11. *part.* 3. Ceuall.
*ſup.tom.*1.*quæſt.* 449. *à princip.* Hermoſ.
*d.gloſ.*4 *num.*373. Pacian.*d.lib.*1.*cap.*70.
*per tot.* Marant.*de ord. iudicior. in rubric. de
iurament.num.*11.*verſ.Secunda ſpecies*, Pi-
chard. *in §. item ſi quis poſtulante, inſt. de
actionib.* Mynſinger *ibidem à num.*15. Paz
*in prax.tom.*3.*cap.*2.*§.*7.*num.*10. 13. 14.
& hoc iuramentum iudiciale nuncupa-
tur, Menoch.*num.*4. 5. Amat. *vbi proxi-
mè*, quod ſubire debet is, cui defertur,
aut illud referre deferenti, alioqui pro
confeſſo habebitur, *d. l. manifeſtæ*, Greg.
Lop.*in d.l.*2.*gloſ.*9. Pacian.*nu.*7. Ceuall.
*quæſt.*305. per tot. De effectibus ac vi tã
conuentionalis, quã iudicialis iuramen-
ti latè per Hermoſ.*ſup.à n.*370.

Ibi: *Ex quo hac in re duci poteſt.*

Eſt controuerſum an paciſci liceat,
8 quod ſtetur ſimplici aſſertioni, aut iura-
mento creditoris quoad intereſſe, quãdo
à principio taxatum non fuit, de quo ex
profeſſo agunt vtriuſque ſententiæ Au-
thores cumulãtes Carleual.*de iudic. tom.*
2 *tit.*3.*diſp.*8. *ſect.*6. *num.* 107. *cum ſeqq.*
Hermoſ. *ſup. à num.* 342. Ex quibus con-
ſtat, communiter receptum eſſe, vtram-
que pactionem ſubſiſtere, niſi in contra-
ctibus de vſura ſuſpectis, iudici tamen in-
cumbere, ſi non veroſimilia aſſeratur,
vel iuretur, ſummam pro ſuo arbitrio
moderari, Mareſcot.*ſup.num.*10. Herm.

*num.*351. Parlador.*rer. quotidianar. lib.* 2.
*cap.fin.part.*1.*§.*12.*limit.*4.*num.*37. Car-
leual. *num.* 123. Cyriac. *tom.* 2. *controu.*
502.*num.*19. Fellic.*ſupra cap.*24.*num.*73.
Fontanel.*de pact.nuptialib.tom.*2.*clauſ.*5.
*gloſ.*9.*num.*3. Menoch.*conſ.* 1181. *in fine*,
Amat.*ſup. num.* 32. *verſ. Demùm nec reſi-
ſtit*, Gutier.*de iurament.confirmator.part.*1.
*cap.*37.*num.*16. Stracca *ſup part.*4.*num.*6
*fol.*133. Padilla *in l.*1.*n.*9.*ff.de legat.*2.

Verſ. *Cæterum quod conſenſu.*

Poteſt ex partium conuentione, & 9
conſenſu vnius teſtis dicto cauſa definiri
iudicialiter, Farinac. *cum* innumeris, *d.
quæſt.* 63. *à num.* 18. Pacian.*ſup. cap.* 43.
*num.*77. Mynſinger.*obſeruation.cent.*5.*ob-
ſeruat.*26. Hermoſ. cum alijs *ex num.* 426.
Turzan.*commun.opinion.tom.*1.*lib.*4.*tit.
de reb.credit.num.*104. Padilla, *vbi proxi-
mè*, Suar.*in theſaur. receptar. ſentent. lit.* T.
*num.*108. Ant.Gab. *commun. lib.* 1. *tit. de
teſtib.conc.*1.*num.*31.*verſ. Vndecimò limi-
ta*, Gutierr. *in d. l. nemo poteſt*, *num.* 138.
Menchac.*vſufrequent.cap.*29.*nu.* 4. Can-
cer. *variar. part.* 1. *cap.* 20. *num.* 73. *verſ.
Quamuis*, Maſcard.*ſup.in proœm.quæſt.* 11.
*num.* 11. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem,
verb. vel aduerſarij dolo*, *C. de in integ. reſti-
tut.* & ita verum eſt contra laudatos, *ſup.
num* 6.

Ibi: *Poſſe remitti iuramentum.*

Teſtis abſque iuramento deponens fi- 10
dem non facit, *cap. nuper* 51. *de teſtibus, cap.
hortamur* 3. *quæſt.* 9. *cap. ſi teſtes.* §. *Item iu-
risiurandi* 4. *quæſt.* 3. *l.* 6. *tit.* 6. *lib.* 4. Reco-
pilat.*l.*23.*tit.*16.*part.*3. *auth. de Santiſsim.
Epiſcop.* §. *Nulli verò*, *collat.* 9. Menoch. *de
præſumptionib. lib* 1. *quæſt.* 82. *num.* 5. Iul.
Clar. *d.* §. *fin*, *quæſt.* 21. *num.* 12. Azeued.
*in d. l.*6.*num.*4. Gutier. *vbi proximè*, *num.*
118. *cum ſeqq.* Guazzin. *defenſ.* 14. *cap.* 3.
Pacian.*cap.* 47. *num.* 20. Fr. Emmanuel
*quæſtion. Regular.tom.*2.*quæſt.* 23. *art.* 8. Fa-
rinac.*ſup.quæſt.*74 *num.* 1. vbi plures, Re-
buf.*de reprobat.teſtium, num.*284. Mori. *in
empor.iur.part.*2.*tit.*11. *in prælud.num.* 30.
Seraphin.*ſup.priuileg.*30. Bouadill. *in Po-
litic.tom.*2.*lib.*5.*cap.*8. *in fine*, Cur. Philip-
pic.*part.*1.*§.*17.*n.*17. Paz *d.tẽp.*8.*n.* 104
vbi quod iuramentum præcedere debet
depoſitionem, aut ſaltim poſt eam in-
continenti præſtandũ, de quo latè Guaz-
zin. *dict.cap.*3. *à num.*4 Farinac. *vbi pro-
xi-*



*ximè à num.*31. Nec dignitas teſtem à iu-
ramento releuat, quæcunque ea ſit, Fari-
nac. cum multis, *num.*66. *cum ſeqq.* Guaz-
zin.*num.* 8. 9. quod de Papa, & Principe
ſcripſit Angel. *in d. l. iuriſiurandi, in fine, C.
de teſtib.* à quo diſcedit Pacian. *d. cap.* 47.
*num.* 33. Sed prior ſententia verior vi-
detur, quando de graui præiudicio tertij
tractatur, maximè ſecundum eos, qui
ſentiunt, iuramentum hoc eſſe de iure
Diuino, quod probant ex *cap.* 31. *Geneſ.*
vt teſtatur Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.*
26.*num.*3 Gutier.*ſup.num.* 121. 122. An
lege, vel ſtatuto conſtitui poſsit, vt teſti
non iurato credatur? vide apud Farinac.
*quæſt.*74. *à num.* 55. & vtrùm poſsit Pon-
tifex, in hoc diſpenſare? tradit Menoch.
*d.quæſt.* 26. *num.* 4 Athenienſes tantùm
Xenocrati detulerunt, vt eius dicto abſ-
que iuramento fidem adhiberent, vt ob-
ſeruat ex alijs Lectard. *ſup. quæſt.* 93.
*num.*29.

Ibi: *Deinde licèt Reipublicæ interſit.*

Adde Amat. *d. reſolut.* 27 *n.* 28. Gutier.
*vbi proximè, num.*136. 137.

Ibi: *Quamobrem dictum vnius.*

11 Vbi accedit conſenſus partium teſti
non iurato ſecundùm eius qualitatem
credendum eſt, *cap. tuis* 39. *de teſtib.* Fari-
nac. *d. quæſt.* 74. *num.* 83. vbi de more mul
tos refert, Gutier. *num.*126. *cum ſeqq.* Ber-
nard. Græuæ *ad prax. Camer. Imperial. lib.*
1. *conc.* 101. *conſiderat.* 2. Pacian. *vbi pro-
ximè in addit. lit.* F. Menchac. *de ſucceſsion.
creat.* §. 9. *num.*12. 13 Paz *ſup. num.* 104.
Maſcard. *in proœm. quæſt.* 5 *num.* 103. Vi-
lladieg. *in Politic. cap.*1 *num.*35. Boer. *de-
ciſ.*1. *num.* 48. Cur. Philippic. *vbi proxi-
mè*, Roland. *de commiſſar. lib.*6. *cap.*10. *n.*5.
Guazzin. *ſup. n.*16.
12 Sed dubium eſt an ſufficiat conſenſus
eius, in quem teſtis producitur, vel re-
quiratur etiam producentis, & veriùs eſt
vtrumque conſentire debere, vt proba-
tur *in cap. tertio loco* 5. *de probat.* vbi Ioan.
And. Zabarell. & Abbas, Felin. *in d. c. tuis*,
Rebuff. *de reprobat. teſt. num.*30. Campeg.
*de teſtib. reg.*167. *ad fin. verſ. Secundò fallit*,
& alij apud Farinac. *num.* 86. licet con-
trarium tenuerit Iaſ. *in d. l. admonendi in
repetit. num.*196. *ff. de iureiur.* Pacian. *vbi
proximè*. quibus parùm ſuffragatur *text.
in d. cap. tuis*, nam etſi ibi dicatur conſen-

ſus partis aduerſæ ſufficere, vt valeat te-
ſtimonium abſque iuramento, non ideò
negatur producentis non deſiderari, ſed
ſolùm illius meminit, quia difficiliùs eſt,
vt aduerſarius conſentiat in ſe abſque iu-
ramento teſtem deponere, neque enim
ex eo quod aliquis teſtes producat, vide-
tur iuramenti ſolemnitatem remittere,
licèt enim perſonas approbet vt ido-
neas, teſtimonijs non omnino conſentit,
imò ea poterit impugnare prout infrà
dicendum eſt. Hic autem cõſenſus vtriuſ
que litigantis expreſſus eſſe debet, nec
ſufficiet, quòd litigantes ſciant, teſtem
omiſſo iureiurando deponere, notat Fa-
rinac. poſt alios, *n.*84.
Hæc iuramenti remiſsio non admitti- 13
tur in cauſis arduis, maximè vbi pœna
corporalis venit imponenda, Farinac.
*num.*85. Caualcan. *de brach. Reg. part.*3. *n.*
47. Campeg. *ſup.* Maſcard. *d. quæſt.* 5. *à
n* 107. & alij.
Licèt autem teſtimonium eorum, qui 14
abſque iureiurando depoſuerunt nõ va-
leat ad probationem plenam, aliquam
tamen ſecundùm perſonarum qualita-
tem faciunt præſumptionem, vt obſer-
uat ex alijs Farinac. *num.* 109. Menoch.
*d. quæſt.*26 *num* 7. Guazzin. *num.*13. Ca-
ſus, in quibus teſti non iurato fides inte-
gra adhibetur refert Pacian. *d. lit. F.* Fa-
rinac. ex *num.* 83. & lata paritate proba-
tionis teſtibus non iuratis deferri poſſe,
tenet Menoch. *n.*5.

Verſ. *Item & illud obſeruandum eſt.*

Approbans expreſsim, vel producens 15
in iudicio teſtem nihil in ipſius perſo-
nam poteſt obijcere, teſtimonium ta-
men improbare non prohibetur, Bart. in
*l. ſi quis teſtibus, C. de teſtib.* Cancer. *ſup. d.
verſ. Quamuis*, Menoch. *conſ.*343. *num.*28.
*& conſ.*396. *num.*20. Marant. *ſup. part.* 6.
*art.*13. *à num.*10. Magon. *Lucenſ. deciſ.*46.
*num.* 32. Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 409.
*num* 194. Gutier. *in d. l. nemo poteſt*, *num.*
133 Farinac. *quæſt.* 62. *num.*241. (vbi plu-
rimi, & *num. ſeq.* refert aliquos aſſeren-
tes, nec contra dicta teſtium opponere
poſſe, qui eos produxit,) Paz *ſup. d. tom.*
1. *temp.*9. *num.*26. 29. Villadieg. *ſup num.*
46. Pareja *de inſtrument. edict. tom.*2. *tit.*7.
*reſolut.*3. *num.*12. Carleual. *de iudic. tom.*2
*lib.*1. *tit.*2. *diſp.*3. *n.*37.
Adeo verũ eſt, quod producẽs teſtem 16
ne-

nequeat in eius perſonam defectũ opponere, vt procedat etiam in diuerſis cauſis, nam cum idem, quem aliquis in vna cauſa produxit, in alia contra ſe producatur, non audietur volens illum, vt inhabilem à teſtificando repellere, Marant. *vbi proximè, num.* 11. Maſcard. *conc.* 1235. aliàs 1241. *num.* 9 Seraphin *deciſ.* 295. *num.* 16. Farinac. *cum alijs d. quæſt.* 62. *num.* 216 *& num* 220. ampliat, etſi à diuerſa perſona producatur teſtis ab ea, in quã prius fuerat in alia lite productus. Sed limitatur, ſi noua cauſa poſt productionem ſuperueniat, quæ teſtem inhabilem reddat, Campeg. *ſup. reg.* 292. *in* 2. *fallent.* Nell. *de teſtib. num.* 57. Paz *ſup. num.* 28. Marãt. *vbi proximè*, Boer. *deciſ.* 245. *num.* 4. *in fine*, & alij apud Farinac. *num.* 240. *& numer. ſeqq.* alias limitationes tradit, & rem hãc dilucide explanat.

Ibi. *Poſſe probari contrarium.*

17 Approbans perſonam teſtis admittitur ad probandum contra id, quod ille declarauerit. Cãcer. *ſup. d. verſ. Ioannis*, Afflict. *deciſ.* 91. *num.* 10. Gutier. *in d. l. nemo poteſt, num.* 138.

Ibi: *Vnde fortaſsè quibuſdam videbitur.*

18 Hæc poſſunt intelligi, vel de eo, qui ex conuentione iurat, quod ſibi debetur, vt cum debitor promiſit ſtare iuramento creditoris, & hoc caſu poſſe probari contrarium docent communiter DD. Paul. de Caſtr. *in l. in huiuſmodi num.* 4. 5. *De pretor. ſtipulat.* Felic. *ſup. num.* 80. Guzman *de euictionib. quæſt.* 14. *num.* 34. Carleual. *ſup. d. diſp.* 8. *ſect.* 6. *num.* 120. Hermoſil. quãplurimos laudans, *d. l.* 10. *gloſ.* 4. *num.* 365 vbi latiſsimè materiam explicat, & *num.* 415. cum alijs hanc tuetur ſententiam, etſi contrarium alijs videatur, quos refert, *num.* 366. idem eſt de iuramento, quod ex lege, ſtatuto, vel à iudice in ſupplementum probationis defertur, vt probat ex alijs Hermoſ. *n.* 414. *cum ſeqq.*

19 Vel de iuramento iudiciali litis deciſiuo, quod pars aduerſario defert in iudicio, iudice approbante, & contra hoc probatio in cõtrarium admitti non poteſt. Idemque iuris eſt, ſi tale iuramentũ extra iudicium voluntarie ad controuerſiæ deciſionem deferatur, nam ſic tranſactum inter partes cenſetur, vt de vtroque agens fusè probat Hermoſ. *à num.* 372. vbi plures refert, quibus accedit, Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 116. *num.* 5. Marãt. *ſup. part.* 6. *act.* 6 *de iurament. num.* 22. Caroc. *ſup. quæſt.* 9. *num.* 5. Burſat. *conſ.* 285. *in* 1. *dub. num.* 1. *qui num.* 2. addit, iudicem debere probationem contra huiuſmodi iuramentum non admittere, licet pars non opponat, quod refert, ac ſequitur Cyriac. *n.* 6.

Num. 2.

20 Quæri ſolet, vtrùm valeat teſtimoniũ, ſi notarius teſtificetur, teſtem, iuramento præſtito, depoſuiſſe, quanquam formam, qua iuratum eſt, non expreſſerit? Negat Campeg. *ſup. d. reg.* 167. *fallent* 4. Maſcard. *in proœm. num.* 113. Caputaquen. *deciſ.* 123. *aliàs* 5. *num.* 1. *part.* 2. *& deciſ.* 285. *alias* 22. *part.* 3. Ferentil. *in addit. ad Buvat. deciſ.* 148. *lit. A.* Caualier. *deciſ.* 322. *n.* 3. & alij laudati per Farinac. *d. quæſt.* 73. *num.* 73.

Contrarium ſcilicèt ſatis eſſe, quod asſerat notarius, iuratum depoſuiſſe teſtem, vt fidem faciat, magis communiter placet, atque ita docent Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 13. *num.* 4. Caualcan. *de teſtib. part* 3. *num.* 53. *verſ. At autem*, Theſaur. *deciſ.* 46. *num.* 18. Ceſ. de Graſſis, *deciſ.* 28. *aliàs* 13. *num* 63. Burſat. *conſ.* 35. *num.* 14. *lib.* 1. Guazzin. *d. defenſ.* 14. *cap.* 5. *num.* 4. *verſ. Ac etiamſi*. Viui. *commun. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 10. *nu.* 113. *verſ. Et licet*, Rebuff. *ſup. n.* 30. Bonacoſ. *commun. criminn. part.* 1. *verb. Notarius, fol.* 53. Hippolit. *in l.* 1. *§. Si quis dicat num.* 13. *& §. Diuus, nu.* 2. *ff. de fideiuſſorib.* Crott. *de teſtib. num.* 227. Aloyſ. Ricc. *in collectan. deciſion. collectan.* 263. & alij, quos refert Farinac. *num.* 74. qui vtramque opinionem, quibuſdam adhibitis declarationibus, probabilem putat. Tamen magis vera eſt ac communis hæc vltima ſentẽtia, cui D. Couar. adhæret, nam qui iuraſſe dicitur, præſumitur cum omnibus ſolemnitatibus iuramentum præſtitiſſe, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 132. *n.* 8. Alciat. *in l. ſciendum, num.* 8. *ff. de verbor. obligat.* Quæ proculdubio procedit, quãdo ſumus in antiquis, Guazzin. *vbi proximè*, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 8. 2. *n.* 5. Farin. poſt alios, *nu.* 76. idemque erit, ſi notarius dixerit; iurauit in forma, Menoch. *vbi proximè.*





Ibi: *Siquidem pro notario præſumitur.*

22 In dubijs eſt pro legalitate, & veritate notarij, & quod rectè munere ſuo fungatur præſumitur, Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 406. *num.* 13. Flamin. *de reſignat. beneficior. lib.* 8. *q. vlt. n.* 50. *& lib.* 9. *q.* 22. *n.* 8. Menoch. *ſup. li.* 2. *præſ.* 79. *n.* 1. Farin. *in prax. q.* 156. *nu.* 138. Maſcard. *conc.* 625. *num.* 26. Caſtrenſ. *conſ.* 371. *col.* 1. *vol.* 1. Alciat. *vbi proximè, num.* 1.

Ibi: *Sic ſanè creditur tabellioni.*

23 Notario teſtanti in inſtrumento, ſe notum feciſſe mulieri fideiubẽti auxilium Velleiani, cui renunciauit, credendum eſt, Menoch. *d. præſ.* 79. *num.* 5. vbi plura huc ſpectantia tradit, Molin. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 5. 20. *num.* 8. Gutier. *de iuram. confirmator. part.* 1. *cap.* 20. *num.* 3. 4. Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 515. *num.* 2. Padill. *in l. fin. num.* 13. *C. de iur. & fact. ignorant.* Gregor. Lop. *in l.* 3. *gloſ.* 4. *tit.* 12. *part.* 5. Cœpol. *caut.* 149. & ita eſt tenendum, etſi plurimùm dubitauerit Iaſ. *in l. ſi duo patroni. §. Idem Iulianus, ff. de iureiurand.* vbi tandẽ contra tenet.

Ibi: *Cautius tamen.*

24 Huiuſmodi cautela, vt in ipſo inſtrumento fiat expreſsim mẽtio nedum certiorationis, ſed etiam quod declaretur, quid Senatuſconſulto Velleiano in fauorem mulierum cautum fuerit, probant Gutier. *num.* 3. Ceuall. *num.* 3. qui teſtantur ita apud noſtros tabelliones obſeruari, imò eam omninò neceſſariam eſſe ſenſit Cyn. *in l. fin. num.* 2. *C. ad Vell. ian.* Quæ clauſula ſaltem proderit ad excludendũ illud, quod communiter notatur: nempè quod ſi notarius, qui de certioratione fidem fecit, interrogetur, quid Senatuſconſulto Velleiano contineatur, & hoc ignoret, renũciatio mulieris nullius erit momenti, vt videre eſt apud Greg. Lop. *vbi proximè*, Ceuall. *num.* 4. Marſil. *in rubric. n.* 39. *ff. de fideiuſſorib.* Bertrãd. *conſ.* 33. *ad finem lib.* 1. Cagnol. *in l. ſi librarius, num.* 37. *ff. de reg. iur.* licet cõtrarium tenuerint aliqui, quos refert Ceuall. *ſup.* & eos ſequutus Menoch. *conſ.* 37. *n.* 145. non inquam hoc locum habere poterit, ſi in inſtrumento expreſſum ſit, quod Senatuſconſulto cauetur.

Num. 3.

Adde Farinac. *d. quæſt.* 74. *num.* 70. vbi alios laudat, & *num.* 71. non paucos pro contraria opinione refert.

Ibi. *Eadem profectò ratione.*

Quoties ex conuentione ſtandum eſt aſſertioni vnius ex contrahentibus, intelligitur, interueniente iuramento, aliàs ei credendum non eſt, Carleual. *d. ſect.* 6. *n.* 110. Hermoſ. *in d. l.* 10. *gloſ.* 4. *n.* 425. *tit.* 1. *p.* 5. vbi plures, Pacian. *d. cap.* 47. *num.* 28. 29. 25

Verſ. *Tertia concluſio.*

Cum quis, nullo legis aut iudicis præcepto cogente, à partibus eligitur, vt nõ ſecundum alicuius artis peritiã, ſed iuxta proprium iudicium arbitretur, neceſſe non eſt, vt iuret, Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 58. *n.* 1. Pacian. *ſup. n.* 21. Afflict. *deciſ.* 371. *n.* 7. quanquã contrarium placuerit Iaſoni, Angel. & Caſtrenſ. *in l. de pupillo, §. Qui opus, ff. de non. oper. nunciat.* Marſil. *ſing.* 214. *prope medium*, Guzman. *de euict. cap.* 14. *num.* 36. 26

Ibi: *Quia & ipſe Bartolus ſenſit.*

Videas ſtatim laudandos *ad n.* 4. qui latè agunt de iuramẽto à peritis præſtãdo.

Ibi: *Nam etſi prior pars admitti poſſit.*

Ratio differentiæ inter eum, qui pro ſuo arbitrio rẽ definiturus eſt, & qui iuxta artis peritiam declarare aliquid debet, hæc eſt, nam illius perſona eligitur ob probitatem, & idoneitatẽ, quæ ipſis eligentibus nota eſt, quare eiuſdem conſcientiæ ſeſe committunt, atque ita iurare non tenetur, cuius fides approbata eſt. At cum peritus conſtituitur, vt pro peritia quod ſenſerit, referat, non eſt perſona, aut fides approbata, ſed tantum ſcientia rei, de qua agitur. Vnde nulla ſubeſt cauſa, propter quam iuramentum remittatur, cum poſſit peritiſſimus non tamen æque probus à partibus haberi. 27

Num. 4.

De hoc fusè diſſerunt Farinac. *d. quæſt.* 74. *à num.* 95. Pat. Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *diſp.* 113. *n.* 13. *cum ſeqq.* Hermoſill. *in l.* 56. *gloſ.* 6. *ex nu.* 39. *tit.* 5. *part.* 5. Ceuall. *tom.* 1. *quæſt.* 1. *à nu.* 25. Pacian. *d. cap.* 47. *num.* 21. *cum alijs*, & crebrior, ac verior ſententia docet, peritos ſiue à iudice, ſiue à litigantibus electos iureiurãdo eſſe aſtringendos, quod generaliter tradunt Gutier. *in dict. l. nemo poteſt. numer.* 124. Cyriac. *controuerſ. forenſ. tom.* 3. *controuerſ.* 439. *n.* 23. Bouacil. *in Politic. tom.* 2. *lib.* 5. 28

*cap.8.in fine.* Menoch. *d.quæſt.58.num.4.* Pinell. *in l.2.part.3.cap.4.num.3.C.de reſcind. vendit.* Suar. *in Theſaur. recep.ſent.lit.P.num.93.* Garcia *de expenſ.cap.34.num.18.* Matienç. *in l.1.gloſ.2.nu.21.cum.ſeq.tit.11.lib.5.Recopilat.* & alij innumeri, & qui contra tenent, referuntur à Farinac. *num.95.* à quibus ipſe recedit.

Ibi: *Hoc autem iuramentum.*

29 Periti ſi res, quæ eorum aſſertioni cõmittitur, ſenſu coporeo percipi, ac diſcerni queat, vt agrorũ dimenſio, rationũ computatio, de veritate dicẽda iuramẽtum debent, exhibere, alioquin dutanxat de credulitate iurabunt, vt cum medicorum iudicio cõmittitur, an vulnus ſit lethale, necne, ita docent Farinac. cũ alijs, *n.99.100.* Gutier. *vbi proximè*, Pacian. plures referens *ſup. nu. 17. 18.* Menoch. *de adipiſcend. remed.5.n.164.* Sanch. *ſup.n.15.* Garc. *vbi proximè*, Maſcard. *cõc. 1174.n.48.49.* Ratio eſt, quia in ijs, quæ ſenſu corporeo nõ percipiuntur, certitudo haberi non poteſt, nec cum ea poterunt atteſtari periti, vt aiunt Sanch. & Gutierr.

30 Illud in praxi frequenter obſeruatur, vt periti apud iudicem ſub iureiurando promittant, ſe legaliter, ac bona fide quod ſenſerint, relaturos, quo caſu nullum aliud iuramentum tempore depoſitionis deſideratur, nam præcedens ſufficit, vt obſeruat Hermoſ. *in d.l.56. gloſ.6. numer.42.* Bald. *in leg. hac edictali, §. His illud, num.3.C.de ſecund.nupt.* Maſcard. *n.50.* Pacian. & Menoch. *ſup.*

Ibi. *Poterit tamen probari contrarium.*

31 Contra depoſitionem peritorum probatio admittitur Pacian. *num.87. cum ſeqq.* qui hoc ampliat, etſi ſententia ex tali depoſitione feratur, quoniam illa in rem iudicatam non tranſit, imò bis poteſt fieri electio peritorum ad ſentẽtiam retractandam, & non amplius, ne detur in infinitũ proceſſus, ſed Herm. omnino videndus *à num.57.* aſſerit *num.60.* ſemel tantùm permiſſum eſſe, vt periti eligantur, vt rem, de qua alij depoſuerunt, iterum examinent, & pro præcipua concluſione plures refert *num.59.*

Ibi: *Nam quoties ex lege.*

32 Quamuis ex lege, vel ſtatuto ſit alicui iuramento credendum, benè probatio admittitur in contrarium, Pacian. *de probat.lib.2.cap.46. num.111.* Auguſtin. Barboſ. *in collectan. ad c.2.n.9.de temporib. Ordin.in 6.* Ceuall. *quæſt.7.num.8.9.* Gutierr. *de gabell.quæſt.163. nu.7.* Menoch. *de recuperand.remed.15.nu.356.* Iul. Clar. *dict.§.fin.quæſt.82. num.2.* Hermoſ. cum alijs *in l.8.glo.8. n.7. tit.3.p.5.* Maſcard. *conc.955.num.1.* Farinac. *in fragment. lit. I.num.1130.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ.338. num.60.* Mareſcot. *variar.lib.2.cap.1.nu.149.150.* Quod procedit, quanquam per verba ampliſsima iubeatur, vt plena fides iuranti adhibeatur, Farinac. Ceuall. Hermoſ. niſi lex expreſsim probationem in contrarium prohibuerit, Seraph. *ſup priuileg.31.num.92.* vbi Benechend. *n.49.* Herm. *n.9.* Maſcard. *n.15.* Tiraq. *de retract. lignag. §.4.gloſ. nu.3.*

Num. 5.

Cum perſona teſtis, vel periti approbatur ab eis, quorum intereſt, poteſt teſtificari abſque præſentia, aut citatione eorundem, Menoch. *conſ.217. in fin.* Sanch. *ſup.n.14.* Hermoſ. *d.gloſ. 6. n.45.* Garcia *ſup.* Pacian. *nu. 124.* vbi alij. Adhuc contraria Panormitani opinio rationibus perpenſis, quibus nititur contemnemda non eſt, quam ſuſtinet Farinac. *quæſt.72.num.50.* qui *num.49* plures cõtra ſe pro Bartolo allegat, ſed Bartoli ſententia eſt omnino amplectenda, ſi peritus, vel teſtis ſuum dictum dubium, declaraturus accedat, quo caſu nequaquã citatio, aut præſentia partium erit opus, Hippolit. *in l.de vno quoque, num.71.ff.de re iudicat.* Borrel. *in ſumm. deciſ.tit.de citation.num.45.* Rota *deciſ.592. num.1.4. part.1.* Anton. Gabr. *ſup.lib.2. tit. de citation.concl.1, n.170.351.* Maſcard. *concl. 682. n.31.* Boſſ. *in prax.tit. de oppoſit. contra teſt. n. 352.* Quo caſu nec requiritur nouum iuramentum, Farinac. cum alijs *q.74.n.50.* Idem etiam quoad citationẽ contra communem tenet *d.q.72.n.67.* 33

Verſ. *Sexta concluſio.*

Si Iudex peritũ eligat, vt iuxta artis regulas quicquã declaret, prius ſunt citandi ij, ad quos res ſpectat, vt ſi voluerint nominationi adſint, ſufficiet tamẽ, quod poſtea citentur eo tempore, quo poſsint adverſus electũ obiectiones proponere, 34





Pacian. *num.20.* Hermoſ. *ſup.num.43.44.* Sanch. *vbi proximè.*

Verſ. *Septima concluſio.*

35 Citatio etiam deſideratur, vt partes aſsiſtant tempore, quo periti præſtant iuramentum, Alexand. *in l.1.§. Sed excipiuntur, n.7.col.2 ff. de ferijs*, Hermo. *n.44.* Pacian. *n.121.* Sanch. *ibidem.*

Verſ. *Octaua concluſio.*

36 Non eſt opus citatio, aut præſentia partium, cum peritus, quod ſentit, deponit, imò nec volentes adeſſe permittuntur, Hermoſ. *nu.43.* Pacian. Sanch. *ſup.*

Verſ. *Nona concluſio.*

37 Partes citandæ ſunt die præfinito, vt interueniant, cum agrimenſores, aliiſvè periti inſpecturi ſunt rem, ſuper qua iudicium ſuum interponere debent, Pacian. *numer. 122.* Alexand. de Neuo *in cap. quia iudicante, num.8. verſ. Sed tandem dic, de præſcript.* Aug. Barboſ. *in collect. ad l.3.num.4.C.finium regundor.* Hermoſ *nu. 44.* Cardoſ. *in prax. iudic. verb diuiſio, numer.7.*

Num. 6.

38 Valere teſtimonium, quod in ſcriptis traditur per teſtem tabellioni, vel iudici, placuit paucis quibuſdam, quos refert Farinac. *q.80.n.28.* quod verum non eſt.

Ibi: *Sed Baldus in l. iuriſiurandi.*

39 Quod poſsit teſtes per ſcripturã teſtificari, modo dictum ſuum ipſe apud iudicem, aut notarium prælegat, cum Baldo tenent Gregor. Lop. *in l.31.gloſ.1.tit.16. part.3.* Ceſſ *in addit. ad l.4 ufeane. de teſtib. num.8.* Practic. Corrad. *tit. de teſtib. in rubric. de præmeditat. ſermon. num.44.* Viul. *ſup. opinion.949.num.5.*

Sed contra Baldum ſentiunt Farinac. *num.38.41.* Pedemontan. *deciſ.128. numer.7. ad finem, iuncto num 9.* Arnald. Albert. *de agnoſcend. aſſertionib. Catholic. & hæretic. quæſt.34.num.54.* Sed prior ſententia poteſt defendi, cum factum eſt inuolutum, vt dicetur *num 41.*

40 Et quod in ſcriptis teſtimonium ferri non poſsit, abſolutè docuerunt Farinac. *num.28. in fine*, Guazz. *ſup. defenſ. 15. cap.7. à princip.* Pacian. *dict.cap. 47. num. 80.* Balard. *ad Clar. dict. quæſt.26.num.2,* Maſcard. *in proœm. quæſt. 5. à num.11. & concluſ. 149. numer. 26.* Magon. *Lucenſ. deciſ.39. numer.22.* Bernard. Græuæ *ad prax. Camer. Imperial. lib.1. concluſ. 100. conſiderat. 3. num.7.* Rebuff *de reprobat. teſtium, à numer. 541.* Boer. *deciſ. 1. num. 38.* Fr. Emmanuel *queſtion. Regular. tom. 2. quæſt. 13. articul. 4.* Similiter nec per nuntium deponere quis permittitur, Guazz. *num. 1.* quæ pariter procedunt, quando teſtes à loco, vbi deponendum eſt, abſunt, Guazz. *nu.2.* Farin. *n.30.* Ad quæ videas *d.l.31.tit.16.p.3.*

Præfata regula, vt teſtis per ſcripturã deponens non probet ſuas limitationes admittit, quas quaſi currenti calamo recenſebimus, quoniam nonnullas D. Couarr. inſinuat. Prima eſt, quando teſtis loqui non valet, D. Couarr. hic, Gregor. Lop. *vbi proximè*, Farinac. *numer. 39.* qui, & alios refert in ſingulis limitationibus. Secunda, ſi res, de qua agitur, valde ſit implicita, & inuoluta, Farinac. *num.43.* Guazz. *num.6* nam poterit dictum ſuum prius per ſe lectum iudici aut notario tradere, quod D. Couarr. admittit. Tertia, ſi aduerſarius non obijciat, Guazz. *n.7.* Farinac. *n.40.* Quarta, quando viget teſtificãdi eo modo conſuetudo, Guazz. *in n.8.* Farinac. *n.48.* Quinta, cum iudici videatur, vt ſic deponatur, expedire, Farinac. *num.49* Guazz. *num. 10.* quod, & D. Couarr. ſentit. Sexta, ſi de probanda ætate tractetur, quod tamẽ referendum eſt, vel ad certificationem Parochi deductam ex libro, quo baptizati ſcribuntur, vel ad codicem, in quo à patre dies aſsignatur, quo ſibi filij naſcuntur, Guazz. *num.11.* Farinac. *num.46.* Sed hæc propriè limitatio non eſt, quia neque parocho, neque parenti, vt teſtibus fides adhibetur. Septima, ſi in arte periti iudicium ſuum referant, Guazz. *num.12.* Pacian *ſup. num.81.* Farinac. *nu. 42.* Vltima, in cauſa arbitro commiſſa, cum facultate procedendi de iure, & de facto, iuris ſolemnitatibus omiſsis, apud quem in ſcriptis teſtificari quiſque poterit, Farinac. *num.52.* Dec. *conſ.51. num. 101. ad finem. verſ. Quinto, vt tollatur, & num.107.lib.2.* 41

Ibi: *Nec Bartolo ſuffragatur.*

Ad textum in leg. Theopompus, videas Padilla *in l. ſiquis maior, num.20.C.de tranſact.* Menoch. *de arbitrar.lib.1. quæſtion.58.num.3.* Auguſt. Barb. *in collect. ad* 42

*cap. teſtes* 15. *num.* 2. 3. *quæſt.* 9. qui omnes
aſſerunt, in eo textu legendum eſſe: *Ro-
gatus ſcripſit*, non, *Iuratus*. Sed etſi conce-
datur, Iuramentum interueniſſe, non in-
de ſequitur, teſtimonium in ſcriptis per
teſtem ferri poſſe, quoniã Pollianus me-
rus teſtis non fuit, ſed propalator volun-
tatis defuncti ab eodem electus, quare
quod ſentiebat ex volũtate teſtatoris po-
ſuit in ſcriptis deponere, neque inter-
eſt, quod iurauerit, nam & periti iurant,
vt ſupra diximus, & tamen per ſcripturã
deponunt, vt nuper dicebamus, quia te-
ſtes propriè non ſunt, vt latiſsimè probat
Pacian. *d. cap.* 47. *ferè per tot*, pluribus dif-
ferentijs adductis.

Ibi: *Nam ex vocis pronunciatione.*

43 Plurimum intereſt ad veritatem inda-
gandam, quod teſtes abſque ſcriptura de-
ponant, vt ex prolatione ipſa verborũ,
trepidatione, mutatione colorijs, alijſ-
que affectibus, prudẽs examinator agnoſ
cat, an verũ, aut falſum feratur teſtimo-
nium, de quo Pontifex *in cap. cum Eccleſia
Sutrina* 3. §. *Nos igitur, in princip. de cauſ.
poſſeſ. & propriet.* Cõſult. *in l. de minore* 17.
§. *Tormenta, verſ. Plurimũ, ff. de quæſtionib.*
Cicer. *in topic. Pallor vultus, inquit, rubor,
& titubatio faciunt, vt minus fidei alicui ad-
hibeatur*, Senec. in Thieſt. *Multa ſed lepi-
dus ſolet detegere vultus*, & in Oedip. *effari
dubitas? Cur genas mutat color? Quid verba
quæris?* Nam vt vulgò ex Ouidio *lib. 2.
methamorphoſ.* fertur, *difficile eſt crimen nõ
prodere vultu*, cum per exteriores actus,
quæ in pectore latent, pateſiãt prudenti-
bus, Prouerbior. 27. *verſ.* 19. *Quomodo in
aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic
corda hominum manifeſta ſunt prudentibus*,
& ex trepidatione falſum teſtimonium
præſumi tradit Menoch. *ſup. quæſt.* 14. *n.*
35. quia trepidatio, aut titubatio non eſt
memoriæ vitium, ſed conſcientiæ indi-
cium, vt ex *Quint. Curt. lib. 7. in princip. &
Cicer. in epiſt. famil.* ait Menoch. *quæſt.* 89.
*num* 73. de reo agens.

44 Notant Guazzin *ſup. num.* 1. Bouadill.
*in Politic. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *num* 42. Cara-
uit. *tit.* 87. *n* 5. Iul. Clar. *vbi proximè, num.*
1. Nell *de teſtib. num.* 90. Gregor Lop *in l.*
26. *gloſ.* 5 *tit.* 16. *p.* 3. Dec. *reſponſ.* 51. *n.* 4.
5. *vol.* 2. Farin. *d. q.* 80. *n.* 27. *in fine, & n.* 44
& alij, quorum nuper meminimus, *num.*
40. Quæ trepidatio aliive affectus, per
quos teſtium fides tollitur, aut minuitur
ſunt in actis referendi, tum vt de Iuſtitia
ſententiæ conſtet, quæ iniqua videretur,
latente cauſa, ob quam teſtibus plenè pro
bãtibus ſecundũ verba non crediderit iu
dex, Bart. *in l. lucius in fine, ff de ijs, q. notãt.
infam.* Greg. Lop. *ſup.* Menoch. *de arbitrar.
lib.* 2. *caſ.* 9. *n.* 5. Abbas *in cap. quoniam con-
tra, n.* 34. *de probat.* Oroſc. *in l. illicitas* §.
*veritas, n.* 20. *ff. de offic. Præſid.* Tum, ne ſi
alius ab examinante cauſam ſit deciſurus
fallatur dicta teſtium ſequutus, cũ circun
ſtantias depoſitionũ ignoret, Bouad. *vbi
proximè*, & quod de iuſtificatione ſen ten-
tiæ tuæ dictũ eſt; iudici inferiori eſt val-
de neceſſarium, ac vtile iuxta, notata per
Bouadill. *ſup. cap.* 3. *n.* 58.

Verſ. *Hinc obiter perpendi poterit.*

Eſt ſupponendum cũ omnibus ſub hoc 45
verſiculo referẽdis, quod etſi olim fuerit
controuerſum, an inter abſentes Sacra-
mentũ pœnitentiæ poſſet miniſtrari, iu-
ſta exiſtente cauſa, hodie dubium hoc pe
nitus eſt ſublatum per Bullam Clement.
VIII. editam anno 1602. qua affirmati-
uam, ſententiam vt falſam, temerariam,
& ſcandaloſam damnauit prohibens, le-
gi, imprimi, aut defendi, ad praximvè re-
duci ſub pœna excommunicationis ipſo
facto incurrendæ, abſolutione Sedi Apo-
ſtolicæ reſeruata, cuius ſeries extat apud
Ioan. Valer. *de different. int. vtrumq. for.
verb. Pœnitentia differ.* 9. *in fine*, & apud
Barboſ. *in collectan. ad cap. quem pœniter, de
pœnit. diſt.* 1. *n.* 5. Quæ opinio, & prius fuit
approbata *l.* 30. *tit.* 4. *p.* 1. eſtque intelli-
genda ita, vt Sacramentum inter abſen-
tes confici non poſsit, vt declarat P. Suar.
*tom.* 4. *in* 3 *part. diſp.* 19. *ſect.* 3. Ex quo ad-
uertendum eſt, quod omnia dicenda de
confitente per ſcripturam intelligantur,
pœnitente, ac Confeſſario præſentibus.

Non licèt per ſcripturam peccata cõ- 46
fiteri tradendo ſchedulam, in qua ſcripta
ſunt Sacerdoti legenda, quamuis de illis
pœnitẽs ſe accuſare profiteatur, nam etſi
de eſſentia Confeſsionis Sacramentalis
non ſit, vt viua voce ſingula delicta expli
centur, eſt tamen hic modus valde cõue-
niens, ac vſu Eccleſiæ approbatus, atque
ita illũ non ſeruare nefas eſt. Sed non cõ-
ueniũt Theologi in aſsignãdo quale pec-
catũ ſit, quod confitendo ſic per ſcriptu-
ram cõmmittitur, nam lethale eſſe vult,
Fagund. *in præcept. Eccleſ. præcept.* 2. *lib.*
3. *cap.* 1. *num.* 8. cui aſſentit Dian. *reſolut.*
mo-



*moral. part.* 2. *tract.* 4. *reſolut.* 127. At ſolùm
veniale, eſſe placuit Villalob. *in ſumm.
tom.* 1. *tract.* 9. *difficult.* 31. *num.* 1. Bonac.
*tom.* 1. *tract. de Sacrament. diſp.* 5. *de pœni-
tent. q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2. §. 2. *n.* 25.

47 Licitum eſt per ſcripturã modo præ-
miſſo confiteri, vbi adeſt rationabilis
cauſa, & inter alias connumeratur nimia
erubeſcentia pœnitentis, Cardin. Lug.
*de pœnitent. diſp.* 15. *ſect.* 5. *num.* 80. Pat.
Suar *ſup. diſp.* 21. *ſect.* 3. *num.* 7. Bonacin.
Dian. Fagund. *vbi proximè*, Coninch. *de
Sacrament. diſp.* 6. *dub.* 1. *conc.* 3. Layman.
*in Theol. moral. lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 6. *num.* 3.
Molfeſ. *in ſumm tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 11. *nu.*
9. Barboſ. *ſup. num.* 3. Gregor. Lop. *in d. l.*
30. *gloſ.* 2. Villalob. *ſup.* Nec opus eſt,
quòd pœnitens ſe de peccatis ſcriptis ac-
cuſet, ſed ſat eſt, quod ſchedulam tradat
Sacerdoti in ordine ad Confeſsionem, &
quod ſigna contritionis emittat, vt do-
cet Suar. quamuis Eminentiſsim. Lug.
ſenſerit, neceſſariò requiri, vt pœnitens
poſt lecta per Sacerdotem peccata alle-
rat, de eiſdem ſe accuſare, nec poſſe hanc
accuſationem ante lectionem præmitte-
re, quod latè probat.

Ibi: *Etiamſi ab ipſo pœnitente ſcripta le-
gantur.*

Ex nuper laudatis DD. colligitur, eo-
48 rum rationibus perpenſis, omnino lici-
tum eſſe confiteri in ſcriptis, legente ip-
ſo pœnitente coram Sacerdote peccata,
quia viua voce fatetur, nec meritum eru
beſcentiæ abeſt, atque ita ſic confiteri
poſſe, affirmat Vazq. *tom.* 4. *in* 3. *part.
quæſt.* 91. *art* 4. *dub.* 4. *quæſt.* 3. *ad* 2. Nec
refert, quod de teſte dicitur, in quo di-
uerſa ratio eſt.

Ibi. *Quibus & illud addendum eſt.*

Dubium non eſt, quin mutus, vel alias
49 impeditus loqui, poſsit per ſcripturam,
vel ſigna propria confiteri peccata, cum
ſibi placuerit, nam vt nuper dicebamus,
vbi ſubeſt cauſa, licitum eſt, Confeſsio-
nem in ſcriptis fieri, quod in ſpecie ad-
notant Cardin. Lug. *num.* 77. Vazq. *d.
num.* 7. *in fin.*

50 Dubium autem in eo verſatur, vtrum
ſcilicèt teneatur, vt præcepto Cõfeſsio-
nis ſatisfaciat mutus, vel alius, qui viua
voce ſcelera explicare non valet, eadem
ſcribere, vt Sacerdoti innoteſcant? &
quoniam duplex eſt præceptum Confeſ-
ſionis vnum de Iure Diuino, & alterum
de Eccleſiaſtico, oportet de vno quoque
ſigillatim diſſerere. Igitur circa præcep-
tum Eccleſiaſticum duplex eſt communis
opinio vna negat, impeditum loqui obli
gatum eſſe ad confitendum in ſcriptis,
quam defendunt Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.*
2 *art.* 6. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 11.
*punct.* 1. Ioan. de la Cruz *in direction. conſ-
cient. part.* 2. *de Sacrament. Pœnitent. quæſt.*
3. *dub.* 7. *conc.* 1. Dian. *ſup. reſolut.* 128.
*verſ. At his*, Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *num.* 63
Henriq. *in ſum. lib.* 4 *cap* 4. *num.* 4. *in gloſ.
lit. A.* Villalob. *ſup. diffic.* 32. *num.* 3. Ratio
eſt, quia præceptum non obligat iuſtè
impeditum, qui non tenetur mediũ ex-
traordinarium ad illud implendum ad-
hibere, maximè cum poſsit eſſe pericu-
lum, vt peccata reuelentur. 51

Contrarium verò verius videtur D.
Thom. *in* 3. *diſtinct.* 17. *quæſt.* 3. *art.* 4.
Vazq. *ſup. dub.* 5. *num.* 2. Suar. *diſp.* 36.
*ſect.* 6. *num.* 7. Trullench. *in Decalog. tom.*
1. *lib.* 4. *cap.* 4. *dub. vlt. n.* 6. Becan. *de Sa-
crament. cap.* 37. *quæſt.* 7. *num.* 2. Cardin.
Lug. *num.* 85 Bonacin. *vbi ſupra punct.* 5.
*num.* 6. *verſ. Secunda ſententia, & verſ. Sed
mini*, vbi limitat, niſi incommodum ſen-
tiat pœnitens, vt ſi immineat periculũ,
vt peccata reuelentur, quod etiã ſequu-
tus eſt Trullench. *ſup.* & cum iſta limi-
tatione hæc opinio, & ſecurior, & pro-
babilior cẽſetur, quia vt præfati DD no-
tant, varijſque comprobant exẽplis, ho-
mo aſtringitur media, quæ non ſunt val-
de oneroſa adhibere ad implementum
præceptorum, ſcribere autem peccata ad
Confeſsionẽ, neque difficile, neque one-
roſum eſt. Nec obſtat, quod imminet pe-
riculum, vt peccata reuelentur, nam re-
gulariter illud remotiſsimũ eſt, alioquin
ſi aliquo caſu ſpeciali proximum time-
retur, obligatio ceſſaret, vt nuper cum
Trullench. dicebamus.

Quoad Diuinum præceptum confiten- 52
di, quod obligat in mortis articulo, ſe-
cunda ſententia admiſſa, dicendum eſt à
fortiori teneri non valentem loqui in eo
periculo conſtitutum in ſcriptis peccata
confiteri. At qui primam ſequuntur, ita
diſtinguũt. Aut quis probabilem exiſti-
mationem habet, quod ſit contritus, aut
dubitat: primo caſu omittere Cõfeſsio-
nem poterit, ſecundo non vtique, nam

T 3 ſi-

ſibi debet ſubuenire quomodocunque, ne ſe exponat æternæ damnationi, atque ita non ex vi præcepti, ſed lege charitatis aſtringitur. Ita poſt alios Dian. *reſolut.* 129. qui etſi de Cōfeſsione per interpretē loquatur, idem ſentit de ea, quæ in ſcriptis fit, cum in calce proximæ præcedētis reſolutionis de hoc agens ſe ad ſequentē remittat. Videantur allegati, *n.* 50.

Ibi: *Tenetur tamen mutus confiteri per ſigna.*

53 Mutus, aut quiuis alius, qui aliter non poteſt præceptum Diuinum, vel Eccleſiaſticum Cōfeſsionis implere, obligatur per ſigna, aut nutus propria peccata Sacerdoti explicare, Par. Suar. *diſ.* 21. *ſect.* 3. *num.* 2. Valuos *in cap. omnis vtriuſque ſexus, num.* 37. *de pœnitent.* Ioan. Sanch. *in ſelect. diſp.* 32. *num.* 8. Rodrig. *in explicat. Bullæ, §.* 2. *dub.* 5. Nauarr. *in manual. cap.* 21. *num.* 36. Caietan. *in ſumm. verb. confeſſio, verſ. Expedit autem,* Dian. *part.* 5. *tract.* 6. *reſolut.* 3. qui alios refert, & in fine docet, mutum eſſe abſoluendum, quando confeſsionis præceptum inſtat, quanuis Sacerdos non percipiat peccata in ſpecie per ſigna. Idem pluribus laudatis probat Bonacin. *ſup. d. quæſt* 5. *ſect.* 2. *§.* 4. *num.* 6. vbi etiam de eo, qui idiomate incognito confitetur, quanuis Medina hoc dūtaxat admittat in mortis articulo, *lib.* 2. *caſ.* 7. *ad fin.* Eadem ſunt obſeruanda cū ex parte Sacerdotis eſt impedimentum, Ioan. Sanch.

54 Per interpretem verò minimè quis aſtringitur confiteri, vt præcepto Eccleſiaſtico ſatisfaciat, ſed in articulo mortis obligatur, niſi moralem certitudinem habuerit de ſua contritione, vt proximè de confitente per ſcripturam dicebamus, de quo Dian. *d. part.* 2. *tract.* 4. *reſolut.* 129. Bonacin. *ſup. punct.* 5. *num.* 5. Suar. *diſp.* 36. *ſect.* 6. *à num.* 3. Pat. Vazq. *ſup. art.* 4. *dub.* 3. Coninch. *de Pœnitent. diſp.* 5 *dub.* 10. *num.* 77. Valent. *d. quæſt.* 11. *punct.* 1. Circa quod eſt notandum, poſſe qui per interpretem confitetur, aliquibus peccatis in ſpecie declaratis, de alijs, quæ ſibi notabilem infamiam afferre poſſent, ſeſe in genere accuſare, quia nō tenetur cum incommodo manifeſtandi huiuſmodi crimina duobus ad Confeſsionis exactam integritatem. Ita Suar. Dian. Coninch. *vbi proximè,* Cardin. Lug. *num.* 63. Imò aliqui apud Dian. ſentiunt, ſat eſſe, quod accuſetur tantum de venialibus in ſpecie, & de lethalibus in genere. Sed Card. Lug. opinatur, omninò teneri in articulo mortis ad confitēdum per interpretem, quando aliter non poteſt, ne ſe periculo damnationis exponat, nam poſsit decipi, quanuis probabilem exiſtimationem de ſua contritione moriens habeat.

Ibi: *Is verò qui loqui poteſt.*

55 Hoc à nemine dubitatur, ſed etſi quis ita obliuioſus ſit, vt probabiliter timeat, ſe non recordaturum tempore Confeſſionis omnium peccatorum, etiam exacto examine facto, non ideò obligatur ad ſcribenda ſua peccata, quia præceptū non eſt de omnibus confitendis, ſed de illis, quæ in memoriam venerint, conſcientia, vt oportet, examinata, Cardin. Lug. *diſp.* 15 *ſect.* 3. *num.* 41. *verſ. Dices, qui poſtea,* Suar. *d. diſp.* 36 *ſect.* 5. *num.* 6. Henriq. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 8. Trullench. *ſup. dub.* 2. *num.* 9. Coninch. *diſp.* 7. *dub.* 9. *num.* 71. Filliuc. *tract.* 7. *cap.* 4. *quæſt.* 10. *n.* 115. licèt contrarium aliquibus placeat, quos refert Henriq. & Suar. quibus accedit Bonacin. *d. ſect.* 2. *punct.* 5. *in fine,* vbi docet, tempore Confeſsionis neceſſarió eſſe peccata ſcribenda ei, qui aliàs ob memoriæ defectum omnia referre Sacerdoti non poſſet.

Num. 7.

56 Cùm quis aliud abſque iuramento extra iudicium aſſerit, & aliud deinceps ſibi contrarius iudicialiter interrogatus deponit, iudiciali depoſitioni pro iudicis arbitrio fides adhibetur, Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 108, *num.* 22. Boer. *quæſt.* 108. *num* 3. Menchac. *vſufrequent. cap.* 32. *à num.* 4. Fachin. *controuerſiar. lib.* 9. *cap.* 85 *verſ. Alijs magis communiter,* Roland. *conſ.* 40. *ex num.* 2. *lib.* 1. Viu. *commun. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 34. Farinac. *in praxi quæſt.* 66. *à num.* 193. vbi plurimi, Iul. Clar. *in praxi. §. fin. quæſt.* 53. *nu.* 13. Gail. *obſeruation. lib.* 1. *obſeruat.* 104. *num.* 18. Bois. *in prax. crim. tit. de oppoſit. contra teſt. num.* 3. Ant. Gab. *commun. lib.* 7. *conc.* 31. *ex num.* 1. Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. literas* 14. *nu.* 6. *de præſumptionib.* Ceuall. *commun. tom.* 2. *quæſt.* 803. *num.* 12. 21. Ratio eſt, tum propter iuriſiurandi Religionem, ac iudicis authoritatem, tum



quia aſſertiones extraiudiciales plerumque in gratiam amicorum proferuntur, multique profuſè, & abſque conſideratione extraiudicialiter loquuntur ad fauorem partis, qui in iudicium adducti cautiùs, & maturiùs deliberant, atque veritatem dicunt, vt *ex Felyno in cap. cum in tua, in fine, verſ. Item qui aſſertiones, de teſtib.* obſeruat Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 23. Vide infra, *num.* 64.

57 Contra communem tamen ſentētiam Bartolum ſequūtur, quos refert Farinac. *num.* 194. Ant. Gab *ſup.* ſentientes, nec priori extraiudiciali, nec poſteriori iudiciali credendum eſſe. Prior ſententia recepta in praxi, ac vera eſt.

Ibi: *Nec punitur hic falſi pœna.*

58 Adde Farinac. *num.* 85. Menoch. *ſup. caſ.* 312. *num.* 2. Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. ſicut nobis, num.* 4. *de teſtib.* Alban. *in tract. ſtatutor. part.* 2. *quæſt.* 147. Sed qua pœna teneatur teſtis hic varius, videas, apud Farinac. *num.* 87. *cum ſeqq.* vbi diuerſas ſententias refert, veriuſque videtur, nulla pœna teneri, niſi ex ſuo mendacio aliquod detrimentum litiganti ſequatur, ipſeque doloſè verſatus ſit, quo caſu locum habet, quod Farinac. docet *num.* 87. ſcilicet hunc teſtem ſtellionatus reum eſſe, & ad damna, & expenſas parti obligari, Ceuall. *ſup. n.* 13. vbi quod puniri teſtis non poteſt.

Ibi: *Poſſet ſanè Bartoli ſententia.*

59 Si teſtis extraiudicialiter iuratus quicquam affirmet, ac poſtea in iudicio contrarium deponat, neutrum teſtimonium vires habet, ſicque limitatur communiter concluſio tradita *ſup. num.* 56. Aretin. *in cap. per tuas, num.* 34. *de teſtib.* Corrad. *in orat. tit. de teſtib. rubric. de contrariet. teſt.* Menoch. *d. caſ.* 108. *num.* 23. Roland. *ſup. num.* 10. Ferrat. *caut.* 13. Boer. Clar. *vbi proximè,* Farinac. *num.* 211. 214. *vbi plures alij.*

60 Sed licèt propter huiuſmodi contrarietatem pœna falſi puniri non poterit, ſolùmque aliàs extra ordinem pro periurio coercebitur, vt reſoluit Farinac. *num.* 92. Menoch. *d. caſ.* 312. Tindar. *de teſtib. lib.* 2 *part.* 2. *c.* 4. *num.* 2. Quicquid ſenſerint alij apud Farinac. *num* 90. quoniam non conſtat falſum apud iudicem depoſuiſſe, etſi peierauerit.

Verſ. *Ex quo apud me ſatis dubia eſt.*

61 Qui in iudicio nullo teſtimonium tulit, ac poſteà coram legitimo iudice contrarium dicit, nullam fidem meretur, Menoch. *d. caſ.* 108 *num.* 30. vbi rectè limitat, ſi prius abſque iuramento declararet, & hoc verius videtur, quanquam quod ſecundo dicto ſtandum ſit, communiter teneant DD. vt videre eſt apud Farinac. *num.* 155. vbi aliquos laudat, ratiò tamen, cui D. Couar. nititur, plurimùm vrget, cui ægre poterit ſatisfieri. Quo quidem caſu à pœna falſi teſtis immunis erit ob prioris iudicij nullitatem, Farinac. *num.* 71. *cum ſeqq.* maximè quādo illam tempore depoſitionis agnouit, ſed ob periurium aliter punietur.

Verſ. *Eſt & aliud conſiderandum.*

62 Adde Menoch. *d. caſ.* 108. *num.* 24. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 80. *num.* 20. Rolād. *ſup.* Farinac. *num.* 216. *cum ſeqq.* Ceuall. *num.* 22. qui plurimos referunt reſoluentes primò dicto extraiudiciali ob veroſimilitudinem credendum, quod probatur ex *cap. literas* 14. *de præſumptionibus.*

63 Idem iuris eſt, quando prius dictum etiam non iuratum vallatum ſubſcriptione, aut ſigillo dicentis, ſerio emanauit, quoniam tunc fides potius illi, quam ſecundo iudiciali adhiberi debet, Menoch. *num* 25. Ceuall. *num.* 21. Farin. *num.* 223. *cum ſeqq.*

Ibi: *Imò arbitrio iudicis.*

64 Quoties quis iudicialiter deponit cōtra id, quod extra iudicium dixerat, eius fides ob variationem iuxta iudicantis æſtimationem minuitur, Menoch. *num.* 27. Roland. *num.* 12. Ceuall. *num.* 10. 11. Cyriac. *ſup. num.* 19. Alciat. *de præſumpt. reg.* 2. *præſ.* 29. *num.* 4. *verſ. Debilitatur tamen,* Gab. *d. lib.* 7. *conc.* 31. *num.* 8. Clar. *vbi ſup.* Farin. *num.* 226. Ex quo notatur, ex huiuſmodi teſtimonijs non licere iudici ſententiam ferre, reum tormentis ſubmittere, aut iuramentum ſuppletorium deferre, Farinac. *ibidem,* Roland. *n.* 11. *cum alijs,* Bertaz. *conſ. crimin.* 3. *num.* 9. 11. *volum.* 1. Cyriac. *n.* 18.

Ibi: *Quia prius teſtimonium iudiciale.*

65 Teſtimonio iudiciali ſtandum eſt, licèt teſtis contrarium extraiudicialiter de-

deinceps affirmet, nam ius parti quæſitum per legitimam depoſitionē, auferri nequit, maximè cum iudicialis authoritas, & iuramenti vis priori dicto ſuffragētur, Farinac. cum plurimis, *num.* 200. Menoch. *num.* 19. Clar. *d. quæſt.* 53. *num.* 12. Ant. Gab. *ſup. conc.* 30. *num.* 1. Ceuall. *num.* 14. Cyriac. *tom.* 2. *controu.* 250. *num.* 17. And. Gail, *d. obſeruat.* 104. *num.* 7. Simanc. *de hæretic. tit.* 64. *rubric. de teſtib. n.* 57. 58. Sed neque hoc caſu pœna falſi teſtem eſſe plectendum, ſcribit Farinac. *num.* 85. Præmiſſam concluſionem ampliant, Farinac. *num.* 203. Menoch. *num.* 20. Surd. *deciſ.* 326. *num.* 50. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 192. *à num.* 9. quanuis teſtis expreſsim fateatur, ſe falsò in iudicio depoſuiſſe, licèt autem ex his prius teſtimonium non tollatur, minus fidei propter varietatem apud iudicem conſequitur, Menoch. *num.* 21. Felin. *in cap. cū in tua, n.* 6. *de teſtib.* Ceuall. *n.* 15. 16.

Ibi: *Facit adhæc quod Baldus.*

66 Idem, quod nuper diximus, obtinet, quanuis in articulo mortis conſtitutus aliquis, aut, contra quod in iudicio prædixerat, veniat, aut ſe falſum depoſuiſſe, declaret, Menoch. *nu.* 20. *& de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 5. *num.* 18. Cyriac. *vbi proximè*, Caualcan. *in practic. de teſtib. part.* 3. *numer.* 59. Ant. Gab. *vbi proximè, num.* 2. Pacian. *ſup. d. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 46. Gail, & Clar. *vbi proximè*, Simanc. *num.* 56. Maſcard. *de probat. conc.* 359. *num.* 102. Farinac. *num.* 204. 205. quoniam moriēti in præiudicium tertij credendum non eſt. Pacian. *ibidem*, vbi plura adducit exēpla.

Num. 8.

67 Aſſertio vulnerati in mortis articulo dicentis ſe à Caio percuſſum, non probat contra ipſum, imo nec indicium ſufficiens ad torturam cenſetur, Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 16. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *ex num.* 77. Cyriac. *d. controuerſ.* 250. *num.* 6. 7. Clar. *d. §. fin. quæſt.* 21. *num.* 4. *& quæſt.* 52. *num.* 5. Peguer. *deciſ.* 17. *num.* 5. Maſcard. *ſup. conc.* 234. *num.* 10. *& conc.* 1129. *cum ſeq.* Leſs. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 163. Plaça *in epitom. delictor. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 15. Boer. *quæſt.* 90. *num.* 7. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 60. Farinac. *in prax. quæſt.* 46. *num.* 7. Fachin. *controuerſiar. lib.* 9. *cap.* 9 licèt contra ſentiant aliqui, quos laudat Farinac. *vbi proximè, n.* 7.

Quod limitatur in crimine raptus, nā 68
raptæ aſſertio operabitur, vt raptor torqueri poſsit. Ita docet poſt Carrer. & Afflictis Menoch. *d. q.* 89. *num.* 82.

Sed etſi præfata vulnerati declaratio 69
per ſe indicium non ſit ſufficiens ad torquendum oneratum, inducit tamen qualemqualem præſumptionem, quæ cum alijs indicijs, etiam leuibus efficiet, vt indiciatus tormentis ſubijciatur, Farin. *num.* 17. Menoch. *num.* 81. Cyriac. *num.* 15. maximè in delictis occultis, Cyriac, *dict. controuerſ.* 80. *num.* 3. Farinac. *num.* 33. Maſtrill. *deciſ.* 232. *num.* 5. *part.* 3. Quod ſingulariter limitat Cyriac. *d. controuerſ.* 80. *in fine*, quando moriens loqui non poteſt, ac per ſigna oſtendit, à quo ſibi vulnus illatum fuerit, nam de hoc curandum non eſt.

Ibi: Q*uod nemo in mortis periculo præſumatur immemor ſuæ ſalutis.*

Adde Menoch. *d. præſumpt.* 5. *nu.* 2. Al- 70
ciat. *ſup. reg.* 3. *præſ.* 4. *num.* 2. Farin. *num.* 16. 113. Eſcob. *de ratiocin. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 30. At hæc præſumptio non attenditur ad tertij præiudicium Bart. *in l. ſi quis in graui, §.* 1. *ff. ad* Syllanian. Menoch. & Alciat. *vbi proximè.*

Ibi: *Forſan ſufficiens hinc deducetur indicium.*

Is, à quo ſe vulneratum moriens affir- 71
mat, poteſt in carcerem ex hac ſola præſumptione detrudi, idem eſt ſi ante articulum mortis id aſſerat, & in ſua declaratione vſque ad vltimum vitæ ſpiritum perſiſtat, Anton. Gom. cum alijs *vbi proximè*, Clar. *quæſt.* 21. *num.* 14. Farinac. *num.* 18. Plaç. *num.* 15. Maſcard. *d. conc.* 1129. *num.* 23. Peguera, *num.* 6. Nā ad capturam non deſiderantur indicia, ſicut ad torturam, Pacian. *d. lib.* 1. *cap.* 72. *num.* 75. Bald. *in leg. etſi certus, in princip. ff. ad Syllanian.*

Ibi: *Si verò vulneratus.*

Si vulneratus in extremis agens profi- 72
teatur, ſe à Titio non fuiſſe enecatum, hoc ei proderit, ne torqueri poſsit, etſi adſint legitima indicia, ex quibus alias veniret torquendus, Ant. Gom. *num.* 17. Menoch. cum pluribus *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 90. *à princip. & d. præſ.* 5. *num.* 15. Guazzin. *de defenſ. reor. defenſ.* 30. *cap.* 4. *num.* 23. Gig. *de crimin. læſ. Maieſtat. lib.* 2. *tit. quomod. & per quos crim. læſ. Maieſtat. prob. quæſt.* 26. *num.* 5. Plaç. *num.* 17. 18. Farin. *num.* 104. Clar. *d. quæſt.* 52. *nu.* 5. & alij, quidquid ſenſerit Pacian. *cap.* 38. *n.* 22. qui poſt nonnullos alia adminicula cū aſſeueratione vulnerati ad nunc effectum deſiderat. Vide *inf. num.* 74.

73 Quod ampliat Farinac. *num.* 106. etiam in tacita exculpatione, & *num.* 108. poſt alios, quanuis defunctus dixiſſet prius, ſe à Titio percuſſum, ac vltimò eundem exculparet, adhuc enim torqueri ex legitimis indicijs nequibit.

Ibi: *Qui admonet non eſſe ſeruandam.*

74 Concluſio vero proxima limitatur, ſi aduerſus exculpatum vrgentiſsima indicia extent, ex quibus poterit, non obſtante exculpatione, torqueri, Pacian. *num.* 24. Plaç. *num.* 17. Clar. *ſup. d. quæſt.* 52. *nu.* 6. Menoch. *d. quæſt.* 90 *in fine.* Hoc tamen totum à iudicantis arbitrio pendet, qui perpenſis indicijs, ac exculpationis qualitate æſtimabit, an reus tormentis ſit ſubijciendus; vt notant Farinac. *num.* 118. Clar. *d. num* 6. *in fine*, Pacian. *num.* 25. 26. illud obſeruando, quod ſi cum exculpatione aliæ, etiam coniecturæ indiciatum tueantur, non erit torquendus, quanuis plurimùm vrgeant in contrariū indicia, Farinac. cum aliis, *n.* 117.

75 Secundò, limitatur eadem concluſio, cum crimen plenè probatum fuerit, nam exculpatio vulnerati eo non proderit, vt poſt alios obſeruat Farinac. *num.* 110. Menoch. *vbi proximè, num.* 2. qui *num.* 3. *ad finem cum Bartolo in l. inter omnes. §. Rectè ff. de furt.* docet, tales poſſe concurrere coniecturas cum exculpatione, vt reus poſsit abſolui.

Verſ. *Ex his tandem apparet.*

76 Adde Cyriac. *d. controuerſ.* 250. *num.* 19. 20. Ceuall. *num.* 15. 16. Menoch. *d. caſ.* 108. *num.* 28. Farin. *ſup. quæſt.* 66. *ex num.* 206. qui contrarias opiniones referens tandem D. Couarr. ſequutus eſt.

Verſ. *Cæterum ſi teſtis.*

77 Teſti, qui in eadem depoſitione inter ſe pugnantia, ſiue contraria reſponderit, credendum non eſt, *l.* 41. *in fine, tit.* 16. *part.* 3. Clar. *d. quæſt.* 53. *num.* 15. Menoch. *d. caſ.* 108. *num.* 2. Rolanc. *conſ.* 72. *num.* 30. 31. *lib.* 1. Menchac. *vſufrequent. lib.* 1. *c.* 33. *nu.* 25. Maſcard. *conc.* 1361. *num.* 2. 3. Brun. *à Sole in loc. legal. verb. teſtis*, Farinac. *d. quæſt.* 66. *num.* 13. Ceuall. *num.* 24. Cyriac. *num.* 30. Noguerol. *allegat.* 25. *numer.* 82.

Sufficit autem, quod contrarietas in 78
vna parte dicti contingat, vt totum vitietur, *cap. pura* 3. *quæſt.* 9. facit, *cap. ſi ad ſcripturas* 7. *diſtinct.* 9. Beſn. Diaz *reg.* 348. *& ibi* Salced. Clar. *d. quæſt.* 53. *num.* 8. Bonacill. *in Politic. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 57. 58. Farinac. cum aliis, *num.* 19. Noguer. *allegat.* 26. *nu.* 76. niſi ſit in omnino extrinſecis, & ad cauſam non ſpectantibus, in quibus cōtrarietas teſtimonio fidem non detrahit, Farinac. *n.* 28. de quo latiſsimè Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 22. *per tot.* Maſcard. *conc.* 743.

Tunc contrarietas in teſtimonio repe- 79
ritur, quando duo teſtis aſſerit, quorum vnum neceſſario falſum eſt, quia vtrumque ſimul verum eſſe non poteſt, ita explicant communiter interpretes, quorū plures refert Farinac. *num.* 5. Quo caſu pœna falſi ſic deponenti irrogatur, Ceuall. *num.* 24. 25. Farinac. latiſsimè *à nu.* 56. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 23. *num.* 7. Clar. *in prax. §. Falſum, num.* 5. quod tamen multipliciter limitatur per Farinac. & Menoch. qui concludunt, tūc teſtem hac pœna teneri, quando dolo inexcuſabili circa ſubſtantialia negotij falſum dixiſſe apparet. Poterit itidem propter contrarietatem torqueri, de quo Guazzin. *ſup. defenſ.* 19. *cap.* 2. *per tot.*

Verſ. *Secundò, ſi teſtis.*

Teſtis in continenti dictum ſuum cor- 80
rigere permittitur, eiſque adhibetur fides, quæ vltimò depoſuerit, Menoch. *d. caſ.* 108. *num.* 4. Sanch. *de matrimon. lib.* 2. *diſp.* 45. *num.* 6. Greg. Lop. *in l.* 30. *gloſ.* 2. *tit.* 16. *part.* 3. Cyriac. *d. controuerſ.* 250. *n.* 32. Bucciron. *de different. int. iudic. ciuil. & crimin. different.* 88. *nu.* 7. *& different.* 98. *n.* 18. Boſs. *in praxi tit. de publicat. proceſ. n.* 28. Didac. Perez *in l.* 1. *gloſ.* 13. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordinament.* Ant. Gab. *ſup. conc.* 27. *num.* 4. Rota *de teſtib. in nouis, deciſ.* 19. *in fine* Nell. *de teſtib. num.* 107. *verſ. Aduertendum tamen,*

*men*, Farinac. cum multis, *num.* 227. *& ſeqq.* vbi rem hanc fuſiſsimè, prout ſibi moris eſt, per tredecim cõcluſiones enucleat. Ex interuallo verò correctio permiſſa non eſt, Farin. ex pluribus, *num.* 228. niſi errore probato, vt infra dicetur, *n.* 85.

Ibi: *Diximus autem hanc correctionem ſtatim fieri.*

81 Adde Menoch. vbi proximè, *num.* 5. Ant. Gab. *num.* 5. Alciat. *de præſumpt. reg.* 2. *præſ.* 29. *num.* 2. *verſ. Et dicitur in continenti*, Mathesilan. *ſing.* 171. *verſ. Et in quantum dicitur hic*, Farinac. cum alijs, *num.* 229. vbi ait, dictum in continenti corrigi, ſi teſtis ſe retractet antequam à conſpectu iudicis diſcebat, quod probat *l.* 30. *verſ. Maſſi el teſtigo, tit.* 16. *p.* 3.

Ibi: *Idem erit quando teſtis.*

82 Teſtimonium ſuum quis corrigere poteſt, quandiu partibus colloquutus non fuerit, quia ceſſat ſubornationis periculum, *d. l.* 30. *partita*, vbi Gregor. Lop. *gloſ.* 2. Menoch. *vbi proximè*, Clar. *d. quæſt.* 53. *num.* 13. Farinac. *num* 232. verum correctio admittenda non eſt, ſi teſtis ſit loquutus perſonæ, per quam pars de depoſitione teſtis poſsit certiorari, cum in effectu idem ſit, ac ſi immediatè parti ſit colloquutus, Farinac. *num.* 234. Ant. Gab. *ſup. num.* 7. præſumitur autem partem alloquutus teſtis, ſi poſt triduũ ſe retractaturum accedat, Farinac. *num.* 238. Ant. Gab. *num.* 11. ſeu ſi teſtis fide, & authoritate polleat, ac iuratus affirmet, ſe cum partibus non eſſe loquutum, ei creditur: ſecus ſi perſona ita idonea non ſit, Farinac. *num.* 235. *cum ſeqq.*

Ibi: *Vel prius quam ipſe ſubcripſerit.*

83 Teſtis antequam ſe ſuæ depoſitioni ſubſcribat, dictum ſuum corrigere non prohibetur, Farinac. *num.* 230. 231. Menoch. *num.* 5.

Ibi: *Quod arbitrio iudicis relinquendum eſt.*

84 Vtrum teſtis ad corrigendum, quod depoſuerat, ſit admittendus, iudicis arbitrio relinquitur, qui animaduertere debet, an veroſimilis ſit correctio, an teſtis potuerit partem alloqui, an talis ſit perſona, vt ſuſpicari non poſsit, quod pecunia fuerit corruptus. Ita Menoch. *num* 6. Alciat. *d. præſ* 29. *num.* 2. Ant. Gab. *conc.* 27. *num.* 12. Farinac. cum alijs, *num.* 239.

Ibi: *Sed etſi teſtis oſtenderit ſe erraſſe.*

Quanquam correctio teſtimonij ex 85 interuallo reijciatur, benè tamen admittitur, ſi teſtis legitimè docuerit, ſe errore deceptum mendacium in prima depoſitione dixiſſe, Menoch. *num.* 7. Alciat. *num.* 3. Farinac. *num.* 245. Capyc. *deciſ.* 51. *num.* 12.

Ibi: *In continenti verò reuocatio permittitur.*

Adde Menoch. *num.* 6. Ant. Gab *ſup.* 86 *num.* 2. Farinac. *num.* 240. qui *num.* 241. docet, quod, etſi iuſtus error non ſit neceſſario probandus ad corrigendum incontinenti teſtimonium, allegari tamen debet, ad quod etiam alios laudat.

Eſt ad præmiſſa addendum, non licere 87 notarijs, teſtes ad correctionem ſuarum depoſitionum admittere, ſed iudicis authoritatem omnino interuenire debere, Gregor. Lop. *d. gloſ.* 2. Præterea correctio poſt publicationem atteſtationum non admittitur, Farinac. poſt alios, *num.* 254. quoniam teſtis corruptus pecunia creditur, niſi is vir fuerit notæ fidei, & authoritatis, nam in cauſis modici præiudicij, quæ inter perſonas viles tractentur, poterit etiam, publicatis atteſtationibus, ſe retractare, Farinac. *n.* 249.

Verſ. *Tertium eſt, quod maiorem.*

Licèt teſtis, qui legitimè in iudicio 88 depoſuit, contra ſuum dictum etiam iudicialiter, teſtificetur, primæ depoſitioni ſtandum eſt, quia in illius poteſtate nõ eſt, tollere ius quæſitum ei, ad cuius fauorem primo reſponderat, Farinac. *num.* 124. *cum ſeqq.* vbi multipliciter ampliat, & limitat. Menoch. *d. caſ.* 108. *à num.* 9. Ceuall. *d. q.* 803. *per tot.* Guazzin. *d. defenſ.* 19. *cap.* 16. *num.* 1. Fachin. *controuerſ. lib.* 9. *cap.* 84. Menchac. *ſup. d. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 2. Clar. *d. quæſt.* 53. *n.* 15. Boer. *deciſ.* 81. Dueñas, *reg.* 59. Gutier. *conſ.* 35. *n.* 20. Vide infra, *num* 91.

Sunt tamen nonnulli ſentientes, nul- 89 lam fidem huiuſmodi teſti eſſe adhibendum, quos refert, Ceuall. *num.* 1. *cum ſeqq.* Alciat. *ſup. reg.* 2. *præſ.* 29. *num.* 6. Menoch. *num.* 10. Ant. Gab. *d. lib.* 7. *conc.* 29. *num.* 1. Decius vero *conſ.* 429. *num.* 17. ſingulariter tenuit ſecundum teſtimonium primo præferendum, & Fachin. *ſup.* concluuit hoc arbitrio iudicis eſſe relinquendum.



90 Sed his opinionibus omiſsis, prima retenta, quæ vera eſt, communiterque recepta venit limitanda. Primò, cum prius teſtimonium abſque iuramento emanauit, quia ſequenti iurato credendum eſt, Farin. *n.* 148. Secũdo, ſi de falſitate prioris teſtimonij cõſtiterit iudici. Idem Farin. *n.* 147. Tertio, quando vltimum eſt veroſimilius, *n.* 151. Quartò, ſi teſtis prius depoſuit in iudicio nullo, ac poſtea in valido, *n.* 156. Clar. *n.* 13. Quintò, cũ teſtimoniũ præcedens fuit corã arbitro, ſequens vero apud iudicem, *n.* 162. Sextò, ſi per dubia verba antea prædixerat, ac poſtea verbis claris, & aſſertiuis teſtificatur, *n.* 163. Clar. *ſup. num.* 16. Crot. *de teſtib. num.* 343. Septimo, & vltimò, quando in diuerſa cauſa teſtimonium contrarium teſtis tulit, nam cum ex eo nullum ius ei, qui in alio iudicio agit, quæſitum ſit, ceſſat omnino ratio, cui concluſio innititur, ſcilicet ne ſit in poteſtate deponẽtis ius, quod per ſuum teſtimonium alius acquiſiuit, auferre, quam limitationem admittit cum alijs Ant Gab. *ſup. n.* 5. 19. quanuis Farinac *n.* 35. Felin. & alios ſequutus contra ſentiat.

91 Circa quæ obſeruãdum eſt, quod quoties teſtimonium primum non præualet, nec vltimo credendum eſt, quando teſtis ex variatione periurus conuincitur, cui nulla fides adhibenda eſt, argument. *cap. teſtimonium* 54. *de teſtib.* vbi notatur, Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 60. *num.* 10. D. Couar. *ſup. hoc cap. num.* 7. *verſ. Ex quo apud me* Præterea etiamſi priori teſtimonio ſtandum ſit, eius fides minuitur propter contrariam depoſitionem poſteriorem, Farinac. *num.* 164. Ceuall. *n.* 10. Clar. *ſup. d. n.* 13. 15.

Ibi. *Eum periurum eſſe, & falſi reum.*

Qui contraria etiam in diuerſis depo- 92 ſitionibus aſſerit in iudicio periurus eſt, ac falſi pœna debet coerceri, Farinac. cum pluribus *num* 60. Clar. *d. quæſt.* 53. *num.* 13. *& d. §. Falſum, num.* 5. Menoch. *num.* 9. Gutierr. *d. conſ.* 35. *ex num.* 17. Ceuall. *ſup. num.* 11. Cyriac. *d. controuerſ.* 250. *num.* 26.

Ibi. *Quod autem Bartolus ſcripſit.*

93 Teſtimonium vltimum in tormentis latum potius eſt etiam iudiciali, extra torturam, Clar. *d. quæſt* 53. *num.* 15. Farinac. *num.* 165. *cum ſeqq.* Guazzin. *d. defenſ.* 19. *cap.* 16. *num.* 2. 8. Ant. Gab. *lib.* 7. *conc.* 26. *num.* 1. Alciat. *ſup. præſ.* 29. *in fine*, Trentacinq. *conſ.* 20. *num.* 18 *lib.* 2. Menoch. *num.* 14. Canalcan. *de teſtib. part.* 4. *num* 148. De quo tamen, vide Clar. *n.* 13. Farin. *ſup.*

Quod ſi vtrumque dictum fuerit in tor 94 mentis latum, cui credendum ſit controuertitur, & verius eſt, primùm potius eſſe, niſi ſecundum emanauerit per acrabiora tormẽta, aut ex alia cauſa ſecundũ arbitriũ iudicantis præferendum videatur, de quo Farinac. *à num* 172. Guazzin. *num.* 7. 8. Clar. *vbi proximè.*

Ibi: *Secùs etenim dicendum eſt, vbi de ſe ſimul, & alijs.*

Quanquam communis ſit hæc limita- 95 tio ad concluſionem traditam, *ſup. num.* 93. ſuos impugnatores habet, inter quos rectè Marſil. *in l.* 1. *§. quæſtioni, num.* 1. *verſ. Vellem tamẽ ff. de quæſtionib.* aſſerit, ſibi non liquere rationem differentiæ, ob quam teſti torto deponenti in cauſa aliena credatur aduerſus primum teſtimonium extra tormenta in iudicio latum, & ſecùs ſit ſi in cauſa propria, vel communi eodem modo fateatur, imò dicendum videbitur hoc caſu magis præſumendum eſſe pro ſecunda depoſitione, quam in illo, nam extra tormenta facilè quiſquam mentietur, vt ſe ipſum exoneret, in cruciatibus vero veritas, etiam in proprium caput ſolet extorqueri, vt experientia compertum eſt, & ad hoc ferè ſemper de reis quæſtio, apud iudices habetur. At de his conſulas Farinac. ex *num.* 181. Menoch. *d. caſ.* 108. *num.* 15. Ant. Gab. *vbi proximè, num.* 4. Guazzin. *d. nu.* 12. apud quos plurimi. Sed ſi veroſimilitudo, ſiue coniecturæ ſecundo teſtimonio ſuffragentur, proculdubio Marſilij ſententia eſt amplectenda, Farinac. *n.* 183. Vulpel. *reſponſ.* 104. *nu.* 3. Guazzin. *n.* 14. *verſ. Vel poſſumus.*

Ibi: *Imò ſententia Bartoli in d. l. eos.*

Hæc limitatio ad eandem concluſio- 96 nem difficilis eſt admiſſu, plurimũ enim regulam reſtringit, ſiquidem ea in cauſis ciuilibus locum habere dicatur, eſſque contra communem DD. ſententiam, qui etiã in criminalibus, aut indiſtinctè præfa-

fatam concluſionem approbant, quare limitationem reijciunt Farinac. *nu.* 184. *cum ſeqq.* Guazzin. *num.* 16. 19. quanuis contra ſentiant Menoch. *vbi proximè*, & alij, quos præfati DD. recenſent.

97 Præterea alias limitationes patitur prædicta concluſio. Prima eſt, ſi teſtis legitimè tortus non eſt, quia dicto ſic extorto non creditur contra primum, Farinac. *num.* 177. 180. vbi & alij, Guazzin. *num.* 22. Menoch. *num.* 14. Secunda, ſi prima depoſitio abſque tormentis veroſimilior iudici videatur, Farinac. *num.* 178. Menoch. *num.* 17. Gutier. *conſ.* 35. *num.* 22. Guazzin. *num.* 10. Caualcan. *ſup. num.* 150. 151. Tertia, quando aſſertio præcedens in mortis articulo emanauit, Guazzin. *num.* 17. Ant. Gab. *ſup. num.* 11. Cranet. *conſ.* 6. *num.* 51. Farinac. *num.* 187. quia, vt hi aiunt, mortis anguſtiæ, ac metus damnationis æternæ non minus, imò magis premunt ad dicendam veritatem, quã tortura. Cæteras limitationes cõſulto omittimus, quæ examen, altioremque indaginem poſtulant, quod inſtituto noſtro non conuenit, de quibus per Farinac. & Guazzin.

Num. 9.

98 In cauſa hæreſis permiſſum eſt fidei fauore, vt teſtis ex interuallo, non probato errore, dictum ſuum corrigere valeat, modo correctio ad detegendum delictũ tendat, quod prius celabatur, vt expreſſum eſt *in cap. accuſatus §. Licet de hæretic. in 6. & notatur* per Farinac. *num.* 157. Simanc. *de Catholic. inſtitutionib. rubric. de teſtib. tit.* 64. *num* 56. Menoch. *d. caſ.* 103. *n.* 13. Rebuf. *de reprobat. teſtium*, *num.* 143. *verſ. Fallit primò*, Maſcard. *ſup. conc.* 857. *nu n.* 5. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 3. Cened. *ad ſext. Decretal. collectan.* 5. *num.* 2. Camill. Borrel. *in ſumm. deciſion. tit.* 62. *num.* 62. Anton. Gab. *d. lib.* 7. *conc.* 29. *num.* 51.

Ibi: *Aduertendum tamen eſt.*

Sequitur Menoch. *vbi proximè*, Aug. Barboſ. *in collectan. ad d. c. accuſatus*, *§. licet. num.* 15. Farinac. *num.* 159 Simanc. *ſup. n* 58. Bertazol. *conſ.* 158. *n.* 4. *lib.* 1.

Ibi: *Et quanuis DD ſentiant.*

Adde Farinac. *n.* 158. Menoch. *ſup.*

Ibi: *Sed ſi prima teſtificatio.*

Idem notant Menoch. *ibidem*, Farinac. 99 *num* 160. Barboſ. *num.* 17. Simanc. *num.* 60. & dixi *ſup. num.* 98. Ratio huius aſſertionis patet, nam cum correctio teſtimonii ex interuallo permiſſa ſit in fauorem Fidei, vt cõpertum eſt, admitti non debet, vbi ille non verſatur; imò contra eãdem retorqueretur, ſi liceret dictũ corrigere ex interuallo ad celandum crimen hæreſis, quod per primam depoſitionem fuerat detectum, ſed vtrum diſpoſitio, *d. §. Licet*, obtineat in crimine læſæ Maieſtatis humanæ dubitatur, negant Felin. *in cap. per tuas el* 1. *num.* 3. *de Simon.* Cranet. *d. conſ.* 6. *nu.* 58. affirmat. Gigas *de crimin. læſ. Maieſtat. tit. quomod. probet. crim. læſ. Maieſt. q.* 11. quod magis placet.

Num. 10.

Si quis neget etiam cum iuramento ſe 100 depoſuiſſe provt in actis ſcriptum reperitur, ei non creditur, ſed notario fides adhibetur, Pacian. *ſup. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 56. Farinac. pluribus laudatis, *tract. de falſitat. & ſimulat. quæſt.* 158. *num.* 187. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 79. *num.* 15. Buccaron. *differ.* 69. *nu.* 1. Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 81. *num.* 1. Guazzin. *ſup. defenſ.* 28. *cap.* 15. *num* 4. Bouadill. *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 46. Bois. *in prax. crimin. tit. de falſ. num.* 16. Maſcard. *conc.* 1094. *num* 7. 8. Clar. *in d. §. Falſum*, *num.* 10. *& d. quæſt.* 53. *num.* 17. Paz *in prax. tom.* 1. *adnotat. vlt. num.* 33. Sed ſi plures teſtes notario contradicerent, variè ſentiunt Interpretes alij pro teſtibus, alij pro notario reſpondentes, in qua contrarietate diſtinguitur ſolet, vt ſi notarius ſit bonæ famæ illi credatur, alioquin teſtibus; quod iudicis arbitrio committitur, de quo latè per Farinac. *num.* 167. quam diſtinctionem approbauit noſtra *l.* 115. *tit.* 18. *part.* 3. & ex ea DD. Hiſpani ex eo tamen quod plures teſtes negent, ſe dixiſſe, quemadmodum reperitur ſcriptum, notarius puniri, aut torqueri nequibit, ſed tantùm oritur indicium, vt iudex inquirere contra illum poſsit, Farinac. *n.* 205. 206 Capyc. *deciſ.* 94. Bois. *num.* 17. Natta *conſ.* 392. *lib.* 3.

Ibi: *Quo loco Panormitanus ſcribit.*

In cauſis criminalibus principalis pre- 1

xi.



xima cõcluſio non procedit, nam ob in-
ficiationem teſtis fides inſtrumẽti ita va-
cillat, vt notario ad pœnam irrogandam
minimè credatur, Menoch. *n.* 16. Guaz-
zin. *num.* 1. Paz *vbi proximè*, Balard. *ad*
*Clar. in d. §. Falſum*, *num.* 56. Farinac. *num.*
190 Grammatic. *vot.* 30. *num.* 11. vbi
quod in criminalibus magis creditur teſti, quàm notario, Villadieg. *in Politic.*
*cap.* 3. *num* 28 Caball. & Buccaron. *vbi*
*proximè*, Capyc. *num.* 1. Quod nedum verum eſt, quando cauſa, ſuper qua teſtimonium laturus fuit, eſt criminalis, ſed
etiam ſi ageretur criminaliter ad imponendam pœnam notario, vel teſti obfalſitatem, quorum nullus fidem meretur
propter mutuam repugnantiam, Farin.
ex plurimis, *n.* 204. Bouadill. *vbi proximè*, Pacian *ſup. verſ. Quæ illationes*, Clar.
*d. §. Falſum*, *n.* 10. *&* *q.* 53. *n.* 17.

102 Vbi verò præter notariũ extaret ſcriptor, qui de eius mandato teſtimonium
ſcripſerat, adhuc in criminalibus ſtare-
tur ſcripturæ, Guazzin. *num.* 5. Maſcard.
*d. conc.* 1094. *num.* 8. Menoch *ſup.* Farinac. *num.* 191. Balard. *ſup. num.* 57. Præterea quando teſtis dicit apud iudicem,
ſimiliter eis, quæ ſcripta reperiuntur, in
quacunque cauſa fides adhibetur, Guazzin. *num.* 7 Pacian. Villadieg. Clar. *vbi*
*proximè*, Maſcard. *num.* 11. Farinac. *num.*
189. Bouadill. *d. num* 46. quod & D. Couarr. in præſenti ſupponit.

Ibi: *Quamobrem prouidè, & cautè.*

103 Quando liceat tam in cauſis ciuilibus,
quam criminalibus receptionem teſtiũ
abſentium, vel præſentium notario, vel
alij committere, latiſsimè oſtendit Farinac. *d. tract. de teſtib. quæſt* 77 à principio,
vbi *num.* 175 pro regula, quampluribus
laudatis, conſtituit, ad iudicem in omni
cauſa ſpectare teſtium examen, & hoc
adeò verùm eſt, vt notarius cauſæ etiam
de conſenſu partium nequeat teſtes recipere, ſed neceſſe eſt iudicis commiſsio,
Farinac. *num.* 176. qui addit, *num.* 181.
182 hanc commiſsionem fieri non poſſe, niſi ex cauſa, veluti ob multitudinem
negotiorum, in quo creditur ſimplici iudicis aſſertioni, Menoch. *de recuperand.*
*remed. num.* 352. Non tamen iudex facilis
eſſe debet ad committendum examen
tabellioni, Farin. *n.* 192.

104 Circa hæc ſolet dubitari vtrum notario in actis teſtificanti, ſe teſtimonia recipere de mandato iudicis, ſit credendum? Et licet communis ſententia ferat,
iuxta iuris rigorem commiſsionem coram alio tabellione eſſe faciendum, in
praxi contrarium obtinet, nam ſtatur teſtimonio ipſius notarij, qui teſtes examinat, vt teſtatur Paz *ſup. num.* 36. Ceuall.
*tom.* 1. *quæſt* 376. de quo videndus eſt Farinac. *num.* 185. *cum alijs*, Guazzin. *defenſ.*
1. *cap.* 6. *num.* 3. *& defenſ.* 32. *cap.* 27. *numer.* 2.

Hæc in ciuilibus controuerſijs procedunt, nam in criminalibus iudicem per 105
ſe ipſum teſtes examinare debere, cauetur *in Auth. apud eloquentiſsimum*, *C. de fid.*
*inſtrumentor*, & apud nos, *l.* 15. *tit* 7 *lib.* 2.
*& l.* 28. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopilat.* vbi pœna
tam iudici, quam tabellioni ob trangreſſionem imponitur. Etenim cum de graui præiudicio, ac ſæpe de vita hominis
tractetur, cautius quam in pecuniarijs
cauſis vt agatur oportet, argument. *l.* 1.
*§. Sed & ſi quis ff. de Carbonian. edict.* etenim multũ intereſt, quod idem, qui ſententiam eſt laturus aſpectum teſtium,
modumque deponendi conſideret, vt
apertius veritatem percipiat, vt notatũ
eſt *ſup. num.* 43. Ita docent Farinac. cum
multis, *num.* 196. Azeued. *in d. l.* 28. *Recopilat.* Bernard. Diaz, *reg.* 447. Capyc.
*deciſ.* 90. *num.* 15. Clar. *d. § fin. quæſt.* 26.
*num.* 3. vbi Balard. *num.* 1. Gail *practicar.*
*obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 96. *num.* 10. Rebuf.
*ad leg. Galliæ tom.* 2. *tit. de liter. requiſitor. in*
*præfat. num.* 29. Bernard. Græuæ *ad prax.*
*Camer. Imperial. lib.* 1. *conc* 96. *conſid.* 1. *n.*
1. Paz ſuprà *tom.* 1 *part.* 5. *cap.* 3 *§.* 1. *num.*
10. Villadieg. *d. cap.* 3. *n.* 23. 24. Bouadill.
*ſup. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 42. Quod maximè eſt
obſeruandũ circa teſtes, qui pro reo examinantur propter fraudes, & auaritiam
notariorũ vt aduertũt Clar. *n.* 1. Balard.
*vbi proximè*, & alij.

Idem iuris eſt in cauſis ciuilibus arduis 106
(quæ plerumque criminalibus æquiparantur) vt habetur *in d. l.* 28. *Recopilat.* &
notant Farin. *n.* 199. Bouadill. & alij proximè prææallegati.

Limitantur nihilominus prædicta, quãdo adeſt magna, & neceſſaria cauſa, quæ 107
impedit, ne teſtes coram iudice comparentes deponant, tunc enim iure poterit iudex etiam in cauſis criminalibus
examen teſtium tabellioni demanda-

V re,

re, Farinac. *num.* 198 201. Menoch. *d. remed.* 15 *num.* 358. Clar. & Villadieg. *vbi proximè*, in quo plurimū arbitrio iudicis deferendum eſt, Farinac. *d. n.* 198.

Ibi: *Sic in quæſtionibus.*

108 De his receptoribus probationum agitur *titul* 22. *lib.* 2. *Recopilation.* & nota quod iſtis non permittitur, quod teſtes torqueant ad eruendam veritatem, quamuis v. t i ſint, poſſentque à iudice torqueri, vt obſeruat Bouadill. *tom.* 1. *lib* 2. *cap.* 21. *num.* 78.

Ibi: *In cauſis nobilitatis.*

109 Vbi de nobilitate principaliter apud ſuprema tribunalia vertitur controuerſia, ipſi Regij iudices, vulgo, *Alcaldes de hijoſ dalgo*, teſtes examinant, nam ita cautum eſt *l.* 14. *l.* 33. *l.* 37. *tit.* 11. *lib.* 2. *Recopilat.* notat Bouadill. *d. lib* 5. *cap.* 2. *n.* 42. Imò idem ſeruatur in teſtibus, qui recipiuntur ad probanda aliorum impedimenta, ne perſonaliter in Cancellarias venire compellantur, *d. l.* 33. *cap.* 8. *d. l.* 37 *c.* 2. Sed & ad examinandos teſtes impeditos, vel mittitur vnus ex præfatis iudicibus, vel receptor prout negotij qualitas poſtulat, *d. l.* 37. *cap.* 6. & hic nequit per ſe ſolum teſtes examinare, ſed apud iudicem Regium proximiorem loco, vbi teſtis habitat, *d. l.* 37. *cap.* 3.

Ibi: *Expediret profectò.*

110 Adde Bouadill. *vbi proximè.* Sic in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis in cauſis fidei duo viri Eccleſiaſtici adeſſe debent teſtium examini, *cap. vt officium* 11. §. *verum, de hæretic. in* 6. cuius meminere Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 188. §. 1. *numer.* 33. Decian. *d. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 4. Menoch. *conſ.* 149. *num.* 18. Bouadill. *ſuprà numer.* 46.

Num. 11.

111 Ad ea, quæ ſequuntur, videas tradita per Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 105. Ceuall. *tom.* 1. *quæſt* 43. Maſcard. *concluſ.* 619 Gomez Valq *in prax. lib.* 2. *quæſt.* 140. Farinac. *de falſit. & ſimulat. quæſt.* 158 *à princip.* vbi hanc materiam confuſam, & intricatam aſſerit.

112 Eſt præmittendum cum præfatis DD. & omnibus infra referendis, inſtrumenta publica poſſe directè, vel indirectè per teſtes reprobari, non ſolùm per deſcriptos in inſtrumento, ſed etiā per alios, vt probatur *in cap. tertio loco* 5. *de probat. cap. cum Ioannes* 10. *de fide inſtrument. l.* 115. *l.* 117. *tit* 18. *part.* 3. *l.* 32. *tit.* 11. *part.* 5. *l. cum precibus* 18. *C. de probat. auth. de inſtrumentor. caut. & fid.* §. *Sed etſi quis, cum ſeq.* Ita docent Bald. *in d. c. tertio loco, num.* 12. Innocet. *ibidem in fin.* Moria *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 11. *de fid. inſtrument. quæſt.* 5. *nu.* 1. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 335. *num.* 28. Maſcard. *in præfat. quæſt.* 6. *num.* 36. Farinac plurimos laudans *num.* 2. 29. Directò autem inſtrumentum dicitur impugnari, cum probatur, actum inſtrumento comprehenſum geſtum non fuiſſe, vel aliter geſtum, quam ſcriptum eſt, indirectè vero, cum teſtes affirmant eo die, quo inſtrumentum confectum narratur, alibi contrahentem fuiſſe, ita vt nullo modo actui illi intereſſe valeret, quod D. Couar. *infrà ſub n.* 12. explicauit.

Difficultas igitur ſolùm verſatur quo- 113
ad numerum, & qualitatem teſtium, per quos inſtrumentum reprobetur, & prius veſtigia D. Couarr. ſectando de teſtibus non inſtrumentarijs agendum nobis eſt præmittentibus, omnes in hoc conuenire, quod vnus teſtis ex his nullo modo fidem inſtrumento tollit, aut minuit, vt poſt multos affirmat Farinac. *num.* 31. Menoch. *num.* 36. quòd ſi plures extent contra inſtrumentum, quot ſufficiant ad reprobtionem inſtrumenti, hoc opus, hic labor eſt, vt inquit Farinac. *num* 32. qui numer. ſeqq. octo diuerſas opiniones recenſet, ac tandem, *num.* 48. concludit, duos teſtes omni exceptione maiores inſtrumento præualere, quam ſententiam pluribus comprobauit, *num.* 32. eandem tuentur etiam D. Couarr. *practicar. cap.* 20. *num.* 6. *verſ. Prima concluſio*, Azeued. *in l.* 13. *num.* 36. *tit.* 15. *lib* 4. *Recopilat.* Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 289. *num.* 28 Gutierr. *conſil.* 38. *num.* 10 Gratian. *diſcept. cap.* 192. *num.* 22. Vela *de pœn. delict. cap.* 24. *verſicul.* 2. Flamin. *de reſignat. benefcior. lib.* 9. *quæſt.* 27. *numer.* 18 Auguſtin Barboſ. *in collectan. ad leg. in exercendis numer.* 7. *C. de fide inſtrumentor.* Grammatic. *deciſion.* 60. *numer.* 4. Maſcard. *concluſion.* 919. *nu.* 9. Cur. Philippic. *p.* 1. §.



*prax. tom.* 1. *tem.* 9. *n.* 7. Moria *ſup. nu* 4. *verſ. At tamen.* Vide *inf. n.* 117. 118.

Ibi: *Et licèt quibuſdam viſum fuerit.*

114 Quod arbitrio iudicis commiſſum ſit, quot teſtes ſint neceſſarij ad reprobationem publici inſtrumenti, nam ex qualitate teſtium, perſona tabellionis, alijsque circumſtantijs æſtimabit, vtrū ne credendum ſit magis inſtrumento, quam teſtibus, vel e contra, tenent Menoch. *n.* 42. Barboſ. *in collectan. ad cap. tertio loco, in ſine, de probat.* Farinac. *vbi proximè, num.* 48. Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 407. *num.* 292. 293. Alberic *in d. l. cum precibus, nu.* 3. *verſ. Alij dicunt, C. de probat.* Angel. *in l.* 2 §. *diem autem, num* 4 *verſ. Non tamen nego ff. quemadmod. teſtament. aperiant.* Maſcard. *d. quæſt.* 6. *num.* 63. & *conc* 919. *num.* 10. Ceuall. *ſup. num* 13 & alij quam plurimi ex antiquis, quam ſententiam D. Couar. *d. num* 6. *verſ. Prima concluſio*, ac Menoch *ſup.* communem appellat, quæ opinio nequaquam ſuperiori opponitur, cum vtranque aliqui admittant, vt Farinac Maſcard. Cyriac. & alij nam etſi ex teſtimonio duorum teſtium fides inſtrumenti tollatur, non ſemper iudex aſtringitur illis credere, cum poſsit ex coniecturis, vel alia cauſa fidei tabellionis potius ſtare, nam & regulariter dicitur, probationes eſſe in iudicantis arbitrio, vt latè probat Menoch. *ſup. caſ.* 90. *ex num.* 2. quod ſi perperā intelligatur, & ſic quod iudex pro libito valeat duorum teſtimonium, etiam omni exceptione maiorum aduerſus inſtrumentum reijcere, præfatæ ſuperiori concluſioni aduerſatur, nec ſuſtineri poteſt, prout D. Couar. inſinuat in præſenti, & tenēt quos laudat Farin. *n.* 47

Ibi: *Quo fit, vt in pari cauſa probationis.*

115 Adde Menoch. *d. caſ.* 105. *n.* 59. Ceuall. *num.* 3. Moria, qui latè diſputat, *vbi proximè dicto tit.* 11. *in præludi. num.* 8 & *q.* 5. *n.* 3. vbi ſibi videtur contrarius: Sed probationem per viuam vocem cæteris potiorem eſſe, inquit Iuſtinian. *in d. auth. de inſtrument. cautel* §. *Si verò et* 1. ibi: *Tunc nos quidem exiſtimauimus ea, quæ viua dicuntur voce, & cum iureiurando, hæc digniora [illegible], quam ſcripturam ipſam ſecundum ſe ſubſiſtere.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 6. gloſ. *in rubric. de teſtib. in Decretal.* Felin *in cap. cum Ioannes, n.* 35. *de fid. inſtrument.* Paz *ſup. n.* 6. Gom. Val. *n.* 12. De quo videnda ſunt quæ notantur *in d. cap. cum Ioannes, in l. in exercendis* 15. *C. de fid. inſtrument. & in l. cum precibus* 18. *C. de probat.* Atque etiam Maſcard. *d. q.* 6 *n.* 41. Boer. *deciſ.* 118. *n.* 6. Afflict. *deciſ.* 166. *n.* 6. Tiraquel. *de præſcriptionib* §. 1. *gloſ.* 4. *n.* 38. Menchac. *de ſucceſsion. creat. lib.* 2 §. 8. *n.* 25 Borrell. *in ſumm. deciſ. tom.* 2. *tit.* 18. *à n.* 137. Illud ſanè apud omnes compertum eſt, in antiquis efficaciorem eſſe inſtrumentorum probationem, quam teſtium. *l.* 115. *ad finem*, vbi Gregor. Lop. *gloſ. vlt. tit.* 18. *part.* 3. Roderic. Suar. *allegat.* 6. Gom. Val. *n.* 6. Maſcard. *conc.* 540 *n.* 13. Cabed. *de patronat. Reg. Coronæ cap.* 34. *num.* 1. Farinac. cum multis *ſup. num.* 55. Quod autem tempus in materia probationum dicatur antiquum, iudicis arbitrio relinquitur, vt videre eſt apud Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ* 3. vbi plures refert opiniones. Sunt & alij caſus, in quibus de iure inſtrumentis magis creditur, quam teſtibus, *l. cenſus* 10. *ff. de probat. l.* 3. *C. ſi min ſe maior. dixerit, l* 3. *C. de iur emphyteutic. l. vnic.* §. *Quod ſi prædia, C. de ſuffrag.* & alia iura congeſsit gloſ. *verb. ſecundum ius, in l. pacto* 17. *C. de pact.* Farinac. *q* 158. *n.* 49. *cum ſeqq.*

Ibi: *Inſtrumentum minimè improbari.*

Vbi vnus teſtis inſtrumentum coadiu- 116
uat viua voce deponens, illud nō niſi per tres poterit impugnari, Farinac. *n.* 272. Boſs *in prax. tit. de falſ. num.* 32. *in fin.* Menoch. *d. caſ.* 105. *num* 43. Marſil. *ſing.* 61. Franc. Marc. *deciſ.* 486. *num.* 19 *in fine, part.* 1. Cur. Philip. *vbi proximè*, Paz *ſup. num* 9 Gutierr. *d. conſ.* 38. *n.* 10. vbi cum D. Couarr. hic monet, ad authoritatem inſtrumenti opus non eſſe, quod tabellio pro eo teſtificetur. Quibus teſtibus magis credendū ſit an reprobantibus, vel coadiuuantibus inſtrumentum, fusè examinatur per Farinac. *vbi proximè*, *n.* 142. *cum multis ſeqq.*

Ibi: *Hæc verò prima concluſio.*

Quod ad reprobandam fidem publi- 117
ci inſtrumenti plures, quam duo teſtes non inſtrumentarij deſiderentur, defendunt plurimi apud Farinac. *numer.* 34. *cum ſequentib.* quorum alij tres, alij quatuor, aut quinque neceſſarios eſſe, opinantur, quibus adde gloſſ. *verb. per te-*

*teſtes in l. optimam* 14. *C. de cōtrah. & committend. ſtipulat*, Ceuall. *ſup. à num.* 5. Bouadill. *tom. 2. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 48. quæ ſententia approbatur *l.* 117. *tit.* 18. *p.* 3. Vide *ſup. n.* 113.

118 Quibus addendum eſt, inſtrumentum apud Principem confectum non poſſe teſtibus impugnari, Menoch. *d. caſ.* 105. *num.* 46. Zaſi. *lib. 2. ſingular. reſponſor. cap.* 23. *in fine.*

Verſ. *Secunda concluſio.*

119 Duo teſtes inſtrumentarij ad impugnandum inſtrumentum, in quo deſcripti reperiuntur, ſunt ſatis, Farinac. *num.* 4. *cū alijs*, qui plurimos refert, Menoch. *à nu.* 24. Cyriac. *d. controuerſ.* 289. *num.* 29 Pet. Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 83. *num.* 1. Ceuall. *num.* 14. qui communem dicit, Maſcard. *d. quæſt.* 6. *num.* 36. 45. Maynet. *in l. vbi pugnantia*, *num.* 24. 25. *ff. de reg. iur.* Pacian. *ſup lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 10. *vbi plures*, Baiard. *ad Clar in §. Falſum*, *num.* 100. *cum alijs*, Laurent. Tennin. *in prax. caut.* 119. *num.* 1. 5. Quod eſt accipiendum, ſiue teſtes dicant actum deſcriptum non fuiſſe celebratum, vel aliter quam ſcriptura comprehenſum eſt, geſtum eſſe, ſiue neget duntaxat ſe fuiſſe præſentes, vt ex pluribus probat Farinac. *num.* 4. 7. quanquam hoc caſu vltimo aliqui ſentiāt, inſtrumentum non omninò, vt falſum reprobari, ſed ſolùm fieri ſuſpectum, Menoch. cum alijs *num.* 24. fundamentū eſt, quia putant, hos ſic teſtificātes eſſe teſtes ſingulares, quod verum non eſt, Baiard. *vbi proximè*, Farin. *n.* 82.

Ibi: *Etiamſi præter tabellionem vnus teſtis.*

120 Licèt pro inſtrumento vnus teſtis non inſtrumentarius deponat, adhuc duobus inſtrumentarijs contradicentibus illud fide caret, Farinac. *n.* 173. vbi alios allegat, de quibus *num.* 155. quo loci eādem hanc doctrinam refert.

121 Eſt ad hæc ſciendum, quod dubitatur, an ex depoſitione huiuſmodi duorum teſtium, aut plurium, qui probent falſum eſſe inſtrumentum, poſsit notarius condēnari, de quo per Farin. *à n.* 64. qui concludit negatiuè, quanuis multi, à quibus ipſe non videtur recedere, teneant, tres, aut plures teſtes ſufficere ad condemnationem notarij, quos refert, *num.* 66 Sed ad torquendum tabellionem, vel inquirendum cōtra ipſum duos ſufficere probat, *ex num.* 67. Nota itidem quod etſi teſtes non inſtrumentarij debeant eſſe omni exceptione maiores ad impugnādum inſtrumentum, hæc qualitas in inſtrumentarijs non requiritur, Menoch. *num.* 6. 33. Farin. *num.* 92. 106. qui concordantes, & contradicentes congeſsit in hac ſententia reſidens, & qualitas illa probari debet, Farinac. *num.* 98. Menoch. *conſ.* 380. *num.* 11. Ceuall. *num.* 10. etſi de iure præſumatur, Farin. cum alijs, *num.* 99. nam quoties lege in teſtibus expreſsim aliqua qualitas poſtulatur, probanda eſt, quanquam eam ineſſe ius præſumat, Matienç. *in l.* 1. *gloſ.* 3. *num.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilat.* Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 68. Villadieg. *in Politic. cap.* 1. *num.* 21. *verſ. Y es de derecho*, cum ſeq. Mori. *ſup. num.* 5. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 30.

Ibi: *Imò vnus tantùm teſtis ex his.*

Si vnus ex teſtibus neceſſarijs ad nego- 122
tium, quod inſtrumento continetur, cōtra illud deponat, licet inſtrumentū non reijciatur in totum, vt falſum, eius fides vacillat, atque ita actum non probat, Farinac. plurimis congeſtis, *n.* 13. *cum ſeqq.* Menoch. *ſup. à n.* 13. Cyriac. *d. controuerſ.* 289. *n.* 27. Boreil. *ſup. d. tit. de fide inſtrument. n.* 142. Valaſc. *conſ.* 183. *n.* 43. Pacian. *d. cap.* 48. *n.* 16. Gutier. *conſ.* 38. *num.* 11. Boſs. *d. tit. de falſ. à n.* 28. Afflict. *deciſ.* 166. *n.* 5. Zaſi, *d. c.* 23. *n.* 11. Maſcard. *ſup. q.* 6. *n.* 43. Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ.* 13. *n.* 16. Franc. Marc. *d. deciſ.* 486. *num.* 8. Quod procedit, etiamſi teſtis ſolū neget, ſe fuiſſe præſentem actui, de quo agitur, Farin *n.* 15. Imò, ſi teſtis hic inſtrumētarius ſuam abſentiam tēpore conditi inſtrumenti legitimè probet, illud falſum reputabitur, licèt cētum teſtes affirmēt, ſe interfuiſſe actui, de quo in inſtrumēto, Farin. *n.* 161. Quid autē ſi vno teſte inſtrumentario contradicente, alij inſtrumentum comprobauerint? Vide Menoch. *à n.* 16. Farin. *ex n.* 160. Cyriac. *tom.* 3. *controuerſ.* 407. *n.* 270. *cum ſeqq.*

Ibi: *Quaſi ſecùs reſpondendum ſit in eo teſte.*

Teſtis vnicus etiā in inſtrumento deſ- 123
criptus, qui eſt ſupernumerarius, quoniā, eo ſublato, remanēt, qui ſufficiunt ad validitatem actus, inſtrumenti fidē non debilitat, etſi contra ipſum deponat, Farin. ex pluribus, *n.* 87. qui cōtra tenentes laudat. *num.* 88. Menoch. *num.* 11. 12. Bart. *in l.*



*l.* 1. *§. Si quis neget. num.* 2. 7. *ff. quemadmod. teſtam. aper.* Maſcard. *d. quæſt.* 6. *num.* 44. Franc. Marc. *ſup. num.* 9. Villalob. *commun. lit. I. num.* 73. Laurent. Tennin. *d. caut.* 119. *num.* 4. Boſs. *ſup. nu.* 30. quod limita ex Farinac. *num.* 161. quando talis teſtis aſſerit, ſe non interfuiſſe inſtrumēti confectioni, & abſentiam probat.

Num. 12.

124 Eſt cōmunis opinio iuxta Imperiales conſtitutiones iuris ciuilis, quæ ad reprobandum publicum inſtrumentum tres, aut quatuor teſtes neceſſario deſiderat, cuius authores cumulat Farinac. *num.* 35. 37. eamque leges Hiſpani, quarum in præſenti D. Couar. meminit, approbarunt, ex quibus noſtrates iuriſperiti eidem ſubſcripſere, ad quarum intellectum videndi ſunt Greg. Lop. *in l.* 117. *gloſ.* 2. *tit.* 18. *part.* 3. Morla *d. quæſt.* 5. *num.* 4. *verſ. Nec obſtat*, Montalu. *in l.* 18 *tit* 8. *lib.* 2. *for* Ceuall. *d. quæſt.* 43. *num.* 9. Auend. *in cap.* 27. *Prætor. part.* 2. *num.* 27 Bouad. *d. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 48. Queiada *in ſuis quæſtionib. cap.* 20. *num.* 4. Debentque eſſe omni exceptione maiores teſtes etiam de iure noſtro Ceuall. & Greg. Lop. *ſup.*

Ibi: *Quod ſi inſtrumentum priuatum ſit.*

125 Inſtrumenti priuati fides tollitur duobus teſtibus contra ipſum deponentibus tam de iure communi, quam Regio, Farinac. *n.* 28. Ceuall. *vbi proximè*, Boſs. *ſup. n.* 26 Greg. Lop. *in d. l.* 117. *gloſ. vlt.*

Ibi: *Sed ſi tractetur de inſtrumento publico.*

126 Adde Gregor. Lop. *in l.* 115. *tit.* 18. *p.* 3. Bouadill. *vbi proximè*, Gutierr. *d. conſ.* 38. *n.* 12. Ceuall. *n.* 10. 11. Cur. Philippic. *d. §.* 17. *n.* 33. quod ampliat Greg. Lop. *gloſ.* 9. *v. d. l.* 115. procedat in teſtibus etiā neceſſarijs ad actū, de quo in inſtrumēto, adhuc enim omnes conuenire debēt aduerſus illud, aliaque requiſita legis debēt interuenire, ſequitur Gutier. Sed Gregor. ipſe notabiliter ibidem limitat eandem conſtitutionem aſſerens ſolùm procedere, quando tabellio pro inſtrumento a ſe confecto deponit, nam ſi mortuus fuerit, vel alias non ferat teſtimonium pro illo, regulæ iuris communis ſunt obſeruandæ circa reprobationem publicæ ſcripturæ per teſtes inſtrumentarios, quod etiā adnotat Ceuall. *n.* 11. 12. teſtificans iuxtà illā opinionem in Pinciana Cancellaria fuiſſe deciſum in cauſa, cui ipſe patrocinabatur.

# AD CAPVT Decimumquartum.

## SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator quibus de cauſis domino teneatur.*
2 *Liberatio generalis teſtamento relicta tutori non continet bona extantia, quæ poſſunt vindicari ad n.* 4.
5 *Liberatione debitoribus relicta, non liberatur qui actione in rem poteſt conueniri.*
6 *Remiſſa actione depoſiti, vel commodati res depoſita debet reſtitui.*
7 *Renunciatio generalis non comprehendit, quæ vindicari poſſunt.*
8 *Liberatio generalis inter viuos non extenditur ad illa, quæ rei vendicatione poſſunt auocari, etſi iuramento firmetur, num.* 9.
10 *Iuramentum obligationem non ampliat, ſed corroborat.*
11 *Liberatio ampliſsimis verbis concepta, etiam in rem actionem complectitur.*
12 *Idem eſt, cum debitor ſola actione reali tenetur.*
13 *Obligatio rationum reddendarum pro adminiſtratione præterita remitti poteſt.*
14 *Liberatus debet reliqua reddere, limitatur n.* 23. *& declaratur, n.* 31.
15 *Idem eſt deliberato ab actione.*
16 *Quid ſi filius patri remittat, & n.* 22.
17 *Quid ſi matri, vel auo.*
18 *Quid ſi ſocero, aut patruo.*
19 *Bartoli diſtinctio reprobatur.*
20 *Debitor, cui liberatio legata eſt, quod ius contra hæredem acquirat.*
21 *Per liberationem à reddendis rationibus, quid remittatur.*

teſtes in l. optimam 14. C. de cõtrah. & committend. ſtipulat, Ceuall. ſup. à num. 5. Bouadill. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 48. quæ ſententia approbatur l. 117. tit. 18. p. 3. Vide ſup. n. 113.

118 Quibus addendum eſt, inſtrumentum apud Principem confectum non poſſe teſtibus impugnari, Menoch. d. caſ. 105. num. 46. Zaſi. lib. 2. ſingular. reſponſor. cap. 23. in fine.

Verſ. Secunda concluſio.

119 Duo teſtes inſtrumentarij ad impugnandum inſtrumentum, in quo deſcripti reperiuntur, ſunt ſatis, Farinac. num. 4. cũ alijs, qui plurimos refert, Menoch. à nu. 24. Cyriac. d. controuerſ. 289. num. 29. Pet. Caball. reſolut. crimin. caſ. 83. num. 1. Ceuall. num. 14. qui communem dicit, Maſcard. d. quæſt. 6. num. 36. 45. Maynet. in l. vbi pugnantia, num. 24. 25. ff. de reg. iur. Pacian. ſup. lib. 1. cap. 48. num. 10. vbi plures, Baiard. ad Clar. in §. Falſum, num. 100. cum alijs. Laurent. Tennin. in prax. caut. 119. num. 1. 5. Quod eſt accipiendum, ſiue teſtes dicant actum deſcriptum non fuiſſe celebratum, vel aliter quam ſcriptura comprehenſum eſt, geſtum eſſe, ſiue neget duntaxat ſe fuiſſe præſentes, vt ex pluribus probat Farinac. num. 4. 7. quanquam hoc caſu vltimo aliqui ſentiat, inſtrumentum non omninò, vt falſum reprobari, ſed ſolùm fieri ſuſpectum, Menoch. cum alijs num. 24. fundamentũ eſt, quia putant, hos ſic teſtificãtes eſſe teſtes ſingulares, quod verum non eſt, Baiard. vbi proximè, Farin. n. 82.

Ibi: *Etiamſi præter tabellionem vnus teſtis.*

120 Licèt pro inſtrumento vnus teſtis non inſtrumentarius deponat, adhuc duobus inſtrumentarijs contradicentibus illud fide caret, Farinac. n. 173. vbi alios allegat, de quibus num. 155. quo loci eãdem hanc doctrinam refert.

121 Eſt ad hæc ſciendum, quod dubitatur, an ex depoſitione huiuſmodi duorum teſtium, aut plurium, qui probent falſum eſſe inſtrumentum, poſsit notarius condẽnari, de quo per Farin. à n. 64. qui concludit negatiuè, quanuis multi, à quibus ipſe non videtur recedere, teneant, tres, aut plures teſtes ſufficere ad condemnationem notarij, quos refert, num. 66. Sed ad torquendum tabellionem, vel inquirendum cõtra ipſum duos ſufficere probat, ex num. 67. Nota itidem quod etſi teſtes non inſtrumentarij debeant eſſe omni exceptione maiores ad impugnãdum inſtrumentum, hæc qualitas in inſtrumentarijs non requiritur, Menoch. num. 6. 33. Farin. num. 92. 106. qui concordantes, & contradicentes congeſsit in hac ſententia reſidens, & qualitas illa probari debet, Farinac. num. 98. Menoch. conſ. 380. num. 11. Ceuall. num. 30. etſi de iure præſumatur, Farin. cum alijs, num. 99. nam quoties lege in teſtibus expreſsim aliqua qualitas poſtulatur, probanda eſt, quanquam eam ineſſe ius præſumat, Matienç. in l. 1. gloſ. 3. num. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilat. Cancer. variar. part. 1. cap. 5. num. 68. Villadieg. in Politic. cap. 1. num. 21. verſ. Y es de derecho, cum ſeq. Mori. ſup. num. 5. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. n. 30.

Ibi: *Imo vnus tantùm teſtis ex his.*

Si vnus ex teſtibus neceſſarijs ad nego- 122
tium, quod inſtrumento continetur, cõtra illud deponat, licet inſtrumentũ non reijciatur in totum, vt falſum, eius fides vacillat, atque ita actum non probat, Farinac. plurimis congeſtis, n. 13. cum ſeqq. Menoch. ſup. à n. 13. Cyriac. d. controuerſ. 289. n. 27. Borell. ſup. d. tit. de fide inſtrument. n. 142. Valaſc. conſ. 183. n. 43. Pacian. d. cap. 48. n. 16. Gutier. conſ. 38. num. 11. Boſs. d. tit. de falſ. à n. 28. Afflict. deciſ. 166. n. 5. Zaſi, d. c. 23. n. 11. Maſcard. ſup. q. 6. n. 43. Ioſeph. Ludouic. Lucenſ. deciſ. 13. n. 16. Franc. Marc. d. deciſ. 486. num. 8. Quod procedit, etiamſi teſtis ſolũ neget, ſe fuiſſe præſentem actui, de quo agitur, Farin. n. 15. Imò, ſi teſtis hic inſtrumẽtarius ſuam abſentiam tẽpore conditi inſtrumenti legitime probet, illud falſum reputabitur, licèt cẽtum teſtes affirmẽt, ſe interfuiſſe actui, de quo in inſtrumẽto, Farin. n. 161. Quid autẽ ſi vno teſte inſtrumentario contradicente, alij inſtrumentum comprobauerint? Vide Menoch. à n. 16. Farin. ex n. 160. Cyriac. tom. 3. controuerſ. 407. n. 270. cum ſeqq.

Ibi: *Quaſi ſecus reſpondendum ſit in eo teſte.*

Teſtis vnicus etiã in inſtrumento deſ- 123
criptus, qui eſt ſupernumerarius, quoniã, eo ſublato, remanẽt, qui ſufficiunt ad validitatem actus, inſtrumenti fidẽ non debilitat, etſi contra ipſum deponat, Farin. ex pluribus, n. 87. qui cõtra tenentes laudat. num. 88. Menoch. num. 11. 12. Bart. in l. 1. §. Si quis neget. num. 2. 7. ff. quemadmod. teſtam. aper. Maſcard. d. quæſt. 6. num. 44. Franc. Marc. ſup. num. 9. Villalob. commun. ſit. I. num. 73. Laurent. Tennin. d. caut. 119. num. 4. Boſs. ſup. nu. 30. quod limita ex Farinac. num. 161. quando talis teſtis aſſerit, ſe non interfuiſſe inſtrumẽti confectioni, & abſentiam probat.



Num. 12.

124 Eſt cõmunis opinio iuxta Imperiales conſtitutiones iuris ciuilis, quæ ad reprobandum publicum inſtrumentum tres, aut quatuor teſtes neceſſario deſiderat, cuius authores cumulat Farinac. num. 35. 37. eamque leges Hiſpani, quarum in præſenti D. Couar. meminit, approbarunt, ex quibus noſtrates iuriſperiti eidem ſubſcripſere, ad quarum intellectum videndi ſunt Greg. Lop. in l. 117. gloſ. 2. tit. 18. part. 3. Moria d. quæſt. 5. num. 4. verſ. Nec obſtat, Montaluo in l. 18. tit. 8. lib. 2. for. Ceuall. d. quæſt. 43. num. 9. Auend. in cap. 27. Prætor. part. 2. num. 27. Bouad. d. lib. 3. cap. 14. num. 48. Quexada in ſuis quæſtionib. cap. 20. num. 4. Debentque eſſe omni exceptione maiores teſtes etiam de iure noſtro Ceuall. & Greg. Lop. ſup.

Ibi: *Quod ſi inſtrumentum priuatum ſit.*

125 Inſtrumenti priuati fides tollitur duobus teſtibus contra ipſum deponentibus tam de iure communi, quàm Regio, Farinac. n. 28. Ceuall. vbi proximè, Boſs. ſup. n. 26. Greg. Lop. in d. l. 117. gloſ. vlt.

Ibi: *Sed ſi tractetur de inſtrumento publico.*

126 Adde Gregor. Lop. in l. 115. tit. 18. p. 3. Bouadill. vbi proximè, Gutierr. d. conſ. 38. n. 12. Ceuall. n. 10. 11. Cur. Philippic. d. §. 17. n. 33. quod ampliat Greg. Lop. gloſ. 2. vt d. l. 115. procedat in teſtibus etiã neceſſarijs ad actũ, de quo inſtrumẽto, adhuc enim omnes conuenire debẽt aduerſus illud, aliaque requiſita legis debẽt interuenire, ſequitur Gutier. Sed Gregor. ipſe notabiliter ibidem limitat eandem conſtitutionem aſſerens ſolùm procedere, quando tabellio pro inſtrumento a ſe confecto deponit, nam ſi mortuus fuerit, vel alias non ferat teſtimonium pro illo, regulæ iuris communis ſunt obſeruandæ circa reprobationem publicæ ſcripturæ per teſtes inſtrumentarios, quod etiã adnotat Ceuall. n. 11. 12. teſtificans iuxtà illã opinionem in Pinciana Cancellaria fuiſſe deciſum in cauſa, cui ipſe patrocinabatur.

# AD CAPVT Decimumquartum.

## SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator quibus de cauſis domino teneatur.*
2 *Liberatio generalis teſtamento relicta tutori non continet bona extantia, quæ poſſunt vindicari ad n. 4.*
5 *Liberatione debitoribus relicta, non liberatur qui actione in rem poteſt conueniri.*
6 *Remiſſa actione depoſiti, vel commodati res depoſita debet reſtitui.*
7 *Renunciatio generalis non comprehendit, quæ vindicari poſſunt.*
8 *Liberatio generalis inter viuos non extenditur ad illa, quæ rei vendicatione poſſunt auocari, etſi iuramento firmetur, num. 9.*
10 *Iuramentum obligationem non ampliat, ſed corroborat.*
11 *Liberatio ampliſsimis verbis concepta, etiam in rem actionem complectitur.*
12 *Idem eſt, cum debitor ſola actione reali tenetur.*
13 *Obligatio rationum reddendarum pro adminiſtratione præterita remitti poteſt.*
14 *Liberatus debet reliqua reddere, limitatur n. 23. & declaratur, n. 31.*
15 *Idem eſt de liberato ab actione.*
16 *Quid ſi filius patri remittat, & n. 22.*
17 *Quid ſi matri, vel auo.*
18 *Quid ſi ſocero, aut patruo.*
19 *Bartoli diſtinctio reprobatur.*
20 *Debitor, cui liberatio legata eſt, quod ius contra hæredem acquirat.*
21 *Per liberationem à reddendis rationibus, quid remittatur.*

24 *De intellectu l. ſi quis rationes* 10. *ff. deliberat. legat. ad n.* 31.
27 *L. Aurelius, §. Titius el 2 ff deliberat. legat. declaratur.*
32 *Liberatione à reddendis rationibus pro futura adminiſtratione quid contineatur, & n.* 33.
34 *Dolum pro futura adminiſtratione remittere non licet.*
35 *Inuentarium conficere poteſt iudex, aut cogere tutorem vt faciat ex cauſa etſi à patre pupilli ſit remiſſum.*
36 *Idem eſt in patre adminiſtrante aduentitia filij.*
37 *Iudex poteſt impedire, ſi oportuerit, ne fiat inuentarium, quod aliàs de iure fieri debebat.*
38 *Cui inuentarij confectio remiſſa eſt, debet bona deſcribere, & qua ſolemnitate.*
39 *Inuentarij confectio nequit remitti in præiudicium creditorum, aut legitimæ filiorum.*
40 *Dolus verus non præſumitur remiſſus, & quare, num.* 41. *Quid ſi nihil doloſo adſit, num* 42.
43 *Dolo agit qui non reſtituit, quod ex adminiſtratione debet.*
44 *Dolus præteritus tacitè, vel expreſsè remitti permittitur.*
45 *Dolus quoad futuram adminiſtrationẽ remitti nequit. Quid ſi accedat iuramentum, n.* 46.
47 *Dolus verus futurus nũ tacitè remitti poſſit & n.* 48.
49 *Dolus futurus præſumptus remitti iure poteſt.*
50 *Dolus verus, & præſumptus qualis ſit.*
51 *Reliqua, ex quibus adminiſtrator locupletior factus non fuerit pro futura adminiſtratione remitti poſſunt, remiſsiuè.*
52 *Tutori dolus verus pro futura adminiſtratione remitti nequit, ſecus præſumptus, ad num.* 54.
55 *Contra tutorem, qui omiſit inuentarium, aut non rectè fecit iuratur in litem, & ſi ſit ex parentibus, ad n.* 58.
56 *Excuſatur, ſi ſit iuſta cauſa.*
60 *Non iuratur in litem contra tutoris hæredes.*
61 *Nec hæredes pupilli iurare poſſunt.*
62 *Ex dolo vero vel præſumpto defuncti non iuratur in litem contra hæredes, niſi cum illo lis fuerit conteſtata, & n.* 63.
64 *Ex dolo præſumpto an in litem iuretur? & num.* 65.

## Sub liberatione generali quæ cenſeantur remiſſa, & an dolus remitti queat?

Oportet hic præmittere, tutores, alioſque alieni patrimonij adminiſtratores triplici ex cauſa conueniri poſſe, nam vel poſsident res, quæ in dominio pupilli ſunt, & rei vendicatione tenentur, *l. Aurelius* 29. *§. Mæuia, ff deliberat. legat. iuncta leg. in rem* 24 *ff. de rei vendicat.* vel aliquid ex ſubſtãtia, quam adminiſtrant, perceperunt, quod conſumptum eſt non tamen in vtilitatem pupilli verſum, ſed in proprios vſus tutoris, & hoc reliqua vocamus, nam ex computo rationum conſtat deberi, *l. ſi quis rationes* 10. *ff. deliberat. legat. d. l. Aurelius, §. Titius el* 2 *ff. eod.* Aut tandem nihil ad eius manus peruenit ex bonis adminiſtratis, aliquid vero culpa, vel dolo tutoris deperditum, aut non acquiſitum pupillo eſt, *l.* 1. *ff. de tutel. & rationib. diſtrahend. l. qui plures* 42. *ff de adminiſtrat. tutor.* Hinc frequentiſsimè dubitari cõtingit circa liberationes, quæ adminiſtratoribus, ſub varijs verborum formulis tam interviuos, quàm in vltimis voluntatibus conceduntur, Mãtic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 9. *tit.* 8. *à num.* 1. *Eſcobar de ratiocin. lib.* 1. *c.* 40. *à princip.* à quibus liberati cenſeantur. Qui tractatus omnibus perdifficilis ſemper eſt viſus, vt fatentur, qui de eo diſſerere aggreſsi ſunt. 1

Num. 1.

Liberatio generalis teſtamento relicta non prodeſt tutori, quominus rei vindicatione conueniri poſsit, vt bona extantia pupilli reſtituat, Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſ.* 164 *num.* 12. & *conſ.* 22. *num.* 2. Ant. Gom. *variar. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 83. Mantic. *ſup. nu.* 14. Gregor. Lop. *in l.* 50. *gloſ.* 4. *tit.* 11. *part.* 5. Cyriac. *controuerſiar. forenſ. tom.* 1. *controuerſ.* 73. *num.* 26. 29. Cancer. *variar. reſolut. part* 1. *cap.* 7 *num.* 91. 92. Card. Tuſch. *practicar. concluſion. lit. L. conc.* 326. *num.* 46. 110. Gutier. *de tutel. part.* 3 *cap.* 1. *nu.* 34. Surd. *conſ* 112. *nu.* 96. Eſcob. *ſup. cap.* 5. *num.* 5. Ioſeph. Ramon. *conſ.* 36. *nu.* 29. Damauder. *de tutor. cap.* 3. *n.* 41. 2

Am-



3 Ampliatur præmiſſa concluſio, quòd etſi tutori liberatio à reliquis præſtetur, adhuc tenebitur bona prædicta reſtituere, quæ ab eo, per vindicationem poterant auocari nam ſolũm videtur remiſſa, quæ ſola actione perſonali repeterentur, Mantic. *num.* 14 Alexand. *conſ.* 170. *num.* 14. *verſ Præterea lib.* 2. Tuſch. *vbi proximè, num.* 62. Cancer. *d. num.* 92. D. Couar. *infra n.* 2. *verſ. Hoc ipſum,* ibi: *Si quidem reliquis remiſsis.*

4 Nec obſtat, liberationem eſſe fauorabilẽ, quæ ampliari debet, *l. Arrianus* 46. *ff. de actionib. & obligat.* Tuſch. *ſup. conc.* 325. *num.* 11. Valençuela ex alijs, *conſ.* 140. *num.* 17 Quoniam extenſio non admittitur aduerſus mentem diſponentis, qui ſolũm remiſit adminiſtratori illa, quæ vt talis debet, rei autem vendicatione non vt adminiſtrator, ſed vt poſſeſſor cõuenitur, quod pro ratione ad præmiſſam concluſionem tradit gloſ. *in d. l. Aurelius, §. Mæuis in verb. Pupillæ* Menoch. *d. num.* 12. *verſ. Confert, & ratio,* D. Couar. *verſ. Proximo*, cui accedit, quod agitur de donatione, & iuris proprij remiſsione, quæ ſtrictè debet intelligi, ita vt verba, quãto minus poſsint, comprehendãt, argumento *l. cum de indebito* 25 *ff. de probat. l.* 6. *tit.* 14. *part.* 3. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 3 *diſp* 23. *num.* 43. Cyriac. *tom.* 2. *controuerſ.* 222. *num.* 4. vbi alij, Fontan. *de pact. nuptialib. tom.* 1. *clauſ.* 4 *gloſ.* 21. *part.* 2 *num.* 24

5 His conſequens eſt, vt ſi quis liberationem ſuis debitoribus reliquerit, non cenſeantur liberati, qui actione in rem teſtatori tenebantur, Anton. Gom. *ſup. num* 82. *verſ. Item, adde quod in tali remiſsione*, Surd. *deciſ.* 174. *num.* 2. 3. Ramon *d. conſ.* 36. *num.* 32. Bald. *in l. cum neceſſitatem. nu.* 2. *C. de fideicommiſ.* Mantic. *d. lib.* 9. *tit.* 4. *num.* 3. Nec enim illi proprie debitores ſunt, gloſ. *verb. quod ſibi debetur, in princip. inſt. de actionib.* Mantic. & Surd. *vbi proximè.*

Verſ. *Primò deducitur.*

6 Remiſſa actione per teſtatorem ei, cui aliquid commodauit, aut apud quem depoſuit, non videtur legare rem ipſam depoſitam, vel commodatam penes depoſitarium, commodatariumve exiſtentem, quæ nihilominus poterit vendicari, Tuſch. *d. conc.* 326. *num.* 55. 77. Greg. Lop. *ſup.* Eſcobar. *d. cap.* 5. *num.* 20. Idem in locatione probat, *l. ſi in lege* 27. *§. fin. ff. locat. l. ſi ei, cui* 17 *ff. deliberat legat.* Tuſch. *num.* 56. Sed his locus non erit in depoſito irregulari, cum ſcilicet res, quæ functionem recipit in genere ſuo, vt pecunia, ita deponitur, vt depoſitarius tantũdem & non idem reddere obligetur, de quo *in l. Lucius* 24. *cum ſeqq. ff. depoſit.* Ita ſentit Alexand. *d. conſ.* 170. *num.* 14. *verſ. Ad textum,* Tuſch. *num.* 63. vbi generaliter docent, quod, cum actio remittitur illi, qui erat debitor generis, penitus liberatur, quia in nullo alio liberatio verificari poteſt, ſed cum eſt debitor ſpeciei, qui ex dolo, aut culpa tenetur præter reſtitutionem rei, quamuis actio remittatur, vindicatio in eum competit, quia condonatio referri poteſt ad id, quod doli, vel culpæ nomine deberetur. Ex his deduci videtur, quod ſi res periſſet apud depoſitarium, vel commodatarium dolo, vel culpa, & ſic ad æſtimationem eius eſſent aſtricti omnino liberarentur, ſi dominus ſciens illis remitteret actionem.

Verſ. *Secundò, ab eadem ratione procedit.*

Adde Bald. *in princip. inſt. de actionib. col.* 2. *verſ. In gloſſa finali,* Surd. *ſup. n.* 3.

Verſ. *Tertiò, hinc apparet.*

7 Adde Tuſch. *ſup. num.* 53 ſimiliter obſeruatur in generali renunciatione, ſub qua non veniunt, quæ vendicare renunciãs poſſet, Bald. *in l. pactum, num.* 8. *quæſt.* 12. *C. de collationib.* Surd. *conſ.* 112. *n.* 96. Ramon. *ſup. n.* 34.

Ibi: *Sed ſi actio realis.*

Adde Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 26. *tit.* 6. *num.* 10. Aug. Barboſ. *in collectan. ad leg. ſub prætextu* 29. *num.* 10. *C. de tranſact.*

Verſ. *Quartò ſi diligenter.*

8 Liberatio generalis per viam contractus interviuos conceſſa non extenditur ad res proprias creditoris, quæ vendicari à debitore poſſent. Farinac. *in fragmẽt. crimin. part.* 1 *lit. D. num.* 156. *verſ. Et ex prima parte,* Gratian. *diſceptat. forenſ cap.* 131. *num.* 33. Menoch. *d. conſ.* 22. *num.* 2. Surd. *vbi proximè* plures referens, Tuſch. *nu.* 50. Iaſ. *in l. ſub prætextu* 29. *col.* 2. *verſ. Secundò moueor, C. de tranſact.* Mantic. *vbi*

*pro-*

*proximè, num.* 5. Cancer. *d. cap.* 7. *num.* 89. Eſcob. *d. cap.* 40. *n.* 13.

Verſ. *Quintò, idem eſſe exiſtimo.*

9 Quæ de liberatione dicta hucuſque ſunt, vt res, quæ vendicari poſſunt, non comprehendat, procedunt etiamſi iuramentum accedat creditoris, Menoch. *d. præſumpt.* 164. *num.* 13. 14. Eſcobar, *d. cap.* 5. *num.* 9.

Ibi: *Iuramentum etiam non auget.*

10 Iusiurandum nõ immutat vel ampliat naturam obligationis, cui accedit, ſed ei intra proprios limites robur, ac vinculũ adijcit religionis, vt cum pluribus dixi *ſup. cap.* 4. *num.* 5. quibus adde Menoch. *conſ.* 84. *num.* 31. Mareſcot. *variar. lib.* 1. *cap.* 61. *num.* 4. Hermoſ. *in l.* 3. *gloſ.* 8. *num.* 12. *tit.* 2. *part.* 5.

Verſ. *Sextò illud eſt conſiderandum.*

11 Quoties liberationem concedens vtitur ampliſſimis verbis, etiam in rem actionem cenſetur remittere, Gratian. *d. cap.* 131. *num.* 35. Tuſch. *nu.* 59. Menoch. *d. præſ.* 164. *num.* 15. 16. De quo tamen videas Tuſch. *num.* 47. *cum alijs*, Surd. *d. conſ.* 112. *per tot.* Abbat. *cõſ.* 88. *col.* 2. *verſ. Circa ſecundum, lib.* 2.

12 Idem iuris erit, ſi quis generaliter eum liberet, quem ſcit, ſibi nulla obligatione perſonali eſſe aſtrictum, ſed reali duntaxat poſſe conueniri, Tuſch. *vbi proximè*, Paul. de Caſt. *conſ.* 193. *num.* 2. *verſ. Secunda ratio, lib.* 2. quoniam cenſẽs eſt remittentem de actione in rem ſenſiſſe, cum aliam non haberet, argument. *l.* 2. *ff. de liber. & poſthum. l. pediculis* 34. *§. Item cum quæreretur, ff. de aur. & argent. legat. vbi gloſſa verb. non videri*, quibus probatur, ex hac ratione ea diſpoſitione comprehẽdi, quæ aliàs minimè continerentur.

Verſ. *Poſtremò opportunè quæritur.*

De his conſulendi ſunt Cancer. *ſup. d. cap.* 7. *à num.* 86. Menoch. *d. præſ.* 164. *à princip.* Gutier. *de tutel. part.* 1. *cap.* 1. *ex n.* 32. Eſcobar *ſup. cap.* 5. *num.* 1. *cum ſeqq.* Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 19. *cum alijs*, Baeza *de decim. tutor. cap.* 2. *n.* 160.

Num. 2.

13 Reddẽdarum rationum obligati odio administratione præterita remitti iure poteſt, Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 83. Menoch. *ſup. n.* 10. Cancer. *n.* 87. Mantic. *n.* 19. Cyriac. *d. controuerſ.* 73. *n.* 27. Gutierr. *n.* 37. *verſ. Sed nihilominus*, Eſcobar *num.* 18.

Ibi: *Hæc vero remiſſio.*

Liberatus a reddendis rationibus reliqua debet reſtituere, etiam pro adminiſtratione præterita, Menoch. *conſ.* 22. *n.* 2. Anton. Gom. & Eſcobar *vbi proximè*, Cancer. *num.* 91. Gutier. *n.* 32. Tuſch. *lit. L. conc.* 328. *n.* 1. 14

Verſ. *Hoc ipſum verum eſt.*

Is, cui teſtamento liberatio ab actione tutelæ, aut alterius adminiſtrationis relinquitur, reliqua ſoluere compellitur, Eſcobar *num.* 20. Menoch. *d. præſ.* 164. *n.* 17. Gutier. *num.* 33. *verſ. Eſt igitur caſus*, Mantic. & Ant. Gom. *vbi proximè*. Vide *infra num.* 23. 15

Ibi: *At tamen hæc concluſio non procedit.*

Si filius patri, qui bona ſua adminiſtrauit, actione tutelæ ſuæ, vel curæ remiſerit, præſumitur reliqua eidem cõdonare ob filiorum erga parentes charitatem, Mantic. *n.* 20. Tuſch. *d. conc.* 328. *n.* 44. Menoch. *num.* 12. Gutier. *d. num.* 33. Bona tamen extãtia filij reſtituere compellitur, vt paulò inferiùs cum D. Couar. dicetur. 16

Ibi: *Idem ſi matri ob eandem affectionis rationem.*

Proxima reſolutio æquè in matre procedit, Mantic. *num.* 23. Menoch. *num.* 19. Gutier. *vbi proximè*, ſed intelligitur quoad adminiſtrationem præteritam, nam reliqua ex futura adminiſtratione parentes perſoluere compelluntur, quamuis à liberis liberationem ab actione tutelæ gerendæ obtinuerint, Menoch. *num.* 3. Mantic. *num.* 21. Paul. de Caſt. *conſ.* 445. *num.* 3. *in fine, lib.* 2. Eſcobar *num.* 5. Quæ omnia nedum in patre, ſed etiam in auo propter eandem rationem ſunt obſeruãda, quod ita verùm eſſe, ex immediatè dicendis conſtabit. 17

Deciſionem *l. Aurelius* 29. *§. Titius el* 2. *ff. de liberat. legat.* locum habere in patruo tutore, cui à fratris filio remiſſa eſt tutelæ actio ob affectionem, opinantur Menoch. & Gutier. *vbi proximè*, qui id ipſum ad ſocerum extendunt, Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſ.* 6. Deci. *conſ.* 178. *col. penult.* Paris. *conſ.* 87. *num.* 23. *lib.* 1. De quo maximè poteſt dubitari, cum non par affectionis ratio in huiuſmodi perſonis reperiatur, & ſimus in materia remiſſionis iuris proprij, quæ ſtrictam recipit interpretationem, vt nuper dicebamus, atque ita contra tenet Mantic. *d. tit.* 8. *num.* 24. 25. 18



Ibi: *Sic & reliquorum remiſſio.*

19 Huius Bartoli diſtinctionis meminere Gutier. *num.* 36. Tuſch. *num.* 61. Mantic. *num.* 28. Menoch. *num.* 21. Eſcobar, *num.* 20. 21. Qui omnes, vno excepto Tuſcho, qui ſolum refert, reijciunt illam ſententiam non videri reliqua remiſſa adminiſtratori, ſiue teſtator eum liberet à tutelæ actione, ſiue iubeat, vt hæres remittat.

Ibi. *His accedit quarta ratio.*

20 Debitor, cui legata eſt liberatio, hæredem agentem exceptione poteſt excludere, & præterea ipſe agere, vt acceptilatione liberetur, *l. non ſolum* 8. *§.* 1. *ff. de liberat. legat. §. Si quis debitori, inſtit. de legat.* Bart. *in l.* 4. *§. Nunc de effectu, ff. de liberat. legat.* Anton. Gom. *in d. cap.* 12. *num.* 82. *verſ. Item adde cum ſeq.* Pichard. *in d. §. Si quis debitori, num.* 3. Vnde & ad traditionem inſtrumenti, aut chirographi confecti pro debito ad fauorem teſtatoris hæres compelletur.

Ibi: *Quamobrem etiamſi differentia Bartoli.*

21 Sed, cum ad liquidationem eorũ, quæ adminiſtrator debet, neceſſario dati, & accepti computatio requiratur, ex eo quod à reliquis non cenſetur liberatus, non omninò à reddendis rationibus excuſabitur. Igitur per liberationem à redditione rationum etiam pro præterita adminiſtratione duntaxat tutor, vel alius ſimilis conſequetur, ne ſcrupuloſa indagatio fiat, & ne negligentiæ nomine teneatur, *l. qui plures* 42. *ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſi ſeruus vetitus* 122. *ff. de legat.* 1. Gutier. *ſup. num.* 32. Eſcobar *nu.* 19. Craſ. *de ſucceſſionib. §. Legatum, q.* 40. *n.* 7.

Ibi: *Quod ſi liberatio ab actione tutelæ legata ſit.*

De Hac Alberici ſententia ſtatim agẽdum eſt, vbi veram eſſe probabimus.

Ibi: *Siquidem etiam reliquis remiſſis.*

Probauimus *ſupra hoc cap. n.* 3.

Ibi: *Etiamſi liberatio tutori patri legata fuerit.*

Quanquam, liberatione patri tutori relicta, reliqua remiſſa cenſeantur, non tamen idem iuris eſt de bonis filij extantibus, quæ reiuendicatione peti poterant, Mantic. *num.* 22. Gutier. *num.* 36. *verſ. Nõ tamen.* Quod non obſcurè colligitur ex *d. l. Aurelius, § Titius el* 2. *ff. de liber. legat.* in illis verbis: *In ſuos vſus conuertit, vel proprio nomine fœnerauit.* ex quibus argumento à contrario ſenſu planè docemur, quod ſi pecunia extaret penes patrem, aut nomine pupilli eſſet fœnerata, foret hæredibus filij reſtituenda, vt rectè obſeruat Mantic. *ſup.* 22

Ibi: *Sed opinioni huic.*

Hanc D. Couar. reſolutionem amplectuntur Mantic. *num.* 27. Menoch. *num.* 17. 20. 21. Eſcobar *num.* 20. 21. Gutier. *num.* 36. *verſ. Secundò infertur cum ſeq.* qui vno ore fatentur, relicta liberatione ab actione tutelæ, reliqua non cenſeri remiſſa, niſi ex amplitudine verborũ aliud colligatur, quod iudicis arbitrio committitur. Vide *ſup. n.* 15. 23

Sed huic reſolutioni obijcitur *l. ſi quis rationes* 10. *ff. de liberat. legat.* cuius verba tranſcribere libet, vt quæ circa eam dicenda ſunt, apertius percipiãtur. Sic Vlpianus, ibi: *Si quis rationes exigere vetetur, vt eſt ſæpiſſimè reſcriptum, non impeditur reliquas exigere, quas quis reliquatus erit, & ſi quid dolo fecerit, qui rationes geſſit. Quod ſi quis, & hæc velit remittere ita debet legare: Damnas eſto hæres meus quicquid ab eo exegerit illa, vel illa actione id ei reſtituere, vel actionem remittere.* Ex quibus videtur manifeſtè probari ſub remiſſione actionis reliqua comprehendi; imò quod difficilius eſt, dolum quoque remiſſum cenſeri. 24

Nec ſatisfacit D. Couar. qui paulò inferiùs reſpõdet, præſumi remiſſa reliqua, ſi teſtator damnauerit hæredem, vt tutorem ab actione tutelæ liberet, quaſi aliud ſit, quod teſtator ipſe actionem remittat, & aliud quod hæredem grauet ad illam remittendam, nam in hoc caſu reli- 25

liqua remittuntur, in illo non vtique, atque ita Bartoli diſtinctionem, quam pro viribus impugnauerat, & cuius *ſup.* memini, *n.* 19. amplectitur, ſed, ſalua venerandi Magiſtri pace, verba eius, quæ paulò ante prædixerat in ipſum retorqueã: *Quid obſecro refert*, inquit ille, *remittat teſtator ipſe tutori actionem, an iubeat hæredem eam remittere?* vbi rectè ſentit, nullum diſcrimen reperiri, vnde enim infertur, voluiſſe teſtatorem legare plus per verba: *Damnas eſto hæres actionem remittere*, quàm ſi diceret: *Actionem remitto?* aut quid amplius eſt in illis verbis, quàm in iſtis?

26 At quamuis *d. l. ſi quis rationes*, non obſtet D. Couar, vt poſtea conſtabit, *n.* 31. tamen vera videtur Alberici ſententia, & ſic quod remiſſa actione tutelæ, reliqua, quoque condonata cenſeantur abſque aliqua diſtinctione, quod mihi probat primò, *l. non ſolùm* 9. *§. Si hæres ff. de liberat. legat.* vbi actione negotiorum geſtorum remiſſa, ſolùm excipitur à liberatione, quod dolo, vel fraude geſtum eſt, ex quo probatur, reliqua non eſſe reddẽda, nam exceptio firmat regulam in contrarium, *l. nam quod liquidæ* 4. *§. fin. ff. de pen. legat.* Secundò, *l. Aurelius* 29. *§. Mænia, ff. de liberat. legat.* vbi ab actione tutelæ liberatus duntaxat compellitur ad eorum reſtitutionem quæ vendicari poterant, non ad reliqua ibi: *Nihil proponi cur pecunia, quæ pupilli eſſet, & apud tutorem poſita maneret, legata videretur.* Notatique debent verba illa *Poſita maneret.* Quibus demonſtratur, reliqua legata cenſeri. Nec dicat aliquis, ita verum eſſe, ſed quod ibi fuit liberatio relicta verbis ampliſsimis, quare nil mirum, ſi reliqua comprehendantur: quoniam reſpondendum eſt, in eo textu quæſtionem fuiſſe de pecunia extante penes tutorem, quæ vendicari poterat, quod verbum illud: *Poſita*, denotat, nam & ea videbatur propter verborum amplitudinem remiſſa, reliqua autem legato cedere, non dubitabatur, cũ liberatio ſimplex ab actione tutelæ ſufficeret. Tertiò pro Alberico facit, quod cùm legatur inſtrumentum debitori, videtur eidem relictum debitum, quod illo continetur, *l.* 47. *tit.* 9. *part.* 6. vbi Greg. Lop. *gloſ.* 1. Ant. Gom. *ſup. num.* 82. Menoch. *d. præſ.* 164. *num.* 25. Pichard. *in d. §. Si quis debitori, num.* 5. *inſt. de legat.* Igitur cùm actio remittitur, qua reliqua comprehenduntur, ac petenda ſunt, eadem itidem remiſſa intelligi debent, & hoc a fortiori ratione procedit, nam inſtrumentum non eſt præcisè neceſſarium ſicut actio ad petendum, quod debetur, cum abſque actione non audiatur aliquis in iudicio petens, *l. ſi quid poſſeſſor* 54. *§. Illud, ff. de petit. hæredit.* inſtrumẽtum autem etſi deficiat, debitũ exigere ex alijs probationibus non eſt vetitum.

27 Supereſt, vt nos tueamur ab obiectione validiſsima, quæ deducitur ex *d. l. Aurelius, §. Titius el* 2. vbi, ſumpto argumẽto ab ſpeciali, apertè probari videtur, reliqua ſub generali actionis remiſsione non contineri, & ita communiter receptum eſt, & ſentit D. Couar.

28 Ad quam difficultatem ſuperãdam (in quo magnam prouinciam aſſumere videbimur) ſupponendum eſt; dolum etiã præteritum in generali liberatione exceptum cenſeri, niſi aliud ex verbis, alijſve coniecturis vrgentibus appareat manifeſtè, *d. l. non ſolùm* 9. *§. Si hæres, ff. de liberat. legat. l. Pomponius* 10 *ff. de negot. geſt.* & dicemus latius infra cum D. Couar *ſub n.* 4. *verſ. Primùm nunquam.*

29 Quo præmiſſo dicendum eſt *in d. §. Titius*, quæſitum fuiſſe, num in liberatione ab actione tutelæ patri relicta, venirent, quæ ille per dolum ex bonis pupilli filij ſui detraxerat, & perpenſa filiorum in patres dilectione Conſultus reſpondit, hæc quoque condonata videri. Nec dubitari poteſt, quin pater doloſè verſatus fuerit, quandoquidem pecuniam, quam in vtilitatem filij debebat fœnerare, aut in emptionem prædiorum expendere, *l. ob fœnus* 50. *ff. de adminiſtrat. tutor. l. niſi* 4. *C. eod.* ſuis vſibus applicuit, proprioque nomine fœnerauit, vt ait Scæuola, ibi: *An pecunias, quas ex vẽditionibus rerum factis, aut ex nominibus exactis in vſus ſuos conuertit, vel nomine proprio fœnerauit, &c.* nam tutor hæc admittens doloſus præſumitur, Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 3. *num.* 92. furti tenetur, *l.* 1. *§. In tutela, ff. de tutel. & rationib. detrahend.* gloſ. *in l. non exiſtimo verb. inuaret, ff. de adminiſtrat. tutor.* Prædoque nuncupatur, Gutier. *ſup. num.* 55. vbi alij.

30 Ex quibus patet, *in d. §. Titius*, neutiquam probari, ſpeciale eſſe in patre, vt actione adminiſtrationis præteritæ remiſſa, & reliqua cenſeantur condonata, nam hoc generale eſt, vt diximus, ſed quòd dolo ſubtracta, ac de patrimonio perperam deminuta non reſtituantur, quod in cæteris adminiſtratoribus ſecus eſt, *d. l. non ſolùm* 9. *§. Si hæres cum alijs, ff. de liber. legat.* Aliud namque ſunt reliqua, quæ bona fide tutor debet, & aliud, quod iniquè vſurpat per dolum.

31 Hanc tamen interpretationem euertere videtur Vlpianus *in d. l. ſi quis rationes* qua probatur, per liberationem à tutelæ actione dolum etiam remitti, vt ex litera apparet, ergo ſpecialitas nulla reperitur *in d. §. Titius*, in eo quod ſubtracta per dolum patri condonentur. Sed hoc non obſtante à præmiſsis recedendum non eſt, nam ibi Vlpianus dolum remiſſum cenſet, quando actio tutelæ per verba ampla remittitur, non ſimpliciter. At Scæuola agit de liberatione verbis communibus legata, quæ in extraneis doli remiſsionẽ non parit, atque ita in patre ſpeciale eſt. Quod ita eſſe colligimus ex cõtextura legis, & mente Conſulti *in d. l. ſi quis rationes*, vbi non duas formas remittendi reliqua, & dolum tradit, ſed vnicam quoniam verba illa, *vel actionem remittere.* Referri debent ad teſtatorem dãnantem hæredẽ, vt quicquid acceperit, reſtituat, aut actionem remittat, & verbum quicquid amplitudinem liberationis importat, quod pariter influit in reſtitutionem exactorum, ac in remiſsionem actionis. Nec aliter poteſt hic textus intelligi, alioquin fatendum eſſet, ſimplicem actionis remiſsionem, & dolum continere, quod eſt aduerſus expreſſa iura & commune DD. placitum, vt infra conſtabit. Vnde concludendum eſt tandem *in d. l.* ſi quis rationes, ſolùm probari, remiſsionem actionis per verba ampla relictam, & ad dolum admiſſum in adminiſtratione prodeſſe. Sed ſi pater adminiſtrator fuerit ſufficiunt verba communia, quod ſpecialiter conſtituitur *in d. l. Aurelius, §. Titius.*

### Num. 3.

32 Liberatus à reddendis rationibus pro futura adminiſtratione eaſdem nihilominus debet reddere, reliquaque ſoluere, ac ſolùm ab exacta & ſcrupuloſa inquiſitione eximitur, & ne negligentiæ nomine teneatur, Menoch. pluribus laudatis, *d. quæſt.* 164. *num.* 1. Padilla *in l. cum neceſſitatem, num.* 7. *C. de fideicommiſ.* Mantic. *d. tit.* 8. *num.* 32. Eſcobar, *d. cap.* 5. *n.* 5. Craſſ. *de ſucceſsionib. §. Legatum, quæſt.* 40. *num.* 1. Gutier. *num.* 37. *verſ. Sed nihilominus*, Pariſ. *conſ.* 80. *num.* 34. *lib.* 1. Cyriac. *d. cõtrouerſ.* 73. *num.* 28. 29. Cancer. *num.* 86. Baeza *de decim. tutor. cap.* 2. *num.* 160. ſed quamuis ob culpam non teneatur tutor propter liberationem à reddẽdis rationibus, tamẽ lata culpa excipitur, propterquam, cum cõparetur dolo, poterit condemnari. Anton. Gom. *num.* 83. Cancer. Cyriac. Eſcobar *vbi proximè.* Amplia vt *namiſeq.*

### Verſ. *Imò, & hæc opinio.*

33 Adde Cancer. *num.* 87. Mantic. *num.* 29 *cum alijs*, Menoch. *num.* 4. 7. vbi plures, Gutier. *num.* 38. Padilla, *num.* 2. 3. Signorol. *conſ.* 110. *num.* 7. 8. Ruin *conſ.* 69. *num.* 5. *lib.* 2. Eſcobar *num.* 17 Præterea liberatio à reddendis rationibus, etiam per verba ampliſsima non excuſat tutorem, ne de lata culpa conueniatur, Eſcobar *num.* 16. Menoch. *num.* 6. Bolognin. *conſ.* 13. Cancer. *num.* 86.

Ibi: *Ex quibus deducitur etiam expreſsim.*

34 Dolum pro futura adminiſtratione remittere, etiam expreſſè nemo poteſt, Menoch. *num.* 5. Eſcobar, *num.* 15. Crott. *in l. nemo poteſt, num.* 54. *verſ. Hæc concluſio, ff. de legat.* 1. Padilla, *n.* 1. 2. *& in l. actione, num.* 1. *C. de tranſact.* Cancer. *num.* 87. Gutier. *num.* 39. Ant. Gom. *num.* 83. *verſ. Quod ſubintellige*, Gregor. Lop. *in l.* 29. *gloſ.* 1. *tit.* 11. *part.* 3. Farinac. *in fragment. crimin. lit. D. verb. dolus. nu.* 171. *& verb. iuramentum in litem, n.* 1096. vbi latè.

### Num. 4.

35 Licèt teſtator poſsit tutori inuentarij confectionem remittere, Gutierr. *in l. nemo poteſt, num.* 405 *ff. de legat.* 1. Farinac. *d. verb. iuramentum in litem, n.* 1092. Baeza, *ſup. n.* 48. Fachin. *controuerſiar. lib.* 6. *c.* 25. Scobar, *c.* 9. *n.* 45. Tuſch. *lit. I. con.* 274. *n.* 50. Ad illud tamen conficiendum iudex tutorem compellere poteſt, quoties ſibi ita expedire pupilli vtilitati viſum fuerit, Cancer. *ſup. num.* 93. Iul. Clar. *in prax. § teſtamentum, quæſt.* 66. *in fine*, Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap. vlt. num.* 16. Bernard. Diaz *reg.* 769. *in* 1. *limitat.* Gutier. *vbi proximè, num.* 412. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.*

*uerſ.93.num.*19.Mantic.*ſup.lib.*3.*tit.*3.
*n.*19.Eſcobar *d.cap.*9.*n.*54.Cabed.*deciſ.*
136.*n.*7.Baeza,*n.*49. P. Molin. *de iuſtit.*
*tract.*2.*diſp.*223. Farinac. *vbi proximè,n.*
1197. Quod ſi tutor parere detrectet iudi
cis præcepto, ipſe inuentariũ facere de-
bet, Eſcobar *vbi proximè*. Hæc tunc vel
maximè obtinẽt, quãdo cauſa adeſt, quæ
poſteà ſuperuenit, aut fuerat incognita
teſtatori, quæ ſi eidem pateret, veroſimi-
le non eſt, vt inuentarium non fieri per-
mitteret, Gutierr.*ſup.* & *de tutel. part.*2.
*cap.*1.*num* 40.

36 Similiter obſeruatur in patre admini-
ſtrante bona filij ſui, in quibus vſumfru-
ctum habet, quem (quamuis à lege immu
nis ſit à neceſsitate conficiendi inuenta
rij, vt notaui *ſup.lib.*1.*cap* 8.*num.*30.) po
teſt iudex ex cauſa conſtringere, vt con-
ficiat illud, Pinel.*in l.* 1.*part.*2.à *num.*23.
*C. de bon.matern.* Cancer *ſup.num.*95.

37 Per contrarium inuentarium ne fiat,
iudex præcipere valet, quando ita pu-
pilli intereſſe putauerit, veluti ad celan-
dam paupertatem, Bart.*in l.iudex, qui re-*
*pertorium,num.* 19.*ff. de adminiſtrat. tutor.*
Ripa *in l.nemo poteſt,num.*81.*ff. de legat.*1.
Gutier.*ibidem num.*413.

38 Nec prætermittendum eſt, quòd tutor
à confectione inuentarij per teſtatorem
liberatus rationes ſuæ adminiſtrationis,
ſiue eorum, quæ recipit, debet reddere,
Cancer.*num.*85. Imò deſcribere bona pu-
pilli ad faciliorem probationem coge-
tur, Molin.*ſup.lib.*1.*cap.*15.*num.*34. Gu-
tier.*in d.l.nemo poteſt, num.* 411. vbi alij,
& *de tutel. part.* 2.*cap.*1.*num.* 39. Baeza
*num.* 50. Quæ deſcriptio tabellione in-
terueniente fieri debet, de qua praxi te-
ſtatur Mynſinger *obſeruat.*95.*num.* 3. vbi
& teſtes deſiderat de familia, vel cogna-
tione, licèt in patre legitimo adminiſtra-
tore loquatur. Inuentarij verò cõfectio-
ni & iudex de iure intereſſe debet, *l.* 15.
*tit.*16.*part* 3. vbi Gregor. Lop *gloſ* 3. ta-
men ſi de conſuetudine præſentia, aut de-
cretum iudicis non ſit neceſſe, de quo
Gregor. Lop.*ſup.* Gutier. *de tutel.part.*2.
*cap.*1.*num.*81.*cum ſeqq.* Baeza *d.cap.*2. *n.*
51. Forma autem, qua inuẽtarium faciẽ-
dum eſt, traditur *in l.*99 *tit.*18.*p.*3.

Ibi: *Quia remiſsio iſta conficiendi inuentariũ.*

39 Remiſsio conficiendi inuentarij facta
tutori non intelligitur quoad liberorum
legitimam cui pater, nec directè, nec in-
directè poteſt præiudicium inferre, Sco-
bar *cap.* 5.*num.* 22.& *cap.* 9.*num* 52. qui
*d.num.* 22. generaliter loquitur in omni
remiſsione facta adminiſtratori, & ita
verum eſt. Idem procedit quoad credi-
tores, quibus teſtator remittendo inuen-
tarij confectionem officere nequit, Bald.
*in l. fin. §. Cum igitur, C. de iur. delibe-*
*rand.* Gutier. *d.cap.* 1.*num.* 42. Iul. Clar.
*ſup.d.quæſt.*66.*num.*2. Craſ. *de ſucceſsion.*
*§.Inuentarium quæſt.*2.*num.*3 *verſ. In frau*
*dem creditorum*, Farin.*ſup.n.*1094.

Verſ. *Cæterum aduerſus communem.*

Hanc opinionem his & alijs authori-
bus laudatis, refert Menoch. *de præſ.*164.
*num.*8. Padilla *in d.l. cum neceſsitatem, nu.*
3. Gutier. *de tutel.part.*3.*cap.*1.*num.*38.
qui illam reprobant.

Verſ. *Primùm, nunquam dolum.*

Dolus verus nunquam remiſsus cenſe- 40
tur, niſi de voluntate diſponentis ita ma-
nifeſtè conſtet, vt minimè poſsit dubita-
ri, *l.qui plures* 42.*ff. de adminiſtrat. tutor. l.*
*ſi ſeruus vetitus* 122.*ff. de legat.*1.*l. Aurelio*
21 *§.*1 *ff. de liberat.legat. l.*30.*tit.*11.*part.*
3. vbi Gregor. Lop.*gloſ.*5 *ad medium*, qui
ait tam inter viuos, quàm in vltimis vo-
luntatibus procedere, Mãtic.*d.lib.*9.*tit.*
8.*num.*19.36 Tuſch. *lit. L. conc.* 326.*n.*
73.79. Cancer. *part.* 1 *cap.* 7.*num.* 91.
Gutier. *num.* 41. Scobar *cap.* 40.*num.*7.
Menoch.*num.*10. Anton.Gom.*d.cap.*12.
*num.*83. Flores de Mena *variar. lib.* 1.*q.*
15.*num.*5. Cyriac. *d. controuerſ.*73.*num.*
22. Maſcard.*de probat. conc.*1252.*num.*8.
Farinac.*in fragment.lit.* D.*num.* 152. He-
uia Bolaños *in commerc.terreſtr.lib.*2.*cap.*
10.*num* 4.

Ratio huius concluſionis eſt, nam ea, 41
quæ in ſpecie non eſſet quis veroſimili-
ter conceſſurus, non veniunt in diſpoſi-
tione, niſi de ipſis expreſsè mentio fiat,
*cap. in generali* 81.*de reg.iur.in* 6.*l.ſi merce-*
*dem* 55.*§.vlt ff. de actionib. empt. l. obliga-*
*tione generali* 6 *ff de pignorib.* Menoch.*conſ.*
1007.*num.* 21 delictum autem in ſe per
dolum perpetratum veroſimile non eſt,
vt quis condonare velit, atque ideò ex-
ceptus præſumitur in qualibet diſpoſi-
tione, aut remiſsione generali. Alias ra-
tiones videre licet apud Celſum Bargal.
*tract.*



*tract. de dol. lib* 2. *in* 3. *diuiſione, rubric. de*
*dol. præterit.* & *futur.n.*35.*cum alijs.*

Verſ. *Secundùm etiamſi gloſſa.*

42 Videas Gregor. Lop. *vbi proximè*. Fa-
rinac.*num.*156.*cum ſeqq.* Eſcobar *d. cap.*
40.*num.* 17. Gutier. *num.* 44. Celſ. Bar-
gal.*ſup num.*52. Oſaſch.*deciſ.*58.*num.*35
& veriùs videtur, non cenſeri dolum re-
miſſum verum ſub generali liberatione,
quanquam nihil doloſo adſit. Ac ſi remit-
tatur actio, probeturque, creditorẽ doli
conſcium fuiſſe, dolus verus in liberatio-
ne, continebitur, quando nullum ex eo
lucrum debitor percepit. De dolo præ-
ſumpto, vide Farinac.*n.*190.191.

Verſ. *Tertiùm, non idem eſt.*

Hanc diſtinctionem probat *d.l.qui plu-*
*res* 42 *ff. de adminiſtrat.tutor. l.ſi quis ratio-*
*nes* 10 *ff de liberat.legat.* ex quibus paſsim
DD. illa vti ſolent.

Ibi: *Licèt qui reliqua non reſtituit.*

43 Qui quod ex adminiſtratione debet,
non reſtituit, doloſus præſumitur, Me-
noch.*de præſumpt.lib.*5 *præſ.*3.*n.* 93. Eſ-
cobar *cap.*42.*n.*19.

Verſ. *Quartùm, licèt.*

44 Dolus præteritus tacitè, vel expreſsim
remitti permittitur, *l.actione* 4.*C. de tran-*
*ſact. l.ſi quis rationes* 10.*l. Lucius* 13.*l. Au-*
*relius* 29 *§. Titius* el 2.*ff. de liberat. legat. l.*
29 *tit.*11.*part.*3. Menoch.*d. præſ.*164.*n.*
11. Cancer.*n.*87 92 Ant.Gom. *vbi proxi-*
*mè*, & *in l.*9 *Taur. n.* 18. Gregor. Lop. *in*
*d.l.*29.*gloſ. vlt.* Gutier.*d.cap.*1.*n.*32. *in fi-*
*ne*, & *n.*41. Padill. *in l. actione, n.* 6. *C. de*
*tranſact.* Damauder.*de tutor. cap.*3.*n.* 41.
Eſcobar *d.cap.*40.*n.*13. Fachin.*ſup.lib.*5.
*cap.*51. Cyriac.*d.controuerſ.*73.*n.*27. Flor.
de Mena *ſup. n.* 6. Guazzin. *de defenſion.*
*reor.tom.*1.*defenſ.*2.*cap.*6.*nu* 8. vbi intel-
ligit quoad remittentis damnum, non
quoad publicam vindictam, Farin.*ſup.n.*
151. Bargal.*n.*6 *cum alijs*, & *lib.* 6.*reg.*6.
*ex n.*1. qui latè agit.

Ibi: *Dolus autem verus.*

45 Dolum quoad futuram adminiſtratio-
nẽ remitti non poſſe, diximus ex multis
*ſup.n.*34. & generaliter quòd dolus futu-
rus remiſsione tolli prohibeatur, probat
*d.l.*29.*tit.*11.*p.*3. vbi Greg. Lop. Mãtic.
*d.tit* 8.*n.*21. Ant.Gom.*in l.*9.*Taur.n.*16.
Pet.Gregor *ſintagmat lib.*21.*cap.* 2.*num.*
12. Fachin.*ſup.* Menoch.*de arbitrar. lib.* 2.
*caſ.*337.*n.*14 Donell.*commentar.iur.ciuil.*
*lib.*16.*cap* 6.*col.*6. Viuian.*in prax.iur.pa-*
*tronat.lib.*4 *cap.*4.*n.*56 Mareſcot. *variar.*
*lib.*2.*cap.*19 *num.* 40 Guazzin *ſup. n.*2.
Maſcard.*d.conc.*1252.*n.*16. Tuſch.*lit.D.*
*conc.*588.*n.*1. Celſ. Bargal *d. reg* 6. *à n.*10.
Farinac. cum pluribus, *n.*165. Ratio, quæ
traditur ab omnibus, eſt, ne detur occaſio
delinquendi.

Vnde infertur, quòd licèt remiſsio iu- 46
reiurando roboretur nullum effectũ ſor-
tietur, cum iuramentum vinculum ini-
quitatis eſſe nõ debeat, *c.quanto* 18.*§.Su-*
*per, de iureiurand.cap.inter cætera* 22.*quæſt.*
3. Ita docent Seraphin *de priuileg. iura-*
*ment priuileg.* 108.*n.* 10. Hermoſill. *in l.*
56.*gloſ.*11.*n.*42.*tit.*5.*p.*5 Viuian. *vbi pro-*
*ximè* Guazzin.*num.*3 Decian. *tract. cri-*
*min.lib.*3.*cap.*24.*n.*2 quanquam contra-
rium teneat Farinac. *ſup. num.* 187. cum
Abbate *in cap.quemadmodum §.fin.n.*14.*in*
*fine, de iureiur.* Euerard *in loc.legalib. loc. à*
*virtute iuramenti,num.*63. Bauer. *in tract.*
*de iurament. num.* 112. Bargal *ſup. lib.* 2.
*cap.* 2. *rubric. de dol futur. num.* 40. Quæ
ſententia nititur expreſſæ Pontificiæ de-
ciſioni *in cap. quemadmodum* 25. *§. Quod ſi*
*expreſsè, de iureiurand.* vbi promiſsio viri
cum iuramento de non accuſando vxorẽ
de adulterio futuro valet, ſeruarique de-
bere, definitur.

Imò dolum futurum etiam verum ta- 47
citè remitti poſſe ſentiunt Seraphin *ſup.*
*priuileg.*91.*num* 5. Guazzin *d.cap.*2.*n.* 5.
Mãtic. *vbi proximè,n.*52. qui alios refert,
ac quæſtionem ex profeſſo diſputat *à n.*
47. vbi contrarium tenentes recenſet, &
Farinac *n.*174. ex quibus conſtat aduer-
ſus Mantic. extare communem opinio-
nem, quæ etiam tacitam doli futuri veri
liberationem excludit. Sed Manticæ ad
ſtipulatur vrgentiſsimè *l.ſi vnus* 27.*§.*
*Illud nulla. ff de pact.* quæ apertè videtur
diſtinguere, inter expreſſam, & tacitam
doli futuri remiſsionem. Cui poſſet
reſponderi, quod etſi in actione depo-
ſiti (de qua *in d. §. Illud*, agitur) regu-
lariter ſolùm veniat dolus, *l. contra-*
*ctus* 23.*ff. de regul. iur.* multum intereſt
an dolus expreſsim, vel actio depoſi-
ti remittatur, in priore enim caſu vo-
luntas deponentis, vel alterius cuiuſque

X ſic

ſic remittentis eſt, quod alter circa rem depoſitam, vel negotium, quod agēdum eſt, abſque fraude, & iniquitate ſe gerat, quod ſi aliter fecerit, eidem delictum cōdonat, quoad delinquendum præſtatur anſa, & hoc bonis moribus repugnat. At in poſteriore qui paciſcitur, ne depoſiti agat, delictum ipſum tollit, nam ex eo quod liberare vult ab actione depoſitarium, cēſetur ei permittere, vt re depoſita pro libito vtatur, atque ita licèt quicquam perperam faciat, dolum non perpetrat, qui in volentem non datur, *cap. ſcienti 27 de reg. iur. in 6. l. nemo 188. ff. eod.* quis enim dubitat, quin poſsit dominus, qui in re ſua eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandata 21. C. mandat.* ſic rem ſuam alij tradere, vt quomodocunque circa eā impune verſetur? quæ conſideratio locū habere nequit, vbi doli mentio fit in liberatione. Nec nouum eſt in iure, vt expreſſum idem, quod tacitè ineſt, aliter operetur, quam tacitum, *l. ſi ita legatum 68. § Illi ſi volet ff. de legat. 1. l. nonnunquā 51. l. ſi ita expreſſum 68. ff. de condit. & demonſtrat.*

48 Ex quibus facilè conciliandæ veniunt contrariæ propoſitæ opiniones, nam cōmunis procedit, vbi dolus non tollitur, ſed commiſſus in futurum remittitur, quod nullo modo, nec tacitè fieri permittitur, cum præſtetur anſa delinquendi, Mantica verò intelligi debet, quando domini voluntate fraus penitus excluditur à principio, quoniam nullum eſt delictum, re aliena abuti, domino conſentiente, qui conſenſus per remiſsionem actionis depoſiti, in qua nihil aliud venit, niſi dolus, ſatis manifeſtus præſtatur, quæ quidem Conſultus inſinuat *in d. § illud, ibi: Id pactus videatur, ne de dolo agat.* Verbum namque, videatur, frequentiſsimè denotat, rem aliter ſe habere, quàm menti primo aſpectu proponitur, quo oſtenditur, aliud eſſe paciſci, ne de dolo agatur, & aliud ne depoſiti, cum prius bonis moribus opponatur, quia ad delinquēdum inuitat poſterius non vtique, quãdo quidem dolus excluditur, vt dictum eſt.

Verſ. *Quintùm, dolus præſumptus.*

49 Dolus præſumptus etiam futurus iure remitti permittitur, Gregor. Lop. *in d. l. 29 gloſ. 1. in fine*, Menoch *ſup. præſ. 164. n. 9.* Viuian. & Seraphin. *vbi proximè*, Guazzin. *num. 6.* Gutier. *d. cap. 1. n. 42.* Padilla *in d. l. cum neceſsitatem, n. 4.* Decian. *ſup. n. 4.* Maſcard. *d. conc. 1252. n. 19.* Alciat. *in l. actione, n. 41. C. de tranſactionib.* & eſt magis communis ſententia, quanquam contrariā poſt Caſtrenſ. & Iaſon. *in d. l. ſi vnus, § Illud, ff. de pactis*, & alios, quos recenſet Farinac. *ſup. num. 176.* defendat Flores de Mena, *d. q. 15. à n. 6.* quem ſequitur Cancer. *n. 88.* ſed quoniam diuerſis diſtinctionibus pro conciliatione earum opinionū vtuntur Interpretes, videre oportet Flores de Mena, & Farin. *ex n. 177.* vbi plures cōgerit. Ad quæ facit egregia doctrina Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 5. n. 18.* vbi latè probat, quod etiã in ampliſsima facultate dolus verus futurus videatur ſemper exceptus, præſumptus comprehenditur, ita vt ſi quid commiſſarius lata culpa faciat, nō ſit irritum. Et quanuis D. Couar. ſententia vera ſit, poſſet limitari, quando dolus præſumptus remittitur generaliter, aut perſonæ incertæ, quoniam præberetur occaſio delinquendi hominibus improbis, qui tali remiſsione abuterentur ad fraudandum, ſecùs autem eſt, ſi perſona remittenti ſit cognita, quā propter morum probitatem liberaret à futuro dolo præſumpto, cum iam ceſſet periculum, vt prætextu remiſsionis delinquatur, præſumptioque doli eliditur propter remittentis approbationem.

Vt diſcas, qui dolus verus, & qui præ- 50
ſumptus dicatur, cōſule Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſ. 3. per tot.* Bart. *in l. quod Nerua, num. 14. ff. depoſit.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 66. n. 183.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad l. ſi dolo 5. à n. 15. C. de reſcindend. vendit.* ex quibus conſtat, non eſſe facilè, differētiam inter dolum verùm & præſumptum conſtituere, videtur tamen dicēdum, dolum verum eſſe, qui nulla probabili rationi poteſt excuſari, præſumptum verò, qui, licèt ex aliquo actu, vel omiſsione arguatur, ſuadentibus coniecturis veroſimilibus, aliqua rationabili cauſa poteſt excludi.

Verſ. *Sextum & illud.*

Adde Gutier. *vbi proximè.*

Verſ. *Septimò erit conſiderandum.*

Sequitur Gregor. Lop. *in d. l. 29 gloſ. 1.* 51
Eſcobar *d. c. 5. n. 8.* Gutier. *n. 44. 45.* Menoch. *d. præſ. 164. nu. 9.* Padilla *vbi proximè*, Farin. *n. 156. verſ. Et ex prima parte.*

Verſ. *Octauò deducitur.*

Tutor, cui legatum fuerit, quicquid dã- 52
natus ſit reſtituere ratione doli circa futuram adminiſtrationem, conueniri poterit pro eis, quæ ex dolo verò debuerit, quanuis locupletior ex eo factus non reperiatur, Gutier. *nu. 46.* Menoch. *d. præſ. 146 num. 5* Eſcobar *d. cap. 5 num. 15.* dolus enim futurus, nec directè, nec indirectè remitti poteſt, quod abſque diſtinctione docent communiter DD. vt pluribus laudatis, probat Farinac. *n. 172.*



Ibi: *Receptum tamen eſt.*

53 Hoc ideo quia dolus non præſumitur, *cap. penult. de crimin. falſ. l. dolum 6. C. de dolo*, Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 12. num. 2.* Surd. *de aliment. tit. 4. quæſt. 15. nu. 51.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 180. n. 16.*

Verſ. *Vltimò omittendum non eſt.*

54 Tutor, cui teſtamento relictum eſt omne illud, in quo ob futuram adminiſtrationem fuerit damnatus, non tenetur eo quod non confecerit inuentarium, quia dolus præſumptus futurus ita remiſſus cenſetur, Gutier. *num. 47.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 208 num 25.* vbi de tutore à reddendis rationibus liberato, cui non imputatur omiſsio conficiendi inuentarij.

Ibi: *Cum alioqui contra tutorem.*

55 Varijs pœnis afficitur tutor, qui omiſerit inuentarij confectionem, de quibus Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 1 num. 18. cum ſeqq.* Baeça *ſup. d. cap. 2. ex num. 57.* inter eas enumeratur, quod aduerſus eum in litem iuratur, Cancer. *num. 100.* Roland. *conſ. 49. num. 18. volum. 1.* Eſcobar *ſup. c. 9. num. 17.* Gutier. *num. 27.* Afflict. *deciſ. 207 num. 4.* Caualcan. *de tutor. num. 59.* Baeça *num. 53.* Plot. *de in lit. iurando, num. 194.* Ayora *de partitionib. part. 1. cap 2. n. 17.* Farinac. *in fragment. lit. I. n. 1095.* Seraphin. *ſup. priuileg. 31. num. 52.* Tuſch. *lit. I. conc. 538 n. 28.*

56 Similiter in litē iuratur, quando tutor librum rationum non exhibet, quo accepti ac dati fieri poſsit cōputatio, Menoch. *vbi proximè, n. 16.* Eſcobar *cap. 10. n. 1.* Maſcard. *ſup. conc. 531. num. 65.* Seraphin. *vbi proximè*, Farinac. *n. 1062.*

57 Quæ omnia ampliantur, vt etiã in parentibus liberorum ſuorum tutelam adminiſtrantibus procedant, Eſcobar *c. 9. à num. 12.* Phanuc. *de in lit. iur. part. 2. cap. 2. num. 40. verſ. Contra matrem*, Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 8. num. 46. cum alijs*, Tuſch. *vbi proximè, num. 33.*

Sed ſi inuentarium, liberue rationum ita confectus ſit, vt clarè non conſtet de 58
quantitate, aut qualitate eorū, quæ deſcripta in eo ſunt, in litem iuramentū defertur pro illis, quæ ſic dubia ſunt, Capitachen. *deciſ. 119. part. 2.* Gutier. *d. c. 1. n. 18.* Phanuc. *num. 30.* Menoch. *n. 19. 20.* Eſcobar. *cap. 9. num. 68 & cap. 10. num. 49* Hoc ipſum obſeruatur, ſi quid omiſſum fuerit in pupilli detrimentum, Maſcard. *vbi proximè, num. 67.* Tuſch. *lit. A. conc. 208. num. 17.* Greg. Lop. *in l. 6. gloſ. 3. tit. 11. part. 3.* vbi quod requiritur, vt dolo omiſſum ſit, ſed hic præſumitur, niſi rationabilis cauſa excuſet, ſicut in Inuētarij totius omiſsione, nam de toto ad partem argumentum ſumitur, *l. quæ de tota 75. ff. de rei vendic.*

Excuſatur verò tutor tam à iuramen- 59
to in litem, quam a cæteris pœnis, quas non conficiens repertorium ſuſtinere debet, quando ob iuſtam cauſam non confecit illud, *l. tutor, qui repertorium 8. ff. de adminiſtrat. tutor.* Farin. *vbi proximè, num. 1085.* Phanuc. *num. 40.* Gutier. *num. 34.* Eſcobar. *num 55. cum ſeqq.* Baeça *nu. 48.* Idem eſt, ſi per teſtatorē fieri prohibeatur, aut tutor ab onere conficiendi inuētarij per ipſum liberetur, Farinac. *num. 1092.* Eſcobar *n. 45.* Phanuc. *nu. 43.* Gutier *num. 35.* Tuſch. *lit. I. conc. 247. num. 50.* Alias cauſas, ex quibus tutor impunè inuentarium facere omittit, tradũt præfati DD. quas in vnum congeſsit Aug. Barboſ. *in collectan. ad l. fin. à n. 15. C. de in lit. iurando.*

Ibi: *Non tamen contra tutoris hæredem.*

Præfatum iuramentum in litem non 60
defertur cōtrà tutoris hæredes, niſi cum illo lis fuiſſet conteſtata, Cancer. *d. part. 1. c. 7. n. 102.* Greg. Lop. *ſup. gloſ. 8.* Gutier. *n. 28.* Eſcobar *d. cap. 8. n. 27.*

Rurſus, mortuo eo, cuius bona à tutore 61
adminiſtrata ſunt, ceſſat iuſiurandum in litem, quod regulare eſt, quoniam hæredi damnum paſsi nunquam defertur, niſi veroſimile ſit, vt ſcientiam valoris rei, de qua agitur, habeat, alioqui periurijs via aperiretur, Eſcob. *vbi proximè à n. 32.* Menoch. *d. caſ. 208. n. 12. & caſ. 190. à n. 5.*

Ibi: *Vnde licèt controuerſum ſit.*

Ex dolo etiã vero defuncti in litem ad- 62
uer-

uerſus hæredem non iuratur, niſi lis cum anteceſſore fuerit conteſtata, Gutier. *vbi proximè*, Maſcard. *conc.* 471. *num.* 13. Phanuc. *ſup. d. part.* 2. *cap.* 4. *à num.* 13. Tuſch. *lit.* I. *conc.* 538. *n.* 36.

Ibi. *Ab omnibus tamen.*

63 Idem ob dolum præſumptum dicendũ eſt, Gutier. *ſup.* Vide inferiùs.

Num. 5.

64 Quæſtionis eſt, num propter dolum præſumptum poſsit aduerſus aliquem in litem iurari? & partem affirmatiuam cũ D. Couar. ſuſtinent Maſcard. *conc.* 934. *n.* 18. Farinac. cum alijs, *nu.* 1022. Phanuc. *d. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 5. *cum ſequentib.* Pet. Barboſ. *in l. ſi mora in prælud. n* 33. *ff. ſolut. matrimon.* Mancin. *de iurament. part.* 2. *art.* 8. *num.* 17. Setler *eodem tract. lib.* 5. *cap.* 6. *ex num.* 7.

Ibi: *Ob dolum præſumptũ in litem nõ iurari.*

65 Ita ſentiunt contra proximè laudatos Plot. *ſup.* §. 50. *n.* 25. *verſ. Decimoquinto limita, & n.* 30. *verſ. Et ita teneo,* Iaſ. *coſ.* 174. *n.* 26. *volum.* 2. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 123. *n* 13. Pro quarum ſententiarum cõcordia dici poterit, hoc iudicis arbitrio relinqui, qui ſecundum doli præſumptiones decernat, an in litem iurandum ſit, necne.

# AD CAPVT Decimumquintum.

## SVMMARIVM.

1 *DD. videndi laudantur.*
2 *Succeſſor vniuerſalis, vt hæres, vtrinque tenetur ſtare anteceſſoris locationi, vſque ad num.* 5.
6 *Fiſcus ſuccedens in bona eius, qui locauit, aut conduxit, ſtare contractui compellitur.*
7 *Penſiones anticipatè ſolutas tam fiſcus, quã alij ſucceſſores debent approbare.*
8 *Quibus caſibus vniuerſalis ſucceſſor ſtare locationi non cogitur, ad n.* 13.
14 *Succeſſor ſingularis locationi ſtare nõ obligatum.*
15 *Quid de maioratus ſucceſſore, n.* 16.
17 *Dominus proprietatis locationi vſufructuarij ſtare non cogitur.*
18 *Quid de locante vſumfructum rei ſuæ.*
19 *Quid de fideicommiſſario.*
20 *Quid de domino directo quoad feudatariũ, vel emphyteutam.*
21 *Limitantur dicta ex n* 15.
22 *Limitatur concluſio tradita ſup. num.* 14. *vſque ad n.* 35.
36 *L. ſi mercedem, §. vlt. ff. de action. empt. intelligitur, & n.* 37. 38.
39 *Donatur quando de euictione teneatur, & num.* 40.
41 *Cõductor ad lõgum tẽpus eijci à ſingulari ſucceſſore non poteſt.*
42 *Qui conducit cum hypotheca ad implementum contractus expelli à ſucceſſore ſingulari nequit, de quo ad n.* 47.
48 *Conducens rem cum hypotheca poteſt eam retinere ad implementum contractus.*
49 *Colonus cum hypotheca an poſsit eijci à ſingulari ſucceſsore, ſi ei totale intereſſe perſoluatur? & n.* 50.
51 *Quid ſi locatio fuerit iuramento roborata, ad num.* 55.
56 *Pactum de non aliendndo cũ hypotheca an impediat dominij translationẽ, ad n.* 59.
60 *Inquilinus ex quibus cauſis eijci à locatore ante finitum tempus locationis poſsit.*
61 *Dominus poteſt expellere inquilinum, non finita locatione, ſi domo proprijs vſibus egeat, ad n.* 80.
81 *Mulier, ſoluto matrimonio, vtrum ſtare locationi à marito factæ teneatur? ad num.* 94.
90 *Minor adimplere debet locationem à tutore factam, & n.* 91.
95 *Maritus an expellere colonum poſsit à prædio dotali per mulierem locato, & num.* 96. 97.
98 *Prælatus, Beneficiarius, Rector Eccleſiæ, & ſimiles, quando cogantur locationem anteceſſorum explere, vſque ad fin. cap.*

### Succeſſor vniuerſalis, vel ſingularis an poſsit à locatione anteceſſoris ante expletũ tempus reſilire?

1 De



1 De materia huius capitis fusè diſſerũt Vicent. Caroc. *in tract. locat. & conduct. rubric. de ſucceſſor. per tot.* Marescot. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 18. Gregor. Lop. *in l.* 19. *tit.* 8. *part.* 5. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 5. *tit.* 10. Pet. Barboſ. *in l. ſi filiofam. §. vlt. ff. ſolut. matrimon.* Merlin. *de legitima lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 22. *& de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 172. Pat. Molin *de iuſt. & iur. tract.* 2. *diſp.* 490. Scaccia *de ſucceſſor. ſingulari reg.* 1. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad l. emptorem, C. de locat.* Statil. Pacific. *de Saluian. interdict. inſpect.* 4. *cap.* 1. Ant. Gom. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 3. *à num.* 7. Gutier. *Canonicar. quæstion. lib.* 2. *cap.* 8. Cancer *variar. reſolut. part.* 1. *c.* 14. *ex num* 30. Card. Lug. *de iuſt. tom.* 2. *diſp.* 29. *de locat. ſect.* 1. *à n.* 16.

2 Succeſſor vniuerſalis, qualis eſt hæres nequit à contractu locationes per anteceſſorem celebrato recedere, *l. ſi in lege* 27. *§ fin. ff. locat. l. ſi ei, cui* 17. *ff. de liberat. legat. §. vlt. inſt. de locat. & conduct.* Caroc. *quæſt.* 7. *à princip.* Ant. Gom. *num.* 7. Cancer. *num.* 31. Mãtic. *ſup. tit.* 9. *num.* 2. Pat. Molin. *diſp.* 489. *num.* 4. Morla *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 10. *quæſt.* 2. *nu.* 2. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 26. *gloſ.* 3. *num.* 30. Gregor. Lop. *in l.* 2. *gloſ.* 4. *tit.* 8. *part.* 5. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 247. *num.* 45. Gutier. *num.* 51. Roderic. Suar. *in l. poſt rem iudicatam, amplia.* 10. *num.* 46. *ff. de re iudicat.* Franc. Marc *deciſ.* 627. *num.* 7. *part.* 1. Pichard. *in d. §. vlt. num.* 1. *inſt. de locat.* Quod verum eſt tam ex parte locatoris, quam conductoris, *d. l.* 2. *tit.* 8. *part.* 5. vbi Gregor. Lop. *gloſ.* 3. Pat. Mol. *ſup.* Card. Lug. *num.* 16. & generalis regula conſtituenda eſt, vt quoties locatoris ſucceſſorem ad locationis implementum teneri dixerimus, idem de eo, qui conductori ſucceſſerit, intelligendum ſit, & è contra, quia cum correlatiui ſint, non debẽt ad imparia iudicari, argument. *l.* 1. *C. de expreſsis ex Luco, &c. lib.* 11. notatur per Marescot *num.* 15. 16. Aug. Barboſ. *num.* 5. Merlin. *d. quæſt.* 172. *num.* 3. *cum ſeqq.* Ant. Gom. *num.* 9. Pacific. *num.* 12. Surd. *deciſ.* 52. *num.* 9. 10. Gregor. Lop. *in l.* 19. *gloſ.* 2. *tit.* 8. *part.* 5. Cancer. *vbi proximè,* & eſt textus *in l. qui fundum* 35. *ff. locat.* erit tamen limitandum, quando diuerſa militat ratio, veluti ſi cauſa vel locus pius ſuccedat, qui ex priuilegio ſtare non cogitur locationi, quamuis alter contrahens ab eadem recedere non permittatur, niſi ex parte piæ cauſæ cõſenſus præſtetur, vt obſeruat Caroc. *ſup. quæſt.* 20. alios referens. Vel niſi cedatur actio emptori, Pat. Molin. *d. diſp.* 490. *n.* 1.

Ratio principalis ſupra traditæ cõcluſionis eſt, quia talis ſucceſſor vna eademque perſona cum defuncto ad iuris effectus exiſtimatur, authent. *de iureiur. à morient. præſtit. in princip. collat.* 5. Ideoque actio locati, quæ perſonalis eſt, quemadmodum, & cæteræ huiuſcemodi, in illũ transfertur, *l. hæres* 37. *ff. de acquir. hæred. l.* 2. *C. de hæreditarijs actionibus,* & ipſum ſequitur. Ita Gutier. *ſup.* Ant. Gom. *num* 9. *& d. lib.* 2. *cap.* 11. *ex num.* 12. Dueñas, *reg.* 240. *limit.* 1. Card. Lug. *ſup. & alij.* 3

Eadem concluſio procedit ſiue locatio ſit temporalis, ſiue perpetua, *l. viam veritatis* 10. *C. de locat.* Caroc. *d. quæſt.* 7. *num.* 4. & tam in hærede extraneo, quàm ſuo Bald. *in cap. literæ de dilationib.* Magon. *Lucenſ. deciſ.* 31. *n.* 5. Caroc. *n.* 14. 4

Præterea locum habet in locatione operarum cohærentium perſonæ locatoris propter artis peritiam, nam eius hæres compelletur opus per alium æquè idoneum perficere, quod nec conductor poterit recuſare, maximè ſi aliquid locator operis faciendi gratia impendit. Sic ſentiunt Anton. Gom. *d. c.* 3. *n.* 7. Molin. *ſup.* Greg. Lop. *in l.* 9. *tit.* 8. *part.* 5. vbi textus. Quicquid teneat poſt alios Caroc. *n.* 25. qui debet intelligi, cum operæ per alium pari induſtria exhiberi non valent, quod & præfati DD. non inficiantur. 5

Fiſcus quoque in vniuerſitatem bonorum ſuccedens ſub eadem regula cõprehenditur, cui colonum expellere non licet, Caroc. *q.* 4. *n.* 2. Amat. *variarum lib.* 1. *reſolut.* 29. *n.* 7. Ant. Gom. *n.* 10. Mantic. *d. tit.* 9. *n.* 5. 6. Didac. de Britto *in rubric. de locat. & conduct. part.* 2. *§.* 5. *num.* 1. Card. Lug. *n.* 18. Imo ſi penſiones anticipatè pro futuris annis ſolutæ ſint locatori, nocebit fiſco, ne eas à cõductore poſsit exigere, niſi in fraudem ſolutio facta ſit, Amat. *vbi ſup.* Caroc. *q.* 25. *n.* 50. Bois. in *prax. tit. Debitores an ſoluere delinquenti, &c. n.* 7. 8. Sed omnia hæc admittẽda nõ ſunt, quando poſt cõmiſſum delictum, ex quo ſtatim reus bonorũ dominio, & adminiſtratione priuatur, vt in crimine hæreſis, locatio facta eſt, cui ſtare Fiſcus non aſtringitur, Anton. Gom. *vbi proximè,* 6

 verſ.

uerſus hæredem non iuratur, niſi lis cum anteceſſore fuerit conteſtata, Gutier. *vbi proximè*, Maſcard. *conc.* 471. *num.* 13. Phanuc. *ſup. d. part.* 2. *cap.* 4. *á num.* 13. Tuſch. *lit. I. conc.* 538. *n.* 36.

Ibi. *Ab omnibus tamen.*

63 Idem ob dolum præſumptum dicendũ eſt, Gutier. *ſup.* Vide inferiùs.

Num. 5.

64 Quæſtionis eſt, num propter dolum præſumptum poſsit aduerſus aliquem in litem iurari? & partem affirmatiuam cũ D. Couar. ſuſtinent Maſcard. *conc.* 934. *n.* 18. Farinac. cum alijs, *nu.* 1022. Phanuc. *d. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 5. *cum ſequentib.* Pet. Barbos. *in l. ſi mora in prælud. n.* 33. *ff. ſolut. matrimon.* Mancin. *de iurament. part.* 2. *art.* 8. *num.* 17. Setler *eodem tract. lib.* 5. *cap.* 6. *ex num.* 7.

Ibi: *Ob dolum præſumptũ in litem nõ iurari.*

65 Ita ſentiunt contra proximè laudatos Plot. *ſup.* §. 50. *n.* 25. *verſ. Decimoquinto limita, & n.* 30. *verſ. Et ita teneo,* Iaſ. *coſ.* 174. *n.* 26. *volum.* 2. Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 123. *n.* 13. Pro quarum ſententiarum cõcordia dici poterit, hoc iudicis arbitrio relinqui, qui ſecundum doli præſumptiones decernat, an in litem iurandum ſit, necne.

# AD CAPVT Decimumquintum.

## SVMMARIVM.

1 *DD. videndi laudantur.*
2 *Succeſſor vniuerſalis, vt hæres, vtrinque tenetur ſtare anteceſſoris locationi, vſque ad num.* 5.
6 *Fiſcus ſuccedens in bona eius, qui locauit, aut conduxit, ſtare contractui compellitur.*
7 *Penſiones anticipatè ſolutas tam fiſcus, quã alij ſucceſſores debent approbare.*
8 *Quibus caſibus vniuerſalis ſucceſſor ſtare locationi non cogitur, ad n.* 13.
14 *Succeſſor ſingularis locationi ſtare nõ obligatum.*
15 *Quid de maioratus ſucceſſore, n.* 16.
17 *Dominus proprietatis locationi vſufructuarij ſtare non cogitur.*
18 *Quid de locante vſumfructum rei ſuæ.*
19 *Quid de fideicommiſſario.*
20 *Quid de domino directo quoad feudatariũ, vel emphyteutam.*
21 *Limitantur dicta ex n* 15.
22 *Limitatur concluſio tradita ſup. num.* 14. *vſque ad n.* 35.
36 *L. ſi mercedem, §. vlt. ff. de action. empt. intelligitur, & n.* 37. 38.
39 *Donatur quando de euictione teneatur, & num.* 40.
41 *Cõductor ad lõgum tẽpus eijci à ſingulari ſucceſſore non poteſt.*
42 *Qui conducit cum hypotheca ad implementum contractus expelli à ſucceſſore ſingulari nequit, de quo ad n.* 47.
48 *Conducens rem cum hypotheca poteſt eam retinere ad implementum contractus.*
49 *Colonus cum hypotheca an poſsit eijci à ſingulari ſucceſsore, ſi ei totale intereſſe perſoluatur? & n.* 50.
51 *Quid ſi locatio fuerit iuramento roborata, ad num.* 55.
56 *Pactum de non aliendndo cũ hypotheca an impediat dominij translationẽ, ad n.* 59.
60 *Inquilinus ex quibus cauſis eijci à locatore ante finitum tempus locationis poſsit.*
61 *Dominus poteſt expellere inquilinum, non finita locatione, ſi domo proprijs vſibus egeat, ad n.* 80.
81 *Mulier, ſoluto matrimonio, vtrum ſtare locationi à marito factæ teneatur? ad num.* 94.
90 *Minor adimplere debet locationem à tutore factam, & n.* 91.
95 *Maritus an expellere colonum poſsit à prædio dotali per mulierem locato, & num.* 96. 97.
98 *Prælatus, Beneficiarius, Rector Eccleſiæ, & ſimiles, quando cogantur locationem anteceſſorum explere, vſque ad fin. cap.*

### Succeſſor vniuerſalis, vel ſingularis an poſsit à locatione anteceſſoris ante expletũ tempus reſilire?

1 De



1 De materia huius capitis fusè diſſerũt Vicent. Caroc. *in tract. locat. & conduct. rubric. de ſucceſſor. per tot.* Marescot. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 18. Gregor. Lop. *in l.* 19. *tit.* 8. *part.* 5. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 10. Pet. Barbos. *in l. ſi filiofam. §. vlt. ff. ſolut. matrimon.* Merlin. *de legitima lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 22. *& de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 172. Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *diſp.* 490. Scaccia *de ſucceſſor. ſingulari reg.* 1. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad l. emptorem, C. de locat.* Statil. Pacific. *de Saluian. interdict. inſpect.* 4. *cap.* 1. Ant. Gom. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 3. *á num.* 7. Gutier. *Canonicar. quæſtion. lib.* 2. *cap.* 8. Cancer. *variar. reſolut. part.* 1. *c.* 14. *ex num.* 30. Card. Lug. *de iuſt. tom.* 2. *diſp.* 29. *de locat. ſect.* 1. *à n.* 16.

2 Succeſſor vniuerſalis, qualis eſt hæres nequit à contractu locationes per anteceſſorem celebrato recedere, *l. ſi in lege* 27. *§. fin. ff. locat. l. ſi ei, cui* 17. *ff. de liberat. legat. §. vlt. inſt. de locat. & conduct.* Caroc. *quæſt.* 7. *à princip.* Ant. Gom. *num.* 7. Cancer. *num.* 31. Mãtic. *ſup. tit.* 9. *num.* 2. Pat. Molin. *diſp.* 489. *num.* 4. Morla *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 10. *quæſt.* 2. *nu.* 2. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 26. *gloſ.* 3. *num.* 30. Gregor. Lop. *in l.* 2. *gloſ.* 4. *tit.* 8. *part.* 5. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 247. *num.* 45. Gutier. *num.* 51. Roderic. Suar. *in l. poſt rem iudicatam, amplia.* 10. *num.* 46. *ff. de re iudicat.* Franc. Marc. *deciſ.* 627. *num.* 7. *part.* 1. Pichard. *in d. §. vlt. num.* 1. *inſt. de locat.* Quod verum eſt tam ex parte locatoris, quam conductoris, *d. l.* 2. *tit.* 8. *part.* 5. vbi Gregor. Lop. *gloſ.* 3. Pat. Mol. *ſup.* Card. Lug. *num.* 16. & generalis regula conſtituenda eſt, vt quoties locatoris ſucceſſorem ad locationis implementum teneri, diximus, idem de eo, qui conductori ſucceſſerit, intelligendum ſit, & è contra, quia cum correlatiui ſint, non debẽt ad imparia iudicari, argument. *l.* 1. *C. de expreſsis ex luco, &c. lib.* 11. notatur per Marescot. *num.* 15. 16. Aug. Barbos. *num.* 5. Merlin. *d. quæſt.* 172. *num.* 3. *cum ſeqq.* Ant. Gom. *num.* 9. Pacific. *num.* 12. Surd. *deciſ.* 52. *num.* 9. 10. Gregor. Lop. *in l.* 19. *gloſ.* 2. *tit.* 8. *part.* 5. Cancer. *vbi proximè,* & eſt textus *in l. qui fundum* 35. *ff. locat.* erit tamen limitandum, quando diuerſa militat ratio, veluti ſi cauſa vel locus pios ſuccedat, qui ex priuilegio ſtare non cogitur locationi, quamuis alter contrahens ab eadem recedere non permittatur, niſi ex parte piæ cauſæ cõſenſus præſtetur, vt obſeruat Caroc. *ſup. quæſt.* 20. alios referens. Vel niſi cedatur actio emptori, Pat. Molin. *d. diſp.* 490. *n.* 1.

Ratio principalis ſupra traditæ cõcluſionis eſt, quia talis ſucceſſor vna eademque perſona cum defuncto ad iuris effectus exiſtimatur, authent. *de iureiur. à moriente præſtit. in princip. collat.* 5. Ideoque actio locati, quæ perſonalis eſt, quemadmodum, & cæteræ huiuſcemodi, in illũ transfertur, *l. hæres* 37. *ff. de acquir. hæred. l.* 2. *C. de hæreditarijs actionibus,* & ipſum ſequitur. Ita Gutier. *ſup.* Ant. Gom. *num* 9. *& d. lib.* 2. *cap.* 11. *ex num.* 12. Dueñas, *reg.* 240. *limit.* 1. Card. Lug. *ſup. & alij.* 3

Eadem concluſio procedit ſiue locatio ſit temporalis, ſiue perpetua, *l. viam veritatis* 10. *C. de locat.* Caroc. *d. quæſt.* 7. *num.* 4. & tam in hærede extraneo, quàm ſuo Bald. *in cap. literæ de dilationib.* Magon. *Lucenſ. deciſ.* 11. *n.* 5. Caroc. *n.* 14. 4

Præterea locum habet in locatione operarum cohærentium perſonæ locatoris propter artis peritiam, nam eius hæres compelletur opus per alium æquè idoneum perficere, quod nec conductor poterit recuſare, maximè ſi aliquid locator operis faciendi gratia impendit. Sic ſentiunt Anton. Gom. *d. c.* 3. *n.* 7. Molin. *ſup.* Greg. Lop. *in l.* 9. *tit.* 8. *part.* 5. vbi textus. Quicquid teneat poſt alios Caroc. *n.* 25. qui debet intelligi, cum operæ per alium pari induſtria exhiberi non valent, quod & præfati DD. non inficiantur. 5

Fiſcus quoque in vniuerſitatem bonorum ſuccedens ſub eadem regula cõprehenditur, cui colonum expellere non licet, Caroc. *q.* 4. *n.* 2. Amat. *variarum lib.* 1. *reſolut.* 29. *n.* 7. Ant. Gom. *n.* 10. Mantic. *d. tit.* 9. *n.* 5. 6. Didac. de Britto *in rubric. de locat. & conduct. part.* 2. *§.* 5. *num.* 1. Card. Lug. *n.* 18. Imo ſi penſiones anticipatè pro futuris annis ſolutæ ſint locatori, nocebit fiſco, ne eas à cõductore poſsit exigere, niſi in fraudem ſolutio facta ſit, Amat. *vbi ſup.* Caroc. *q.* 25. *n.* 50. Bois. *in prax. tit. Debitores an ſoluere delinquenti, &c. n.* 7. 8. Sed omnia hæc admittẽda nõ ſunt, quando poſt cõmiſſum delictum, ex quo ſtatim reus bonorũ dominio, & adminiſtratione priuatur, vt in crimine hæreſis, locatio facta eſt, cui ſtare Fiſcus non aſtringitur, Anton. Gom. *vbi proxime,* 6

*verſ. Quod ego noniter*, ſequit. Pat. Molin. *diſp.* 491. *num.* 1. Pet. Barboſ. *num.* 6. Cardin. Lug *ſup.*

7 Illud autem quod de ſolutionibus anticipatis aſſeruimus in fiſco, hæredi, ceſſionario, vel alijs à locatore poſt contractum cauſam habentibus commune eſt, qui nedum locationi ſtare debent, ſed etiam anticipatè ſolutum approbare, vt obſeruat Amat. *vbi proximè.*

8 Per contrarium præfata concluſio plures recipit limitationes, quarum vtilitate, ac frequentia potiores recenſebimus. Et primo limitatur in locatione facta ad beneplacitum, aut donec voluerit contrahens, quo defuncto, obligatio in futurum penitus extinguitur, hæreſque in contractu perſeuerare nullo modo compellitur, Caroc. *d. quæſt.* 7. *num.* 15. Pat. Molin. *d. diſp.* 489. *num.* 4. Valaſc. *conſultat.* 67. *num.* 3. Cardin. Tuſch. *practicar. concluſ. lit. L. conc.* 413. qui aliud iuris eſſe aſſeuerat, ſi dictum fuerit: *Donec reuocauerit.* Nam locatio non extinguitur, hæres tamen poterit à locatione diſcedere, quemadmodum defunctus poterat; Pat. Molin. *ſup.* qui obligationem cum ſua qualitate tranſmiſit, quæ ex perſona ſucceſſoris immutari non ſolet, *l. 2. §. ex his, ff. de verbor. oblig.* Menoch. *conſ.* 444. *num.* 50. Quo caſu locus non erit regulæ, de qua *ſup. num. 2. ad fin.* quoniam etſi ſucceſſor eius, in cuius gratiam pactum hoc eſt adiectum, non teneatur ſtare locationi, alter contrahens, illo inuito, reſilire prohibetur, quod efficit voluntas contrahentium, à qua contractus legem accipiunt, *l. contractus 23. ff. de reg. iur.*

9 Secundo, & conſequenter ad præmiſſa, limitatur concluſio præcedens in eleganti ſpecie de quo Iuriſconſultus agit in *l. ſicut emptio 25. §. 1. ff. locat.* vbi venditore decedēte, ſucceſſor eius à locatione non prohibetur recedere, quamuis hoc emptori nō liceat, ſi pretiū ſoluat, quod prouenit ex natura conuentionis.

10 Tertio, limitatur, ſi hæreditas conductoris vacauerit, quoniam qui locauit, eiuſve ſucceſſor rem alijs poterit locare, tametſi in ipſius poteſtate ſit, id omittere, ſinereque, vt penſiones currant, quas ex bonis defuncti percipiet *l. ſi vno 17. §. fin. ff. locat.* Capyc. *deciſ.* 89. *in fine*, Caroc. *num.* 18.

11 Quarto, limitatur, ſi locationi admiſceatur ſocietas, veluti ſi quis conduxerit prædium in quinquennium, & ex conſenſu locatoris alterum ſibi ſocium aſſumpſerit, iſque ſe in ſolidum obliget, & ante finitam locationem obeat, quia hæres ipſius non manet aſtrictus, cum ſocietas, cui locatio fuerat annexa, morte finiatur, nec tranſeat ad ſucceſſores, *l. actione 66. § Morte, ff. pro ſocio.* Ita Oſaſch. *Pedemont. deciſ.* 76. Caroc. *num.* 23. *qui n.* 24. extendit etiamſi mentio hæredis facta ſit, excepta conductione vectigalium, in qua aliter obſeruatur, *l. verum 64. §. in hæredem, ff. pro ſocio*, vbi notat Bartolus, Ruin. *conſ. 90. n. 8. vol.* 1.

12 Quinto, limitatur in conductore gabellarum, ac vectigalium, cuius hæres non admittitur ad proſequendam locationem, ſi minus idoneus videatur, Bart. *in l. adeo, ff. pro ſocio*, Bald. *in rubric. C. eod.* Caroc. *ſup. n.* 28. quanquam ipſe à locatione reſilire non valeat, atque ita fallit regula poſita, *ſup. n.* 2.

13 Limitatur ſexto, ſi hæres adeat hæreditatem cum beneficio inuentarij, quia locationi ſtare non cogitur, Caroc. *num.* 17. Quod mihi intelligendum videtur, quando ex hoc proprio patrimonio periculum immineret, quod duntaxat per confectionem inuentarij conſequitur: non verò liberationem à contractibus, & actionibus, quibus defunctus tenebatur, quatenus ſit in hæreditate, *l. fin. §. Etſi præfatam, C. de iur. deliberandi, §. Sed noſtra, inſt. de hæred. qualitate.*

Num. 1.

14 Succeſſor ſingularis, vt emptor, & alij huiuſcemodi authoris ſui locationi ſtare non tenentur, ſed expellere poſſunt conductorem, Mareſcot. *ſup. num.* 1. Caroc. *d. quæſt. 25. num. 4. cum ſeqq.* Gregor. Lop. *in l. 19. gloſ. 1. tit. 8. part* 5. Merlin. *d. quæſt.* 172. *in princip.* Gutier. *d. cap.* 8. *num.* 5. Auguſt. Barboſ. *ſup. num.* 1. 2. vbi innumeros laudat, Tuſch. *lit. L. conc.* 418. *num.* 1. *cum alijs*, Vela *diſſertat. tom* 1. *diſſertat.* 20. *num.* 7. Pichard. *in d. §. fin. num.* 16. *inſt. de locat.* Pet. Barboſ. *ſup. d. §. fin. in princip.* Surd. *deciſ.* 172. *num.* 1. Caſtill. *de vſufruct. cap.* 73. *num.* 2. Moria *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 4. Cancer. *num.* 31. D. Larrea *allegat. fiſc.* 44. *num.* 1. 2. vbi rationem reddit, nam ſucceſſor ſingularis nanciſcitur dominium, atque ita ius in re,



re, quare præfertur conductori, qui ſolum perſonali actione munitur, & hæc non ſequitur rei poſſeſſorem, *l. fin. ff. de contr. empt.* quod etiam tradit Moria, *ſup.* P. Molin. *d. diſp.* 490. *num.* 1. Pet. Barboſ. *num.* 3. vbi alios refert. Quod itidem in ſucceſſore ex cauſa lucratiua procedit, vt legatario, & donatario, *l. nihil proponitur 123. §. vlt. ff. de legat.* 1. Caroc. *ſup. q.* 9. & 22. Card. Lug *d. n.* 16.

15 Quæ ſanè reſolutio ampliatur, vt obtineat etiā in ſucceſſore maioratus, qui colonum, cui anteceſſor locauerat, expellere permittitur, Card. Lug. *nu.* 19. Molin *de primogēn. lib. 1. cap. 21. num.* 3. Caroc. *ſup. rubric. de poſſeſſor. maiorat. quæſt.* 1 *num.* 2. Ant. Gom. *in l. 40. Taur. num.* 84 Moria, *num* 16. Gutier. *Canonicar. lib.* 1. *cap.* 36. *num* 8 Pet. Barboſ *num.* 4. Greg. Lop. *in l. 2. gloſ. 4 tit. 8. part.* 5. P. Molin. *diſp.* 491. *num.* 2. Padilla *in l. vnum ex familia, §. fin num.* 12 *ff. de legat.* 2. Amat. *d. reſolut.* 29. *num.* 5. Quid in primo maioratus ſucceſſore; aut ſi hæres exiſtat ſucceſſor vltimo poſſeſſori? vide Moria à *n.* 21. vbi eos teneri reſoluit, diſputatione præmiſſa, & Gutier. *n.* 11.

16 Cuius reſolutiones plures aſſignantur rationes. Prima eſt, quod ille maioratus ſucceſſor non ſuccedit vltimo poſſeſſori, qui locauit, ſed fundatori, Moria *vbi proximè.* Seconda, quia reſoluto iure dātis, reſoluitur ius accipientis, *l. lex vectigali 31 ff de pignorib.* ius autem maioratus poſſeſſoris eius morte finitur, ac per conſequens conductoris, Molin. & Amat. *vbi proximè.* Tertia, nam poſſeſſor primogenij non obtinet plenum ius, & abſolutum in rebus eius, ſed ad vitam reſtrictum, vltrà quam de eis diſponere nō valet, Molin. *ibidem.* Vnde ſi anticipatè penſiones à conductore acceperit, non nocebit ſucceſſori, qui eas ab hæredibus locatoris repetet, vel à conductore iterū exiget, ſi in locatione permanere voluerit, aut fuerit propter conſenſum præſtitum, vel ex alia cauſa coactus, ſed ſi maluerit colonum eijcere, non obſtabit futurarum penſionum anticipata ſolutio, ad quas ſucceſſor nullo modo obligatur, Amat. poſt alios *vbi proximè.*

17 Simili modo dominus proprietatis nō compellitur ſtare colono, cui vſufructuarius ius ſuum locauerat, *l. ſi quis domum 9. §. 1. ff. locat.* Molin. *num.* 2. Amat. *vbi proximè*, Pat. Molin. *d. num.* 2 Tuſch. *ſup. num.* 32. Pet. Barboſ. *num.* 6. Mori. *d. quæſt.* 2. *num.* 12. Cancer. *num.* 48. Caſtill. *de vſufruct. cap.* 33. *num.* 17. Mantic. *d. lib.* 5. *tit.* 11. *num.* 1. Caroc. *rubric. de vſufructuario, quæſt.* 1. *num.* 7. qui duos caſus diſtinguit. Primus eſt, cum vſufructarius in locationem dat ius, quod habet (vt poteſt, *l. arboribus 13. §. vſufructarius, ff. de vſufruct.*) quo mortuo ante finitum locationis tempus, proprietarius expellere colonum nō prohibetur, de quo mox laudati DD. loquuntur. Imò etſi anticipatè penſiones vſufructuario fuerint ſolute, idem iuris eſt, nec domino proprietatis imputantur, licet in locatione perſeueret, Amat *ſup. num.* 5. 13. vbi ait, ab hæredibus locatoris eſſe reſtituendas, non tamen tenentur ad intereſſe pro reſiduo temporis, Caroc. *vbi proximè.* Si verò is, qui conduxit, deceſſerit, locatio non expirat, ſed ad hæredes tranſit, *l. ſi ſocrus 18. ff. de iur. dot.* facit, *l. neceſſariò 8. §. vlt. ff. de peric. & comm. rei vēdit.* Caroc. *quæſt.* 9. *num.* 8.

18 Secundus eſt caſus, quando proprietatis dominus locat vſumfructum rei ſuæ, qui ſi rebus humanis exemptus ſit, hæres eius à locatione diſcedere nequit, *l. ſi domina 10. C. de vſufruct.* Caroc. *d. quæſt.* 7. *num.* 21. At, moriente conductore, amplius locatio non perſiſtit, *d. l. ſi domina*, quæ ſecundum gloſſam vtrumque videtur probare, facit *d. l. neceſſario, §. fin.* Caroc. *ſup.*

19 Eadem concluſio ampliatur in fidei commiſſario, ſiue particulari, ſiue vniuerſali, quem nequaquam hæres locatione aſtringit, ſed die fideicommiſsi adueniente, expellere conductorem non prohibetur, Merlin. *de legitim lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 22. *num.* 12. Molin. *vbi proximè*, Gutier. *d. cap.* 8 *num.* 47. Surd. *de aliment. tit. vlt. quæſt* 42. *num.* 5. Ant. Gom. *d. cap.* 3. *num.* 8 *in fine.* Pat. Molin. *d. diſp.* 491. *num.* 2. & ita tenendum eſt, quia in hoc militant omnes rationes, quas in maioratus ſucceſſore interuenire diximus *ſup. num.* 16. licèt aliud placuerit Caroc. *d. rubric. de ſucceſſor. quæſt.* 10. Auguſt. Barboſ. *in collectan ad d. l. emptorem num.* 20. vbi alios refert, quorum fundamentum eſt, quia eſt ſucceſſor neceſſarius, qui ſecundum cōmunem DD. ſententiam ad locationem continuandam obligatur, idem Barboſ.

ex

ex pluribus *ibidem num.* 12. Gutier. *num.* 40. Mareſcot *num.* 4. Roland. *conſ.* 49. *n.* 6. *lib.* 2. Tuſch. *d. conc.* 418. *num.* 54 gloſ. *in l. diuortio, vèrb. Tertia portio ad medium, ff. ſolut. matrimon.* At reſponderi poteſt, eam regulam: vt neceſſarius ſucceſſor debeat ſtare locationi, veram non eſſe, vt apparet ex præmiſsis, ſiquidem in maioratu, & vſufructu ſucceſsio eſt neceſſaria, & tamen à locatione receditur, quo argumento eam opinionem impugnat Pet. Barboſ. *in d. § fin. à num.* 3. Paul. de Caſt. *ibidem num.* 3. Pēſiones etiam anticipatè ſolutæ fideicommiſſario non obſunt, ne colonum valeat eijcere, cui ſolùm ius aduerſum hæredem, qui locauerat, competit, Amat. poſt alios, *n.* 17.

20 Conſequenter dicendum eſt de feudatario, vel emphyteota, quorum locationem complere non cogitur dominus, ad quem res feudalis, aut emphyteutica deuoluitur, Merlin. *ſup. nu.* 11. Tuſch. *n.* 40. Bald. *in l. fin. § Sed quia noſtra, in fine, C. commun. delegat.* Surd. *ſup. num* 2. Amat. *num.* 5. Corbul. *de iur. emphyteutic. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampliat.* 37. Caroc. *rub. de iur. emphyteotic. quæſt.* 20. Pet. Barboſ. *num.* 11. De quibus ſimiliter dicendum eſt circa penſiones anticipatè ſolutas, Amat. *num.* 14. 20. Quid è contra vide *num.* 23.

21 Sed hæc omnia verè ac notabiliter veniunt limitanda, quoties huiuſmodi perſonis ſucceditur ex earum voluntate, vt renunciatione facta ante tempus, vel caſum, quo ſuccedēdum erat de iure, quoniam tunc præfatis ſucceſſoribus colonū eijcere non permittitur, donec venerit dies, qua ſucceſsio ex neceſsitate contingeret, quia hic ceſſant omnes rationes perpentæ *ſup. num.* 16. nec renuncians præiudicium inferre poteſt conductori, cui nihil imputandum eſt, ſi caſum inopinatum non diuinauit, *l. ſi putator* 31. *ff. ad leg. Aquil. l. ſi fideiuſſor* 29. *§. Si cum debitor ff. mandat* vt eſt iuris proprij remiſsio, quæ non præſumitur, *l. cum de indebito* 25. *ff. de probat.* Hanc limitationem latè probat Merlin. *ſup. num.* 14. Surd. *num.* 10. 13 Caroc. *de vſufruct. quæſt.* 5. *num.* 7. 8. vbi limitat in feudo, cuius renunciationem admittere dominus compellitur, *cap.* 1. *§ Rurſus, tit. quib. mod. feud. amittat. in vſib. feudor.* ne alioqui duplici onere grauetur, & admittere inuitum renūciationem, & locationi ſtare, quod prædixerat Bald. *in d. §. Rurſus*, ſed hæc in vniuerſali ſucceſſore vera ſunt, nam in particulari ſecùs dicendum videtur, cum donatarius particularis colonum valeat expellere, vt dixi *ſup. n.* 14. *in fin.*

22 Hæc pro ampliatione ad *dict. l. empto rem*, dicta ſufficiant, nunc de eiuſdem limitationibus agendum erit, & in primis limitatur in ſucceſſore ſingulari per ſententiam iudicis, qui à locatione anteceſſoris recedere non valet, Caroc. *ſup. rubric. de creditor. quæſt.* 7. *num.* 3. Amat. *num.* 8. Moria. *ſup.* Aug. Barboſ. *num.* 26. Mareſcot. *d. cap.* 18. *num.* 3. Gutier. *num.* 49. Cancer. *num.* 35. vbi bene declarat *ſub verſ. Quod iſta.* Ratio, quæ traditur eſt, nā intelligitur ius tertij reſeruatum, ne alias res inter alios acta noceret alijs contra regulam *l. ſæpè* 63. *ff. de re iudicat.* Sed penſiones anticipatè ſolutas admittere non tenetur in computum, Amat. *num* 8.

23 Secundò, limitatur in eo, qui non ſuccedit in plenum ius, quod locator habebat, vt creditor miſſus in poſſeſsionem ex Saluiano interdicto, qui non conſequitur, niſi ius percipiendi fructus ex re debitoris, *l. in venditione* 8. *§.* 1. *ff. de bon. author. iudic. poſsid.* Mareſcot. *num.* 2. Parlador. *rer. quotidianar. lib.* 2. *cap. vlt. part.* 4. *§.* 5. *num.* 13. Aug. Barb. *num.* 25. 27. Caroc. *d. quæſt.* 25. *num.* 13. Gutier. *num.* 48. 50. vbi de vſuario, Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 172. *num.* 8. Dueñas *reg.* 240. *limit.* 6. Tuſch. *num.* 53. Pet. Barboſ. *n.* 4. Morl. *n.* 9. Cardin. Mantic. *d. tit.* 10. *n.* 25. Secùs eſt in ſuccedente in vtile dominium, vt feudatario, & emphyteuta, qui colonum eijcere nō prohibentur, Card. Lug. *d. n.* 16.

24 Tertiò, ſi in alienatione dictum ſit, rem eſſe locatam, quoniam cenſetur ſucceſſor cum ea qualitate rem acquirere voluiſſe, Caroc. *num.* 24. Surd. *deciſ.* 225. *num.* 617. Cancer *d. cap.* 14. *num.* 43 Ceuall. *ſup. num.* 44. *cum ſeqq.* vbi teſtatur, ſic ipſum in lite, cui patrocinium ferebat, obtinuiſſe, Merlin. *vbi proximè, num.* 54. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 38 *num.* 16. Gratian. *ſup cap.* 37. *num.* 28. *cum ſeq.* & licet præfati DD. aſſerant ſufficere ad hoc, vt notitiam locationis emptor haberet vndecunque, poſſet dici, contrarium tenendū eſſe cum Petro Barboſ. *ſup. n.* 31.

Quartò, in Commendatarijs Ordinum





militarium, quorum ſucceſſores conductoribus anteceſſorum res locatas ante finitum locationis tempus auferre nequeunt. Ioan. And. *in cap. ad deliberandum de iudic.* Franc. Marc *deciſ.* 97. *part.* 2. quos refert, & ſequitur Caroc. *d. rubric. de ſucceſſor. q.* 21.

26 Quintò, in redimente rem locatam ex pacto retrouendendi, qui expellere colonum venditoris prohibetur, Caroc. *d. rubric. de ſucceſ. quæſt.* 12. *nu.* 2. Mareſcot. *à num.* 8. Cardin. Mantic *num.* 34. Rolād. *d. conſ* 49 *num.* 2. 3. *lib.* 2 Giurba *deciſ* 58. *num.* 8 Maſtrill. *deciſ.* 5. *num.* 7. Aug. Barboſ. *num* 24 Scapaccin. *ſup. limit.* 1. *num.* 1. 2. Tuſch. *d. conc.* 418. *num.* 78. Cancer. *num.* 49. Cuius concluſionis ratio eſſe poteſt, vt qui in vno grauatur: ſcilicet in retrouendendo coactè, in alio releuetur, ideſt, non teneatur ad intereſſe conductori, iniquum enim eſſet, locatorem duplici onere ex alieno facto prægrauari. Aliam rationem tradit Bald. *in l.* 1. *ad finem, C. de iur. fiſc. lib.* 10. nam redimens videtur tacitè conſenſiſſe locationi, quam prius redimendo potuit impedire. Quod ampliat Caroc. *num.* 3. ad pactum addictionis in diem, & legis commiſſoriæ poſt Guidon. Pap. *deciſ* 480. *n.* 5. Aliud tamen iuris eſſe in retractu iure ſanguinis, vel alio ex ſtatuto vult Merlin. *d. quæſt.* 22. *num* 13. & *d. quæſt.* 172. *num* 26. Negu1ant. *de pignorib. part.* 3. *memb.* 1. *num.* 44. Surd. *d. quæſt.* 42. *num.* 6 7. qui duo à Merlino laudantur, *d. num.* 13 Imò idem aduerſus communem in retractu conuentionali placet Pet. Barboſ. *num.* 10. in fine, cuius ſententia iure defendi poteſt.

27 Sextò, in conductore fiſci, qui à ſucceſſore ſingulari expelli nequit, quod inter fiſcalia priuilegia recenſetur, cum ita receptum ſit, ne fiſcus colono teneatur, *l. vlt ff. de iur. fiſc.* Gutier. *d. cap.* 8. *num.* 68. Tuſch. *num.* 49 Pet. Barboſ. *n.* 38 Greg. Lop. *in l.* 19. *gloſ* 5. *tit.* 8. *part.* 5 Peregrin. *de iur. fiſc lib* 6. *tit.* 4. *n.* 33. Ceuall. *n.* 71. Fachin. *controuerſiar. lib.* 11. *c.* 21. D. Larrea *allegat. fiſc.* 44 *n.* 3. Caroc. *d. rubric. de ſucceſſor. q.* 14. *n.* 3. Merl. *d. q.* 172. *n.* 21. Card. Lug. *num.* 17. *verſ. Quinto, excipitur.* Sed an ſucceſſor fiſci præciſe ſtare debeat locationi, vel ſatis ſit, quòd offerat colono inter eſſe? quæri poteſt, & ad ſolutionem intereſſe cogi dūtaxat poſſe, videtur verius, tum quoniam ceſſat ratio priuilegii, tum quoniam regulariter, quoties ſucceſſor ad continuandam locationem aſtringitur, præſtito intereſſe, liberatur, quod loco facti ſuccedit, Merlin. *vbi proximè, num.* 39. 50. Ita docet Pat. Molin. *d. diſp.* 490. *n* 9.

28 Illud verò valde controuerſum eſt, vtrum Eccleſia præfato gaudeat priuilegio, negat Gregor. Lop. *vbi proximè*, Pet. Barboſ. *num.* 40. 41. quam opinionem in puncto iuris veriorem agnoſcit, quamuis contrariam pietatis intuitu ſequatur Fachin. *d. cap.* 21. & hæc communiter in fauorem Eccleſiæ recepta eſt, cui ſubſcripſere Cardin. Tuſch. *num.* 65. Gutier. *à n.* 66. Ceuall. *d. q.* 756. *n.* 77. *cum ſeqq.* Dueñas *reg.* 240 *limit* 9 Cancer. *n.* 46.

29 De filio ſuccedente in legitimā diſputat Merlin. *d. quæſt.* 22. *per totam*, num cōpellatur ſtare locationi patris, & reſoluit non teneri, niſi quoad annum currentē, ſi iam fructus nati eſſent, vel conductor impenſas neceſſarias ad culturam feciſſet, ſequitur Scapuccin. *ſup. limit.* 4. 8. *verſ. Reſpectu verò legitimæ.* Sed contrarium ſuſtinet Caroc. *rubric. de filiofam. quæſt.* 4. & *rubric. de ſucceſſor. quæſt.* 15. Borgnin. *in repertor. ad ſuas deciſiones primas, verb. Electio, circa medium*, Roderic. Suar. *in l. quoniam in prioribus, ampliat.* 7. *num.* 11. *C. de inoffic. teſtament.* qui rationem optimam reddit, nam à legitima reijcitur omne grauamen legati, conditionis, aut cuiuſque alterius oneris in vltima diſpoſitione impoſiti, tamen filius etiam quoad legitimam ad debita patris, quæ eam afficiunt, obligatur, qualis eſt locatio.

30 De colono partiario etiam dubium eſt, nam quibuſdam placet, eum à ſucceſſore ſingulari expelli nequire; at veritas eſt, ſolùm pro eo anno currenti ad locationem continuandam ſucceſſorem teneri, Gregor. Lop. *vbi proximè*, Caroc. *d. quæſt.* 25. *num* 14. *cum ſeqq.* late Gutier. *d. cap* 8. *ex num.* 52. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 37. *nu.* 3. Surd. *deciſ* 52. *num.* 12. Pet. Barboſ. tamen contra tenet, *n.* 30.

31 Non paucis alijs limitationibus omiſſis, quas DD. in principio huius capitis laudati congerunt; animaduertendum erit, quod omnia ſupra tradita ſolent fallere, quoties in contractu fraus interuenit, veluti quando fundus locatus venditur, vt colonus eijciatur, quo caſu emp-

tor locationi ſtare cõſtringitur, vel è cõ-
tra ſi is, qui cum pacto retrouendendi
emerat, rem locaret in plures annos, cum
de proximo redimendam fore cognoſ-
ceret, tunc redimens cõductorem poſſet
expellere. Caroc. *d. rubric. de ſucceſſor. poſt
quæſt.* 12 *tit. de locatione in fraud.* Merlin.
*d. quæſt.* 172. *num.* 60. *cum ſeqq.* Amat. cum
pluribus, *ſup. lib.* 2. *reſolut.* 68. *n.* 6. Gutier.
*d. cap.* 8 *n.* 45 73 *in fine.*

32 Eſt quoque notandum, quòd licèt in
caſu *d. l. emptorem*, permiſſum ſit emptori
colonum propria authoritate expellere
ſecundùm gloſſam *ibi verb. Colono*, quam
communiter ſequuntur DD. Caroc. *d.
quæſt.* 25 *num.* 5. Tuſch. *num.* 42. Aug.
Barboſ. alios referens, *num.* 31. id tempe-
randum eſt, niſi colonus, vel inquilinus
de facto reſiſtat, nam tunc ad iudicem re-
currendum erit, vt vitetur ſcandalum,
Cancer. *d. cap.* 14. *num.* 37. Auguſt. Bar-
boſ. *num* 32.

Ibi: *Niſi habitatio à venditore excepta ſit.*

33 Quoties in alienatione conuenit, ne
colonus, vel inquilinus eijciatur, huic pá-
ctioni ſtandum erit, Gregor. Lop. *in d. l.*
19. *gloſ.* 6. *tit.* 8. *part.* 5 Pat. Molin. d. *diſp.*
490. *num.* 3. Surd. *deciſ.* 264. *num.* 7 Gu-
tier. *num.* 1. Ant. Gom. *d. cap.* 3. *num.* 9.
*verſ. Tertiò limita*, Tuſch. *d. conc.* 418. *num.*
2. Card. Lug. *num.* 17.

34 Idem iuris eſt, ſi locationem ſucceſſor
approbet tacitè, vel expreſsè, quia am-
plius pœnitere non licebit, Gregor. Lop.
*ſup. gloſ.* 5. *verſ. Adde alium caſum. vbi emp-
tor.* P. Molin. *num.* 4 Gutier. *à num.* 10.
Auguſt. Barboſ. *num.* 15 Molin. *de primo-
gen. lib.* 1. *cap.* 21 *num.* 6. vbi docet, maio-
ratus ſucceſſorem recipientem à condu-
ctore anteceſſoris penſionem vnius anni
non videri contractum comprobare quo
ad reliquos, ad quos locatio facta eſt,
Caſtill. *controuerſiar tom.* 5. *cap.* 161. *num.*
15. *verſ. Maioratus autem*, Rota *apud Lu-
douiſ. deciſ.* 90. *num.* 12. Card. Lug. *verſ. Se-
cundo excipitur.*

35 Similiter ſucceſſor maioratus, qui lo-
cationi, anteceſſore viuente, conſenſit,
nequibit poſt mortem eiuſdem colonũ,
vel inquilinum eijcere, Padilla *in l. vnum
ex familia. §. Si de falcidia, num.* 13. *ff. de le-
gat.* 2. Molin. *num.* 5. Gregor. Lop. *in l.* 2.
*gloſ. vltim. circa fin. tit.* 8 *part.* 2. Pat. Mo-
lin. *diſp.* 491. *n.* 2. Quod generaliter do-
cet Pet. Barb. *n.* 10.

Ibi: *Ex quo patet excepta à venditore.*

Dubia videtur reſolutio gloſſæ *in l. ſi* 36
*mercedẽ* 55 *§. vlt. ff. de actionib. empt.* qua-
tenus probat, habitatione inquilinis ex-
cepta in venditione, expelli non poſſe
gratis habitantes, quibus venditor de
euictione teneretur, quoniã per illud pa-
ctum ſibi voluit proſpicere. Hoc inquam
Iuris principijs parùm congruit, imò
emptor omnes indiſtinctè, qui penſionẽ
non ſoluerint, expellere non prohibetur,
nam vt gratis inhabitantes cenſerentur
excepti, expreſsim de eis mentio fieri
debuit, quod & ſentit Labeo, qui abſolu-
tè omnes gratis habitantes excludi, per-
mittit, nec diſtinguere nos oportet, cum
lex abſque diſtinctione loquatur, *l. de pre-
tio* 10. *cum vulgatis, ff. de Publician. in rem
act.* Quod manifeſtum fiet, ſi veram ra-
tionem, qua mouetur Conſultus exactè
inueſtigemus, non enim eſt illa, quam
gloſſa exiſtimat; nempe venditorem dũ-
taxat excepiſſe videri eorum habitatio-
nem, quos nõ expelli, ſua intererat prop-
ter euictionem, non autem eorum, qui-
bus expulſis, nullum ſibi damnum immi-
nebat, & ita ex defectu voluntatis ven-
dentis ſine mercede habitãtes, qui actio-
nem de euictione non habebant, excepti
non cenſentur.

Hæc itaq; ratio ſuſtinẽda nõ eſt, quo- 37
niam Labeonis ſententia procedit prop-
ter defectum conſenſus emptoris, cui in
eo textu conſulitur, ac fauetur, licet enim
venditor pactus ſit, ne habitatores inſula
vendita exire cogerentur, emptor ſolùm
ſe aſtrinxit ad ſtandum locationi, penſio-
ne recepta, & per pactionem illam iuri
ſuo expellendi inquilinos omnes ab in-
ſula (vt aliàs poterat, *d. l. emptorẽ, d. l.* 19.
*partitæ*) renunciauit, nec diuinare te-
nebatur aliquos eſſe, qui ex liberalitate
venditoris, aliauè cauſa gratuita habita-
tione fruebantur, cum hoc non præſu-
matur, *cap. ſuper hoc* 5. *de renunciatione, l.
cum de indebito* 25. *ff. de probat. l.* 6 *tit.* 14.
*part.* 3. & frequentiſsimum ſit, vt domus
ad habitandum locentur, qua exiſtima-
tione contractui conſenſit, cui forſan nõ
conſentiret, ſi diceretur palam habita-
tionem gratis eſſe præſtandam, aut ſal-
tim vilius ob pactum adeo oneroſum
compararet, argumento *l. fundi partem*
79 *ff. de cõtrah. emption.* Quæ cum ita ſint,
quid



quid ad rem, vt vẽditor de euictione poſ-
ſit conueniri ab habitatoribus necne?
qui etſi maximè vellet ſibi cõſulere, om-
neſque excipere, quibus eiectis, incom-
modum ſentiret, id niſi apertius in pacto
loqueretur, conſequi nõ valeret, ne emp
tor decipiatur.

38 Præterea hoc ipſum roboratur ex eo
quod pactum, quo habitatores in vendi-
tione excipiuntur, ambiguum eſt, cum
gratis & propenſione poſsit quis alienã
domum occupare, quod debet aduerſus
eum, qui potuit apertè loqui, interpre-
tari, ideſt venditorem, *l. veteribus* 40 *ff.
de pact. l. ſtipulatio* 38. *§. In ſtipulationibus,
l. quicquid* 99. *ff. de verbor obligat.* Me-
noch. *conſ.* 419. *num.* 18. 19. Cyriac. *con-
trouerſ.* 153. *à nu.* 12 vbi pluribus probat,
pactionem ambiguam ita eſſe intelligẽ-
dam, vt minus grauetur, qui ex ea obli-
gatur, ergo pactum illud: *Ne habitatores
expellantur.* Debet intelligi de eis, qui
nummis habitant duntaxat, atque ita cõ-
cludendum eſt in caſu, *d. l. ſi mercedem, §.
vlt.* emptorem non prohiberi omnes in-
quilinos expellere, qui penſionem ſibi
non ſoluerint, quod verius videtur, &
tenet Card. Lug. *num.* 17. P. Molin. *diſp.*
490. *num.* 7. quanuis magnopere me ra-
tio, & authoritas gloſſæ, D. Couar. & ſe-
qualium moueat, vt ait Celſus *in l. Labeo*
7. *§. vlt. ff. de ſupellect. legat.*

Ibi: *Agit autem de euictione donatarius.*

39 Quoties donatio incipit à promiſsio-
ne, ſi res donata euicta ſit, competit do-
natario aduerſum donatorem actio de
euictione, *gloſ. fin. in l. ad res donatas* 62. *ff.
de ædilit. edict.* Ant. Gom. *variar. lib.* 2 *cap.*
1. *num.* 35. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.*
3. *tit. de donat reſolut.* 2. *num.* 1. Boer. *deciſ.*
67 *in princip.* Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 20.
*n.* 25. Cancer. *ſup. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 20.
Fontanella *de pact. nuptialib. tom.* 2. *clauſ.*
5. *gloſ.* 8. *part.* 14. *num.* 34 Gratian. *diſcep-
tation. cap.* 657. *num.* 47 Tuſch. *lit. E conc.*
363. etſi aliqui diſſentiant, quos refert
Trentacinq. *ſup. verſ. Secunda opinio.* Sed
prior, quæ tenenda eſt, ſuas patitur limi-
tationes, de quibus per Hermoſilla *in l.*
32. *gloſ.* 1. *à n.* 67 *tit.* 5. *part.* 5. Sed præci-
puam concluſionem egregiè declarat P.
Molin. *tract.* 2. *diſp.* 252. *num.* 6. vt mini-
mè procedat, quando promittitur res
certa in ſpecie, vt talis fundus, vel ſeruus
Stichus, nam etſi donatio à traditione
non incipiat, ſed à promiſsione adhuc
donator de euictione non tenebitur, niſi
appareat, eam fuiſſe voluntatem eiuſdẽ,
vt vellet aliam rem ſimilem, aut eius va-
lorem præſtare, ſi tradita euinceretur,
forſitan enim ſi ſciuiſſet rem alienã eſſe,
non donaſſet, vt de legato differens in-
quit Iuſtinianus *in § Non ſolùm, inſt. de le-
gat.* At ſi donetur aliquid in genere dona-
tor non ſatisfacit tradendo rem alienam,
quando donatio incipit à promiſsione,
quare de euictione tenetur. Quæ ſanè di-
ſtinctio vera eſt, & notatu digniſsima.

Cùm verò donatio originem habet à 40
traditione, ſi res euincatur, nullum dona-
tario ſupereſt auxilium, gloſſa nuper al-
legata, P. Molin. Anton. Gom. Boer. *vbi
proximè*, Trentacinq. *num.* 6. Cald. Perei-
ra *de emption. c.* 32. *num.* 41. Cancer. *num.*
9. Fontanell. *num.* 36. Hermoſ. *num.* 71.
vbi limitat, Menoch. *conſ* 422. *num.* 112.
quæ debent limitari in remuneratoria
donatione, Menoch *vbi ſup. num.* 119.
Riminald. Iun. *in §.* 1. *n.* 169. *inſt. de donat.*

Num. 2.

Singularis ſucceſſor expellere non va- 41
let colonum, vel inquilinum, qui ad lon-
gum tempus, ideſt, ad decennium ſaltim
ab anteceſſore conduxerat, quoniam ius
in re acquirit, Scapuccin *ſup d reg.* 1. *am-
pliat.* 9. Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 3.
*gloſ.* 14. *num.* 82. Pet. Barboſ. *in d. §. fin. n.*
37. *in fine*, Cald. Pereir. *de extinction. em-
phyteoſ. cap.* 1. *num.* 24. Caroc. *d. rubric. de
ſucceſſor. quæſt.* 11. Anton. Gom. *d. cap.* 3. *n.*
9 Dueñas *reg.* 240 *limit.* 2. Merlin. *de pig-
norib. lib.* 4. *quæſt.* 172. *num.* 57. Padill. *in
l. voluntas, num.* 19. *C. de fideicommiſ.* Gu-
tier. *d. cap.* 8. *à num.* 21. Gratian. *deciſ.* 99.
*num.* 2. P. Molin. *diſp.* 490. *num.* 2. D. Lar-
rea *allegat. fiſc.* 44. *num.* 6. Tuſch. *d. conc.*
418. *num.* 17. Cancer. *num.* 40. Gregor.
Lop. *in l.* 19 *gloſ.* 7. *tit.* 8 *part.* 5. Qui tamẽ
ſentit, de iure Regio propter prædictam
legem, quæ ſolùm meminit locationis
ad vitam, poſſe colonum expelli, quanuis
ad decennium, vel longius tempus con-
duxiſſet, quem ſequuti ſunt Villalob. *in
antinom. iur. lit. E. num.* 2. *& in ærario com-
mun. opinion. lit. E. num.* 57. Olan. *in concor-
dant. lit. E. num.* 5. 6. Ioſeph. Gonçal. *va-
riar. quæſtion. cap.* 19. *num.* 33. 55. nec diſ-
ſentit P. Molin. *vbi proximè*, ſed hos im-
pug-

pugnat Gutier. *num.* 25. *verſ. Nihilominus*, vbi probat adhuc de iure Regio ſucceſſorem ſingularem ſtare debere locationi factæ ad lõgum tempus, quia præfata lex partitæ hũc caſum omiſit, atque ita ſecũdum iuris communis regulas eſt decidendus argument *leg. commodiſsimè* 10. *ff. deliber. & poſthum.*

Num. 3.

42 Qui conduxit ab anteceſſore cum hypotheca ſpeciali, vel generali ad obſeruationem contractus, expelli à particulari ſucceſſore nõ permittitur, Mareſcot. *lib.* 2. *variar. cap.* 18. *à num.* 12. Ant. Gom. *cap.* 3. *nu.* 9. *verſ. Ex quo infertur*, Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 15. Gregor. Lop. *ſup. gloſ.* 5. *verſ. Adde alium caſum vbi in contractu*: Fachin. *controuerſiar. lib.* 2. *cap.* 88. Tuſch. *lit. L. conc* 418. *num.* 16. P. Molin. *num.* 6. Per. Barboſ. *num.* 31. Cancer. *d. cap.* 14. *de location. nu* 41. Merlin. latiſsimè *d. quæſt* 172. *pertot.* Theſaur. *deciſ.* 13 Gratian. *diſceptat. cap* 47. *num.* 25. Gutier. *d. cap* 8. *num.* 29. *cum ſeqq.* Ceuall. *quæſt.* 756. *à n.* 5. Surd. *deciſ.* 40. *num.* 52. Caroc. *vbi proximè quæſt.* 25. *nu.* 25. Morla *ſup. d. quæſt.* 2 *num.* 7. Vela *diſſertation.* 20. *num.* 8. Scapuccin. *limit.* 15. *num.* 13. Rota *deciſ.* 399. *num.* 2. *part.* 4. *diuerſor.* Cardin. Lug. *d. n.* 17. *verſ. Quartò, ſi res.*

43 Eſt tamen controuerſia circa generalem bonorum hypothecam, vtrum ſufficiat, ne colonus eiiciatur, & verior, ac communior eſt affirmatiua ſententia, quam quampiurimis laudatis probat Merlin. *num* 12. 13. Vela, Gregor. Lop. Ant. Gom. *vbi proximè*, Mareſcot. *num.* 14. Ceuall. *num.* 30. Caroc. *d. num.* 25. *verſ. Ampliatur*, Olaſch. *Pedemont. deciſ.* 156. *à num.* 3. Dueñas *reg.* 240. *limit.* 7. Pet. Barboſ. *ſup.* Menoch. *conſ* 63 *num.* 17. 18. Pacific. *de Saluian. inſpect.* 4. *cap.* 1. *num* 8 Valaſc. *conſult.* 76. *num.* 16. Mantic. *ſup. tit.* 10. *num.* 14. Ceuall. *d. num.* 23. Tuſch. *vbi ſup.* Philip. Paſcal. *de virib. patr. poteſtat. part.* 4. *cap.* 6. *num.* 15. Pat. Molin. Cardin. Lug. *ſup.* Ratio eſt, quoniam per generalem hypothecam nedũ alia bona, ſed etiam res ipſa locata obligatur, Neguſant. *de pignorib. part.* 2. *mẽb.* 2. *num.* 33. Merlin. *num.* 13. quod cum ſit onus reale ſequitur poſſeſſorem quemcunque & ſic ſingularem ſucceſſorem, Gregor. Lop. Menoch Ant. Gom. Barboſ. & alij *ſup.* Gutier. *d. cap* 8. *num.* 15. Sed contra præmiſſam concluſionem tenentes refert Merlin. *num.* 10. Dueñas *vbi proximè*, qui opinantur ſolam generalem hypothecam ad hunc effectũ non eſſe ſatis.

Vt autem præfatæ reſolutioni locus 44 ſit, neceſſario deſideratur, quod fiat publicum Inſtrumentum, in quo locator ſpecialiter rem, aut generaliter omnia bona ſua obliget, vt notant Caroc. *d. n.* 25. Ceuall. *n.* 32. Valaſc. *vbi proximè*, Gutier. *n* 20. Gama *deciſ.* 243. *n.* 1.

Ampliatur tradita concluſio, quamuis 45 generalis bonorũ hypotheca fuerit errore, vel obliuione omiſſa, ſi conſtet, de cõſuetudine, & ſtylo communiter adijci in inſtrumentis locationis nã pro appoſita habebitur, Merlin. *n.* 17 Caroc. *d. q.* 25. *num.* 30 Olaſch. *deciſ* 156. *num.* 4 Boer. *deciſ* 182. *à n.* 52. Cancer. *n.* 42.

Præterea, ſi ſtatuto caueretur, vt, re lo- 46 cata vendita, teneatur conductor eam liberam dimittere, adhuc cum hypothecam habeat, iure retentionis non cenſebitur priuatus, quia ſtatutum operatur, quòd exequutio aduerſus conductorem competat, cum de iure communi ſecùs ſit, Merlin. *num.* 16 Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ.* 38 *num.* 25. 28. Caroc. *num.* 26. *verſ. Addo Borgninum in fine.* Alias ampliationes recenſet Merlinus *à num.* 14. *ad* 23.

Limitatur tamen principalis conclu- 47 ſio. Primùm, quando conductor hypothecarius rem dimiſit ſpontè emptori, nam nec habebit regreſſum ad eam, nec locatorem poterit pro intereſſe conuenire, Merlin. cum alijs *num.* 24. Per. Barboſ. *num.* 32. ad finem, Caroc. *num.* 42 Secundùm, ſi ſuccedatur ex cauſa neceſſaria per extinctionem iuris locatoris, vt in maioratu, feudo reuerſo ad dominum & ſimilibus, quia non obſtante hypotheca etiam ſpeciali ſucceſſor expellere cõductorem poterit, Merlin. *num.* 25. Mãtic. *d. tit.* 10. *num* 27 Olaſch. *ſup. à nu* 9. Tertiùm, expellitur conductor, offerente ſingulari ſucceſſore totum intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, Merlin. *num.* 39. de quo ſtatim Verùm quãdo intereſſe non eſt liquidum, nec poteſt de proximo liquidari, conductor compellitur, accepta idonea cautione, rem dimittere, Mercurial. Merlin. *num.* 34. *cum ſeqq.* Caroc. *num.* 44. 45. Quartùm, ſi in fraudem creditorum locatio cum hypotheca contrahatur, quo caſu illi expellere conductorem non prohibentur, Merlin. *num.* 60. 61. Surd. *deciſ.* 172. *num.* 9. Giurba *deciſ.* 58. *num.* 6. & ſufficit fraus præſumpta, Merlin. *num.* 62. Per. Barboſ. *in ſimili, n.* 14. *verſ. Illud certum eſt.*



Verſ. *Primùm, hypothecam.*

48 Hypotheca generalis, ſiue ſpecialis contractui locationis adiecta operatur, vt liceat conductori rem conductam retinere, donec ſibi totum intereſſe perſoluatur, Gregor. Lop. *ſup.* Merlin. *num.* 28. Gutier. *in l. nemo poteſt, num.* 44. *ff. de legat.* 1. *& d. cap.* 8. *num.* 16. Caroc. *num.* 28. 29. Ant. Gom. *vbi proximè, verſ. Ex quo infertur*, Valaſc. *num.* 5. Dueñas *d. limit.* 7. Menoch. *de retinend. poſſeſ. remed.* 4. *num.* 38. Scapuccin. *limit.* 15. *num.* 11. *verſ. Illud ſolummodò*, Per. Barboſ. *num.* 31. Pat. Molin. *d. diſp.* 490. *num.* 6. Caroc. *num.* 28. Tuſch. *num.* 18. Cui concluſioni limitationes, & ampliationes proximè traditæ conueniunt.

Verſ. *Secundùm, hinc deducitur.*

49 Emptor, aliuſve ſingularis ſucceſſor poteſt expellere colonum, non obſtante generali, vel ſpeciali hypotheca, ſi ei totum intereſſe obtulerit, Merlin. *num.* 39. Pacific. *ſup.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 38. *num.* 6. Gutier. *in d. l. nemo poteſt, num.* 44. Caroc. *num.* 33. Scapuccin. *num.* 4. Gregor. Lop. Dueñas, Per. Barboſ. *vbi proximè*, Gratian. *deciſ.* 99. *num.* 4. Ratio eſt, quia colonus ex hypotheca, etiam ſpeciali impedire non valet, vt dominium per alienationem in ſucceſſorem trãſferatur, ſed duntaxat habet actionem ad intereſſe, quo ſoluto, rem ſuo domino dimittere compellitur quam & alias rationes refert Merlin. *ſup. verſ. Ratio eſt, cum ſeq.*

50 Contrarium verò & ſic quod conductor hypotheca munitus expelli nequeat, quamuis intereſſe offeratur, ſuſtinent Bald. *in l. ſi merces. §. Vis maior, ff. locat.* Ceuall. *num.* 36 Pat. Molin. *num.* 7. Menoch. *conſ.* 1075. *num.* 1. vbi magis communem dixit, Cæphal. *con.* 552. *num.* 16. *volum.* 4. Olaſch. *d. deciſ.* 156. *num.* 6. & ita Rotam decidiſſe, teſtatur Merlin. *num.* 40. Card. Lug. *num.* 17. *verſ. Quartò, ſi res.* Quæ ſententia ſolidiſsimo argumẽto comprobatur, nam cõductor ius in re habet per hypothecã pro adimplemẽto contractus, de natura autem eius eſt, vt cõductor poſsit intra tempora præſcripta re locata frui ad vſum deſtinatũ, quod non euitabitur, licèt intereſſe offeratur, vt rectè aduertit Pat. Molin. *num.* 8. Vnde ius iſtud in re ipſa radicatum nullo modo poteſt per alienationem ſubſequutã auferri, atque ita quamuis ſucceſſor offerat intereſſe haud plenè ſatisfacit obligationi, cui res aſtricta eſt, quare nec liberari ſic poterit. Hinc reſpõdetur ad fundamẽtum contrariæ opinionis, quia verũ non eſt, conductori ſolùm actionem ad intereſſe competere, cum ius ad compellendũ, vt locationi precisè ſtetur, obtineat, maximè per exceptionem, quo caſu locus non eſt vulgari axiomati, quod intereſſe ſuccedit obligationi ad factum, vt ex alijs docet Merlin. *num.* 40. *verſ. Ratione probatur*, Card. Lug. *ſup.* Imo Pat. Molin. optimè aſſeuerat, quod quando factum pro quo res eſt obligata, poteſt impleri, non liberatur per oblationem intereſſe. Nec obſunt *l. Paulus* 12. *§.* 1 *ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit.* & ſimiles, quibus reſpondetur, in illis ideo pignus liberari, quoniam creditori ſoluitur id totũ, quod ſibi debetur; at in caſu noſtro non præſtatur patientia ad fruẽdum, quæ debetur, ſed intereſſe, & ſic hypotheca non ſoluitur, cum aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non poſsit, *l.* 2. *§. Mutui datio, ff. de reb. credit.* P. Molin. *d. num.* 8. Ex quibus cõcludendum eſt, quod etſi prior ſententia ſequacium numero potior ſit, hæc magis iuris principijs accedit, quæ ex mente Patris Molin. & aliorum eſt ampliãda, licèt colonus in poſſeſsione non ſit, nec intererit, an hypoteca generalis, vel ſpecialis fuerit, Cardin. Lug. *ibid.* Ceu. *ſup.* & alij, qui indiſtinctè loquuntur.

Ibi: *Quod admitti poterit forſan.*

Circa locationem iureiurando roboratã 51 tria quæri ſolent. Primùm, vtrũ ſi locator iuramento contractũ confirmet, eius ſingularis ſucceſſor permittatur expellere cõductorẽ, quãdo nulla interceſsit hypoteca? Negatiuã ſententiã probant, Canc.

num. 44. vbi ſic in Senatu Cathaloniæ deciſum fuiſſe aſſeuerat, Merlin. ſup. num. 13. Menoch. conſ. 1073. num. 2. Surd. deciſ. 225. n. 10. Gratian. diſceptat. cap. 37. n. 23. Seraphin. de priuilegi. iuramenti. priuilegi. 74. n. 34. Pacific. d. inſpect. 4. c. 1. n. 62. Ratio eſt, quia iuramentum cum obliget præciſe ad factum, impedit, vt alienatio in præiudicium conductoris ſubſiſtat, ac quæ ita ſentiunt nolunt, ita aſtrictum eſſe ſucceſſorem ad ſtandum locationi, vt nec præſtando intereſſe, colonum eijcere poſſit, de quo ſtatim.

52 Sed contrariam opinionem, & ſic quod non obſtante iuramento poſſit colonus per ſingularem ſucceſſorem expelli pro viribus defendit, pro vtraque parte Authoribus laudatis, Gutier. d. c. 8. ex num. 32. quod verius eſt, nam iuramentum licet obliget præciſe ad factum ſtandum, non efficit, quod impediatur alienatio in tertij præiudicium, aut dominij translatio, vt cum iuxta diſpoſitionem l. quoties 15. C. de rei vendicat. duobus eadem res diuerſis temporibus venditur inſolidum, nam præfertur emptor ſecundus, cui traditio facta eſt, quamuis prima venditio fuerit iureiurando vallata, vt probabitur inf. cap. 19. num. 56. quo argumento vtitur Gutier.

53 Secundum quæritur, ſi cum hypotheca iuramentum concurrat locatoris, num conductor expelli iure poſſit? & negatiuè reſpondendum eſt cum Merlin. ſup. n. 14. Marcicot. num. 13. Seraphin. priuilegi 158. num. 2. Cancer. d. cap. 14. num. 19. Scapuc. d. limit. 15. n. 11. Ioſeph. Ludouic. deciſ. 38. n. 8. 16. Tuſch. d. conc. 41. & num. 24. Fachin. controuerſ. lib. 2. cap. 88. & ſentiunt proximè laudati.

54 Tertium dubium (de quo in præſenti D. Couar.) eſt, an ſuppoſito quod ſingularis ſucceſſor in ſpecie proxima teneatur ſtare locationi poſſit offerendo intereſſe conductorem expellere, vel præciſe cogatur patientiam præſtare, vt ille re locata fruatur vſque ad tempus conuentione præſcriptum? Et quod præciſe ſucceſſor teneatur, docent magis communiter DD. vt Caroc. d. quæſt. 25. num. 53. Roland. conſ. 6. num. 39. cum ſeqq. Gutier. in l. nemo poteſt, num. 45. ff. de legat. 1. Ioſeph. Ludouic. vbi proximè, Natta conſ. 426. lib. 2. Becc. d. num. 10. Gratian. ſup. num. 21. 22. Surd. d. deciſ. 225. num. 4. 5043. Seraphin. d. priuileg. 74. num. 34. Mancin. de iuramento part. 4. effect. 132. Fachin. d. cap. 88. Quibus iungendi ſunt relati ſup. num. 56. aſſerentes, hypothecarium colonum expelli, etiam oblato intereſſe, non poſſe, quod probauimus.

Sed contrarium: ſcilicet ſolutione intereſſe conductorem excludere licere, ſu- 55
ſtinet Viui. commun. opinion. 127. num. 10. verſ. Tamen præc. Addit. ad Oroſor. XV. deciſ. 68. num. 11. Gabr. conſ. 66. num. 12. lib. 1. Bardel. conſ. 1. num. 3. lib. 1. Gutier. ibi contrarius, d. cap. 8. à num. 32. à quibus non recedit Merlin. num. 44. vbi & alios refert, ſed à priore ſententia, vt magis communi, ac vera recedendum non eſt, non ſolum ratione iuriſiurandi, quæ propter hypothecam, quæ vt ſup. diximus, num. 50. præciſe obligat ſucceſſorem ſingularem ad factum.

Verſ. Vltimò, eſt ad hoc conſiderandum.

Hypotheca ſpecialis rei locatæ cum 56
pacto expreſſo de non alienando impedit dominij translationem, vt etiam ſucceſſor ſingularis præciſe ad locationis implementum teneatur, nec intereſſe offerendo eijcere valeat conductorem: Merlin. num. 47. Ioſeph. Ludouic. ſup. num. 11. Caroc. num. 56. Gutier. d. cap. 8. à num. 29. & in d. l. nemo poteſt, num. 43. Vela d. diſſertat. 20. num. 13. Neguſant. ſup. part. 2. memb. 1. num. 9. in fine, Anton. Gom. d. cap. 3. num. 9. verſ. Quarto ſ limita, Tuſch. num. 8. Gratian. deciſ. 99. num. 4. 6. Roderic. Suar. in l. poſt rem iudicatam, num. 6. ff. de re iudicat. Greg. Lop. in d. l. 19. gloſ. 5. ad fin. Roland. ſup. num. 41. Surd. conſ. 331. n. 21. Pet. Barboſ. in d. §. fin. num. 32. in fine, Cardin. Lug. ſup. num. 17. verſ. Tertiò, ſi conductor. Ratio eſt, nam etſi quoad venditorem contractus ſubſiſtat, quoad colonum, vel inquilinum nullũ ius in re acquirit, vt expellere poſſit illum, Merlin. n. 28.

Quæ concluſio aduerſum D. Couar. 57
communiter ampliatur, vt procedat licet hypotheca ſit generalis, quoniam l. ſi creditor 7. §. fin. ff. de diſtract. pignor. in qua præmiſſa reſolutio fundatur, loquitur indiſtinctè de hypotheca, atque ita vtramque complectitur ex regula l. non diſtinguemus 37. ff. de recept. arbitr. & regulari-





ter nullum eſt inter ſpecialem, & generalem diſcrimen, l. ſi generaliter 6. C. qui potior. Nec generalis diſpoſitio reſtringẽda eſt, l. in fraudem 16. § fin. ff. de teſtament. milit. l. 1. §. Et generaliter, ff. de legat. præſtand. ex quibus ita docent Greg. Lop. d. gloſ. 5. in fine, Tuſch. num. 10. Ceuall. d. q. 657. à n. 31. Grat. conſ. 95. num. 12. Scapuccin. ſup. limit. 14. num. 7. Vela num. 13. Dueñas d. reg. 240. limit. 7. Roderic. Suar. ſup. num. 11, Becci. conſ. 80. à num. 5. lib. 1. Quibus conſentiunt plures, quos refert Ceuall. quæſt. 673. Ant. Gab. commun. lib. 3. tit. de pignorib. conc. 1. tenentes generalem hypothecam cum pacto de non alienando dominij traſlationem impedire.

58 Sed generalem hypothecam cum pacto de non alienando locationi adhibitam nõ efficere, ne dominium per alienationem transferatur, ſed neceſſariò ſpecialẽ requiri cum D. Couar. ſentiunt P. Molin. diſp. 491. n. 5. Pet. Barboſ. n. 34. Merlin. n. 30. Gutier. d. cap. 8. n. 30. Caldas de renouat. emphyteoſ. cap. 12. n. 16. cum ſeqq. Aluar. Valaſc. conſult. 76. n. 7. & alij relati ſup. n. 56. qui affirmant ſpecialem opus eſſe, quamuis generalem expreſſim non excludant.

59 Pactum verò de non alienando abſque hypotheca etiamſi roboretur iuramẽto, nec dominij translationẽ, nec quod conductor expellatur, impedimẽto erit, quia rem non afficit, ſed perſonam duntaxat paciſcentis, atque iurantis, vt colligitur ex Gutier. ſup. num. 33. Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 13. cum ſeqq.

Ibi: *Horum ſanè deciſio.*

Sequitur Gutier ſup. n. 30.

Num. 4.

60 Notiſsimum iuris principium eſt, cõductorẽ prædij vrbani, vel ruſtici expellere non licere intra tempus locationi præſcriptum, l. 6. tit. 8. p. 5. l. æde 3. C. de locat. Sunt tamen quatuor caſus, in quibus inquilinus à locatore eijci permittitur. Primus eſt, ſi penſionem debito tempore non præſtiterit. Secundus, cum domus neceſſaria indiget refectione. Tertius, quando conductor domo abvtitur. Quartus, de quo in præſenti D. Couar. ſi dominus, qui locauit proprijs vſibus eadẽ indiguerit, quæ omnia habentur expreſsim in præallegatis iuribus, & in cap. propter 3. §. vlt. de locat. & notantur per Gregor. Lop. in d. l. partitæ, Caroc. de locat. rubric. de recuſationib. Ant. Gom. variar. lib. 2. c. 3. n. 6. Alexand. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de locat. reſolut. 4. Cancer d. cap. 14. n. 6. P. Molin. ſup. diſp. 499. num. 1. Card. Lug. ſup. num. 12. cum ſeqq. & alios, quos congerit Barboſ. Iunior in collectan. ad d. l. æde, n. 2. 3. Quid de exactione penſionum his caſibus, vide Card. Lug. n. 5.

Quoties dominus, qui ædem locauerit, 61
eadem proprijs vſibus egeat, non prohibetur ante tempus locationis lapſum eijcere inquilinos, Greg. Lop. ſup. gloſ. 2. Caroc. q. 2. num. 6. verſ. Et hæc eſt verior, Ant. Gom. vbi proximè, Merlin. de pignorib. lib. 4. q. 171. n. 1. Caſtill. controuerſiar. lib. 4. c. 38. n. 12. Trentacinq. ſup. n. 2. Olea de ceſſion. iur. tit. 3. q. 2. n. 24. Gratian. diſceptat. cap. 149. n. 16. P. Molin. n. 6. Card. Tuſch. lit. L. conc. 417. Cancer. d. cap. 14. num. 8. Ant. Fab. in ſuo C. tit. de locat. definit. 2. Pet. Barboſ. in d. l. ſi filiuſfam. §. vlt. n. 35. ff. ſolut. matrimon. Mozz. de contractib. tit. de locat. §. Quomodo finiatur, n. 10. Mol. in empor. iur. part. 1. tit. 10. in prælud. n. 24. Card. Lug. n. 13.

Quando cenſeatur dominus proprijs 62
vſibus æde locata indigere, iura non aperiunt, excepta præfata lege Hiſpana, quæ duos caſus exprimit. Primus, cum filius, vel filia locatoris nuptijs copulatur, cui pater domũ à ſua ſeparatam conſtituit. Secũdus ſi filius militiæ nomen dederit. Ex quo colligitur, quondã Hiſpanis moris fuiſſe, filios milites à familia, & habitatione paterna ſegregare, vt notauit Greg. Lop. ſup. gloſ. 5. P. Molin. vbi proximè, quod idem Greg. ampliat ſi filius fieret iudex, aduocatus, vel Doctor, quorũ munerũ exercendorũ gratia opus foret, à patris habitatione diſcedere, argumento l. aduocati 4. C. de aduocat. diuerſor. iudicior. ſequitur Pichard. in §. Actionum, q. 17. n. 29. inſt. de actionib. Aluar. Valaſc. de iur. emphyteutic. q. 22. n. 3. Cancer n. 11. Quanquam huiuſmodi extenſio P. Molin. diſpliceat, qui rectè notat, rationem d. legis partit. eſſe quoniam ad patrem ſpectat filio primùm ſua familia exeunti habitationem parare, atque ita verum eſt, domum ad proprium vſum auferri. Vnde infert, quod etſi filius extra familiam degens aliunde neceſsitate habitationis premeretur, nõ poſſet pater locator inquili-

nam cū l. æde 3. C. de locat. qua hoc intro-
ductum eſt, exorbitans ſit à iure, & odio-
ſa reſpectu cōductoris, vt idem Pat. Mo-
lin. probat, reſtringi debet, ne aliud,
quam verba ſonant, complectatur, & cū
neceſsitatem propriam locatoris domi-
ni expoſcat, filij indigentia non ſufficiet.
Quod de rigore iuris ita eſt. Sed contra-
rium ſentiunt Anton. Gom. Trentacinq.
*vbi proximè*, & alij apud Aug. Barbos. *in
collectan. ad d. l. æde, nu.* 16. exiſtimantes,
poſſe inquilinū expelli, ſi filij, parentes,
vel fratres locatoris domo locata ad ha-
bitandū indigeant, quod etſi cōmuniter
doceatur, minus iuri conſonum videtur.

Vltra hos caſus expreſſos plures alios
referunt DD. in quibus locus dictæ cōſti-
tutioni eſt propter ſuperuenientem do-
mino neceſsitatem, vt videre eſt apud P.
Molin. Trentacinq. *ſup.* Aug. Barboſ. *n.*
15. & alios nuper laudatos.

63 Eſt neceſſario animaduertendū, quòd,
vt inquilinus eijciatur, debet eſſe neceſ-
ſitas domini inopinata, quæ nec aderat,
nec præuideri potuit tēpore contractus,
nam ſi locatio fiat inſtanti, vel imminen-
te indigentia, etſi eadem perſeueret, aut
ſuperueniat, inquilinus ſecurus erit, *d. c.
propter ſterilitatem, §. vlt* Greg. Lop. *gloſ.*
2 Ant. Fab. *ſup. diffinit.* 51. P Molin. *d. n.* 6.
Caroc. *n.* 719. Aug. Barbos. *n.* 15. Anton.
Gom & Cancer. *vbi proximè*, Morl. *n.* 25.
Trentacinq. *n.* 4. Card. Lug. *d. num.* 13. At
tamē quando locationis tempore aliqua
erat neceſsitas, quæ deinceps præter ſpē
plurimùm augeſcit, auxilium domino
concedendum eſt, vt domum propriam
recipiat P. Molin. *n.* 9. Valaſc. *d. q.* 22. *n.*
9. Quæ planè deducuntur ex ratione, quā
tradunt prææallegati Interpretes ad *d. l.
æde, cum ſimilibus*, nempè quia caſus pro-
priæ neceſsitatis tacitè cenſetur excep-
tus in locatione, nec dominus contractui
conſentiret, ſi de indigentia ſuper ventu-
ra cogitaret, quæ præſumptio ceſſat in
eo, qui ea vrgente, vel imminente locat.

64 Nec quæuis neceſsitas ius expellēdi
inquilinum tribuit, ſed vrgens Caroc. *n.*
8 Magon *Lucenſ. deciſ.* 75. *n.* 8. vera, & nō
affectata, ac permanens. Ex quo eſt, vt, ſi
dominus eijciat inquilinum in propriam
domum ſe conferens ex cauſa, quæ legi-
tima videatur, ac poſtea intra breue tem-
pus eandem alteri locet, tenebitur primo
conductori eiecto ad intereſſe, niſi eun-
dem in domo ablata reponat, Cancer.
*n* 10. Olea *ſup. num.* 26 Natta *cōſ.* 25. *vo-
lum.* 1. Caroc. *d. q.* 2. *à n.* 31.

Quæri ſolet, an quemadmodum loca- 65
tor ex cauſa prædicta inquilinum eijcere
poteſt: ita è contra inquilinus relinquere
domum ante finitam locationem, ſi ali-
quid ſimile ſibi contigat, permittatur?
Affirmat Caroc. *ſup. quæſt.* 4 *n.* 2. 3. Gra-
tian. *diſceptat. c.* 534. Negat Didac. Britt.
*in d. cap. propter ſterilitatem, §. vlt. num.* 8.
Aug. Barboſ. *ſup. n.* 17. D. Couar. *practi-
car. cap.* 30. *n.* 3. *verſ. Imò excepta*, vbi alios
refert, & ita eſt tenendum, quia in corre-
latiuis æqualitas nō ſeruatur, cum in ali-
quo diuerſitatis ratio reperitur, nec enim
eadem æquitas in conductore eſt, ac in
locatore, cui propter dominium ius vē-
di re ſua conceſſum eſt aduerſus legem
contractus.

Aliud erit dicendum, quando ob ca- 66
ſum fortuitum, & inopinatum habitatio
impeditur, vt ſi peſtis, vel bellum, aut
inundatio ſuperueniat, nec non ſi tetris
imaginibus, vel vmbris habitatores ve-
xentur, & terreantur, quibus ac ſimilibus
cauſis inquilinus domum relinquere an-
te tempus locationis nō prohibetur nul-
la pro futuris annis penſione ſoluta, Va-
laſc *ſup. n.* 6. 7. Mozz. *de contract. tract. de
locat. tit. de accidental locationis, n.* 5. 6. D.
Couar. *vbi proximè*, Pat. Molin. *diſp.* 493.
*n.* 1. Ant Gom. *d. cap* 3. *n.* 3 Canc. *n.* 50.

Deciſio autem *d. l. æde*, minimè proce- 67
dit in prædijs ruſticis, quia cum in vrba-
nis loquatur, ampliationē propter exor-
bitantiam non admittit, vt nuper dice-
bamus, Caroc. *d. q.* 2 *n.* 35 P. Molin. *diſp.*
499. *n.* 10. Merlin. *ſup. n.* 17. Ant. Gom. *d.
n.* 6. *in fine*, Coſta *de portion. rat. q.* 187. *n.* 5.
Cancer. *n.* 9. Auguſt. Barboſ. *n.* 20. Card.
Lug. *d. num.* 13.

Quæ quidē lex plures ſuſtinet limita- 68
tiones, de quibus Caroc *d. quæſt.* 2. *à n.* 7.
Aug. Barbos *n.* 19. *cum ſeqq.* inter quas illa
eſt notatu digna, quod ſi locator propria
culpa in neceſsitatē habitationis incidat,
non eſt audiendus volens inquilinū eijce
re, Caroc. *n.* 39 Oſaſch. *deciſ.* 166. *n.* 9.

Itē non habet locum in eo, qui ædē ſi- 69
bi locatam alij in locationem dat, nā etſi
huic ſecundo locanti neceſsitas ſuperue-
niat, inquilinum expellere nequibit, cū
dominus non ſit, Brit. *ſup num* 8. At do-
minus, qui primum locauit, etiam ſub-
ro-



rogatum conductorem expellet ex legi-
tima cauſa, quia primus conductor eius
conditionem deteriorare non potuit, at-
que ſic *d. l. æde*, ampliatur.

70 Reſtringitur præterea in conductore
ad lōgum tempus, vtpote, ad decēnium,
qui expelli non poterit, Caroc. *num.* 40.
Valaſc. *num.* 5. Bacr. *deciſ.* 234. *num* 3.
Cabed. *Luſitan deciſ.* 92. *n.* 3. *part.* 1. An-
gel. *conſ.* 2.

71 Limitatur tandem, ſi ſcholaſticus do-
mum locatam habitet, ob cuius priuile-
gium ceſſat diſpoſitio *d. l. æde*, vt opinan-
tur Caroc. *num.* 56. Morla *in empor. iur.
part.* 1 *tit.* 10. *in prælud. num* 25. 26. Re-
buſ. *de priuileg. ſcholar. priuileg.* 8. Ceuall.
*quæſt.* 756 *à num.* 40. vbi etiam de mini-
ſtris Sācti Officij, & alijs priuilegiatis cir
ca habitationem, Trentacinq. *num.* 7 &
alij apud Auguſt. Barbos. *vbi proximè*. Sed
ab his meritò recedit Pat. Molin. *d. diſp.*
499 *num.* 9. Pet. Barbos. *in l.* 1. *part.* 7. *nu.*
52. *verſ. Quinimò ſi ſcholaris, & num.* 52 *ff.
ſolut. matrimon.* Valaſc. *vbi proximè* Quod
intelligit Pet. Barbos. niſi habitatio illa
adeo neceſſaria ſcholaſtico foret, vt ali-
bi commodè viuere nequiret.

Ibi: *Nam id admittendum non eſt.*

72 Licèt pro hac opinione Merlin *ſup. n.*
2. alleget Abbat. *in d. cap. propter ſterilita-
tem, &* Oſaſch. *deciſ.* 156. *num.* 2. ipſe ve-
rius reſoluit, illa cum communi DD. pla-
cito reprobata, quod conductor habens
hypothecam etiam ſpecialem pro ſecu-
ritate contractus, vrgente domini neceſ-
ſitate, debet domo expelli, quod ample-
ctuntur vltrà illum P. Molin *n.* 7. Caroc.
*num.* 23. 24. Pet. Barbos. *in d. l. ſi filiofam.
§. vlt. num.* 35 *ff. ſolut. matrimon.* Trenta-
cinq. *d. reſolut.* 4. *num.* 8. Ceuall. *num.* 41.
Valaſc. *ſup. num* 4. Natta *d. conſ.* 25. Mor-
la *vbi proximè, num* 31. Mozz. *d. tit. quo-
modò finiat. locat. num.* 10. Mieres *de maio-
rat. part.* 1. *quæſt.* 60. *num.* 6. Idem dicen-
dum erit, quanquam iuramentum acce-
dat, P. Molin. *vbi proximè*, Caroc. *nu.* 24.
Surd. *conſ.* 103. *n.* 2. Merlin. *n.* 7. Ratio eſt,
quoniam nec iuramentum, nec hypothe-
ca naturam obligationis, cui accedit im-
mutat, ſed illud Religionis vinculum
addit, hæc ius in re tribuit, vt omnes præ-
clarè aduertunt.

Ibi: *Nec ea neceſsitas tēpore locationis aderat*

Videas tradita *ſup. n.* 63.

Ibi: *Verum eſt, quod Cumanus.*

Emptor, legatarius, aut quilibet alius 73
ſingularis ſucceſſor, etiamſi locationi ſui
prædeceſſoris ſtet, non valet ob pro-
priam indigentiam inquilinum ab æde
empta, vel legata excludere, nam priui-
legium *d. l. æde*, perſonæ domini, qui lo-
cauit indultum eſt, & ideo in alios trans-
ferri prohibetur, Gratian. *ſup cap* 149. *n.*
16. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 14 *n.* 21.
Pet. Barboſ. *n.* 35 Scapuccin. *de ſucceſſor.
ſingular. limit.* 5 *n.* 8. Pat. Molin. *d. n* 7. *ad
fin.* Merlin. *n.* 10. 11. Auguſt. Barbos. *n* 24.
Coſta *ſup. n.* 4. Surd. *d. conſ.* 103. *num.* 11.
Burſat. *conſ.* 422. *lib.* 4. Trentacinq. *n.* 8.
Simili modo ius illud cedi non poteſt,
Carpan *in ſtatut. Mediolan. tom.* 2. *c.* 379.
*n.* 4. 4. 417. Giurba *deciſ.* 59. *n.* 11 Olea
*n.* 24. vbi rationem reddit, nam quæ ad
vſum proprium cuicunque competunt,
cedi non poſſunt, Cancer. *n.* 20 Caſtill. *de
vſufruct. cap.* 28. Sed idem Olea *tit.* 3 *q* 8.
*n.* 32. ſingulariter contra communē ſen-
tit, ius expellendi inquilinum cum do-
minio etiam in particularem ſucceſſorē
tranſire, quod an verum ſit ex dicendis
ſtatim apparebit.

Ibi: *Niſi ſit eiuſdem domini ſucceſſor vniuer-
ſalis.*

Hæres domini, qui locauit, ob propriā 74
neceſsitatem poterit inquilinum, nondū
præterito locationis tēpore, eijcere, Ca-
roc. *d. rubric. de recuſationib. q.* 16. Trenta-
cinq. P. Molin. Olea, Aug. Barbos. *vbi pro-
ximè*, Coſta *n.* 3. Scapuccin. *n.* 49. Merlin.
*d. q.* 172. *n* 13. Quanquam Surdo contra-
rium placuerit, *d. conſ.* 103. *n.* 13. & Pat.
Molin. ſentiat, inquilinum expellendum
non eſſe, niſi caſus ſuperuenerit, propter
quem locator ſi viueret, eijcere inquili-
num poſſet, quaſi peculiaris indigentia
hæredis non præſtet tale ius eidem.

Nihilominus communis reſolutio, vt 75
veriſsima indiſtinctè amplectēda eſt, pro
cuius, & proximæ præcedentis intelligē-
tia in memoriam oportet reuocare, quæ
ſuprà *num.* 63. prædiximus: videlicet ideo
ius illud expellendi habitatorem conceſ-
ſum eſſe domino domū locanti, quoniā
præſumitur à iure caſus propriæ neceſsi-
tatis exceptus, argumētō *l. obligatione gene
rali* 6. *ff. de pignorib.* Pet. Barb. *in d. §. vlt. n.*
35. Quæ exceptio tacitè ſub intellecta ne-
dū ipſum contrahentē, verū etiā vulner-
ſu-

ſalem eius hæredem comprehendit, *l. ſi*
*pactum 9. ff. de probat. l. 11. tit. 14. part. 3.*
Nec intereſt, quod hæc ſit tacita conuē-
tio, cum expreſsi & taciti idem ſit iudi-
cium, *l. cum quid, cum vulgaris, ff. ſi cert. pe-*
*tat.* In ſucceſſore autem particulari, hæc
iuridica ceſſat conſideratio, nec vnquam
auditum eſt, quod cenſeatur comprehē-
ſus in contractibus anteceſſoris, ad quos
obſeruandos regulariter non aſtringitur,
*d. l. emptorem cum ſimilibus*. Quæ omnia
ſub breuiſsimo verborum cōpendio nos
docet D. Couar. *in præſenti*, ſic aiens: *His*
*etenim leges contractibus aſcriptæ, vel à iure*
*ſubintellectæ, non alijs competunt, & Tren-*
*tac. ſup.*

76 Ex quibus infertur, ſuſtinendam non
eſſe opinionem Olea aduerſus commu-
nem traditam, *ſup. num. 73.* quia non ra-
tione dominij ſolum, ſed tacitæ conuen-
tionis etiam, ius expellendi cōductorem
datur, vnde quamuis dominium ad ſingu-
larem ſucceſſorem perueniat, deficit ei
voluntas præſumpta locatoris. Nec Sur-
di ſententiam, cum ius illud non ita per-
ſonale ſit, vt hæredi vniuerſali non com-
petat non per translationem, ſed quia
exceptus in ipſo contractu, quemadmo-
dum locator exiſtimatur. Nec P. Molin.
limitationem, quandoquidem hæres ex
tacita conuentione defuncti conſequi-
tur, vt propter propriam carentiam ha-
bitationis domus conductorem eijciat,
cui pariter, ac anteceſſori proſpectum
cenſetur, quare de perſona locatoris iam
defuncti curandum non eſt, ſed inſpi-
ciendum, an hæres habitatione indigeat,
nec ne?

Ibi: *Eſſetque locus mille fraudibus.*

77 Hoc ipſum notat Merlin. *num. 10.* frau-
dibus autem obuiandum eſt, & via præ-
cludenda, publica, & priuata vtilitate
ſuadente, *c. ſedes 15. de reſcript. l. cum hi 8.*
*§. Si cum his ff. de tranſact. l. 1. §. 1. ff. naut.*
*caupon. ſtabular. l. in fundo 39. ff. de rei vēdica-*
*tion.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. c. 38. in fine,*
Cyriac. *tom. 1, controuerſ. 177. num. 17.*
Menoch. *conſ. 405. num. 1.* Argel. *de acqui-*
*rend. poſſeſſ. q. 8. art. 9. n. 5.* Viuian. *in prax.*
*iuris patronat. lib. 5. cap. 4. n. 13.*

Verſ. *Ex quo mihi dubia.*

78 Qui in contractu locationis paciſci-
tur de non expellendo inquilino, pro-
miſsis ſtare compellitur, quamuis æde ad
proprium vſum indigeat, ne alioquin pa-
ctum inane ſit, Ant. Gab. *commun. lib. 3.*
*tit. de locat. conc. 3. num. 2.* Valaſc. *d. quæſt.*
*22. num. 8.* Pet. Barboſ. *ſup. num. 36.* etſi ſi-
mitet, Grat. *conſ. 1. col. 3. lib. 1.* Merlin.
*num. 15.* Natta *d. conſ. 25. num. 2.* Magon.
*Lucenſ. deciſ. 75. num. 2.* Seraphin. *de priui-*
*leg. iurament. priuileg. 49. num. 48.* Ceuall.
*d. quæſt. 756. num. 42.* Bonacoſa *in tract.*
*clauſular. lit. C. fol. 10.* Cyriac. *tom. 2. con-*
*trouerſ. 229. num. 31.* Decian. *conſ. 473. n.*
*4.* Cancer. fuſè probans *à n. 15.*

Ibi: *Quod mihi non probatur.*

Contrarium verò cum D. Couar. tuē- 79
tur Caroc. *d. quæſt. 2. n. 19.* Mieres *ſup. d.*
*quæſt. 60. num. 5.* Gregor. Lop *in l. 6. gloſ.*
*2. tit. 8. part. 5.* Trentacinq. *d. reſolut 4.*
*num. 6. verſ. Secunda eſt opinio*, Morla *in d.*
*prælud. num. 31.* P. Molin. *num. 8.* vbi limi-
tat, niſi ex coniecturis appareat, voluiſſe
locantem per tale pactum ſuo priuilegio
*leg. æde*, renunciare, quod in dubio non
creditur. Ratio concluſionis eſt, quia ta-
citè ineſt contractui locationis ne con-
ductor intra tēpus præfinitū expellatur,
quare expreſsio eius, quod tacitè ineſt,
nihil debet operari, *l. 3. C. de fideiuſſor.* ma-
ximè cū tractemus de proprij iuris renū-
ciatione, quæ non præſumitur, vbi verba
alio modo poſſunt accipi, vt ex multis
latè probat Carleual. *de iudic. tom. 2. tit. 3.*
*diſp. 23. num. 42. 43.* Quæ ſententia te-
nenda eſt, quanquam iuſiurandum con-
uentionem corroboret, quia intelligi-
tur, rebus ſic extantibus, & ideò noua ſu-
perueniente neceſsitatis cauſa, non obli-
gat, vt docent Gregor. Lop. Caroc. &
alij *ſup.*

Quod ſi expreſsim dictum ſit, ne poſsit 80
dominus etiam ad proprios vſus inqui-
linum expellere, pactum omnino ſeruā-
dum eſt, quia priuilegio *d. l. æde* poteſt
renunciari, Trentacinq. *num. 6. in princ.*
Valaſc. Ant. Gab. *vbi proximè*, Corn. *conſ.*
*103. num. 17. verſ. Quartò fortius* Merlin.
*num. 14.* Aug. Barboſ. *num. 25.* Trētacinq.
*d. reſolut. 4. n. 6. verſ. Primus eſt.*

Num. 5.

De intellectu *l. ſi filiuſfam. §. vlt. ff. ſolut.* 81
*ma-*



*matrimon.* Card. Lug. *ſuprà num. 20.* & la-
tiſsimè Pet. Barboſa, *ibid. qui num. 2.* ex
alijs reſoluit, mulierem, ſoluto matri-
monio, non teneri præcisè ſtare locatio-
ni per maritum factæ, ſed ſolum cauſati-
uè, quia ni ſtet, debet maritum indemnē
ſeruare, ſi colonus ipſum pro intereſſe
conueniat, qui tamen nullum ius, vel
exceptionem aduerſus mulierem habet,
vt rem locatam retinere poſsit. Idem do-
cent Ant. Gom. *d. cap. 3. num. 8.* Caroc. *d.*
*tract. locat. robric. de iur. dot. quæſt. 7. num.*
*4.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. con-*
*uentionib. lib. 5. tit. 10. num. 13.* P. Molin.
*diſp. 492. num. 3.* Cardin. Tuſch. *lit. L. con-*
*cluſ. 418. num. 55.* Dueñas *reg. 240. limit.*
*5.* Iacob Cuiac. *lib. 23. obſeruation. cap. 38.*
Gutier. *Canonicar. lib. 2. cap. 8. à num. 39.*
Cancer. *num. 35.* Ceuall. *commun. tom. 1.*
*quæſt. 636. num. 23.* Padilla *in l. ſi quis à li-*
*beris, §. Si quis ex his, num. 3. ff. de agnoſcēd.*
*liber.* Mori. *ſup. d. quæſt. 2. num. 9. verſ. Sed*
*licèt.* Vide infrà *n. 89. & 92.*

82 Mulier autem ideo præcisè non aſtrin-
gitur, quia ſingularis ſucceſſor eſt, qui
iuxta regulam *l. emptorem*, ſtare locationi
anteceſſoris non cogitur, maximè cum
ſuccedat per extinctionē iuris viri. Cau-
ſatiuè tamen obligatur, quoniam iniquū
foret, vt maritus damnum ſentiret, qui
bona fide dotalia pro oneribus coniugij
adminiſtrauit, quod vitæ ſocietas, &
æquitas inter coniuges ſeruanda non pa-
titur, Gutier. *ſup. num. 42. verſ. Nihilomi-*
*nus*, Petr. Barboſ. *num. 14.* Vndè infero,
quòd ſi mulier dotem repetat, matrimo-
nio conſtante, quia vir ad inopiam ver-
geret, *ex l. vbi adhuc 29. C. de iur. dot.* præ-
cisè ſtabit locationi, quoniam ius viri
non omnino aſtinguitur, ſed ſuſpenditur,
nec mulier in plenum ius ſuccedit, ſed in
adminiſtrationem bonorum, nec à lege
facultatem habet veniēdi contra factum
mariti, niſi quatenus expedit dotis ſecu-
ritati, cui ex locatione nullum periculū
imminet.

83 Eſt ad *d. §. fin.* adnotandum, quod licèt
ibi cautio iubeatur interponi, vt mulier
de indemnitate ſuo viro teneatur, nihil
intererit, ſi fuerit omiſſa, nam iure ipſo
ad idem eſt aſtricta, Anton. Gom. *ſup.* Ca-
roc. *d. quæſt. 7. num. 9.* Mozz. *ſup. tit. de reb.*
*quæ locar. poſ. num. 5. 6.* Gutier. *vbi pro-*
*ximè.*

84 Illud etiam animaduertere oportebit,
mulierem nec cauſatiuè ad implemen-
tum locationis obligari, quoties condu-
ctor tempore contractus, vel à viro mo-
nitus, vel aliundè certioratus adnouit,
rem eſſe dotalem, quæ à viro locabatur,
cum agere ad intereſſe non poſsit aduer-
ſus locatorem, ſiquidem caſu vſus rei lo-
catæ impeditur, id eſt, matrimonij ſolu-
tione, quem colonus à principio præui-
dit, Pat. Molin. *vbi proximè*, quemadmo-
dum obſeruatur in maioratus poſſeſſo-
re, emphiyteota, vſufructuario, & alijs,
qui res reſtitutioni ſubiectas locant, Mo-
lin. *de primogen. lib. 1. cap. 21. num. 8. cum*
*ſeqq.* Pat. Molin. *diſput. 491. num. 3.* Sed ſi
maritus ignoranti rei qualitatem eam
locauerit, nec aperuerit, dotalem eſſe,
iure ad intereſſe conuenitur, idemque
erit ſi expreſsim ad id ſe obligauerit in
caſum ſoluti coniugij, tuncque mulier
reſarcire debebit, quod maritus ſoluerit,
quia coniugij cauſa contraxit, P. Mo-
lin. *diſp. 492. n. 3.*

Si quid verò ſolutum eſt anticipatè 85
marito nullo modo vxori imputabitur,
ſiue eijciat colonum, ſiue non, ipſe autem
id à marito, vel eius hæredibus condice-
re poterit, Amat, *variar. lib. 1. reſolut. 29.*
*num. 15.* Cacheran. *deciſ. 37. n. 54. lib. 3.*

Hæc, quæ ex *d. l. ſi filiofam. §. vlt.* dedu- 86
cuntur, aliter hodie apud nos ſe habent, ſi
quidem mulier præcisè viri locationem
implere cogenda eſt propter bonorum
ſocietatem, quæ inter coniuges initur ex
legibus Regijs, quæ extant ſub *tit. 9. lib.*
*5. Recopilat.* quoniam maritus vtriuſque
nomine, & vtilitate locat tāquam fami-
liæ, ac ſocietatis caput, ac vniuerſalis bo-
norum adminiſtrator, P. Molin. *vbi pro-*
*ximè.* Nec refert, ſocietatem, ſoluto ma-
trimonio finiri, cum, etſi ita ſit, ſocij, co-
rumuè hæredes nequeunt reſilire à ne-
gotijs, & contractibus nomine ſocietatis
inchoatis, antequam perficiantur, *l. hæ-*
*res 40. l. actione 66. §. Morte, ff. pro ſocio,*
Ant. Gom. *d. lib. 2. variar. cap. 5. num. 6.*
*verſ. Item etiam*, P. Molin. *diſp. 414. num.*
*1. 14.* Gutier. *practicar. lib. 2. quæſt. 130. n.*
*2.* Sed hoc limitandum venit, ſi mulier
lucris matrimonialibus renunciet, quo
caſu ex viri contractibus non obligatur,
quanquam, vt dictum eſt, communi no-
mine celebrentur, *l. 9. tit. 9. lib. 5. Recopi-*
*lat.* Gutier. *vbi proximè.*

Omnia præmiſſa de bonis dotalibus 87
ſunt

ſunt accipienda, nam quoad paraphernalia etiam de iure communi, dicendum eſt, mulierem præciſè ad explendum tēpus locationis poſt ſolutum coniugium obligari, quia maritus nomine ipſius mulieris adminiſtrat, ac contrahit, Caroc. *ſup. n.* 10. Pat. Molin. *diſput.* 492. *num.* 2. Ant. Gom. *d. cap.* 3. *n.* 8. *verſ. Ex quo infertur.* Petr. Barboſ. *n.* 7. Gutierr. *d. cap.* 8. *nu.* 43. Auguſt. Barboſ. cum alijs, *in d. l. emptorem. n.* 50.

88 Ex præmiſsis conſtat, mulierem non poſſe reſilire à locatione earum rerum, quas, conſtante matrimonio, acquiſitas maritus locauerit, quamuis ad eam pro parte ex ſtatuto pertineant, vt apud nos, nam à lege liberrimam obtinet adminiſtrationem, *l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.* & præterea ratione ſocietatis tenetur, vt dictum eſt *n.* 86. ita ſentit Morquech. *de diuiſion. bonor. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 17. Gutierr. *d. q.* 130. Matienç. *in l.* 2. *gloſ.* 1. *nu.* 20. 21. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.* Nec hoc caſu locus eſt limitationi, de qua *ſup. n.* 86.

Ibi: *Contrarium tamen placuit.*

89 Sed mulierem ad explendum tempus locationis de rebus dotalibus per maritū contractæ præciſè compellendam, ſentiunt contra laudatos *ſup. n.* 81. Panormitan. *in cap. vlt. n.* 8. *ne Prælati vic. ſuas*, Cotta *in memorabilib. verb. ſucceſſor*, Silueſt. *in ſumm. verb. locatio, nu.* 11. Benintendis *deciſ.* 54. Lalart. *de decim. vendit. cap.* 18. *nu.* 98. Card. Lug. *n.* 23. & alij apud Roland. *conſ.* 49. *n.* 5. *lib.* 2. & Petr. Barboſ. *in d. §. fin. in princip.* Quibus accedere videtur nouiſsime Olea *tit.* 4. *q.* 8. *n.* 42. vbi abſolutè ait, mulierem ad locationem viri poſt ſolutum matrimonium eſſe obligatam, cuius ſententiæ fundamenta adducit, ac refellit Petr. Barboſ. & præcipuum eſt, quod mulier ex cauſa neceſſaria ſuccedit; at ex hoc nequaquam ſequitur, vt cōtractui ſtare teneatur, ſicut probat Petr. Barboſ. *à n.* 3. Greg. Lop. *in d. l.* 2. *gloſ. vlt. tit.* 8. *part.* 5. diximuſque *ſup. n.* 19. Quare à concluſione tradita *ſup. n.* 81. receſſiendum non eſt.

Ibi: *Siquidem tutor res minoris locat.*

90 Minor recedere nequit à locatione, finita tutela, per tutorem de rebus eius, dū adminiſtrabat, contracta, Caroc. *ſup. rubric. de tutor. & curatorib. quæſt.* 6. *n.* 1. Pat. Molin. *diſp.* 492. *n.* 1. Mantic. *d. tit.* 10. *n.* 23. Ant. Gom. *vbi proximè*, Gratian. *diſcept. cap.* 37. *n.* 13. Petr. Barboſ. *n.* 1. *in fin.* Surd. *deciſ.* 299. *num.* 2. Gutierr. *de tutel. part.* 2. *cap.* 20. *num.* 6. Menchac. *de ſucceſſion. creat. lib.* 1. *§.* 10. *num.* 78. *verſ. Nunc videndum*, Roland. *d. conſ.* 49. *nu.* 7. Mori. *d. quæſt.* 2. *num.* 10. 11. Idem eſt de curatore, C. *Lug. n.* 24. *verſ. De minore.*

Quid de locatione ad longum tempus? 91
Caroc. *d. q.* 6. *num.* 9. reſpondit, minorē vtique teneri, & hoc de mente DD. omnium eſſe, quamuis ipſe dubitet, cogitandumque relinquat, ſed veritas eſt, quòd obligatur, nam fundamenta, quæ Carocium titubare fecerunt, non vrgent, & præterea cum huiuſmodi locatio fieri debeat, iudicis decreto interueniente, quia ſpecies alienationis eſt. Ari. Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 64. *C. de bon. matern.* Boer. *deciſ.* 234. *n.* 3. Menchac. *vbi proximè*, *verſ. Vndè tutor*, Caroc. *num* 5. nulla eſt ratio, ne locatio hæc ſubſiſtat, vſque ad tempus præſcriptum, ſiquidem cæteræ alienationes ſic factæ perpetuò permanent, nocētque minori, cui tamen reſtitutionis auxilio ſuccurretur, ſi ſe læſum in locatione doceat.

Ibi: *Sed nihilominus non omninò.*

Vxor præciſè ſtare debet poſt ſolutum 92
matrimonium locationi celebratæ de rebus dotalibus per virum ad modicum tēpus, vt ad annum, quoniā hoc æquitati, bonæque fidei cōſentaneum eſt, Caroc. *d. rubric. de iur. dot. q.* 7. *num.* 6. Gutierr. *d. cap.* 8. *nu.* 44. *in fine*, Dueñas *regul.* 240. *limit.* 5. Oſaſch. *deciſ.* 82. *in fin.* Ceuall. *d. q.* 636. *ad fin.* Duaren. *in l. ſi filio fam. §. vltim. ff. ſolut. matrim.* Cagnol. *in l.* 2. *num.* 221. *C. de pact. int. emptor. & vendit.* nec diſſentit Gregor. Lop. *d. gloſ. vlt. ad fin.*

Sed nec ad annum mulierem teneri 93
præciſè colono, latè probat Petr. Barb. *à num.* 8. cuius ſententia in puncto iuris verior apparet ex adductis per ipſū, eritque omninò amplectenda, ſi mulieris ex aliqua vrgenti cauſa interſit, prædium ſibi ſtatim reſtitui, ſemper tamen conductori reſarciendum eſt, ſi quid locationis gratia expenderit, vt ſi ſumptus feciſſet ad culturam pro eo anno neceſſarios, nec non conſiderandum eſt damnum, quod co-



colono infertur, ſi iam tempore lapſo, quo agri locari ſolerent, ab eo, quem cōduxerat, expellatur, ex quo ipſe vacaret, nec lucraretur, quod proprio labore, & induſtria poſſet. Quibus perpenſis æquiſſimum erit, D. Couarr. opinionem communem practicari.

94 Eadem procedunt in locatione ad longius tempus veluti ad triennium, vel quinquennium, ſi ager locatus non ferat ſingulis annis fructus, ſed intra tres, vel quinque annos; totum enim illud tempus pro vno anno quoad culturam computatur, Gregor. Lop. *vbi proximè* Caroc. *n.* 7. Bald. *in l. ſi quis domum, ff. locat.* Campeg. *de dot. p.* 3. *quæſt.* 272. Nec aliud iuris erit, ſi ager annuos fructus reddat, ſed in æquales, ac difformes, vt ſi primo anno frumētum ſeratur, ſecundo herba paſcatur, tertio alij fructus colligantur, nam ſi locetur per maritum ad triennium, antequè coniungium diſſoluatur intra primū annum, vel ſecundum colonus expellendus non erit, admiſſa D. Couar. ſententia, antequàm integrum triennium labatur, nam locatio diuidi non poteſt. Ita de ſucceſſore in beneficio agēs, docet Tondut. *quæſtion. beneficial. part.* 1. *cap.* 66. *n.* 6. Gratian. *diſcept. cap.* 606. *n.* 19. Caroc. *rubric. de vſufructuar. q.* 12.

Verſ. *Quid autem è contrario.*

Maritus, cui res locata in dotem datur,
95 poteſt conductorem vxoris, vel ſoceri ante finitum locationis tempus expellere, ita vt nec cauſatiuè ad perſiſtendum in locatione teneatur, P. Molin. *diſp.* 492. *n.* 4. Caroc. *n.* 22. Gutier. *d. c.* 8. *n.* 46. Mātic. *n.* 9. Surd. *deciſ.* 52. & 299. C. Lug. *n.* 24. A quibus immeritò recedit Petr. Barboſ. *n.* 15. qui opinatur, idem in viro ſuccedēte per dotis receptionē eſſe ſeruandū, ac in muliere diximus *ex eod. §. fin.* vt ſcilicèt cauſatiuè ſtare locationi teneatur; at inter eos diuerſa admodùm militat ratio.

Ibi: *Ipſi tamen poſt Cumanum.*

96 Proximam reſolutionem limitant cū D. Couar. hic pro ea nuper laudati, quādo tēpore dotis conſtitutæ maritus ſciebat, rem dotalem eſſe locatam, quia cenſetur locationi conſentire, ſed Gutierr. contrarium veriùs putat, & Pat. Molin. aſſerit id non probari per gloſſam à D. Couar. allegatā, & ita verū eſt. Poteſt tamē defendi hæc limitatiò ſecūdū cōmunē DD. aſſertionem, cuius meminimus *ſup. n.* 24. qui docent, ſingularē ſucceſſorē colonum expellere nequire, cum tempore emptionis, alteriuſve contractus non ignorabat, rem eſſe locatam. Quod in hac ſpecie faciliùs erit admittendū propter mutuam coniugum beneuolentiam, ex qua præſumendum eſt, maritum locationi conſenſiſſe, ne coniux ad intereſſe teneatur eiecto colono.

Sed ſi vir locationi ſtet, ſolutiones an- 97
ticipatè factas vxori, vel ſocero, qui locauit, repetere ab eiſdem poterit, non autem à colono, qui domino irreuocabili ſoluit rectè etiam anticipatè, & ita ſecurus eſt, Amat. *variar. lib.* 1. *reſolut.* 29. *n.* 16 qui limitat, quando maritus ſciuit anticipatas ſolutiones, cum dos promittebatur, quia exigere eas non poterit, quòd dubium videtur, cum donatio præſumatur, contra regulam, *l. cum de indebito* 25. *ff. de probat.* & quæ ibi notantur per Scribentes.

Num. 6.

De his conſulas Cardin. Mantic. *de ta-* 98
*cit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 12. *à nu.* 16. P. Molin. *diſput.* 492. *nu.* 5. Tondut. *ſup. d. cap.* 66. *à princip.* Petr. Barboſ. *in d. §. fin. n.* 17. *cum alijs* Caroc. *d. rubric. de reb. Eccleſ.* Gutier. *Canonicar. lib.* 1. *cap.* 36. Gratian. *diſceptat. cap.* 37. *ex num.* 18. Auguſt. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 94. Azor. *inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 8. *de locat. cap.* 6. *quæſt.* 7. Tuſch. *lit. L. conc.* 419. Trētacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de locat. & conduct. reſolut.* 3. & alios per plures apud Auguſtin. Barboſ. *n.* 1.

Verſ. *Primùm, eſſe omninò diſtinguendum*

Hac eadem diſtinctione vtuntur Pat. 99
Molin. *ſup.* Auguſtin. Barboſ. *d. num.* 1. & in collectan. ad *cap. fin. nu.* 6. *ne Prælat. vic. ſuas*, Mareſc. *variar. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 5. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 27. Caroc. *ſup. nu.* 5. 7. Petr. Barboſ. *num.* 19. 22. Tondut. *num.* 1. Gutier. *ſup. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 71. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 40. *n.* 98. Trentacinq. *n.* 9. Card. Lug. *nu.* 24. *verſ. Hoc idem*, & alij mox referendi.

Verſ. *Secundùm, etiamſi.*

Prælatus, Canonicus, vel beneficiarius 100
quilibet non aſtringitur ſtare anteceſſoris locationi, quàm de rebus ad dignitatem,

tem, præbendam, aut beneficium ſpe-
ctantibus prolus vtilitate fecerit, Molin.
vterque Card. Lug. Trentacinq. Mareſ-
cot. Auguſt. Barboſ. Tondut. & alij pro-
ximè relati Merlin *de legitim. lib. 3. tit. 2.*
*q. 22 num.* 10. Morla *ſup. d. quæſt. 2. nu.* 20.
Franciſc. Marc. *deciſ.* 564. *n.* 3. *part.* 2. Gu-
tierr. *d. cap.* 36 *nu.* 5 Dueñas *reg.* 240. *am-*
*pliat.* 3. Gregor. Lop. *in l. 2. gloſ. 4. poſt prin-*
*cip. tit. 8. part. 5.* Mantic. *d. lib.* 5 *tit.* 10. *n.*
22. *verſ. Et quidem ſucceſſor,* Menchac. *vſu-*
*frequent. lib 3. cap. 52. nu. 7.* Anton. de Ma-
rin *quotidianar. reſolut. lib. 1. capit.* 259.
*num.* 18.

101 Ratio eſt, quia ſingulares ſucceſſores, quales ſunt hi, de quibus agitur, non tenentur prædeceſſorum contractus obſeruare, quorum ius penitus extinguitur, nec poſſunt ſucceſſores, quibus nihil tribuunt, onerare, vt notat Mareſcot. cum alijs omnibus nuper adductis.

102 Et licèt colonus anticipatè prædeceſſori penſiones pro futuris annis perſoluerit, non ideò magis ſucceſſor ſtare cogitur locationi, imò licèt in ea perſeueret, iterum exiget à cōductore redditus, ex quo ſibi cœperunt competere, ipſe verò conductor repetet ab hæredibus beneficiarij, cui ſoluit, Tondut. *num.* 33. Amat. *dict. reſolut.* 29. *nu.* 27. Caroc. *ſup. concl.* 20. *num.* 75. Petr. Barboſ. *num.* 21. Menoch. *conſ.* 1134. *nu.* 6. Auguſtin. Barboſ. *dict. allegat.* 94. *nu.* 5. 7. Trentacinq. *num.* 7. Gigas *de penſionib. quæſt.* 88. Quod limitandum eſt, ſi Scholaſticus fructus ſui beneficij, vt ſtudijs incumbere poſſit, locet ad triennium, vel ad aliud breuius tempus, & pro toto triennio anticipatè penſiones recipiat, nam ſi ante decedat, quàm locatio finiatur, ſucceſſor niſi eas ſoluerit colono, ſtare compelletur locationi nihil penſionum nomine recepturus, Rebuf. *de priuileg. ſcholar. priuileg.* 26. Auguſt. Barboſ. *num* 9. Tondut. *num.* 37. De quo vide Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 11. vbi prohibentur locationes per anticipatas ſolutiones fieri, non obſtante priuilegio quocunque.

103 Principalis concluſio diuerſimodè ſolet limitari, vt videre eſt apud Auguſt. Barboſ. *ex num.* 2. & Caroc. *concl* 9. *n.* 57. *cum ſeqq.* Ex quibus vna eſt frequentiſſima, vt ſcilicèt ſucceſſor ad locationem teneatur pro eo anno, quo beneficiarius, qui locauit, deceſſit, ne colonus in damno verſetur propter ſumptus ad culturam factos, ita Caroc. *concl.* 13. *num.* 61. Gratian *ſup. cap.* 606. *n.* 17. Tondut. *n.* 5. Mareſcot. *n.* 7. *in fin.* Surd. *deciſ.* 52. *nu.* 10. Franciſc. Marc. *deciſ.* 197. *n.* 9. *part.* 2. Auguſt. Barboſ. *nu.* 3. Cacher. *deciſ.* 82. *nu.* 10. Trentacinq *nu.* 10. Idem per contrarium dicendum eſt de colono, qui pro eo anno recedere à locatione, inuito beneficiario nequibit, Trentacinq. *d. n.* 10. *verſ. Hæc concluſio,* Franciſc. Marc. *deciſ.* 102. *in fine, part.* 1. Auguſt. Barboſ. *vbi proximè* Aloyſ. Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſtic. reſolut.* 97. *n.* 5. *in 2. edit.* Quòd intellige vt *ſup. n.* 94.

Altera limitatio eſt, quòd vbi fuerit conſuetudo obligans ſucceſſorem in beneficiū ad ſtādum locationi anteceſſoris ſeruanda erit, Caroc. *concl.* 14. *n.* 63. Frāciſc. Marc. *deciſ.* 244. *part.* 1. Auguſt. Barboſ. *num* 4. Ricci. *ſup. num.* 8. Quaranta *in ſumm. Bullarij, verb. alienatio, nu.* 19. & in Gallia ad tollendas fraudes in Tribunalibus frequentiſsimè obſeruari, vt locationi per ſucceſſores ſtetur, teſtatur poſt alios Tondut. *nu.* 31. 104

Vtrùm colonus eiectus per ſucceſſorē ante finit ūlocationis tēpus agere ad intereſſe cōtra hæredes beneficiarij, qui locauit, poſsit? latè diſputat Gutier. *d. c.* 36. *ex num.* 16. cum quo tenendum eſt, quòd ſi beneficium ad aliū perueniat facto locatoris, ipſe, vel fideiuſſores, aut hæredes manent aſtricti ad intereſſe colono ſoluēdum pro futuris annis vſque ad tempus præſcriptū: Si verò morte, aliauè cauſa præter voluntatem, aut factum poſſeſſoris beneficium in alium trāsferatur, nulla actio dabitur cōductori, quia caſu fortuito vſus rei impeditur, quare nihil exigere poterit, niſi quicquam anticipatè ſoluerit, quod repetere non prohibetur. Idem docet Petr. Barboſ. *in d. §. fin. nu.* 22. Auguſt. Barb. *n.* 11. 12. & colligitur ex traditis per P. Molin. *diſp.* 493. *n.* 1. 5 & Molin. *d. c.* 21. *à n.* 8. & procedit quanquam colonus expenſas fecerit pro integro locationis tēpore, quoniam ſibi imputare debet, qui præuidere potuit caſum mortis beneficiarij, à quo conduxerat, quo locatio intempeſtiuè finiretur, vt Molin. & Auguſt. Barboſ. aſſerunt. Quæ reſolutio limitatur quoad ſecundam partem, ſi beneficiarius locaſſet rem Eccleſiæ vt pa- 105

tri-



[illegible] Gutier. *n.* 19. Aug. Barb. *n.* 15. Molin. [illegible] 11. Ad [illegible] beneficiarius de euictione cautionem interponeret, obligans ſe ad intereſſe pro toto locationis tempore, quia ipſe, fideiuſſor, vel hæres poterit conueniri, vt pactioniſtent, quamuis caſu rei vſus [illegible] Auguſt. Barboſ. *nu.* 14. Gutier. *num.* 25. quia *n.* 27. limitat etiam de iure Regio ex *l.* 9. *tit.* 17. *p.* 1.

Ibi: Quæ quidem procedit.

106 Hoc ſpeciale non eſt, ſed generaliter in materia locationis obſeruatur, nec clau[illegible] dicere contractus poteſt, vt dictum eſt *ſup. n.* 2. & in ſpecie notat Molin. *n.* 4. Caroc. *concl.* 29. *n.* 78. P. Molin. *diſp.* 492. *n.* 5. Auguſt. Barb. *n.* 15. Gutier. *n.* 13. Petr. Barb. *n.* 19. Trentacinq. *n.* 5. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. §. 1. An Prælatus, n.* 50.

Ibi: idem erit vbi Rector Eccleſiæ.

107 De hoc conſulas Tondutum late diſputantem *à n.* 12 qui cum D. Couar. in præſenti reſoluit, beneficiarium ſuccedentem per renunciationem, vel reſignationem etiam in fauorem non teneri ad continuandam locationem ab anteceſſore factam, idem probant Trentacinq. *nu.* 8. Petr. Barboſ. *vbi proximè* Flamini. *de reſignat. beneficior. p.* 1. *q.* 26. *n.* 47. Ant. de Marin. *d. c.* 259. *n.* 1. Redoan. *ſupr. pag.* 342. *n.* 6. P. Molin. *vbi proximè* Gutier. *n.* 6 Cācer. *variar. p.* 1. *c.* 14. *n.* 45. Ratio eſt, quia cum reſignatarius ſucceſſor ſit, locationi nō aſtringitur iuxta regulam *d. emptorem*, ex quo conſtat, nihil intereſſe, quod voluntate anteceſſoris ſuccedatur, nā hoc onerat alienantem, vt de euictione teneatur, non eum, qui emit, vel aliter rem acquirit, vt notat Tondut. *n.* 16. 14.

108 Sed contrarium placuit Gratian. *d. cap.* 606. *n.* 20. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 42. *n.* 44. & idem *ad eandem deciſ.* 33. *n.* 4. Merlin. *ſup. d. q.* 22. *nu.* 14 qui mouentur communi doctrina, quæ habet, proprietarium teneri ad locationem per vſufructuarium factam, quando conſolidatio vſusfructus cū proprietate fit ex voluntate vſufructuarii. At ſuſtinendo priorem communem ſententiam reſpondendum eſt, quod, etſi cō cedatur (quod difficultate non vacat) proprietaris dominium, ad quem vſusfructus voluntate locatoris peruenit, nō poſ-

ſe à locatione reſilire; diuerſa tamē in beneficiario ratio militat, dquidem in vſufructuario, & ſimilibus ſucceſſor ius [illegible] cauſam habeat renunciante, vel cedente, ſucceſſor verò beneficij etiam per reſignationem in fauorem illius reſignante [illegible] ſed à ſuperiore cō ferente, Roman *conſ.* 103. *n.* 5. Alex. *conſ.* 63. *n.* [illegible] Tondut. *n.* 26.

Verſ. Tertiò, an hæc quæſtio.

Huius quæſtionis fundamenta pro vtraque parte refert Petr. Barboſ. *n.* 17.

Verſ. Ego vero.

Nemini dubium eſt, quin Prælatus, vel Rector Eccleſiæ poſsit propria authoritate res eius ad triennium, aut infra locare; *Clement.* 1. *de reb. Eccleſ.* [illegible] *n.* 4. *verſ. Quæ autem, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Caroc. [illegible] *n.* 7. Petr. Barb. *n.* 25. & alij mox referendi. 109

Ibi: Quod ſi locatio fieri potuit.

Locatio enim facta per Rectorem Eccleſiæ [illegible] pro ipſius vtilitate de rebus Eccleſiaſticis eſt per ſucceſſorē omninò ſeruanda ad tempus conuentione præfinitū, Mareſcot. *n.* 1. Barboſ. ſenior *n.* 22. Tondut. *n.* 1. P. Molin. *diſp.* 492. *n.* 5. Caroc. *ſup. concl.* [illegible] Auguſt. Barboſ. *n.* 1. & *in collectan. ad c.* [illegible] *n.* 6. *de Prælat. vic. ſuas,* Caualcan. *deciſ.* 44. *n.* 3. Gutier. *ſup. d. cap.* 8 *n.* 71. Mantic. *vbi proximè, nu.* 21. *verſ. Et quidem ſucceſſor,* [illegible] Franc. Marc. *deciſ.* 106. *n.* 8. *p.* 2. Trentacinq. *n.* 6. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 17. *dub.* 24. *n.* 6. & *cap.* 18. *dub.* [illegible] *n.* 4. Quo caſu penſiones anticipatè ſolutas ſucceſſor debet approbare, ſi in vtilitatem Eccleſiæ verſas fuiſſe conſtiterit, aliàs iterum à colono exigentur, Petr. Barboſ. cum alijs, *nu.* 27. Todut. *n.* 33. & 37. Ferret. *conſ.* 151. *n.* 21. 110

Ibi: Sicut tenetur tutor, qui alteri tutori.

Tutor, aliuſue ſimilis adminiſtrator ſi in alterius locum ſubrogetur anteceſſoris locationi legitimè factæ ſtare compellitur, Tondut. *n.* 2. Caroc. *rubric. de tutor. & curator. q.* 6 *n.* 2. 3. P. Molin. *d. n.* 5. *ad fin.* Petr. Barb. *n.* 23. Gutier. *de tutel. par.* 2. *cap.* 20. *n.* 7. Bonif. *ſup.* [illegible] 111

Ibi: Nec reſoluit vtilis locatio Eccleſiæ.

Communiter DD. requirunt, vt in ſpe- 112

cie,

cic, de qua agimus, ſucceſſor ſtare debeat locationi, quòd contractus vtilis ſit Eccleſiæ, vt conſtat ex Trentacinq. *dict. n.* 9. Caroc. *conc.* 2. *ex n.* 7. Sed nihilominus verum eſt, quod in præſenti D. Couar. docet: ſcilicèt locationem quoad ſucceſſorem ſubſiſtere, etſi damnoſa fuerit, aut non vtilis Eccleſiæ, niſi reſtitutio in integrum aduerſus eam poſtuletur, nam cõmunis opinio non explicat, qua via à locatione ſucceſſor receſſurus ſit, atque ita eſt intelligenda, vt, obtento reſtitutionis auxilio, colonus expellatur, prout ſentiũt Petr. Barboſ. *num.* 23. Redoan. *pag.* 343. *n.* 8. Gutier. & P. Molin. *vbi proximè*, Caroc d. *concl.* 2. *num.* 14. Bene *ſup. n.* 7.

Verſ. *Sic ſanè ſi Rector alicuius hoſpitalis.*

113 Rector, ſiue adminiſtrator alicuius hoſpitalis ad tempus conſtitutus, ſi legitimè locet prædia propria hoſpitalis eius nomine ad longius, quàm adminiſtratio eſt permanſura ſucceſſor reſilire à contractu ante finitam locationem prohibetur, P. Molin. *dict. n.* 5. *in fin.* Guier. *d. cap.* 20. *n.* 8. Roland. *conſ.* 49. *num.* 7. *lib.* 2. Petr. Barb. *n.* 7. Caroc. *dict. conc.* 2. *num.* 7.

Verſ. *Idem dicas.*

114 Idem de Rectoribus ciuitatum docent etiam DD. proximè laudati.

Verſ. *Vlt.* Ibi: *Non idem erit.*

115 Quamuis beneficiarius, ſiue Prælatus locet prædia Eccleſiaſtica, quorum fructus ad ſe pertinent, nomine Eccleſiæ, nõ ideo ſucceſſor ſtare tenetur locationi, quæ reſtricta intelligitur ad tempus, quo locator beneficio, vel dignitate fungatur Petr. Barb. *n.* 19. Gutier. *d. cap.* 36. *n.* 5. Tõdut. *n.* 3. Trentacinq. *n.* 9. *verſ. Ex hac concluſione*, Alexand. *conſ.* 160. *n.* 4. Idem erit, ſi expreſsim obliget ſucceſſorem, cum non poſsit, Mareſcot. *n.* 6.

116 Ratio eſt, quoniam Prælatus nullũ ius in ſucceſſorem transfert, vt eum ſuo cõtractui valeat obligare. Nec intereſt, quòd aſſerat ſe nomine Eccleſiæ locare, cuius nulla verſatur vtilitas, quare in eo actu non vt adminiſtratorem ſe gerit, ſed tanquam ius in re habentem, quod cum ita ſit, natura & veritas rei verborũ prætextu non immutatur, *l.* 1. *& per tot. C. plus valere quod agit, quàm quod ſimul. concip.* Gutier. *d. c.* 36. *n.* 5. 6. Petr. Barb. *n.* 29.

# AD CAPVT Decimumſextum.

## SVMMARIVM.


1 *De materia agentes.*

2 *Alienatio bonorum Eccleſiæ, iuris ſolemnitatibus non ſeruatis, eſt nulla.*

3 *Prælatus, aut beneficiarius an valeat fructus ad dignitatem, vel beneficium attinentes ad longum tempus locare ad numer.* 8.

9 *Locatio ad longum tempus de rebus Eccleſiæ non conſiſtit, & quantum longum tẽpus dicatur, ad num.* 12.

10 *Ex locatione ad longum tempus vtile dominium transfertur, ſed pacto impediri poteſt* 13. 15. 16.

14 *Quibus alienatio prohibetur, locare ad longum tempus non licet.*

17 *Conductor poſſeſſionem non quærit, ſed ſi ad longum tempus conducat, obtinet naturalem.*

18 *Prælatus iurans non alienare bona Eccleſiæ num valeat ea ad longum tempus locare, & num.* 19.

20 *De forma, qua huiuſmodi iuramenta ſiũt, & quomodo intelligantur.*

21 *Alienationis verbo quando locatio ad lõgum tempus contineatur.*

22 *Verba ita accipi debent, vt delictum excuſetur, & pœna.*

23 *Iuramentum ita debet intelligi, vt quantò minùs poſsit, iurantem aſtringat.*

24 *Emphyteuta locans ad longum tempus, domino irrequiſito, an incidat in pœnam caducitatis, vſque ad num.* 26.

27 *Locatio bonorum Eccleſiæ ad vitam, non ſeruatis ſolemnitatibus iuris, non tenet, quid ſi locetur ad vitam ſenis, n.* 30. 31.

28 *Quid ſi locetur ad voluntatem contrahẽtis, aut alterius.*

29 *Quid ſi ad tempus incertum.*

32 *Inter Prælatos Regulares, & Seculares differentia quoad locationis tempus.*

33 *Locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium, omiſſis ſolemnitatibus iuris nulla eſt, ampliatur, etſi iuramento confirmetur.* 34.

35 *Epiſcopali conſtitutione triennium reſtringi poteſt, ſed non extendi.*

36 *Locatio rei Eccleſiaſticæ num valeat, ſi exprimatur, plures contrahi locationes, per ſingula triennia, ad num.* 40.

41 *Locatio rei Eccleſiæ vltra triennium an intra illud ſuſtineatur, de quo vſque ad num.* 51.

52 *Locatio hæc non vitiatur, ſi res ſingulis annis fructus non tulerit.*

53 *Mandatum ad locandas res Eccleſiæ intra tempus permiſſum, triennio elapſo, non finitur*

54 *Extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. int. commun. num ſit vſu recepta.*

55 *Lex vſu non recepta non obligat, de quo ad num.* 59.

60 *Lex iam recepta contraria conſuetudine abrogatur, & quanto tempore, num.* 61.

62 *In Hiſpania d. Extrauag. Ambitioſæ, recepta eſt quoad nullitatem contractuũ ſecùs quoad pœnas.*

63 *D. Couar. quid ſenſerit circa fructuum beneficiorum locationem.*

64 *Contractus nulli ex defectu ſolemnitatũ valent, ſi Eccleſia velit.*

65 *Quid circa locationem bonorum Eccleſiæ S. Concil. Trident. ſtatuerit.*

66 *Vtrùm alienationis verbum hypothecam contineat, num.* 67.

68 *Minoris bona immobilia, vel pretioſa vtrum abſque decreto poſsint obligari, ad num.* 70.

71 *Aliquo prohibito, non licèt, per quod peruenitur ad illud*

72 *Alienationis verbum dominij tranſlationem ſignificat.*

73 *Alienatione vetita, nec hypotheca permittitur.*

74 *Res Eccleſiæ an poſsint abſque ſolemnitatibus generaliter, vel ſpecialiter obligari, ad num.* 76.

77 *Pœnæ aduerſus alienantes non legitimè bona Eccleſiæ non ligant, niſi traditione ſequuta, quid circa hypothecam, num.* 78.

79 *Res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus pignori nequeunt dari.*

80 *Cauſæ, ex quibus res Eccleſiæ alienari licet.*

81 *In alienatione bonorum Eccleſiæ quis ordo ſeruetur.*

82 *Reliquiæ Sanctorum num abſque ſolemnitatibus alienentur, ad num.* 86.

87 *Bona Eccleſiæ, an ſint diſtrahenda, vt pauperi ſua culpa effecto ſuccurratur, ad num.* 93.

94 *Bona Fideicommiſſo ſubiecta an poſsint diſtrahi pro liberando à carcere poſſeſſore remiſsiuè, & num.* 95.

96 *Delinquentibus carceratis ſuccurrendum, & quibus cura ſubueniendi carceratis incumbat.*

97 *Bona Eccleſiæ an vendi poſsint, vt carcerati ob crimina liberentur.* 98.

99 *Legatum pro redemptione captiuorum nequit per exequutores teſtamenti ad liberationem carceratorum applicari.*

100 *Bona Eccleſiæ non licet alienare, vt damnati ad triremes liberentur, ſed limitatur, ibi.*

101 *Quæ bona Eccleſiæ alienari, abſque ſolemnitatibus prohibeantur, ad num.* 104.

105 *Res conſecrata quomodo diſtrahenda.*




## De locatione bonorum Eccleſiæ, vbi & nonnulla de alienatione notantur.

De locatione rerum Eccleſiaſticarum diſſerunt Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. Petr. Franc. Tondut. *quæſtionum, & reſolut. beneficial. part.* 1. *cap.* 66. Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditib. cap.* 2. *§.* 2. Stephan. Quaranta *in ſumm. Bullary, verb. alienatio rerum Eccleſiæ*, Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tract.* 2. *diſput.* 466. *cum ſeq.* Caroc. *in tract. locat. rubric. de reb. Eccleſ.* Auguſt. Barboſ. *de offic. & poteſtate Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 95. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom.* 2. *cap.* 18. Gutier. *Canonic. quæſtion. lib.* 1. *cap.* 8. *& lib.* 2. *c.* 15 Mareſcot. *variar. reſolut lib.* 2. *cap.* 25. Cenallos *commun. cont. commun. tom.* 1. *q.* 199. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 5. Aluar. Valasc. *de iur. emphyteut. q.* 29. Pellizzar. *in manual. Regular. tom.* 1. *tr.* 6. *cap.* 8. *à nu.* 14. 1

Alienatio rerum Eccleſiaſticarum eſt nulla, niſi iuris ſolẽnitates interuenerint 2

 vt

cie,de qua agimus,ſucceſſor ſtare debeat locationi, quod contractus vtilis ſit Eccleſiæ, vt conſtat ex Trentacinq.*dict.n.9.* Caroc.*conc.2.ex n.7.* Sed nihilominus verum eſt, quod in præſenti D. Couar. docet: ſcilicèt locationem quoad ſucceſſorem ſubſiſtere, etſi damnoſa fuerit, aut non vtilis Eccleſiæ, niſi reſtitutio in integrum aduerſus eam poſtuletur, nam cõmunis opinio non explicat, qua via à locatione ſucceſſor receſſurus ſit, atque ita eſt intelligenda, vt, obtento reſtitutionis auxilio, colonus expellatur, prout ſentiũt Petr. Barboſ.*num.23.* Redoan.*pag.343.n.8.* Gutier. & P. Molin. *vbi proximè,* Caroc *d.concl.2.num.14.* Bene *ſup.n.7.*

Verſ. *Sic ſanè ſi Rector alicuius hoſpitalis.*

113 Rector, ſiue adminiſtrator alicuius hoſpitalis ad tempus conſtitutus, ſi legitimè locet prædia propria hoſpitalis eius nomine ad longius, quàm adminiſtratio eſt permanſura ſucceſſor reſilire à contractu ante finitam locationem prohibetur, P. Molin.*dict.n.5.in fin.* Guier.*d.cap.20.n.8.* Roland.*conſ.49.num.7.lib.2.* Petr. Barb. *n.7.* Caroc.*dict.conc.2.num.7.*

Veſ. *Idem dicas.*

114 Idem de Rectoribus ciuitatum docent etiam DD. proximè laudati.

Verſ. *Vlt.* Ibi: *Non idem erit.*

115 Quamuis beneficiarius, ſiue Prælatus locet prædia Eccleſiaſtica, quorum fructus ad ſe pertinent, nomine Eccleſiæ, nõ ideo ſucceſſor ſtare tenetur locationi, quæ reſtricta intelligitur ad tempus, quo locator beneficio, vel dignitate fungatur Petr. Barb.*n.19.* Gutier.*d.cap.36.n.5.* Tõdut.*n.3.* Trentacinq.*n.9.verſ. Ex hac concluſione,* Alexand.*conſ.160.n.4.* Idem erit, ſi expreſsim obliget ſucceſſorem, cum non poſsit, Mareſcot.*n.6.*

116 Ratio eſt, quoniam Prælatus nullũ ius in ſucceſſorem transfert, vt eum ſuo cõtractui valeat obligare. Nec intereſt, quod aſſerat ſe nomine Eccleſiæ locare, cuius nulla verſatur vtilitas, quare in eo actu non vt adminiſtratorem ſe gerit, ſed tanquam ius in re habentem, quod cum ita ſit, natura & veritas rei verborũ prætextu non immutatur, *l.1. & per tot. C. plus valere quod agit, quàm quod ſimul. concip.* Gutier.*d.c.36.n.5.6.* Petr. Barb.*n.29.*

# AD CAPVT Decimumſextum.

## SVMMARIVM.

1 *De materia agentes.*
2 *Alienatio bonorum Eccleſiæ, iuris ſolemnitatibus non ſeruatis, eſt nulla.*
3 *Prælatus, aut beneficiarius an valeat fructus ad dignitatem, vel beneficium attinentes ad longum tempus locare ad numer. 8.*
9 *Locatio ad longum tempus de rebus Eccleſiæ non conſiſtit, & quantum longum tẽpus dicatur, ad num. 12.*
10 *Ex locatione ad longum tempus vtile dominium transfertur, ſed pacto impediri poteſt 13.15.16.*
14 *Quibus alienatio prohibetur, locare ad longum tempus non licet.*
17 *Conductor poſſeſsionem non quærit, ſed ſi ad longum tempus conducat, obtinet naturalem.*
18 *Prælatus iurans non alienare bona Eccleſiæ num valeat ea ad longum tempus locare, & num. 19.*
20 *De forma, qua huiuſmodi iuramenta ſiũt, & quomodo intelligantur.*
21 *Alienationis verbo quando locatio ad lõgum tempus contineatur.*
22 *Verba ita accipi debent, vt delictum excuſetur, & pœna.*
23 *Iuramentum ita debet intelligi, vt quantò minùs poſsit, iurantem aſtringat.*
24 *Emphyteuta locans ad longum tempus, domino irrequiſito, an incidat in pœnam caducitatis, vſque ad num. 26.*
27 *Locatio bonorum Eccleſiæ ad vitam, non ſeruatis ſolemnitatibus iuris, non tenet, quid ſi locetur ad vitam ſenis, n. 30.31.*
28 *Quid ſi locetur ad voluntatem contrahẽtis, aut alterius.*
29 *Quid ſi ad tempus incertum.*
32 *Inter Prælatos Regulares, & Seculares differentia quoad locationis tempus.*
33 *Locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium, omiſsis ſolemnitatibus iuris nulla eſt, ampliatur, etſi iuramento confirmetur. 34.*



35 *Epiſcopali conſtitutione triennium reſtringi poteſt, ſed non extendi.*
36 *Locatio rei Eccleſiaſticæ num valeat, ſi exprimatur, plures contrahi locationes, per ſingula triennia, ad num. 40.*
41 *Locatio rei Eccleſiæ vltra triennium an intra illud ſuſtineatur, de quo vſque ad num. 51.*
52 *Locatio hæc non vitiatur, ſi res ſingulis annis fructus non tulerit.*
53 *Mandatum ad locandas res Eccleſiæ intra tempus permiſſum, triennio elapſo, non finitur*
54 *Extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. int. commun. num ſit vſu recepta.*
55 *Lex vſu non recepta non obligat, de quo ad num. 59.*
60 *Lex iam recepta contraria conſuetudine abrogatur, & quanto tempore, num. 61.*
62 *In Hiſpania d. Extrauag. Ambitioſæ, recepta eſt quoad nullitatem contractuũ ſecùs quoad pœnas.*
63 *D. Couar. quid ſenſerit circa fructuum beneficiorum locationem.*
64 *Contractus nulli ex defectu ſolemnitatũ valent, ſi Eccleſia velit.*
65 *Quid circa locationem bonorum Eccleſiæ S. Concil. Trident. ſtatuerit.*
66 *Vtrùm alienationis verbum hypothecam contineat, num. 67.*
68 *Minoris bona immobilia, vel pretioſa vtrum abſque decreto poſsint obligari, ad num. 70.*
71 *Aliquo prohibito, non licèt, per quod peruenitur ad illud*
72 *Alienationis verbum dominij translationem ſignificat.*
73 *Alienatione vetita, nec hypotheca permittitur.*
74 *Res Eccleſiæ an poſsint abſque ſolemnitatibus generaliter, vel ſpecialiter obligari, ad num. 76.*
77 *Pœnæ aduerſus alienantes non legitimè bona Eccleſiæ non ligant, niſi traditione ſequuta, quid circa hypothecam, num. 78.*
79 *Res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus pignori nequeunt dari.*
80 *Cauſæ, ex quibus res Eccleſiæ alienari licet.*
81 *In alienatione bonorum Eccleſiæ quis ordo ſeruetur.*
82 *Reliquiæ Sanctorum num abſque ſolemnitatibus alienentur, ad num. 86.*
87 *Bona Eccleſiæ, an ſint diſtrahenda, vt pauperi ſua culpa effecto ſuccurratur, ad num. 93.*
94 *Bona Fideicommiſſo ſubiecta an poſsint diſtrahi pro liberando à carcere poſſeſſore remiſsiuè, & num. 95.*
96 *Delinquentibus carceratis ſuccurrendum, & quibus cura ſubueniendi carceratis incumbat.*
97 *Bona Eccleſiæ an vendi poſsint, vt carcerati ob crimina liberentur. 98.*
99 *Legatum pro redemptione captiuorum nequit per exequutores teſtamenti ad liberationem carceratorum applicari.*
100 *Bona Eccleſiæ non licet alienare, vt damnati ad triremes liberentur, ſed limitatur, ibi.*
101 *Quæ bona Eccleſiæ alienari, abſque ſolemnitatibus prohibeantur, ad num. 104.*
105 *Res conſecratæ quomodo diſtrahendæ.*

## De locatione bonorum Eccleſiæ, vbi & nonnulla de alienatione notantur.

De locatione rerum Eccleſiaſticarum diſſerunt Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 21.* Petr. Franc. Tondut. *quæſtionum, & reſolut. beneficial. part. 1. cap. 66.* Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditib. cap. 2. §. 2.* Stephan. Quaranta *in ſumm. Bullary, verb. alienatio rerum Eccleſiæ,* Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 466. cum ſeq.* Caroc. *in tract. locat. rubric. de reb. Eccleſ.* Auguſt. Barboſ. *de offic. & poteſtate Epiſcop. part. 3. allegat. 95.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom. 2. cap. 18.* Gutier. *Canonic. quæſtion. lib. 1. cap. 8. & lib. 2. c. 15.* Mareſcot. *variar. reſolut lib. 2. cap. 25.* Cenallos *commun. cont. commun. tom. 1. q. 199.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 5.* Aluar. Valaſc. *de iur. emphyteut. q. 29.* Pellizzar. *in manual. Regular. tom. 1. tr. 6. cap. 8. à nu. 14.* 1

Alienatio rerum Eccleſiaſticarum eſt nulla, niſi iuris ſolẽnitates interuenerint 2

vt compertum eſt, ac dicemus, *infra cap. proximo ad n.* 1. Hinc quæritur an locatio earundem rerum ſimiliter ſolemnitates, vt conſiſtat, deſideret? & iure, ac vniuerſo Interpretum conſenſu talis diſtinctio probatur, vt ad longum tempus ſolemniter fieri debeat, ad modicum verò non ita, circa quod variæ excitantur quæſtiones, quæ capiti huic ampliſsimam materiam exhibuerunt. Hæc de immobilibus, aut pretioſis mobilibus intelliguntur.

Ibi: *Ex quo tamen adiuncta Bartoli interpretatione.*

3 In primis quæritur, vtrum liceat Prælato, aut beneficiario fructus ſibi ex bonis Eccleſiaſticis ad victum deſignatos ad longum tempus, vel vitam ſuam locare? Affirmant Molin. *nu.* 24. 27. Bene *ſup. cap.* 17. *dubitat* 24. *&* *cap.* 18. *dub. vlt.* Pat. Molin. *diſp.* 466. *n.* 7. Redoan. *de reb. Eccleſ. q.* 6 *§. vlt. n.* 4. P. Vazq. *dub.* 6. *n.* 31. *& dub.* 7. *n.* 34. Diana *reſolut. moral. p.* 10. *tract.* 16. *reſolut.* 51. Auend. *in cap. Prætor. p.* 1. *c.* 4. *num.* 42. Caroc. *ſup. concl.* 9. *num.* 51. Gregor. Lop. *in l.* 9. *gloſ.* 1. *tit.* 17. *part.* 1. Mantic. *tit.* 13. *nu.* 21. Zerola *in prax. verb. alienatio §.* 2. *conc.* 10. Cened. *ad Decretal. collect.* 76. *nu.* 3. *& collect.* 102. *n.* 3. Leſsi. *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 25. *dub.* 11. Filliuc. *tract.* 44. *cap.* 4. *q.* 1. *num.* 70.

4 Ratio eſt, quia iura prohibentia locationem ad longum tempus non agunt de huiuſmodi fructibus, ſed de rebus ipſis Eccleſiaſticis; aut de redditibus, qui cedunt in vtilitatem ipſius Eccleſiæ, non beneficiarij, cum non huic, ſed illi proſpiciant, vt ex eorum contextura dignoſcitur. Ita Pat. Vazq. Bene, P. Molin. & alij *ſup.* Hinc infertur. Primò, poſſe hos fructus ad vitam, vel ad longum tempus donari, vel vendi, P. Molin. *nu.* 6. Molin. *nu.* 26. *verſ. In tertia, & vltima.* Infertur. Secūdo, præmiſſam cōcluſionē non procedere quoad fructus, qui ad beneficiarium nō ſpectant, ſed ad fabricam, vel alios vſus Eccleſiæ deſeruiunt, quoniam hi vt bona Eccleſiaſtica locari niſi ad modicum tempus prohibentur, *Extrauagant. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. int. commun.* Pat. Molin. *num.* 7 Bene *d. dub. vlt. num.* 2. Molin. *num.* 27. vbi differentiæ huius rationem tradit.

Ibi: *Sed verè in d. cap. vlt.*

Sed aduerſus ſuperiorē receptam ſententiam extat altera etiam communis, quæ docet, vetitum eſſe, fructus ad beneficiarios pertinētes, ab eiſdem ad vitam, vel longum tempus locari, ita tenent Gutier. *d. c.* 8. *n.* 15. 16. Bonacin. *in ſumm. tom.* 1. *tract. de alienat. bonor. Eccleſiaſt. diſp.* 2. *q. vnic. punct.* 2. *n.* 25. *verſ. Sed oppoſitum*, Ceuall. *ſup. n.* 12. vbi de praxi teſtatur, Boer. *deciſ.* 234. *nu.* 2. Rodrig. *p.* 1. *cap.* 18. *nu.* 5. Ricci. *deciſ.* 114. *p.* 3. Aug. Barb. *n.* 20. 21. Emman. Sà *in ſumm. verb. conductio, n.* 13. Garcia *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 33. Gam. *deciſ.* 156. *nu.* 2. *& deciſ.* 390. *n.* 6. Quibus hic accedit D. Couar. quanquā aliud ſentire videatur quoad prohibitionem, *d. Extrauag. Ambitioſæ, infra n.* 6. *verſ. Sextò viſum eſt quibuſdam.* 5

Ratio huius aſſertionis eſt, quia cum fructus iſti inter bona Eccleſiaſtica numerentur, generalis prohibitio locationis ad longum tempus eos quoque comprehendere debet, vt colligitur ex *clement.* 1. *de reb. Eccleſ. & d. Extrauag. Ambitioſæ.* 6

Præterea pro hac opinione expenditur maxima congruentia, nam ſi permiſſum eſſet beneficiarijs ad vitam, lōgumvè tempus fructus, ſibi neceſſarios ad victum locare, hoc facere poſſent, receptis anticipatè plurium annorum penſionibus, cum nullibi vetitum reperiatur, ex quo euenire facilè poſſet, vt in futurum ſibi alimenta deficerent, *argum. l. cum hi* 8. *ff. de tranſact.* Vndè Eccleſia graue detrimētum ſentiret, cum miniſtri ob egeſtatem debitum obſequiū exhibere nequirent, ad quod facit doctrina tradita *ſup. lib* 1. *cap.* 4. *n.* 15. Quod inconueniens agnoſcunt, qui oppoſitum tuentur, vt Dian. & Bene *d. diſp. vlt. nu.* 3. At reſpondent, ex hoc ſolum conuinci, vt expediret, fieri legem prohibētem, ne fructus beneficiorum, anticipata ſolutione, locarētur, ſed dum illa non eſt, beneficiarij iure ſuo vti poterunt locando ad longum tempus, pecunia anticipatè ſoluta. Hoc tamen non ſatisfacit, quoniam ſuperflua eſſet talis conſtitutio, cum alia via huic damno ſit ſuccurſum *per d. Extrauag. Ambitioſæ*, quæ rectè intellecta locationē iſtā ad longum tempus vetat, quo obſeruato præfatum periculum euitatur, & hoc etiam præ oculis habuiſſe illius conſtitutionis Conditorem, credibile eſt. 7

Ex



8 Ex quibus vltima ſententia verior videtur, nam etſi per locationem fructuum nullum ius in re ad conductorem etiam ad longum tempus transferatur, quæ fuit ratio prohibitionis, *d. Clement.* 1. vt omnes fatentur, tamen Eccleſiæ poteſt detrimentum inferri, cui obiam ire intendit Paulus II. *in d. Extrauagant. Ambitioſæ*, vbi generaliter vetat omnes contractus, ex quibus Eccleſia lædi poſsit, inter quos locationem vltra triennium interdicit. Sed cum locatis ad longum tempus fructibus ad beneficiarios attinentibus, cōditio Eccleſiæ deterior fieri poſsit, vt dictum eſt, ex mente Legiſlatoris, hanc locationem prohiberi, conſtat, maximè cū verba non repugnent, imo ſua generalitate omnia contineant. Vndè ſi alicubi Pauli conſtitutio recepta non ſit, licebit, fructus beneficiorū etiā ad vitā per beneficiarios locari, nam *d. Clement.* 1. ſolùm prohibet, ne rei Eccleſiaſticæ vtile dominium in conductores trāſeat per locationem ad longum tempus, quod fructibus ſic locatis non contingere, compertum eſt, ſiquidem conductor eos nomine locatoris percipit, vt vterque Molina, & alij pro prima opinione adducti notarunt.

Num. 1.

9 Locatio rerum Eccleſiaſticarū ad longum tempus, non adhibitis iuris ſolēnitatibus, eſt irrita, Molin. *n* 18. 27. Bene *d. c.* 18. *dub.* 1. *n.* 1. Aug. Barb. *n.* 2. *cū ſeqq & in collect. ad d. Clem.* 1. *n* 8. P. Molin. *nu.* 3. Marcicot. *n.* 1. Valaſc. *n.* 7. 8. Menoch. *de arbit. lib.* 2. *caſ* 5. *n.* 2. Gutier. *d. c.* 13. *nu.* 5. Caroc. *ſup. conc.* 5. *n.* 17. Vazq. *dub.* 1. *n.* 21 Redoan. *q.* 7. *n.* 5. 6. Ceuall. *ex n.* 2. *cū ſeqq* Bonac. *ſup. n.* 24. Per. Barb. *in l. ſi filiofam. §. vlt. n.* 26. *ff. ſolut. matrim.* Quod accipe de immobilibus, aut pretioſis mobilibus

10 Ratio eſt, nā per locationem huiuſmodi fit alienatio, cum dominium vtile cōductori quæratur, *l.* 1. *§. Quod autem, ff. de ſuperficieb.* vbi Bart. *nu.* 10. Velaſc. *de priuileg. paup. q.* 22. *n.* 13. Cancer. *var. p.* 1. *c.* 14. *num.* 26. Ant. Gom *in l.* 40. *Taur. nu.* 84. *verſ. Sed his non obſtantibus*, de quo infra *num.* 15.

Ibi: *Et licèt aliàs arbitrio iudicis.*

11 Quod tempus longum dicatur pro materia, de qua agitur, diſcernendū eſt, quare plures circa hoc ſunt opiniones, quas refert Menoch. *ſup. d. caſ.* 5. *per tot.* Illud autē omninò tenēdum eſt, quod vbi à lege definitū nō reperitur, iudicis arbitrio relinquendum eſt, Menoch. *de retinēd. poſſeſ. remed.* 4 *n.* 39. *& d. caſ.* 5 *n.* 12. Caldas *de reſol. emphyteuſ. c.* 1. *nu.* 23. Caroc. *conc.* 7. *n.* 23 P. Vazq. *ſup. n.* 22. Ceuall. *n.* 13. Pat. Molin. *diſp.* 445. *n.* 3. Aug. Barb. *in collect. ad d. Clem.* 1. *n.* 13. Eſt tamen aduertendū in quacunque materia decennium longū tempus eſſe, in quo nullum iudici arbitriū datur, ſed infra illud duntaxat poterit arbitrari, ex *rubr. & l. penult. ac vlt. C. de long. tēpor. præſcript* facit *l. ſi cum fideicōmiſſaria* 16. *§. Ariſto, ff. qui, & à quib. manum.* P. Molin. *vbi proximè*, Caroc. *rubr. de locat. ad long. temp q.* 1. *n.* 2. vbi plurimi, D. Couar. *infra n.* 3. *verſ. Quod verò, in fin.* Valaſc. *ſup. n.* 15.

Ibi: *Hac tamen in re.*

Quoad locationem rerum Eccleſiaſticarum ante cōſtitutionē Pauli II. *in d. Extrauagāt. Ambitioſæ*, longum tēpus cenſebatur decennium, & vltra, vt contractus irritaretur, & in hoc non poterat iudex aliter decernere, nec breuius tempus, vt nouenniū longum iudicare, Molin. *n.* 29. Bene *vbi proximè. n.* 3. Caroc. *d. rubr. de reb Eccleſ n.* 26. Ceuall. *nu.* 14. P. Molin. *diſp.* 466. *n.* 10. *verſ. Ante tempora*, Redoan. *d. q.* 6. Aug. Barb *d. alleg.* 95. *nu.* 14. Caualc. *deciſ* 43. *n.* 57 Gutier *ſup. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 26. P. Vazq. *vbi proximè.* Quod ita communiter receptum eſt, quia *in c. fin. ne Prælat. vic. ſuas*, locatio ad ſeptennium obſeruari precipitur, atque ita ad modicum tempus iudicatur, vnde illatum eſt, locationem infra decennium ad longum tempus non eſſe. Sed hoc reſtringitur ad Prælatos, aut beneficiarios ſeculares, nam quoad Regulares etiam infra decennium locatio ad longum tempus cenſebitur, ſi iudicanti ita viſum fuerit, vt docet D. Couar. *infra n.* 3. *verſ. Quod verò*, vbi comprobatur, *n.* 32. 12

Ibi: *Et id verum eſt etiam ſi expreſsè agatur.*

Ex locatione ad longum tempus quæritur conductori dominium vtile rei locatæ, vt dictum eſt *ſup n.* 10. & mox repetam, hæc autem dominij acquiſitio impedi- 13

pediri poteſt, ſi conuenerint contrahentes, ne trāſferatur illud, Caroc. cum multis, *quæſt.* 1. *an per location. ad long. tēp. vtile domin. transferat. nu.* 6. *pag.* 53. Greg. Lop. *in l.* 19. *gloſ.* 7. *tit.* 8. *part.* 5. Redoan. *d. tract. de reb. Eccleſ. non alien. in princip. verb. vocabulum, n.* 6. Gutier. *vbi proximè, nu.* 27. quanquam contrarium viſum ſit Molin. *d. cap.* 21. *n.* 24. *verſ. In ſecunda ſpecie*, Pat. Molin. *diſp.* 466. *n.* 6. Hinc quæritur, ſi locatio rei Eccleſiaſticæ ad longum tempus fiat cum pacto, vt dominium vtile conductori non acquiratur, nū valeat? & negatiuè cū D. Couar. in præſenti reſoluūt Caroc. *vbi proximè, quæſt.* 3. *n.* 16. Cuman. *in l. codicillis, §. Inſtituto in* 2. *lectur. ff. de leg.* 2. Mareic. *ſup. nu.* 7. Iaſ. *conſ.* 94. *col. fin. lib.* 1. Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *nu* 64. *C. de bon. matern.* nam priuatio illa percipiendi fructus per plures annos alienatio cēſetur. Quod verum eſt omninò, quando locatio ad ſucceſſorem tranſit, de quo *ſupr. c. præcedenti.*

Verſ. *Ex quo apparet.*

14 Quibus alienatio interdicitur, locarè ad longum tempus non licèt, Cancer. *d. cap.* 14. *n.* 26. Hermoſ. *in l.* 4. *gloſ.* 2. *nu.* 38. *tit.* 5. *p.* 5. Caldas *de renouation. emphyteuſ. q.* 16. *nu.* 7. Molin. *d. cap.* 21. *à num.* 15. Simoncell. *de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inſpect.* 2. *nu.* 25. Dueñas *reg.* 40. *ampliat.* 12. Boer. *deciſ.* 234. *num.* 2. Caroc. cum pluribus, *vbi proximè, ex num.* 3. *pag.* 54. Pinell. *dict. num.* 64. Iul. Clar. *in prax. crimin. §. fin. quæſt.* 82 *verb. Statutum circa alienationes, num.* 4. P. Molin. *nu.* 8. Caualcan. *deciſ.* 43. *n.* 57. Bene *cap.* 17. *dubit.* 3. *num.* 2. Menoch. *dict. caſu* 5. *num.* 4. Greg. Lop. *vbi proximè* Valaſc. cum pluribus, *dict. quæſt.* 22. *num.* 14. Ratio eſt, quoniam verè alienat, qui vtile dominium in alium transfert. Sic prædium minoris abſque decreto locari ad longum tempus non poteſt, Gutier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 28.

Ibi: *Cum ex ea vtile dominium transferatur.*

15 Per locationem ad longum tempus dominium vtile acquiritur conducenti. Videas laudatos, *ſup. num.* 10. quibus iungēdi ſunt, Menoch. *de retinend. poſſeſ. remed.* 4. *num* 35. Manric. *dict. lib.* 5. *tit.* 4. *nu.* 7. Gutier. *Canonicar. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 22. Caroc. alios referens *dict. quæſt.* 1. *num.* 3. Bene *dubit.* 1. *num.* 29. Pat. Molin. *diſp.* 445. *num.* 4. Caualcan. *ſup. num.* 1. Parlad. *diffe. rent.* 28. *num.* 3. Iul. Clar. *vbi proximè*. Molin. *n.* 15. Franciſc. Marc. *deciſ.* 455. *part.* 1. Greg. Lop. *ſup.* Afflict. *deciſ.* 365. *n.* 4. licèt à communi hac ſententia receſſerint Conan. *commentarior. lib* 7. *cap.* 12. Pinel. *ſup. n.* 66. Ioſeph Gonçal. *variar. quæſtion. cap.* 29. *num* 34 cum quibus ſentire videtur, Ceuall. *dict. q.* 199. *n.* 5.

Hæc cōcluſio vt *ſup. n.* 13. notatum relinquitur, limitatur, ſi pactum interueniat: ne tale dominium in conductorem tranſeat. Cui obſtare videtur, quòd de dominio directo ſcriptum eſt. *in l. cum manu ſata* 80. *§. fin. ff. de cont. empt.* vbi ſi in venditione pactum fiat, ne in emptorem dominium transferatur, aut illud reijcitur, aut facit, vt actus in aliud genus contractus tranſgrediatur, quia eſt contra naturam venditionis. Atque ita vtrique Molinæ placuit, non impediri translationem vtilis dominij in locatione ad lōgū tempus, quanquam aliter inter contrahentes cōuenerit. Sed communem limitationē traditam ſuſtinendo, poteſt reſponderi, non eſſe de ſubſtantia huiuſmodi locationis præfati dominij translatio, vt expreſsim aſſerit Marcicot. *d. n.* 7. Barbat. *in rubr. de reb. Eccleſ. à nu.* 48. quare mirum non eſt, quòd poſsit pacto tolli, manente eodem contractu, quia locatio, vt perſe notum eſt, nō ordinatur ad alicuius dominij trāſlationem, *l. non ſolet* 42. *ff. locat.* ſed ad fruitionem rei, quæ conducitur *l.* 1. *& per tot. eod. tit* & vtilis dominij trāslatio eſt quid accidentale, quòd propter diuturnitatem temporis iure cōceſſum eſt. In venditione verò primæuus, ac principalis effectus, ad quē cōtractus tendit, eſt dominij traſlatio, vt benè explicat poſt alios P. Molin. *diſp.* 336. *n.* 4. vnde ſi ex vi conuentionis illa impediatur, non erit venditio, ſed alius contractus, quemadmodum Conſultus deffinit *in d. §. vltim.* 16

Conductor ad longum tempus naturalem poſſeſsionem in re locata nanciſcitur, quanquam locatio ad modicum tempus nullam tribuat, Caroc. *ſup. q.* 2. *n.* 8. 9. P. Molin. *d. diſp.* 445. *n.* 4. Ceuall. *n.* 4. Gutier. *vbi proximè, n.* 25. 17

Num. 2.

Prælatus iureiurando promittens, bona ſuæ Eccleſiæ non alienare, ſi eadem ad longum tempus locauerit, periurij reus efficitur, P. Molin. *diſp.* 466. *n.* 8. P. Vazq. *dub.* 3. *n.* 24. *verſ. Iure autem.* Licèt loquatur in terminis *Extrauag. Ambitioſæ.* & aliud de iure antiquo ſentire videtur, Silueſt. *in ſumm. verb. Alienatio, quæſt.* 17. & probabilem dixit hanc ſententiam Bene *d. cap.* 17. *dubit.* 4. *ſect.* 2. *n* 11. Nam iuramentum debet intelligi ſecundùm materiam ſubiectam, in hac autem alienationis rerum Eccleſiaſticarum, qui ad lōgum tempus locat, alienare cenſetur, vt dictum eſt, ex quo iuramentum de non alienando violatur. 18



Ibi: *Ego verò etſi cenſeam.*

19 Contrarium verò, & ſic quod Prælatus non ſit periurus ex rationibus iſtis ſuſtinent Bene *vbi proximè*, Caroc. *dict. quæſt.* 3 *n.* 4. Valaſc. *de iur. emphyteutic. quæſt.* 29. *n.* 12. Barbat. *ſup. n.* 52 Redoan. *ſup. in princip. verb. vocabulum, n.* 5. *fol.* 15. Quæ opinio æquior eſt ideoq; cum probabilis ſit, practicanda ad pœnas euitandas, argument. *l. interpretatione* 42. *ff. de pœnis*, etſi in puncto iuris fortaſsis prior verior ſit.

20 Vt autē non lateat quid ſub præfato iuramēto Prælati cōtineatur, animaduertendū eſt quod dupliciter illud præſtari ſolet, vel abſolutè iurādo nō alienare ea bona, vel promittēdo iuramēto adhibito, non alienare ipſa, Romano Pontifice inconſulto. Primo caſu, ſolùm obligatur ad non alienandum illicitè, & contra iuris prohibitionem, manet tamen ſibi illibata facultas ad alienationes de iure permiſſas. Secundò, etiam ab alienatione permiſſa, non obtenta Pontificis licentia, debet abſtinere, Bene *dubit.* 3. *num.* 12. vbi alij Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 52. *num.* 3. Quod vltimum limitatur. Primò, ſi magna neceſsitas inſtaret, ita vt locus dilationi ad conſulendum non ſit. Secundò, quoad res modicas, quæ cenſentur exceptæ. Tertio, ſecundùm D. Couarr. & ſequaces in locatione ad longum tempus, Bene *à num.* 6. Gutier. *vbi proximè*, Pat. Molin. *diſput.* 468. *num.* 8. 9.

Ibi: *Tamen verum eſt impropriè.*

21 Alienationis verbum aliquando latè, aliquando preſsè vſurpatur. Primo modo locationem ad longum tempus complectitur. Secundò, non vtique, Caroc. *d. quæſt.* 3. *nu.* 4. Pat. Molin. *diſput.* 464. Bene *dubit.* 3. *à num.* 1. Molin. *d. cap.* 21. *in princip.* Hermoſill. *in l.* 43. *gloſ.* 3. *num.* 1. 3. *tit.* 5. *part* 5. Bonacin. *dict. punct.* 2. *num.* 24. *in principio*, Pinell *ſup. num.* 18. 19. Spin. *in ſpecul. teſtament. gloſ.* 19. *n* 75. *cum alijs.*

Ibi: *Non ad pœnam infligendam.*

Hoc ipſum poſt alios notāt Caroc. & Bene *vbi proximè*, Pœnæ etenim nō ſunt interpretatione iuuandæ, *dict. l. interpretatione, l. cum quidam* 19. *in fin. ff. de liber. & poſthum.* Ex quo infertur, quòd verba, quæ diuerſimodè intelligi poſſunt, ita accipienda ſunt, vt delictum, & pœna excuſetur. 22

Ibi: *Cum iuramentum ſtrictè ſit intelligendum.*

Ita vt quantò minùs poſsit, iurantem aſtringat, Sanch. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 1. Ceuall. *tom.* 2. *quæſt.* 780. *n.* 284. Aug. Barb. *in collectan. ad cap. Clericus, nu.* 7. *de iureiurando*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 12. Gutier. *vbi proximè, cap.* 71. *nu.* 3. Caroc. *d. q.* 2. *nu.* 6. *pag.* 54. Bene *vbi proximè, num.* 9. Molin. *diſp.* 468. *n.* 8. 23

Ibi: *Ex hoc dubia eſt apud me.*

Locās rem emphyteuticā ad longū tēpus, domino irrequiſito, non incidit in pœnam caducitatis aduerſum ita alienantes ſtatutam, Caroc. *rubric. de iur. emphyt. n.* 7. Caballin. *melliloq.* 213. *p.* 1. Add. *ad Alex. conſ. vlt. lib.* 13. Molin. *ſup. n.* 1. *c.* 20. *n.* 17 Pinell. *nu.* 71. 24

Sed oppoſitum magis receptum eſt, quod tenent Greg. Lopez *in l. vlt. gloſ.* 3. *tit* 8 *part* 5. Marcicot. *dict. lib.* 2. *cap.* 25. *nu.* 9. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 4. *num.* 82. Franciſc. Marc. *dict. deciſ.* 455. *part.* 1. Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib* 4. *§. Emphyteuſis, quæſt.* 19. Gamma *deciſ.* 26. *num.* 5. Iaſon *in l. vltim. quæſt.* 4. *num.* 112. *C. de iur. emphyteut.* Caldas *de renouat. emphyteuſ. quæſt.* 16. *num.* 10. Valaſc. *dict. quæſt.* 29. *num.* 23. Pat. Molin. *diſput.* 461. *num.* 2. vbi bene probat, Pœnamque caducitatis per vtilis dominij translationem incurri, tenuit Menoch. *conſ.* 38. *n.* 1. 25

Quæ ſententia debet temperari, ſi adijciatur clauſula: *Saluo conſenſu domini.* Maximè ſi ſubiungatur: *Non aliter neque alio modo.* Per quæ verba etiā in propria, & ſtricta alienatione pœna cadicitatis, non infertur, quod à fortiori hic dicen- 26

dum eſt, de quo Mareſcot. *lib. 1. cap. 78. à princip* Menoch. *d. conſ 38. ex num. 17.* vbi plures Molin. *d. cap. 21. num. 25.*

Num. 3.

27 Locatio bonorum Eccleſiæ, quæ alienari iure ſunt prohibita, ad vitam alicuius non tenet, iuris ſolemnitatibus non obſeruatis, quæ in eorum alienatione deſiderantur, Molin. *n. 28. verſ. Sed quamuis, & n. 29.* Redoan. *q. 6. n. 3.* Gutier. *dict. lib. 2. cap. 8. num. 24.* Bene *ſup. cap. 18. dub. 1. num. 5.* Petr. Barboſ. *in l. filiꝰ fam. §. vltim. num. 26. ff. ſolut. matrimon.* Caroc. *rubric. de locat. ad vitam. quæſt. 2. & rubric. de reb. Eccleſ. concl. 4. num. 16.* Vazq. *dub. 2. n. 23.* Valaſc. *nu. 2.* Auguſt. Barboſ. *dict. alleg. 95 nu. 14.* Pat. Molin. *diſp. 466. nu. 3.* Pellizzar. *ſup. n. 16. verſ. Reſpõdeo, quòd cũ tẽpus,* Nauar. *in c. cõſideret. §. Deſleat, n. 5. de pœnit. diſt. 5.* Ratio eſt, quia huiuſmodi locatio quãuis breuiſſimo tẽpore finiri poſſit ſubijcitur durationi ad longũ tẽpus, quapropter vetita cẽſetur, Pellizzar. *vbi proximè,* Bene *dict. n. 5.* cũ prohibitio cuiuſque actus eos omnes comprehendat, per quos ad illum poteſt perueniri, *l. oratio 16. vbi notatur, ff. de ſponſalib. l. ſi pupillorũ 7. §. fin. ff. de reb. eor. qui ſub tutela,* gloſ. *in l. ſi vt certo, §. vlt. verb. & ait, poſt princip. ff. commod.* Gutier. *de iurament. confirmator. p. 1. cap. 51. nu. 9.* de quo latius *infra hoc, cap. ad n. 7.* cum D. Couar. dicendum eſt.

28 Hinc deducitur, non ſubſiſtere locationem ad beneplacitum conducentis, quia in eadem voluntate diu poteſt perſiſtere, Pat. Molin. *diſp. 445. n. 3. in fin.* Pinell. *ſup. n. 63.* Valaſc. *nu. 4.* Caroc. *rub. de locat. ad long. temp. quæſt. 5. de locat. in volũt. conduc. num. 2. 3. vbi alij* Molin. *dict. cap. 21. nu. 29. verſ. Et etiam illa,* Gutier. *d. cap. 8. num. 24.* Nec ad voluntatem locãtis, Molin. Gutier. Pinell. ſup. quamuis cõtrarium placuerit Pat. Molin. Valaſc. Caroc. *n. 5.* quoniã liberum eſt locatori, cum voluerit, à cõtractu diſcedere. Tamen prior opinio tenenda eſt, eo quod poteſt ex cõſenſu locantis eadem locatio vltra tempus permiſſũ permanere, & hoc ius prohibet. Idem dicendum eſt, ſi in tertij voluntatem locatio conferatur, Caroc. *nu. 6.* cuius limitatio ibidem tradita ex dictis admittẽda non eſt. Sed ea omnia ſunt intelligenda, quando expreſsè actum eſt, vt locatio tempus permiſſum excedat, ſi placuerit, alioqui in dubio ea pacta ita ſunt interpretanda vt is, in cuius voluntatem locatio cõfertur, poſsit ab ea, cum voluerit reſilire, vel in eadem perſiſtere intra tempus lege definitum, quia contractus præſumitur ſecundum ius celebratus, *l. quæro §. Inter locatorem ff. locat.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 38. nu. 1.* nec cenſetur illicitus, niſi manifeſtè appatuerit, Menoch. *ſup. præſ. 122. n. 36* & faciũt tradita *infra cap. 17. n. 74.*

Inde etiam colligitur, non poſſe locari 29 ad tempus incertum, vt donec bellum finiatur, Pellizzar. *ſup.* niſi incertitudo referatur ad aliquid, quod intra tempus permiſſum ſoleat terminari: vt dũ nauis ex Indis redierit, idem Pellizzar. *ibidem.* Vel ſi locatio celebraretur abſque temporis præfinitione, quæ valebit, quia talis contractus ſecundum conſuetudinem, quæ in ſimilibus rebus obſeruatur, debet intelligi, Caroc. *quæſt. 9. nu. 2.* res autem Eccleſiæ iuxta tempus iure permiſſum ſemper locari ſolent, atque ita idem erit, ac ſi expreſsim ad nouennium olim, & hodie ad triennium eſſet locatum.

Ibi *Fortaſsis hæc locatio.*

Locationem rerum Eccleſiæ ad vitam 30 hominis ſenis non cenſeri factam in longum tempus, ſi ille diu victurus non præſumatur ſecundum ſupputationem *l. hæreditatum 68 ff. ad leg. Falcid.* ſentiunt cũ D. Couarr. P. Molin. *diſp. 445. nu. 3.* Petr. Barb. *in d. §. fin. n. 26.*

Hæc tamen ſentẽtia, quam dubitans D. 31 Couar. videtur approbare difficilè admitti poterit ex ſequentibus. Primò, quã valde controuerſum eſt, num cõputatio præfatæ legis vltra caſum, de quo agit, locũ obtineat? vt videre eſt apud D. Couar. *infra lib. 3. c. 19. n. 40.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 19. n. 40.* Eſcob. *de ratiocin. lib. 2. c. 2. à princip.* ac veriũ eſt, non eſſe præcisè ſeruandam, quamuis poſsit iudex pro ſuo arbitrio eam ſequi, vt reſolui *ſup. c. 2. in fin.* quod in ſpecie locationis rei Eccleſiaſticæ admitti nõ debet, cũ materia prohibitiua ſit, Eccleſiæq; fauorabilis, cui proſpicitur, vetita bonorũ ſuorũ alienatione. Secũdo, quia vita hominis vſque ad cẽtũ annos durare præſumitur, vt notant DD. *in l. vlt. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. an vſusfructus 63 ff. de vſuſruct.* quorum plures laudat Menoch. *de præſump. lib. 6. præſumpt.*



*ſump. 49. n. 9.* Aug. Barboſ *in d. l. fin. n. 15.* Tertiò, licet præfata communis opinio vera non exiſtimetur, ſaltim certum eſt, iure præſumi, hominem ad centum annos viuere poſſe, vt idem Menoch. rectè ſentit de quo *ſup. cap. 7. à num. 28* hæc autem poſsibilitas ſufficit, vt locatio ad lõgum tempus facta videatur, atque non ſubſiſtat, vt cum Bene & Pellizzario probauimus *ſup. num. 27.* Quartò, quoniam ſecundum dictæ legis computum homo quinquagenarius poſſet rem Eccleſiæ ad vitam conducere, & locatio ad longum tempus non cenſebitur facta, quia ad nouennium duntaxat ſuperſtes creditur eſſe futurus, vt ex textu apparet, homines autem frequentiſsimè ſexageſimum annum agere, & illum excedere, nemo eſt, qui dubitet. Ex his tenendum videtur nõ eſſe attendendam diſpoſitionem *d. l. hæreditatum,* circa locationem ad vitam rerum Eccleſiæ, quæ ad longum tempus facta cenſenda eſt, vt docet Bene, & Vazq. *vbi proximè.* Sed poſſet hæc ſententia limitari, contrariaque admitti, ſi conductor iam nonageſimum ageret annum, quia rarum eſt, & quaſi portentum hodie habetur, vt quis ad cẽteſimum perueniat annum, vt obſeruat Menoch. *à num. 16.* latè probans, & licèt hoc poſsibile ſit, cum rarò eueniat, de eo curandum non eſt, argument. *l. nam ad ea 5 ff. de legib.*

Verſ. *Quod verò dixi.*

32 Hoc ipſum notàt Menoch. *d. caſ. 5. in fine,* Caroc. *rubric. de reb. Eccleſ. conc. 7. nu. 30.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad clement. 1. num. 13. de reb. Eccleſ.* & diximus *ſup. num. 12.* & ex his, quæ ſub hoc verſ. D. Couar. docet, apparet, hoc intereſſe inter Prælatos Regulares, & ſeculares, quod hi locantes infra decennium dici non poterant ad logum tempus locaſſe, illi verò ſic, quando ita iudici viſum erat.

Num. 4.

33 Huc uſque tradita ad ius antiquum referenda ſunt, hodie namque aliter ſe res habet, cum Paulus II. *anno* 1468. nouam ediderit cõſtitutionem, quæ incipit: *Ambitioſæ,* extatque inter extrauagantes cõmunes, *ſub tit. de reb. Eccleſ.* qua vetitum eſt, bona Eccleſiaſtica vltra triennium locari abſque iuris ſolemnitatibus, pœna excommunicationis, & alijs aduerſum contrauenientes ſtatutis, vt notant Pat. Vazq. *ſup. dub. 3. num. 24. verſ. Iure autem,* Tondut. *quæſtion. benefic. part. 1. cap. 66. nu. 8.* Aug. Barboſ. *d. allegat. 95 num. 3.* Scortia *in ſelect. Pontific. conſtitut. theorem. 115.* Pat. Molin. *diſp. 466. num. 10. verſ. Ante tempora,* Thom. del Benè. *d. cap. 18. dubit. 1. num. 7.* Gutier. *Canonicar. lib. 1. cap. 8. num. 1.* Caroc. *vbi proximè conc. 9. num. 38.* Sarmient. *de redditib. Eccleſiaſtic. part. 1. cap. 2. num. 20.* Bonacin. *ſup. num. 24.* Ceuall. *d. quæſt. 199 num. 7.* Menoch. *d. caſ. 5. num. 5.* Pellizar. *d. cap. 8. num. 14.* vbi de Regularibus, quos præfata conſtitutio æquè, ac ſeculares ligat: Imò procedit, quamuis religioſi conduxerint bona alterius monaſterij, & alterius Ordinis vltrà triennium ex quo pœnas dictæ Extrauagantis non minùs, quã ſeculares incurrent, Pellizzar. *n. 17. verſ. Addo, quod ſi Regulares.*

Ampliatur præfatum Pontificis decre- 34 tum, vt nec locatio aduerſus illud teneat, quamuis locans iuret, non contrauenire contractui, quo non obſtante poterit ab eo reſilire, nam iuramentum nequit firmare actum nutritiuũ peccati, alioquin eſſet iniquitatis vinculum, Benè *dubit. 6.* Bonacin. *n. 26.* Corduba *in quæſtionib. Theologic. q. 103.* & alij apud Riccium *deciſ. 122.* cũ alijs oppoſitum placeat.

Eſt notandum, licere Epiſcopis ſua 35 conſtitutione triennium ad biennium, vel aliud tempus reſtringere, non verò extendere, hoc enim Pontificiæ conſtitutioni aduerſatur, non illud, Cardinal. *in cap. vlt. n. 2. ne Prælat. vic. ſuas,* Benè *dubit. 8.* Aug. Barboſ. *d. allegat. 95. n. 18.*

Verſ. *Primò, contingere ſolet.*

Locatio rei Eccleſiaſticæ vltrà trien- 36 nium eſt prohibita, nulliuſque momenti, etiamſi pactum apponatur, vt per ſingula triennia cenſeatur contractus diſtinctus celebrari, vtque non vnica ſed plures diuerſæ locationes ſint, quia hoc in fraudem legis ſit, Pat. Molin. *num. 11.* Caroc. cum alijs *ſup. num. 41.* Vazq. *dub. 4. num. 25.* Scort. *theoremat. 117.* Auguſt. Barboſ. *num. 17.* Benè *dubit. 2. à num. 1.* Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt. 29. num. 15.* Filliuc. *tract. 44. cap. 2. quæſt. 5.* Rebell. *de obligat. iuſt. lib. 1. quæſt. 6.* Ricc. *deciſ. 117.* Tuſch. *lit. L. conc. 406* Rodriguez *quæſtion. Regular. quæſt. 7. art. 1.* Pellizzar. *nu. 15.*

15. Idem circa locationem vltrà decennium cum pacto, vt de nouennio in nouennium renouata cenſeatur, nam hæc ad longum tempus facta dicitur, notant Molin. *d. cap. 21. num. 29. verſ. Et etiam,* Mareſcot. *d. cap. 25. num.* 7. Pet. Barboſ. *vbi ſup. num.* 26.

37 Sed ſi ſimul plures locationes diſtinctæ contrahantur veluti ſi dicatur: *Loco hunc fundum in tres annos, quibus elapſis, eundem in aliud triennium ſequens tibi loco,* adhuc ſuſtinendæ non ſunt, Mareſcot. *num.* 2. *cum ſeqq.* Bonacin. *num. 24. verſ. Nec obſtat,* Pat. Molin. & Valaſc. *vbi proximè,* Caroc. *conc. 6. num.* 19. nam vt Pellizzar. *vbi proximè,* & Bene *dubit. 2. num.* 2. aſſit, parùm Eccleſiæ intereſt, quod vnica, vel pluribus locationibus res ſua vltrà permiſſum tempus conducatur, iſtique contractus propter vnitatem ſermonis, & temporis pro vno reputantur, Mareſcot. *num.* 24. Butr. *in cap. Apoſtolicæ, num.* 12. *verſ. Hoc nota, de donat.* Qui quidem caſus à præcedenti in re nihil differt.

38 Dubium eſt an his caſibus valeat pro primo triennio contractus? Affirmat Pat. Molin. *ſup. & diſp. 467. num.* 4. Valaſc. Aug. Barboſ. Bonacin. *vbi proximè,* Bene *ſup. num.* 1. Contrarium verò probat latè Mareſcot. *à num.* 8. quod verius videtur, admiſſa Bart. opinione de qua infra, *num.* 44. nam in effectu idem eſt, conducere abſolutè ad tempus vltrà triennium, ac prædictis cauillationibus vti ad fraudem legis, & ita quemadmodum in eo caſu contractus, nec pro tempore non prohibito tenet, vt mox dicendum eſt, ſic & in his omninò corruere debet. Nec intereſt, quod hic plures locationes diſtinctæ contrahi dicatur, quoniam cum vno eodem contextu fiant, vnicus eſt actus, qui vt in fraudem legis, nullius debet eſſe momenti, videatur Mareſcot. *d. cap. 25. per tot.*

39 Ex his infertur, quòd ſi diuerſis temporibus plures celebrarentur de eadem re Eccleſiaſtica locationes ab eodem conductore, prima ſuſtineretur, ſi triennium non excederit, cæteræ autem erunt irritæ, ſi factæ ſint prima locatione durante, ſed hoc limitandum eſt cum iam prope finem præcedentis locationis, iterùm locatur, quia non datur præſumptio fraudis, v. g. conducit quis agrum ad triennum, & tertio iam labente anno eũdem ad aliud triennium iterùm reconducit, contractus iſte nullo vitio laborat, nam parum illud temporis, quod reſtat, pro nihilo habetur, de quo Molin. *d. diſp.* 466 *num.* 11. Bene *dubit.* 3. Valaſc. *vbi proximè,* Pellizzar. *n.* 15.

40 Quibus addendum eſt, quod ſi locatio ad triẽnium fiat cum pacto, vt eo præterito locans teneatur ad renouandam illam, contractus valet pactione reiecta. Ita Mareſcot. *num.* 19. D. Couar. *inf. num. 5. verſ. Non obſtat,* Bonacin. *num. 24. verſ. Sed aliorum opinio,* Scort. *theorem.* 115. Aug. Barboſ. *num. 17. in fine,* Quaranta *in ſumm. Bullarij verb. Alienatio rer. Eccleſiæ, num.* 18. Pat. Vazq. *ſup. num.* 26. & alij apud Bene, qui probabile dicit, *d. dubit. 2. num.* 7. quoniam aliud eſt locare, & aliud pactum de locando inire. Sed contrarium & ſic locationem omnino irritam eſſe cum alijs tenet Caroc. *d. rubric. de locat. ad long. temp. quæſt. 4. num.* 4. Alij diſtinguunt, vt prior ſententia vera ſit ſi talis promiſſio in ſcriptura publica fiat, poſterior ſi extra illam interuenerit. Ita Bene *num.* 5. 6. Pellizzar. *num.* 15. Azor. *part. 2. lib. 9. cap. 2. quæſt.* 3. Sed aliter diſtingui poſſet, nam aut conuentio illa de locando ſimul cum locatione intra tempus permiſſum fit, & tunc cum vnicus ſit actus in fraudem legis, totus irritabitur, vt Carocio & ſequacibus non paucis viſum eſt. Aut ex interuallo promiſſio prædicta de locando ſubſequitur, & ipſa ſolum erit nulla, locatione manente, quia vtile per inutile vitiari non debet, cum actus ſint diſtincti, atque ita Mareſcoti, & aliorum procedit reſolutio. Quæ comprobantur ex dicendis infra *num. 47. cum ſeqq.*

Num. 5.

41 Hanc frequentiſsimè agitatam quæſtionem, num ſcilicet locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium, ſaltim intra illud ſuſtineatur? diſputant latè Molin. *d. cap. 21. num.* 28. Bene *dubitat.* 5. Gutier. *Canonicar. lib. 2. cap.* 13. Pat. Molin. *diſp.* 467. Pat. Vazq. *dubit.* 5. Aug. Barboſ. *à num.* 5. Pellizzar. *d. tract. 6. cap. 8. n.* 16.

42 Eſt præmittendum, diſputationẽ hanc non verſari circa locationem vltrà nouennium, ſiue ad longum tempus, quæ omnino nulla eſt, ſi abſque ſolemnitatibus fiat, Molin. *ſup. verſ. Sed quamuis,* Gutier. *num.* 8. Aug. Barb. *num.* 14. Pat. Molin. *num.* 4. Ratio eſt, quia per contractum locationis ad decennium tranſit in conductorem vtile dominium, quod multũ ſolet intereſſe, hoc autem tranſiret, ſi locatio ad triennium valeret, quapropter ille compellendus non eſt ſtare cõtractui, qui ab eo, quem celebrare voluit, differt.



43 Locationem in ſpecie propoſita non in totum vitiari, ſed intra permiſſum tẽpus conſiſtere cum Baldo ſentiunt Pat. Molin. *num.* 3. Tondut. *ſup. d. cap. 66. n.* 10. Molin. *verſ. In ſecunda ſpecie,* Anton. de Marinis *quotidianar. reſolut. lib. 1. cap. 6. num. 7. verſ. Contrarium,* Gutier. *num.* 7. Aug. Barboſ. *num.* 11. Tulch. *d. conc.* 406. *num.* 1. Gamma *deciſ.* 387 *num.* 3. Quarant. *vbi proximè,* Rebell. *ſup. part. 2. lib.* 14 *quæſt.* 6. Caroc. *d. rubric. de reb. Eccleſ. conc. 9 num.* 44 Ceuall. *d. quæſt.* 199 *num.* 10. & alij apud Mantic. *de tacit. conuent. lib. 5. tit. 5. num.* 19. & Scortiam *theorem.* 117 fundamentum præcipuum eſt, quia vtile per inutile non vitiatur, atque ita omnes hi ſuam ſententiam limitant, ſi tempus vtile ab inutili commodè nequeat ſeparari, vt D. Couar. infra aduertit.

Ibi: *Sed quod locatio in hac quæſtione omnino nulla ſit.*

44 Ita aduerſus proximè laudatos tenent cum Bartolo Pat. Vazq. *num.* 28. Mareſcot. *d. cap. 25. à num.* 8. Valaſc. *ſup. quæſt. 29. num.* 15. Bene *ſup.* Caldas *de reſolut. emphyteuſ. cap. 2. num.* 30. Bonacin. *ſup. d. num.* 24. Mantic. *vbi proximè, num.* 1. Emman. Sa *verb. conductio, num.* 13. Pinell. *in l. 1. part. 3. num. 75. C. de bon. matern.* Azor *ſup. lib. 7. cap. 10. quæſ. 4. & lib. 9 cap. 2. quæſ* 4. Gratian. *diſceptat. cap. 162. num.* 22. Ricc. *deciſ.* 117. Scort. *vbi proximè,* Leſs. *de iuſt. lib. 2. cap. 24. dub. 11. num.* 68. Rota apud Farinac. *tom. 1. part. 1. deciſ.* 36. Pellizzar. *n.* 16. vbi rectè notat, aliud eſſe, ſi plures locationes non vno cõtextu fiant. Cui ſententiæ D. Couar. accedit *ſub hoc num. verſ. Tandem,* vbi videas notata per me *à nu.* 47. Ratio eſt, quia actus contra legis prohibitionem prorſus debet eſſe irritus, nec in eo ſeparatio poteſt admitti, cum ſit vnicus.

Verſ. *Deinde in his.*

45 Adde Bene à *num.* 2. Gutier. *num. 3. cum ſeqq.* Pat. Molin. *num. 2. verſ. Secundo quoniam.* Sed huic argumento reſpondent qui cum Baldo ſentiunt, regulam, quod in ijs, quæ pendent à voluntate duorum actus, qui non valet, vt ſit, nec vt valere poteſt, ſubſiſtit; ſolùm procedere, cum actus tranſit in aliã ſpeciem, vel eius natura variatur, ſecùs ſi intra proprios limites, nihil immutato, reſtringatur, quia præſumitur, contrahentes nedum in totum, ſed etiam in partem, quæ abſque incõmodo ſeparari poteſt, tacite conſentire, vt in donatione vltrà quingentos ſolidos non inſinuata verificatur, P. Molin. *n.* 7. & tẽpus ac pecunia quoad hoc æquiparantur, P. Vazq. *ſup.*

Verſ. *Verùm Carolus Molinæus.*

Huius diſtinctionis inter emphyteuſim, & locationem vltrà tempus permiſſum meminere P. Vazq. *d. dub. 5. num.* 27. Gutier. *num.* 5.

Ibi: *Sic & in contractu feudali.*

46 Si res Eccleſiæ, quæ erat apud feudatarium, ad eam reuertatur, poterit Prælatus, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, illam iterum in feudum concedere, antequam menſæ incorporetur; tunc autem incorporata cenſetur, quando Prælatus ipſam non in feudare conſtituit, ac menſæ applicat, Pat. Molin. *diſp. 468. per tot.* Debet res tamẽ in noua conceſsione ſeruari eadẽ forma, qua prius data fuit, ita vt nihil amplius tribuatur nouo feudatario, quam antiquus habebat, alioquin quoad exceſſum infeudatio non tenet: veluti ſi feudum datum eſſet pro deſcendentibus duntaxat, ac etiam pro tranſverſalibus nouo feudatario concederetur, nã quoad hos feudum non valet, P. Molin. *num.* 19. Iul. Clar. *d. lib. 4. §. Emphyteuſis, q. 6. n. 2. & §. Feudum, q. 13. n. 7. 8.*

Ibi: *Neque obſtant verba textus.*

47 Sic hunc textum interpretantur communiter, qui Baldi ſententiam tuentur. Videas laudatos pro ea *ſup. n.* 43.

Verſ. *Tandem vt liberè.*

48 Vltra verba, quæ D. Couar. ponderat pro ſua vera opinione hic, ſunt etiam perpendenda, quæ in *d. Authent. de reb. Eccleſ. §. Si verò, collat.* 2. ſequuntur, ibi: *Debet autem continuò, & poſt caſum emphyteumatis quantum futurus erat ſoluere, ſi ſecun-*

*cundum legem ſubiiſſet emphyteuſim, nihil apud eum remaneret ex rebus pauperum, quæ fruſtrà per emphyteuſim datæ ſunt.* Vbi notanda eſt clauſula illa: *Nihil, &c.* Nam cũ agatur de eo, qui primùm emphyteuſim accepit, dicitur, quod nihil apud eũ remaneat, ergo ſtatim in re emphyteutica ipſe priuatur, & ita emphyteuſis, nec pro prima generatione ſuſtinetur: Præterea hoc ipſum manifeſtum fit per illa vltima textus verba: *Quæ fruſtra, &c.* Nam ſi vſque ad tertiam generationem, vt aduerſarij volunt, valeret contractus, fruſtra datam fuiſſe emphyteuſim, dici non poſſet.

49 Ad hæc pro eadem opinione facit, quia cum in *d. extrauag. Ambitioſæ*, grauiſſimæ pœnæ contrahentibus irrogentur, veroſimile non eſt, voluiſſe Pontificem, actum, quem ſic prohibuit, aliqua ex parte ſuſtineri, imo cæteris pœnis omnimodam nullitatem adieciſſe, prout ſentit Pellizzar. *ſup. num.* 16 Nec poteſt quod aduerſus legis prohibitionem factum eſt, aliquem effectum producere *l. non dubiũ 5. C. de legib. l. vn. pu... vnt. §. Non quævis, ff. De bonor. poſſeſ. cont. tabul. l. 4. §. Condemnatum, ff. De re iudicat.*

Verſ. *Non obſtat huic ſententiæ.*

50 Huic argumento ſic reſpondent, qui Bartolum tuentur, vt Vazq. *num.* 29. Bene *dubit. 5 ſect. 2 num.* 1. Bonacin. *d. num.* 24. *verſ. Neque obſtat* & alij. Secundo reſpondet Marſcot. *num.* 13. ex Baldo *in l. græce, §. Illud ff. de fideiuſſorib.* & Alciato *in l. 1. §. Sed ſi mihi, num.* 10. 11. *ff. de verb. obligat.* vtile per inutile vitiari, quando lex actui formam præſcribit, vt in præſenti quia forma datur, dum locatio vltra triennium fieri prohibetur. Tertio, reſpondetur, quod cum ius actum annullat in pœnam agentium, totus penitus deſtruitur, prout fit *in d. extrauagãti*, Vazq. Bonacin. & Pellizar. *vbi proximè*, qui *in verſ. Nec obſtat* optimè ſatisfacit ad id, quod de donatione vltra quingentos ſolidos non inſinuata obijcitur, ait enim, aliud eſſe, quod lex vetet aliquid vltra certum tempus, vel quantitatem fieri vlterius non pro grediens; & aliud, ſi præter prohibitionem pœnis proſequatur agentes, priore caſu vtile per inutile non vitiatur, quemadmodum in donatione contingit, quia Legiſlator ſolum intendit exceſſum euitare, poſterio re ſecùs, nam cum lex procedat ad punitionem tranſgreſſorum, præcipua ac magis congrua pœna eſt, quod nullius momenti ſit actus, vt ita in eo, in quo deliquerunt, puniantur, prout dignum eſt, *cap. quanto 3. §. Cæterum de translat. Epiſcop. cap. literas 13. §. Præfatum de temporib. ordinat. cap. cum olim 33. §. vlt. de offic. delegati, cap. paſtoralis 29. in fine de iur. patronat. cap. vlt. de immunit. Eccleſiar.* Sic in *d. extrauagãti*, quæ graues admodum pœnas irrogat locantibus vltra triennium intelligendum eſt, Pontificem voluiſſe prorſus irritare illicitas conuentiones, vt nulla ex parte vires obtineant.

Ibi: *Nam in illa ſpecie manet ipſa locatio valida.*

De hoc dictum eſt, *ſup. num.* 40.

Verſ. *Sed præmiſſa.* Ibi: *Cum ea ſit frequẽtiori calculo recepta.*

Neſcio, an illud hodiè verè dici poſsit, cum apud recentiores Bartoli ſententiã receptiſsimam eſſe, conſtet ex laudatis in eius comprobationem, *ſup. n.* 44.

De his limitationibus ad opinionem Baldi, quæ ſequuntur vſque ad *num.* 6. vide allegatos pro eadem, *ſup. num.* 43. qu, communiter eas admittunt præſertim Molin. *ſup. verſ. Quod intelligendum eſt*, cũ duobus *ſeqq.* Gutier. *d. cap.* 13. *num.* 10. P. Molin. *diſp.* 467. *n.* 5. Caroc. *rubric. de reb. Eccleſ. conc. 9. num.* 47. Auguſt. Barboſ. *à num.* 12.

Verſ. *Ex his etiam deducitur.*

Quoties vnica penſio pro toto locationis vltra triennium tempore conſtituitur adhuc ſecundũ Baldum, contractus in totum fit irritus, nec intra tres annos ſubſiſtit. Ita Gutier. *d. cap.* 13. *in fine*, Aug. Barboſ. *num.* 14. & alij communiter, qui hanc ſententiam probarunt. A quibus meritò receſsit Iul. Clar. *ſup. d. §. Emphyteuſis, q.* 6. quẽ refert, & ſequitur Molin. *d. verſ. Sed quamuis*. P. Molin. *vbi proximè.* Quid enim intereſt, rẽ in plures annos vno pretio conduci, vel ſingulis annis æqualem penſionem pro ea aſsignari? vt in ſimili inquit Iauolenus *in l. ea lege 54. §. vlt. ff. locat.* cum tacitè pecunia æqualiter cenſeatur in annos locationis diſtributa, ſi res non inæquales fructus ferre ſoleat, argument. *l. 3. in princip. ff. De ann.* 51



*ann. legat.* quemadmodum penſio in annum pro ſingulis diebus diſtribuitur, *l. item quæritur 14. §. fin. l. ſed addes 21. §. Si quis cum in annum, l. cum venderẽ 24. ff locat.* Ad hæc cum Baldi ſequaces temporis diuiſionem admittant, itavt qui ad quinquennium conduxit, ad triennium ſtare debeat locationi, cur pecuniæ ſiue penſionis diſtributionem impugnant? Et ſi ſentiunt, in minus tempus tacitè contrahentes conſenſiſſe, quare in minorem ſummam illi correſpondentem conſenſum præſtitiſſe inficiantur? Ex quibus deducitur, quod recepta Baldi opinione, tempus vtile ab inutili poteſt ſeparari, quanquam vnica penſio pro toto locationis tempore ſit conſtituta, modò res pariformiter ex ſua natura fructificet.

Num. 6.

52 Si res Eccleſiæ ſingulis annis non fructificet, poterit ad quodcunque tempus locari, dum ter fructus ex illa percipiantur, vt ſi fructus non ferat niſi tertio quoque anno, poterit ad nouennium iure conduci, nam in his totum tempus, quod labitur ad vnicam fructuum collectionem pro vno anno computatur, vt aliud agens dixi *ſup. cap. proxim.* & in ſpecie docent P. Molin. *diſp.* 466. *num.* 10. *verſ. Caietanus in ſumma, ad fin.* Tondut. *ſup. num.* 11. Pat. Vazq. *dub. 6. num.* 30. Mantic. *ſup. lib. 5. tit. 3. num.* 22. Gutierr. *d. lib. 1. cap. 8. num.* 13. Bene *dubit. 4. per tot.* vbi plures, Nouar. *de alienat. rer. Eccleſiaſticar. num* 21. 22. Pellizzar. *num.* 14. Aug. Barb. *num.* 4 Bonacin. *num. 24. verſic. Aduertendum tamen*, Caſt. Palao *tract. 9. diſp. de reb. Eccleſ. non alien. part. 14 num.* 5. Caroc. *rubric. de reb. Eccleſ. conc. 9. n.* 50. Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ. 115. n.* 2.

Verſ. Q*uartò, eadem conſtitutio.*

53 Mandatum ad res Eccleſiæ locandas intra tempus iure permiſſum, triennio elapſo, finitur, nec expreſsim vltrà illud concedi poteſt, Pat. Vazq. *vbi proximè, num.* 31. Scortia *d. theoremat.* 115. Caroc. *n.* 49. Azor *ſup. lib. 9. cap. 2. quæſ.* 5. Contrarium verò rectiùs probant Bene *dubit.* 7. P. Molin. *vbi proximè, num.* 12. qui oppoſitum omninò falſum dixit. Ratio eſt, nam ſicut ipſe mandans licitè ad tempus permiſſum pluries ſucceſsiuè locat, ita hoc ipſum per alium facere non prohibetur, ſiquidem quod per alios facimus, per nos facere intelligimur, *l. 3. § Sed ſi debitorem, ff. de donat. int. l. 1. §. Deieciſſe, ff. de vi & vi armat.* maximè cum ipſe, qui mandatum conceſsit, non prohibeatur illud pro libito, re integra, reuocare, *§. Rectè inſt. de mandat. l. ſi verò non remunerandi 12. §. Si mandauero exigendam ff. eod.*

Verſ. Q*uintò, ſunt qui huius conſtitutionis.* 54

Eſt controuerſum an *d. extrauagãs, Ambitioſæ*, vſu recepta ſit, vt videre licèt apud Gutier. *d. cap. 8. à princip.* P. Molin. *ſup. n. 10. verſ. Caietanus in ſumma*, Vazq. *dub. 7. num.* 32. Caroc. *num.* 39. Bonac. *d. num. 24. verſ. Hoc tamen intelligendum*, Aug. Barbol. *num.* 48. 49. Bene *dubit.* 1. *num.* 7. 8. Ex quibus colliges, dictam conſtitutionem vbique fuiſſe receptã quoad nullitatem locationis vltrà triennium, & alienationis rerum Eccleſiæ, non verò quoad alias pœnas ibi ſtabilitas aduerſus contrahentes, & ſecundum illam ſæpiſſime Rotam iudicaſſe, adductis multis deciſionibus, probat Auguſt. Barbol. *num.* 49. Sed nonnullis in locis prorſus contraria conſuetudine eſt ſublata, cui ſtandum eſt, vt Mediolani, vbi res Eccleſiæ ad nouennium locãtur, Bonacin. *vbi proximè.*

Ibi: *Legem nullam vim obtinere.*

Lex, quæ vſu recepta non eſt, minimè 55 ſubditos aſtringit, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 420. *num.* 10. & *conſ.* 75. *num.* 91. Pellizzar. *ſup. d. tract. 6. cap. 3. num.* 14. Gutier. *ſup. num.* 2. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom. 1. cap. 1. dubit. 15. ſect. 7. à num.* 1. Azeued *in l. 1. num. 8. tit. 1. lib. 2. Recopilat.* Bernard. Græuæ *ad prax. Camer. Imper. lib. 2. conc.* 60. Coronid. 2. *num.* 1. Salas cum alijs *de legib. diſp. 13. ſect. 1. num.* 2. Flamin. *de reſignat. beneficior. lib. 11. quæſt. 9. num.* 26. Ant. Sola *ad conſtitut. antiq. Sabaud. in proœm. gloſ. 4. num.* 31. Gaill. *practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 110. num.* 24. Alderan. Maſcard. *de generali ſtatutor. interpretat. conc. 6. à n.* 77.

Illud tamen ſine controuerſia non eſt, 56 an ſcilicèt lex ſtatim poſt ſufficientem promulgationem ſubditos obliget, antequam à populo recipiatur, & vſu probetur, in quo DD. diſſentiunt, quorũ plures pro vtraque parte laudat Salas, *ſup.* & Aug. Barb. *in collectan. ad c. in iſtis 4. diſt. n.* 5. 6. vbi affirmatiuã partẽ ſuſtinet, & be-

ne probat Pat. Suar. *de legib. lib. 3. cap. 19. num 9.* qui reſoluit, peccare eos, qui primùm legi non obediunt, actuſque eidem contrarios exercent; at poſtquam per tempus legitimum populus lege vſus nõ eſt, cum iam vim ſuam amiſerit, nemo ad ipſius obſeruationem tenetur, quo ſenſu cõmunis ſententia proximè tradita accipi debet, neque enim lex vt ab initio obliget, populi acceptationem deſiderat, cum penes Principem ſit poteſtas cogendi ſubditos ad obſeruandas leges iuſtas, quas ipſe tulerit argument. *l. 1. ff. de conſtitut. Princip.* quod Pat. Suar. *vbi proximè* notat.

57 Tunc autem lex non recepta cenſetur, vt obligandi poteſtatem non habeat, cũ vel per actus contrarios, Legiſlatore ſciẽte, excluditur, vel per decennium, etiam inſcio Principe, negligitur, ac omittitur, vt paulò inferiùs docet D. Couar. Sola *ſup. num. 38 40.* Menoch. *conſ. 719. n. 30. 35.* Aug. Barb. *ſup. n. 14.* vbi plures refert, Gutier. *n. 3. 4.*

58 Quot actus contrarij ad hunc effectum deſiderentur, tradit Sola *num. 51. ex Bart. in cap. fin. verſ. Deinde quæro, col. 10. de conſuetudin.* Felin. *in cap. 1. num. 6. verſ. Et adde de treug. & pac.* vbi ait, quod ſi caſus, de quibus lex agit, raro euenire ſoleant, duo ſufficiunt, alioquin plures requiruntur ſecundum iudicis arbitrium.

59 Sed ſi dubitetur de receptione legis, (prout circa *d. extrauagant. Ambitioſæ*, cõtingit) receptam fuiſſe, præſumendum eſt, ſi de eius promulgatione conſtiterit, Sola *num. 46 47.* Maſcard *de probat. conc. 1332. num. 2.* Roland. *conſ. 90. n. 53. lib. 1.* Aug. Barb. *num. 8.* vbi alij, Gutier. *num. 9.* Quidquid ſenſerit, Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſ. 2. à n. 2.*

Ibi: *Poſteriori verò caſu.*

60 Lex etiam vſu recepta conſuetudine contraria legitimè præſcripta abrogatur, *l. 6. tit. 2. part. 1. l. de quibus 32. in fine, ff. de legib. §. Sed naturalia inſt. de iur. nat. gent. & ciu.* Salas *vbi proximè*, Sola *num. 38.* Pellizzar. *in manuali Regular. tom. 1. tract 4. cap. 2. num. 38* Gutier. *nu. 5.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap. vlt. num. 10. de conſuetud.*

61 Hæc autem conſuetudo aduerſus legem iuxta frequentiorem DD. opinionem de iure ciuili decennio introducitur, de iure Canonico quadraginta annorũ lapſu, *l. 5. tit. 2. p. 1.* vbi Greg. Lop. *gloſ. 4.* Flores de Mena *variar. lib. 1. quæſt. 1. n. 64.* Aug. Barboſ. *num. 13.* vbi plures, & ita in ſpecie quadraginta annos requiri, vt cenſeatur abrogata d. extrauagans cõſtitutio per contrariam conſuetudinem, vbi recepta ſemel fuit, docet Gutier. *num. 10.* Actus verò, qui ad inducendam conſuetudinem deſiderantur, quot ſint neceſſarij, ſecundùm veriorem ſententiã Iudicis arbitrio relinquitur, qui, perpenſis rei circunſtantijs, æſtimabit, ex quot conſenſus Principis, & populi præſumi poſsit, Gregor. Lop. *in l. 1. gloſ. 2. tit. 2. part. 1.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 81. num. 4.* qui de magis communi teſtantur, Moneta *de diſtribut. quotidian. part. 2. q. 12. num 27.* Rota *deciſ. 72. num. 26. part. 2. diuerſor. in nou.* Pellizzar. *num. 384.* Circa quod aduertas cum Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 24.* quod licet vnicus actus non ſufficiat ad inducendam conſuetudinem, hoc fallit, ſi tractum habuerit ſucceſsiuum per tempus requiſitum ad conſuetudinem inducendã, accedit Moneta *in tract. de option. Canon. cap. 2. quæſt. 2. à num. 35.* Aug. Barboſ. *num. 16.* Flores de Mena *ſup.* pro quibus facit textus *in cap. cum de beneficio de præbend. in 6.*

Ibi: *Apud Hiſpanos dubium eſt.*

Idem reperit Gutier. *num. 8.* Conſtat autem in Hiſpania apud omnes ferè receptam eſſe præfatam Pauli III. conſtitutionem quoad nullitatem contractuũ qui ibi prohibentur, quoad pœnas in cõtrahentes ſtabilitas nullibi obſeruari, vt de Archiepiſcopatu Toletano teſtatur Corduba *in ſuis quæſtionib. Theolog. quæſt. 103.* De Epiſcopatu Salmaticenſi Nauar. *in manual. cap. 27. num. 150.* De toto Regno Luſitano Pat. Molin. *diſp. 466. num. 10. verſ. Caietanus in ſumma*, & ita tenent etiam Pat. Vazq. *dub. 7.* Caietan. *in ſumm. verb. excommunicatio, cap. 75. ad fin.* Sarmient. *de redditib. Eccleſiaſtic. part. 1. cap. 2. num. 20.* Syluest. *in ſumm. verb. Alienatio, quæſt. 15.* Sed Gutier. *num. 11.* aſſerit, quod in Eccleſia Ciuitatenſi, vulgò *Ciudad Rodrigo*, vbi Canonicatum obtinuit, locationes rerum ad illam ſpectantium fiebant ad nouennium, qui omnes adnotant ſtandum eſſe vſui cuiuſque loci, ſiue conſuetudini, quam probare allegans 62





gans tenet Lotter. *de re beneficiaria, lib. 3. q. 25. n. 42.*

Verſ. *Sextò, viſum eſt quibuſdam.*

63 Videas *ſup. à num. 3.* Ex hoc verſiculo iunctis, quæ D. Couar. docuit in princip. huius capitis videtur ſentire, quod beneficiarius, ſiue Prælatus poteſt vltra triennium fructus ſui beneficij locare (ad quod communiter allegatur) non tamen ad longum tempus vel ad vitam, niſi dicamus cum Gutier. *n. 15. verſ. Pro quibus*, hic D. Couar. nihil decidere, ſed aliorum ſentẽtiam referre.

64 Eſt ingens inter DD. controuerſia an ſuſtineantur contractus vetiti in d. extrauaganti, Ambitioſæ, ſi cedãt euidenter in Eccleſiæ vtilitatẽ, vt videre eſt apud Hermoſill. *in l. 4. gloſ. 7. à n. 3. tit. 5. p. 5.* qui pro vtraque parte plures refert, & tandẽ poſt multos, *n. 11.* reſoluit, valere contractum abſque iuris ſolemnitatibus laitũ, qui de iure abſque illis vetatur, ſi hoc expedire Eccleſiæ conſtiterit, quod itidem placuit, Dian. *part. 2. tract. 8. reſolut. 77.* Pellizzar. *n. 143.* Mareſcot. *variar. lib. 1. cap. 3. num 9.* vbi de locatione, Vazq. *ſup. dub. 14. num. 53. cum ſeqq.* Bene *d. cap. 17. dubit. 21. n. 11.* qui duo, & quoad forum conſcientiæ differunt. Ex quibus tenendum eſt, conducentem abſque iuris ſolẽnitatibus vltra trienniũ res Eccleſiæ, non poſſe à locatione reſilire, quamuis ab eadem expelli queat, quoniã nullitas actus fauore alicuius inducta aduerſus ipſum à nemine allegari permittitur, & actus iure irritus conſiſtit, ſi vtilis ſit ei, cui per nullitatem lex proſpicere voluit, *l. cum hi 8. §. Eam tranſactionem, ff. de tranſactionib. l. ſi iudex 42. ff. de minorib. l. ſi duobus 12. §. 1. ff. de bonor. poſſeſ. cont. tab. l. non eo minus 14. C. de procuratorib.* Iaſ. *in l. 2. n. 6. C. de iur. emphyteutic.* Cyriac. *tom. 2. controverſ. 303. n. 58.* Parlador. *different. 12. §. 1. num. 18.* Surd. *deciſ. 108. num. 7.* Gratian. *diſceptat. cap. 27. num. 31.* Gutier. *practicar. lib. 3. quæſt. 22. à n. 4.* Quod nititur regula, *text. in cap. quod ob gratiam 61. de reg. iur. in 6.* Addit vero Bene *vbi proximè*, teneri Eccleſiam ad ſupplendas ſolemnitates, quæ in contractu defecerunt, quod aduerſarius iure poſtulabit, ne in eius præiudicium perpetuo claudicet. Bonacin *ſup. punct. 4. num. 14. verſ. Exiſtimo tamen*, Gutier. *ſup. num. 9. verſ. Adeſt tamen.*

Liber vltimò antequam hinc abeamus referre, quæ circa locationem bonorum Eccleſiæ Sac. Conc. Trident. *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 11.* ſancita ſunt. Primum ſtatuitur quòd locationes, anticipatis ſolutionibus, factæ, quocunque priuilegio nõ obſtante ad præiudicium ſucceſſorum non teneant, & quòd nec in Romana Curia, nec extra confirmentur. Secundùm, ne liceat iuriſdictiones Eccleſiaſticas, ſeu facultates nominandi, vel deputandi Vicarios in ſpiritualibus locare, neque conductoribus per ſe, aut per alios exercere. Tertiùm, vt locationes rerum Eccleſiaſticarum, etiam authoritate Apoſtolica confirmatæ ſint irritæ, quæ à triginta annis citrà ad longum tempus, ſeu vt in nonnullis partibus ad viginti nouem, vel bis viginti annos vocant, factæ fuerint, eæ ſcilicet, quas Synodus Prouincialis, vel ab ea deputandi in damnum Eccleſiæ, & contra Canonicas ſanctiones contractus fuiſſe cenſerent. 65

Num. 7.

Quæritur in præſenti num bona Eccleſiæ immobilia, vel mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, abſque iuris ſolemnitatibus ſpeciali, vel generali hypothecæ ſubijcere liceat? Ad cuius reſolutionem cum D. Couar. præmittendũ eſt in prohibitione alienationis, quæ fauorem alicuius reſpicit, pignus, vel hypothecam venire, vt tenuit Bart. *in l. ſi fundus, §. 1. n. 3. ff. de pignor.* P. Vazq. *dub. 8. n. 35.* Merlin. *de pignorib. lib. 1. q. 42. n. 68.* Neguſant. *eod. tract. part. 3 memb. 1. n. 40. in fine*, Bene *vbi proximè dubit. 1. num. 30. & dubit. 3. num. 6* Cyriac. *tom. 2. controverſ. 252. num. 33.* Pellizzar. *ſup. tract. 6. cap. 8. num. 25.* Hermoſ. *in d. l. 4. gloſ. 2. num. 23.* Bonacin. *ſup. num. 23.* Gutier. *de tutel part. 2. cap. 21. n. 2.* Galganet. *in ſimil. tract. lib. 3. q. 45. n. 9. 10.* 66

Ibi: *Non ſic in ſtricta, & odioſa.*

In materia pœnali, vel aliàs odioſa appellatione alienationis non continetur hypotheca. Sic pœna appoſita alienanti rem aliquam, non incurritur, ſi eam pignori, vel hypothecæ dederit, Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 20. num. 17.* Merlin. *ſup. num. 16.* Fuſar. *de ſubſtitutionib.* 67

*nib. quæſt.* 703. *num.* 3. Neguſant *ſup. part.* 2. *memb.* 2. *num.* 31. *& memb.* 3. *num.* 73. Redoan. *de reb. Eccleſ. quæſt.* 1. *num.* 11. Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 64. *C. de bon. matern.* Vazq. *vbi proximè*, Caualcan. *deciſ.* 5. *num.* 21. 22. licèt contrarium ſenſerint aliqui apud Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 40. *num.* 118. vbi ait, communem opinionem non eſſe omninò tutam, ſed cōmunis ſententia verior eſt, nam etſi lex prohibeat alienationem, & pœnam adijciat, quoad pœnam verbum alienatio hypothecam non continet, etiam in prohibitione fauorabili, etenim vt differt vis legis, qua punit, à virtute legis, qua prohibet, *l. legis virtus* 7. *ff. de legib.* Ita non rectè infertur de vna ad alteram, vbi datur diuerſa ratio, Lotter. *ſup. num.* 14. *cum ſeqq.*

Ibi: *Vbi in prohibitione alienandi res pupillorum.*

68 Minoris in rebus mobilibus pretioſis, vel immobilibus pignus, vel hypotheca abſque iudiciali decreto conſtitui non poteſt, *l. lex, quæ tutores* 22. *§.* 1. *C. de adminiſtrat. tutor.* Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *c.* 14. *num.* 14. *verſ. Sextò extende*, Merlin. *d. lib.* 2. *quæſt.* 39. *à princip.* Pat. Molin. *diſp.* 531. *num.* 5. Gutier. *d. cap.* 21. *in princip.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 432. *num.* 10. Gregor. Lop. *in l.* 4. *gloſ.* 2. 3. *tit.* 5. *part.* 5. vbi Hermoſ. *gloſ.* 2. *nu.* 23. qui plures refert, *& num.* 24. ampliat in hypotheca generali ſequutus Caſtill. *controuerſiar. lib.* 4. *c.* 61. *n.* 37. Gregor. Lop. *in d. gloſ.* 2.

69 Eſt tamen dubium de iure Regio, num liceat tutori, vel curatori alienare ſiue hypothecare bona mobilia pretioſa minorum abſque decreto? Nam pars affirmatiua aduerſum ius commune probari videtur ex *l.* 8. *verſ. Otroſi dezimos, tit.* 13. *part.* 5. *& l.* 18. *tit.* 16. *part.* 6. & ita docēt Gregor. Lop. etſi dubitet, *in d. l.* 8. *gloſ.* 3. Auendan. *de cenſib. cap.* 81. *num.* 4. *in fine*, Gutier. *ſup. num.* 3. *verſ. Ego opinionem*, & alij apud Hermoſ. *in d. l.* 4. *gloſ.* 3. *num.* 3. qui rectè, *num.* 4. contrarium probat, ſcilicet in eiuſmodi rerum alienatione etiā de iure Regio opus eſſe decretum. In qua opinione ſunt Caſtill. *ſup. nu.* 30. 36. Ant. Gom. *num.* 13. Lara *de vit. homin. cap.* 22. *num.* 56. P. Molin. *vbi proximè*, Menchac. *de ſucceſſion. creat. lib.* 1. *§.* 10. *n.* 72. *verſ. Decimooctauò.*

70 Bona verò prædicta minorum tacitè obligātur abſque eo, quòd decretum interueniat in eis actibus, ex quibus hypotheca à lege inducitur. Sic minor dotem ſine decreto recipit, quanquam ad eius reſtitutionem res quoque immobiles obligentur, Merlin. *ſup. lib.* 3. *q.* 83. *à princip.* vbi alios caſus refert, Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 20. *n.* 45. Sic domum ſibi neceſſariam, abſque decreto conducit, & tamen pretioſa mobilia manent pro penſione obligata, ſi in illam inferantur, Caroc. *de locat. rubric. de inuectis, q.* 8. *à n.* 24. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de locat. reſolut. vlt. n.* 5. Gratian. *diſceptat. cap.* 68. *n.* 5. 6. vbi rationem reddit, quia obligatio intelligitur prohibita per ipſos minores, vel adminiſtratores, non per legem, ex qua tacita inducitur hypotheca, & cū interueniat decretum legis, iudicis neceſſe non eſt. De alijs, quæ ſpectant ad obligationem rerum minoris conſule, Merlin. *d. q.* 39. & Gutier. *d. cap.* 21.

Ibi: *Id etiam confirmatur ex eo.*

Hac potiſsimū ratione prohibitus alie- 71
nare nequit hypothecā, cōſtituere, regulare nāque eſt, vt prohibito aliquo, illud etiam vetitum cēſeatur, per quod ad prohibitum deuenitur, *l. oratio* 16. *ff. de ſponſalib.* Merlin. *lib.* 2. *q.* 6. *n.* 22. Pellizzar. *in manual. Regular. tract.* 4. *cap.* 5. *num.* 391. Fuſar. *ſup. quæſt.* 694. *num.* 1. 2. Menoch. *conſ.* 205. *num.* 16. Bene *d. cap.* 17. *dubit.* 1. *num.* 32. Rota *deciſ.* 480. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſor.* Olea *de ceſſion. iur. tit.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 49. Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. num.* 83. *verſ. Octauò facit.* Nam ſi naturam verbi: *Alienatio*, inſpiciamus nec impropriè, nec impropriſsimè hypothecam complectitur, Lel. Altograd. *conſ.* 3. *num.* 33. quem refert Merlin. *d. q.* 42. *n.* 16. *in fine*, & ſentit Gutierr. *d. cap.* 21. *n.* 8. *ad fin.* ac deducitur, *ex cap. nulli, de reb. Eccl.*

Ibi: *Poſterior pars conſtat.*

Alienationis verbum dominij translationem ſignificat *l.* 1. *§.* 1. *C. de fund. do-* 72
*tal. l. alienatum* 67. *ff. de verbor. ſignificat.* Gutier. *n.* 7. Ant. Gom. *in l.* 43. *Taur. n.* 83. *verſ. Secundò, nō obſtat*, Aug. Barboſ. *de appellatiua verbor. vtriuſq. iur. ſignificatione appellat.* 14. *n.* 1. Brun. à Sole *in loc. communib. verb. alienatio, num.* 2. Tuſch. *lit. A. conc.* 257. Matienç. *in l.* 3. *gloſ.* 14. *n.* 2. *tit.* 19. *lib.* 5. *Recopilat.*

Ibi: *Quæuis aliquot rationibus probari poſſit.*

Hoc ex ratione paulò ſuperius tradita 73
ef-



efficaciſsimè ſuadetur, & ita generaliter verum eſt, prohibita alienatione, hypothecam quoque, vel pignus prohibitum cenſeri, niſi aliud de mente prohibentis appareat, vt docent Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 7. Merlin. *d. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 18. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 3. *c.* 25. *n.* 13. Hermoſ. *in l.* 43. *gloſ.* 3. *num.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 4. *num.* 17. Ant. Gom. *variar. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 39. *verſ. Sed aduertendum, ad medium*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 432. *n.* 9. *& conſ.* 116. *n.* 15. Peregrin. *ſup. d. art.* 40. *num.* 118. Caſtill. *controuerſiar. lib.* 5. *cap.* 65. *num.* 33. Gutierr. *d. cap.* 21. *n.* 6. Bart. *in l. in quorum, num.* 1. *ff. de pignorib.* Mieres *de maiorat. part.* 4. *quæſt.* 1. *nu.* 76. Aug. Barboſ. *ſup. verb. alienatio, num.* 9. Fuſar. *quæſt.* 703. *per tot.* Alphanus, Galganet. *de tutel. lib.* 3. *quæſt.* 45. *num.* 12. quod reſtringitur ad hypothecam ſpecialem, Menoch. *d. caſ.* 432. *n.* 13.

Ibi: *Ex his profectò conſtat.*

74 Res immobiles Eccleſiæ, vel mobiles pretioſæ abſque iuris ſolēnitatibus obligari nequeunt, tùm quia expreſsim lege prohibetur, tum quoniam aliàs interdicta eſt earum alienatio: ſub qua prohibitione hypotheca comprehenditur. Ita probant Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. num.* 83. *verſ. Septimò, textus*, Pat. Molin. *diſp.* 466. *num.* 1. Merlin. *d. lib.* 2. *quæſt.* 85. *à princip.* Azor. *tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *quæſ.* 2. Redoan. *ſup. quæſt.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. Pat. Vazq. *dub.* 8. Aug. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alegat.* 19. *num.* 85. Pellizzar. *ſup. num.* 25. Quaranta *d. verb. alienatio, num.* 16. Bonacin. *d. tract. de alienat. bonor. Eccleſiaſticor. diſp.* 2. *quæſt. vnic. punct.* 2. *n.* 23. Bene *ſup. dubit.* 1. *num.* 30. *& dubit.* 3. *à n.* 5.

Ibi: *Cuius deciſionem in hypotheca tantùm.*

75 Quæſtionis eſt, an in d. extrauaganti, ſolùm prohibeatur ſpecialis hypotheca, non verò generalis, & magis communiter cum D. Couar. in præſenti tenetur, non cenſeri generalem comprehenſam, quā Prælatus in bonis Eccleſiæ abſque ſolemnitate valet conſtituere. Sic ſentiunt Merlin. *num.* 7. Pat. Molin. Bene Pellizzar. Redoan. Azor. *vbi proximè*, Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad cap. nulli num.* 5. *de reb. Eccleſ.* Filliuc. *tract.* 44. *cap.* 2. *num.* 24. Nerol. *in d. cap. nulli num.* 8. Alexand. *conſ.* 118. *nu.* 21. *verſ. Inſuper lib.* 5. Neguſant. *ſup. part.* 2. *princip. num.* 3. Caſtr. Palao *tract.* 9. *diſp. vnic. de reb. Eccl. pūct.* 14. *§.* 2. *num.* 2. Galganet. *de tutel. lib.* 3. *quæſt.* 45. *num.* 12. Hermoſ. *in l.* 4. *gloſ.* 2. *num.* 41. *tit.* 5. *part.* 5. vbi alij. Quamuis contrarium tueantur Quarant. *ſup. num.* 17. Bonacin. *d. num.* 23. Rodrig. *quæſtion. Regular. quæſt.* 7. *art.* 1. Vazq. qui indiſtinctè loquitur, *vbi proximè*, & alij non improbabiliter, vt fatetur Bene *d. dubit.* 3. *num.* 9. Sed à communi recedendum non eſt, nam, vt ait Molina, conſtitutio Pauli II. excipit caſus à iure expreſſos, quanquam abſolutè hypothecam prohibuerit, obligatio autem generalis rerum Eccleſiæ antea non erat vetita, vt conſtat *ex d. cap. nulli*, vbi ſolùm fit mentio hypothecæ ſpecialis, atque ita generalis erat permiſſa, vt ibi Panormitan. docuit, quare iuris correctio vitanda erit, nec nouum eſt, quòd leges poſteriores per anteriores determinentur, *l. ideò* 27. *iuncta gloſſa, ff. de legib.* & ita apud Regulares vſu receptum eſſe, teſtis eſt Pellizzar. *ſup.* nam in ſuis contractibus bona Monaſteriorum generaliter obligant, nulla interueniente ſolēnitate. Quod limita, ſi res tradatur, Merl. *num.* 15.

Ratio huius ſententiæ, quæ hic à D. Co- 76
uar. & communiter, traditur eſt, quia per hypothecam ſpecialem magis res afficitur, quam per generalem, quod etſi verū ſit quoad aliquos iuris effectus, quoad periculum tamen, quòd perueniatur ad alienationē, nulla differentia reperitur, quia tantùm operatur generalis in ſuo genere, quantùm ſpecialis in ſua ſpecie, Merlin. *ſup. lib.* 4. *q.* 140. *n.* 12. Socin. Iun. *conſ.* 129. *n.* 18. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 62. *n.* 37. *lib.* 2. Nec vna eſt potior altera, Flor. de Mena, *variar. lib.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 32. Gail. *practicar. obſeru.* 25. *lib.* 2. *obſeruat. n.* 4. Merl. *d. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 7. & probatur *in l. ſi generaliter* 6. *C. qui potior.* Qua propter dici poteſt, ideò hypothecā generalē eſſe permiſſam, ne iuris ſolemnitates in omnibus cōtrahibus de rebus Eccleſiæ adhibere neceſſe foret, quod ſatis oneroſum, ac difficilè obſeruatu eſſet, atque Prælatorum poteſtas maximè coarctaretur, cū enim in inſtrumentis cuiuſque obligationis vſu inualuerit ad ſecuritatem contrahentium generalem bonorum hypothecam adijcere, vt experientia docet, nullus abſque


hac

hac cautela vellet circa res Eccleſiæ contrahere, atque ita ſolemnitates ſemper requirerentur, vt Prælati poſſent quemcunque contractum inire, per quod adminiſtratio bonorum Eccleſiæ impoſſibilis ferè redderetur, propter quod malum vitandum, cum malus ſit, minus ſuſtinetur, nempè res Eccleſiæ periculo alienationis per generalem hypothecam exponi iuxta regulam text. *in l. quoties nihil 201. ff. de reg. iur.*

Ibi: *Illud vero prætermittendum non eſt.*

77 Pœnæ ſtabilitæ aduerſum alienantes abſque ſolemnitatibus iuris bona Eccleſiæ non incurrantur, niſi ſequuta eorum traditione, ſic vendens, aut donans antequam tradat, immunis erit, Lotter. *ſup. d. cap. 25. num. 3. cum ſeqq.* Pellizzar. *num. 7. 146.* Merlin. *d. quæſt. 85. nu. 15.* P. Vazq. *dub. 8. num. 35.* Nauar. *conſ. 18. de reb. Eccleſ. non alienand.* Bene *ſup. dubit. 1. ex num. 39.* Ricci. *deciſ. 65.* Filiuc. *tract. 14. num. 119.* Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. alienatio, num. 50.* Aug. Barb. *in collectan. ad extrauag. Ambitioſæ, num. 24. de reb. Eccleſ.* licet Bonacin. *d. quæſt. vnic. punct. 5. num. 2.* & aliqui alij ſenſerint, ſatis eſſe, quod contractus prohibitus celebretur. Sed communis ſententia retenta ampliatur, quamuis alienans conſtituat ſe nomine eius, in quẽ res alienatur poſsidere, quoniam hæc eſt ficta traditio. Menoch. *conſ. 792. num. 5.* quæ ad incurrendam pœnam non ſufficit, vt rectè explicat Lotter. *ſup. à num. 8.* Guid. Pap. *deciſ. 101. à num. 3.* quoniam adhuc actus alienationis imperfectus iudicatur.

78 Quoad hypothecam autem ſpecialẽ, vt propter eam pœnæ non contrahentur, niſi res obligata fuerit tradita, docet Lotter. *à num. 15.* Merlin. *vbi proximè,* ſed contra ſentit Pat. Molin. *diſp. 466. num. 1.* cuius fundamenta non parum vrgent aduerſus D. Couar. pro quo poteſt reſponderi, quod ad incurrendas pœnas ob obligationem rerum Eccleſiæ prohibitam neceſſe eſt, vt ſaltem iure pignoris ad creditorem res hypothecata perueniat, vt ſentiunt Merlin. *d. quæſt. 85. num. 6. 15.* Negoriant. *de pignorib. part. 2. princip. num. 3.* licet non diuendantur, aut diſtrahantur. Nec obſtant illa verba D. Couar. hic: *Non enim dicitur res alienata, donec traditio facta fuerit.* Quia refert debent ad alienantes, non ad contrahentes hypothecam, etſi de omnibus promiſcuè egerit.

Num. 8.

Res Eccleſiæ etiam in pignus dari prohibentur, ita ſentiunt, ac docent omnes laudati, *ſup. num. 74.* Quod à fortiore ratione procedit, nam ſi hypotheca prohibetur, quæ penes obligantem permanet, multò magis interdicendum eſt pignus, quod in creditorem realiter tranſit, vt notat Merlin. *ſup. num. 6.* Quam differentiam inter pignus, & hypothecam tradit Vlpianus *in l. ſi rem alienam 9. §. Non tantum in fine ff. de pignorat. action.* & explicat Merlin. *lib. 1. quæſt. 2. num. 5.* Adde Aug. Barb. *in collectan. ad l. ſancimus 17. n. 7. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* vbi plures. 79

Ibi: *Et nihilominus diſtinguere oportet.*

Adde Pat. Vazq. *dub. 9.* Benè *dubit. 9. in princip. num. 24.* Pat. Molin. *diſp. 468. num. 2.*

Ibi: *Priores res alienari poſſunt.*

Quatuor cauſæ communiter recenſentur, ex quibus res immobiles Eccleſiæ alienari permittuntur. Neceſsitas ipſius Eccleſiæ, velut æs alienum, aut reparatio fabricæ neceſſaria, quibus alio modo ſubueniri non poſsit, nam ſi beneficiarius, aut Prælatus fructus ex beneficio ſuperfluos habuerit, eos tenetur potius impẽdere, quàm bona Eccleſiaſtica diſtrahere, Bonacin. *ſup. punct. 3. num. 1. verſ. Obſeruant tamen,* Ricc. *deciſ. 103. verſ. Alienari,* Bene *vbi proximè n. 22. 23.* Genueñſ. *in prax. Neapolit. cap. 89. num. 4.* Tabiena *in ſumm. verb. alienatio, num. 4.* atque ita ſæpius Rotã decidiſſe teſtatur Bene, *num. 23.* Rei ſterilitas, vt ſi domus plus propter repationes conſumat, quam reddat. Vtilitas Eccleſiæ, nam fundus diſtrahi poterit ad alium magis pinguem comparandum, ex qua cauſa etiam calix, aliave res cultui Diuino deſtinata alienari permittitur, vt melior ſubſtituatur, Bonacin. cum alijs, *verſ. Tertia cauſa eſt,* Bene *num. 3.* Vltima cauſa eſt pietas, vt ſi opus fuerit alienatio ad fidem propagandam, captiuos redimendos, & pauperes alienos, ne fame, aliave calamitate pereant. De quibus Bene *d. dubit. 9. n. 1. cum ſeqq.* Aug. Barbol. *ſup. allegat. 95. n. 23. cum ſeqq.* Pat. Molin. *ſup. n. 2.* Gregor. Lop. *in l. 1. gloſ. 2. cum ſeqq. tit. 14. p. 1.* Bonacin. *ſup. num.* 80



*num. 1.* Rebuff. *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. n. 9.* Pat. Vazq. *d. dub. 9.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. rubric. de cauſ. propt. quas fiunt alienat. per tot.* Leſs. *de iuſt. lib. 2. cap. 24. dub. 11. ex nu. 63.* Camill. Borell. *in ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 15. de reb. Eccleſ. non alien. num. 2.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 172. num. 8.* & licet *d. l. 1. tit. 14. p. 1.* ſex cauſas expreſſerit, omnes ad quatuor traditas reducuntur.

Ibi: *Imò & ex ſumma neceſsitate.*

81 Si cauſa occurrerit, propter quam alienatio bonorũ Eccleſię ſit neceſſaria, prius incipiendum eſt ab eis etiam immobilibus, quæ cultui Diuino non deſeruiunt, & ſi quæ deſeruiunt vendi, oportuerit, prius quæ conſecratæ non ſunt, alienari debent P. Vazq. *ſup. n. 36.* P. Molin. *vbi proximè.*

82 Nota, licere abſque ſolemnitate per donationem alienare reliquias exiguas Sanctorum, niſi ibi ad perpetuam ſepulturam ſint conditæ, quæ abſque aſſenſu Pontificis extrahi prohibentur. Ita Bene *dubit. 1. num. 53. cum ſeqq.* vbi de ſtylo Curiæ ſeruari aſſerit, Ricc. *deciſ. 65. nu. 1. 6.* Pellizzar. *d. cap. 8. num. 91.* Bonacin. *punct. 2. num. 31.* Dian. *part. 4. tract. 4. reſolut. 223.* & ſic fieri poſſe declarauit Sacra Congregatio, teſte Aug. Barbol. *in collectan. Bullar. verb. Reliquiæ,* quem refert Bene *ſup.*

Ibi: *Cauſa vero præcipua.*

83 Poſſe ad ſubueniendum pauperibus, vt à morte captiuitate, vel alia ſimili calamitate liberentur, bona Eccleſiæ diſtrahi etiamſi Diuino cultui ſint cõſecratæ, docent vltra eos, quorum ſupra meminimus, *num. 80.* Benincaſ. *de paupertat. ſpecial. 4. in contraclib. à num. 19.* Velaſc. *de priuileg. pauper. part. 1. quæſt. 22. num. 41.* Boer. *deciſ. 128. n. 3.* Buccaron. *de different. int. ius ciuil. & crimin. different. 100. n. 15.* Euerard. *in loc. legal. lib. l. c. à pari, n. 3.* Gratian. Falcon. *reg. 18. n. 5.* Molin *in compot. iur. part. 1. tit. 1. de legib. quæſt. vlt. num. 26.* Surd. *de aliment. tit. 6. quæſt. 12. num. 11.* Nouar. *in prax. election & variat. fori, quæſt. 44. ſect. 2. à num. 5.* Aug. Barbol. *in collectan. ad cap. aurum 12. quæſt. 2.* vbi alij, Greg. Lop. *in l. 40. gloſ. 2. tit. 5. part. 1.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 182. numer. 30.*

84 Hinc Eccleſiæ bona pauperum eſſe dicuntur, *cap. indignè 12. quæſt. 2. cap. vlt. 16. quæſt. 1. cap. quod autem 23. quæſt. 7. auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſiaſt. §. Si vero collat. 2. vbi gloſ. verb. pauperum,* Velaſc. *ſup. quæſt. 7. num. 29.* Gonçal. *ſup. nu. 16.* & illa eorum mater ob pietatem meritò nuncupatur, Gratian. *in cap. 1. §. Poteſt etiam 14. q. 2.* Greg. Lop. *in rubric. tit. 18. p. 1.* Velaſc. *ſup. q. 7. n. 31.*

Ibi: *Non tantùm ad alendos proprios parochianos.*

85 Proprijs tamen prius ſuccurrẽdum eſt, quam extraneis, ſi in æquali neceſsitate conſtituti ſint, gloſ. *in cap. ſicut 12. q. 2.* Greg. Lop. *in d. l. 1. gloſ. 4.*

Ibi: *Simulacra enim viuentia.*

86 Ex hoc Gregor. Lop. *in d. l. 40. gloſ. 10. ad med. tit. 5. part. 1.* docuit, quod ſi Eccleſia, & pauperes neceſsitate premerentur, potius his, quàm illi, cæteris paribus, largiendum erit, quia Deus Eccleſiam fecit propter hominem, non autem hominem propter Eccleſiam iuxta illud Machabæor. *lib. 2. cap. 5. verſ. 19. Verùm non propter locum gentem, ſed propter gentem locum Deus elegit.* Quod verum erit, ſi pauper alias eſſet periturus, vt idem Gregor. Lop. explicat *in d. gloſ. 2.* vbi ait, quòd Eccleſia egens extra caſum extremæ neceſsitatis pauperum eſt præferenda.

Num. 9.

87 Cum plurima ſint priuilegia paupertati conceſſa, de quibus per Velaſc. *in tract. de priuileg. pauper.* Rebuff. *de priuileg. Scholar. priuileg. 90.* Gonçal. *ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 2. num. 35.* Cornel. Benincaſ. *de priuileg. paupertat.* frequentiſsimè ſolet diſputari, an illi, quos propria ſcelera ad inopiam cõduxerunt, illis gaudere poſsint? de quo Velaſc. *quæſt. 54. per tot.* Sic in præſenti quęritur hoc ipſum circa alienationem bonorum Eccleſiæ, quæ ad ſubueniendum pauperum neceſsitatibus fieri debet, & quod non ſit facienda propter eos, qui patrimonio ſuo ſunt abuſi, ſuadetur ex *l. ſi fideiuſſor 7. §. 1. ff. qui ſatisdar. cogantur, l. ſiue hæreditaria 23. ff. de negot. geſt.* gloſ. *verb. ad inopiam, in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionib.* Bald. *in Authent. res, quæ C. commun. de legat.* Matienç. *in l. 6. gloſ. 3. num. 32. tit. 7.*

*lib. 5. Recopilat.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam verb. bona, num. 5. C. de reuocand. donat.* And. de Iſernia *in conſtitut. Neapol. lib. 1. tit. 33. num. 9.* Afflictis *ibidem, num. 18. 26.* Menoch. *conſ. 55. num. 12.* Rebuf. *ad leg. Galliæ tit. de ſentẽt. proceſ. gloſ. vlt. col. 4.* & alij apud Velaſc. *num. 1.* Horat. *epiſtolar. lib. 1. epiſt. ad Lollium*, ibi:

*Quē ſua culpa premet, deceptus omitte tueri.*

Ex quibus conſtat, indignos eſſe miſerorum auxilijs, qui ſeſe delinquendo in egeſtatem proiecerunt, atque ita non eſſe bona Eccleſiaſtica diſtrahenda, vt ipſis ſuccurratur.

88 Sed quòd, etſi culpa cauſam dederint paupertati, non ideo egenis ſua priuilegia debent denegari, placet D. Couar. *practicar. cap. 6. nu. 2. verſ. Sed ſi in paupertatem*, Nouat. *ſup. quæſt. 16. ſect. 1. à num. 4.* Pet. Barboſ. *in l. maritum, num. 73. ff. ſolut. matrimon.* Sola *ad conſtitut. Sabaudiæ, tit. de venationib. & piſcationib. gloſ. 2. num. 3.* Melo *de induc. debitor. cap. 12. num. 15. 16.* Giurba *deciſ. 43. num. 27.* Carleual. *de iudicijs, tom. 1. diſp. 2. quæſt. 6. ſect. 7. num. 616.* & alij, quos cumulat Velaſc. *d. quæſt. 54. ex num. 7.* Quæ ſententia etſi vera regulariter ſit, limitatur dupliciter, vt per D. Couar. ſtatim, *verſ. Secundò, illud, cum ſeq.* Vide *inf. n. 91. 92.*

Verſ. *Contrariam ſententiam.*

89 Quòd res Eccleſiæ ſint alienandæ pro alendis, aut redimendis pauperibus, etiãſi proprio vitio, ac crimine bonis careãt, docuere Velaſc. *vbi proximè*, Iacob. de Graſſis *in deciſion. caſuum conſcient. part. 1. lib. 2. cap. 96.* Carleual. *ſup.* Pat. Vazq. *dub. 10.* Mexia *ſup. conc. 1. num. 8.* Surd. *conſ. 367. num. 42. 43.* Pro quibus facit, quod de filio prodigo legitur apud Luc. *cap. 15. à verſ. 11.* Eccleſia enim mater eſt omnium fidelium maximè pauperum, Gonçal. *d. gloſ. 2. n. 15.* & ſupra dixi, *num. 84.* cultrixque pietatis, Mareſcot. *variarum lib. 2. cap. 14. n. 10.* Quare etſi filius perperam ſubſtantiam propriã abſumpſerit, non ideo eius miſereri non debet.

Verſ. *Primùm, ergo fateor.*

90 Ne quis fame, aliave calamitate oppreſſus pereat bona Eccleſiæ diſtrahi debent, ſi aliundè ei ſubueniri non poſsit, quanquam ſua culpa in ea neceſsitate ſit conſtitutus, *l. 40. verſ. Mas ſi acaecieſſe, tit. 5. p. 1.* P. Vazq. *vbi proximè*, Menoch. *ſup. n. 41. 42.* Mexia *d. n. 8.*

Verſ. *Secundò, illud adnotandum.*

Ei, qui cõſultò propriæ inopiæ cauſam 91
præſtitit volens fieri pauper, vel ad fraudãdos creditores, vel ad priuandos liberos legitima, ob aliãve cauſam, paupertatis priuilegia denegantur, Bald. *in l. ſi quis iudicio, ff. Si quis cautionib.* Pat. Vazq *d. dub. 10. num. 37.* Menoch. *num. 39.* Velaſc. *q. 22. num 42.* Ioan. Baptiſt. Marchelan. *de commiſſ. p. 2. de commiſſ. auocat. cauſar. §. 2. num. 52.* Mexia *num. 10.* Marc. Mantu. *in cap. quæ in Eccleſiarum, n. 64. de conſtitutionib.* Baeza *de inop. debitor. cap. 8. num. 15. verſ. Illud tamen*, Sforcia Odd. *de reſtitut. in integ. part. 1. q. 11. art. 10.* Gamma *deciſ. 25. n. 2.* Benincaſ. *ſup. q. 4. princip. n. 42.* Pinell. *in auth. Niſi tricennale, num. 46. C. de bon. matern.* Quod limita, niſi neceſsitas vrgeat, quia illi ſuccurẽdum eſt, ne pereat, Benincaſ. *n. 94.* Surd. *de aliment. tit. 7. q. 25. n. 10. 15.* Velaſc. *quæſt. 54. num. 23.* Iacob. de Graſſis, *ſup. d. cap. 96. n. 6.* D. Couar. *verſ. Proximò*, Azeued. *in l. 1. n. 44. tit. 1. lib. 4. Recopilat.*

Verſ. *Tertiò, eſt in eadem quæſtione.*

Qui culpa ſua etiam non ordinata ad 92
paupertatem incidit in eam non gaudet priuilegijs pauperũ in præiudicium tertij, Cãcer. *variar. part. 2. cap. 9. n. 48.* Sola *vbi ſupra*, Pet. Barboſ. *n. 73.* Pat. Vazq. *d. dub. 10. n. 37. verſ. Tandem*, Mexia *n. 10.*

Illi autem, qui allegat, quemquã pro- 93
pria culpa ad inopiam perueniſſe, onus probationis incumbit, ſiue agendo, ſiue excipiendo id proponat, argumento *l. quoties 18. §. Qui dolo, ff. de probat.* Velaſc. *ſup. n. 38.*

Ibi: *Ex ea deducentes, prohibitum ex cauſa.*

De quæſtione hac conſulas Menoch. 94
*ſup.* fuſe agentem, *ex n. 41.* Velaſc. *à n. 17.* Pinell *ſup. verſ. Sic in paupertate*, P. Vazq. *vbi proximè.*

Ibi: *Et licèt Fulgoſius in d. auth. res, quæ.*

Fulgoſium contra D. Couar. ſequitur 95
Menoch. *d. caſ. 182. n. 64. 65.* nam ex maxima parentum erga liberos charitate præſumitur, vt potius vellet teſtator fideicommiſſum extingui, quam illos carceri mancipatos pati.

Verſ. *Quartò, etſi pium, & licitum.*

Etiam delinquentibus humanitatis, ac 96
miſerationis ſubſidia ſunt exhibenda, licèt enim peccata odio ſint habenda, homo tamen diligendus eſt, ac iuuandus, *cap. odio 86. diſtinct. cap. duo iſta 35. 23. q. 4. cap. Quamobrem circa medium*, ibi: *Nec enim Deus hominibus, ſed vitijs iraſcitur. de pœnit. diſt. 1.* Vnde ex bonis Eccleſiæ pro ſceleribus carceratis alimenta præſtari debent, ne fame abſumãtur, horum enim miſerabilium cura etſi iudicibus ſecularibus ſit iniuncta, *l. iudices 10. C. de Epiſcopal. audient. l. 3. tit. 24. lib. 4. Recopilat.* Guazzin *de defenſion. reor. defenſ. 6. cap. 1. num. 15.* Bouadill. *in Politic. tom. 2. lib. 3. cap. 15. num. 63.* maximè ad Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat, vt conſtat ex *Concil. Aurelianenſ. 5. cap. 17.* quo ſanctè ſtatutum eſt, quòd Archidiaconus, vel Præpoſitus Eccleſiæ ſingulis diebus Dominicis carceres adeat, vt neceſsitatibus pauperum prouideat, & quod Epiſcopus miniſtrum idoneum præponat, qui ex bonis Eccleſiæ eis omnia ad victum neceſſaria largiatur. Notat Sandoual *de carcere cap. 17.* Bonadill. *ſup. num. 108.* Monachi quoque in ſolitudine Africæ inhabitãtes ex eo, quod operis ſuis comparabant, carceratis ſubuenire ſolebant, Caſsian. *lib. 10. cap. 22.* Ioan. Diacon. *lib. 4. de vit. D. Gregor. cap. 63.* & quantum pietatis, ac meriti opus illud importet, fusè oſtendit Sandoual *ſup. cap. 3. 10.* Bouadill. *d. n. 63.*

Ibi: *Non tamen poſſum mihi perſuadere.*

97 Res immobiles Eccleſiæ, aut mobiles pretioſæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, diſtrahendæ non ſunt, vt qui pro ſuis ſceleribus carceri mancipantur, ab eo liberẽtur, P. Vazq. *ſup.* Redoan. *quæſt. 11.* Bonacin. *d. punct. 3. n. 1. verſ. Secunda cauſa*, Mexia *num. 8.* Vide *contra ſup. n. 89.*

Ibi: *Imò pro redimendis à carceribus his.*

98 Adde Mexia *vbi proximè.* Sed contra mentem DD. hoc eſſe videtur, qui communiter docent iuſtam cauſam ad alienanda præfata Eccleſiæ bona eſſe libertatem eorum, qui in vinculis publicis detinentur, vt videre eſt apud Velaſc. *q. 22. n. 41.* vbi plures refert, Ioan. Garcia *regul. 158. n. 5.* & quamuis D. Couar. concedat, licere eam alienationem fieri, cum vel ipſe carceratus, vel alij, quibus erat alimẽta ſuis operis exhibiturus, vt vxor, & liberi aliàs fame perirent, hæc cauſa nõ reſpicit libertatem opreſſi, ſed vitæ conſeruationem, nec dici poterit, bona diuẽdi, vt quis à vinculis eximatur, ſed ne fame moriatur, atque ita liberationem carceratorum à cauſis pietatis quoad alienanda Eccleſiæ bona D. Couar. excludit. In quo exiſtimo plurimum Prælatorum arbitrio deferendum.

Verſ. *Quinto his addiderim.*

Legatum relictum pro redimẽdis eis, 99
qui apud hoſtes in ſeruitute ſunt, per executores teſtamenti applicari nequit ad liberandos exiſtentes in carcere, ſiue pro criminibus, ſiue pro debitis.

Verſ. *Ex quibus omnibus.*

Bona Eccleſiæ alienari non poſſunt pro 100
libertate eorum, qui ad triremes damnãtur, Vazq. *d. num. 37.* Mexia *vbi proxime.* Quod tamen poſſet limitari ex mẽte D. Couar. *ſup. verſ. Quartò, etſi pium, in fine*, quãdo remex teneretur, ac poſſet ſuo labore aliquibus alimẽta præbere, qui aliàs inedia eſſent extinguendi, vt parẽs, vxor, liberi.

Cum ſæpè rerum mobilium pretioſa- 101
rum, ac immobiliũ in ſuperioribus meminerimus, oportet ſcire, quæ illæ ſint. Quoad alienationis itaque prohibitionẽ in hoc tractatu bona immobilia dicũtur, nedũ quæ corporalia ſunt, & à loco amoueri non poſſunt, vt fundus, domus, ſed etiam iura, quæ ſtabilia ſunt, vt ſeruitutes, ius patronatus, vſusfructus, annui redditus, cẽſus, & ſimilia, item iura & actiones ad immobilia, Bene *dubitat. 2. ſection. 1. n. 1. cum ſeqq.* vbi plures, Aug. Barboſ. *d. allegat. 95. n. 46.* Bonac. *ſup. punct. 2. n. 19.* Vazq *ſup. dub. 13. n. 45.* Hermoſill. *in l. 15. gloſ. 1. n. 60. cum ſeqq. tit. 5. p. 5.* P. Molin. *diſp. 465. n. 3.* Inter quæ etiam beneficia Eccleſiaſtica enumerat, atque Bene *ſup. 2.* Quod eſt intelligendum ita vt non ſolùm Eccleſiæ debitæ ſeruitutes, cẽſus, vel vſusfructus in alios transferri prohibeantur, ſed etiam de nouo ſuper bona Eccleſiæ cõſtitui, vt præter laudatos notat Pelizzat. *d. cap. 8. num. 36. 49.* qui *n. 42.* benè aduertit, quod ad extinctionem cenſuum redimibilium, quos ſuper bona aliorum habet Eccleſia, nulla cauſa, aut ſolẽnitas deſideratur, cũ ex natura contractus cenſualiſtæ ius ad redimendum, etiam inuitã

Ec-

Eccleſia, habeat, quod ei denegari nequit, quãquam non expediat; pecunia tamen ex redemptione cẽſus percepta implicari debet in emptione alterius, aut rei immobilis, nec abſque ſolẽnitatibus expendi permittitur in ſolutionem æris alieni etiam fœneratitij, vt de Regularibus agens probat Pellizzar. *n.* 43. 44. Sũt autẽ bona immobilia, quæ alienari poſſunt, non interuenientibus iuris ſolemnitatibus, propter eorum tenuitatem, vt terrulæ ſteriles, de quibus cura non habetur, *cap. terrulas* 12. *q.* 2. Aug. Barboſ. cum multis, *n.* 50. Bene *vbi proximè, n.* 20. *verſ. Ratio autem*, Maſcard. *de probat. conc.* 75 *n.* 26. Quaranta *in ſumm. Bullarij verb. alienatio, n.* 41. Pellizzar. *n.* 136. qui teſtatur, ita declaraſſe S. Congregat. 19. *Decemb. anno* 1596. his verbis: *Sacra Congregatio cenſuit, neque Conſtitutionem Pauli II. neque* Conc. *Trident. decretum derogaſſe diſpoſitioni cap.* Terrulas 12. *q* 2. Eſt tamen neceſſitas, ſiue cauſa opus, vt *in d. cap. Terrulas*, expreſſum eſt, & aduertunt præcitati, & Hermoſ. ex aliis *n.* 87.

102 Bona mobilia pretioſa (quæ immobilibus in hac prohibitione æquiparantur, & ſimiliter alienari abſque ſolemnitate nequeunt, Bene *n.* 8. 9. Barboſ. *num.* 39. Bonacin. *punct.* 2. *n.* 2. Hermoſ. *n.* 17. 58. Pellizar. *n.* 9. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. deciſ.* 61.) dicuntur vaſa argentea, vel aurea, bibliotheca copioſa, veſtes maioris pretij, & alia huiuſcemodi. Quantùm valere debeat res, vt in hoc tractatu pretioſa cenſeatur, certò definiri non poteſt, ſed iudicis arbitrio committitur, Bonacin. *punct.* 4. *n.* 3. *verſ. Ad cognoſcendũ*, Redoan. *q.* 10. Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 44. *cap.* 4. *nu.* 4. Barboſ. *num.* 51. Quarant. *ſup.* Marc. Ant. Genueuſ. *in prax. Neapolit. cap.* 60. *num.* 3. Hermoſ. *num.* 88. Peirin. *tom.* 1. *de priuileg. Minimor. in Conſtitut.* 9. *Iulij* II. *n.* 15. Ricc. *deciſ.* 39. *n.* 8. Sacra verò Congregatio declarauit, rem non eſſe pretioſam, quæ valorem viginti quinque ſcutorum aureorum non excedit, Bene *dubit.* 1. *n.* 23. vbi alij.

103 An pecuniam, quæ in montibus pietatis, vel in cambiis implicata fructificat, aut quæ deſtinata eſt ad emptionem immobilium poſſit Præſatus abſque ſolemnitatibus in alios vſus expendere, ac alienare? docent Bene *dubit.* 2. *ſect.* 3. Auguſt. Barb. *à n.* 40. Vazq. *ſup. n.* 44. Pellizar. *n.* 101. *cum ſeqq.* Bonacin. *vbi proximè, n.* 5. qui negatiuè reſpondent, idemque dicẽdum eſt de pecunia repoſita in ſubſidium inſtar theſauri pro neceſſitatibus Eccleſiæ, Barboſ. *n.* 41.

Non tamen ſufficit, rẽ eſſe pretioſam, 104 ne alienari poſſit, ſed etiam requiritur, quod ſeruando ſeruari queat in longum tempus, atque ita res, quæ, vltrà trienniũ ſua natura permanere non poteſt, & quæ vſu conſumitur, nec fructificat alienari non prohibetur, vt vinum, oleum, frumẽtum, & ſimilia, quorum etiam maxima quãtitas diſtrahi abſque ſolemnibus permittitur, Bene *dubit.* 1. *ex n.* 57. Hermoſill. *n.* 18. *verſ. Ea enim*, Pellizzar. *num.* 9. Bonacin. *punct.* 2. *n.* 4. Pat. Molin. *n.* 4. vbi de veſtibus, mancipiis, & iumentis, quæ vtique ſic alienari poſſunt.

His addendum erit, quòd ſi res diſtra- 109 henda fuerit conſecrata; aut alteri Eccleſiæ vendi debet, vt eidem vſui ſacro deſeruiat, aut ſi ad laicos transferatur, prius conflanda eſt, quam tradatur, *l. ſancimus* 19. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. l.* 2. *tit.* 14. *p.* 1. *cap.* 2. *§. Præterea* 10. *q.* 2. Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 340. *n.* 22. Hermoſ. *ſup. n.* 15.

# AD CAPVT Decimumſeptimum.

## SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ quomodo in emphyteuſim concedi permittatur.*
2 *De ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ requiſitis, qui egerunt.*
3 *Eccleſiæ nomine quæ loca contineantur, cũ de bonorum alienatione prohibita tractatur.*
4 *Quæ ſolemnitates de iure ad alienationem bonorum Eccleſiæ deſiderentur, vſque ad num.* 17.
18 *Alienatio bonorum Eccleſiæ valet, etſi nõ interueniant ſolemnitates legibus ſecularibus introductæ.*
19 *Caſus, in quibus alienatio, omiſſis ſolemnitatibus tenet, recenſentur ad num.* 24.
25 *Caſus à Neoterico inuenti reijciuntur.*
26 *Alienatio ſub conditione impetrandi aſſenſum à Pontifice an valeat.*
27 *Tractatus vnicus ſufficit in alienatione bonorum Eccleſiæ.*
28 *Epiſcopo volente rem Eccleſiæ etiam inferioris alienare Capitulum ad tractatum, & conſenſum præſtandum vocari debet.*
29 *Quid ſi Rector Eccleſiæ inferioris author ſit alienationis.*
30 *Quomodo Prælatus in alienationibus his authoritatem interponat.*
31 *Quis authoritatem præſtet, vbi Eccleſia eſt in vna Diœceſ, & bona eius, de quorum alienatione tractatur, in altera.*
32 *Alienatio rerum pretioſarum Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non ſubſiſtit, niſi concurrant, & iuris ſolemnitates, & cauſa iuſta.*
33 *Pontifex an iuſtè poſſit alienationi rei Eccleſiaſticæ abſque cauſa conſentire, aut per ſe alienare.*
34 *Alienatio ſolemnis abſque cauſa in foro interno valeat, & quid ſi iuſta cauſa interueniſſe falsò putabatur, ad n.* 36.
37 *Alienatione ſolemniter facta, iuſta cauſa fuiſſe creditur.*
38 *Secus ſi ſolemnia defecerunt.*
39 *Vt alienatio rei Eccleſiaſticæ pro ære alieno ſoluendo diſtracta ſubſiſtat, quæ probari ab emptore debeant, & n.* 40.
41 *Eccleſia non obligatur ex mutuo, niſi probetur in eius vtilitatem eſſe verſum, & quid de Ciuitate, ad n.* 48.
49 *Verſio pecuniæ in vtilitatem Eccleſiæ quomodo probetur.*
50 *Res Eccleſiæ abſque iuris ſolemnitatibus in emphyteuſim dari non poteſt.*
51 *Limitatur, de quo ad n.* 57.
58 *Solemnitates iuris in alienatione bonorum iure præſcriptæ an poſſint tolli conſuetudine, ad n.* 62.
63 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro hæredibus accepta, abſque iuris ſolemnitatibus, iuxta conſuetudinem ad quos tranſeat.*
64 *Textus in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. §. Emphyteuſim, & §. Licentiam, conciliantur, ad n.* 66.
67 *Res Eccleſiaſticæ poſſunt in emphyteuſim perpetuò, & pro quibuſcunque hæredibus concedi, ſeruatis iuris Canonici ſolemnitatibus, & n.* 68.
69 *De conſtitutionibus Principum ſecularium quoad alienationem bonorum Eccleſiæ curandum non eſt.*
70 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica accepta pro aliquo, & eius hæredibus in perpetuum, iuris ſolemnitatibus adhibitis, an ad extraneos pertineat, ad n.* 75.
76 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro quibuſcunque hæredibus accepta ad extraneos ſpectat, & n.* 77.
78 *De aliis formulis dandi rem Eccleſiaſticam in emphyteuſim, vt ad extraneos ſucceſſores peruenire poſſit.*
79 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ex coniecturis præſumitur ita conceſſa, vt ad extraneos hæredes deueniat.*
80 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica præſcriptione quæſita ad quos hæredes tranſeat, & num.* 81.
82 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter accepta ad quos transferatur, & n.* 83.
84 *Emphyteuſis ab Eccleſia conceſſa ad certum tempus, etiam ad extraneos deuenit ſucceſſores.*
85 *Quid ſidetur ad tertiam, vel quartam generationem.*
86 *De variis formulis concedendi emphyteuſim, remiſſiuè.*

## De ſolẽnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ adhibendis, ac de emphyteuſis Eccleſiaſticæ conceſſione.

Paulus II. *in extrauagant. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. inter communes*, permittit, res 1 Eccleſiæ in emphyteuſim abſque iuris ſolemnitatibus concedi, modò tria concurrant. Primum, quod dentur in caſibus à iure permiſſis. Secundum, vt ſint iam ſolitæ emphyteuticari. Tertium, quòd in Eccleſiæ vtilitatem conceſſio cedat euidenter, de quibus per Auguſt. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 95. *à num.* 22. Franciſc. Pellizzar. *in manuali Regularium tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 18. cũ aliis, Molin. *de iuſt. & iur. tract.* 2. *diſp.* 466. *nu.* 2. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom.* 2. *cap.* 17. *dubit.* 15. *num.* 7. *cum ſeqq.* & alios infrà referendos, vbi cum D. Couar. de his agendum eſt. Nunc eiuſdem veſtigia inſectantes de ſolemnitatibus, quæ in alienatione bonorum Eccleſiæ Sacris Conſtitutionibus deſiderantur, differemus.

Nam.

Eccleſia, habeat, quod ei denegari nequit, quãquam non expediat; pecunia tamen ex redemptione cẽſus percepta implicari debet in emptione alterius, aut rei immobilis, nec abſque ſolẽnitatibus expendi permittitur in ſolutionem æris alieni etiam fœneratitij, vt de Regularibus agens probat Pellizzar. n. 43. 44. Sũt autẽ bona immobilia, quæ alienari poſſunt, non interuenientibus iuris ſolemnitatibus, propter eorum tenuitatem, vt terrulæ ſteriles, de quibus cura non habetur, cap. terrulas 12. q. 2. Aug. Barboſ. cum multis, n. 50. Bene vbi proximè, n. 20. verſ. Ratio autem, Maſcard. de probat. conc. 75 n. 26. Quaranta in ſumm. Bullarij verb. alienatio, n. 41. Pellizzar. n. 136. qui teſtatur, ita declaraſſe S. Congregat. 19. Decemb. anno 1596. his verbis: Sacra Congregatio cenſuit, neque Conſtitutionem Pauli II. neque Conc. Trident. decretum derogaſſe diſpoſitioni cap. Terrulas 12. q. 2. Eſt tamen neceſsitas, ſiue cauſa opus, vt in d. cap. Terrulas, expreſſum eſt, & aduertunt præcitati, & Hermoſ. ex aliis n. 87.

102 Bona mobilia pretioſa (quæ immobilibus in hac prohibitione æquiparantur, & ſimiliter alienari abſque ſolemnitate nequeunt, Bene n. 8. 9. Barboſ. num. 39. Bonacin. punct. 2. n. 2. Hermoſ. n. 17. 58. Pellizar. n. 9. Ricc. in prax. for. Eccleſ. deciſ. 61.) dicuntur vaſa argentea, vel aurea, bibliotheca copioſa, veſtes maioris pretij, & alia huiuſcemodi. Quantùm valere debeat res, vt in hoc tractatu pretioſa cenſeatur, certò definiri non poteſt, ſed iudicis arbitrio committitur, Bonacin. punct. 4. n. 3. verſ. Ad cognoſcendũ, Redoan. q. 10. Filliuc. tom. 3. tract. 44. cap. 4. nu. 4. Barboſ. num. 51. Quarant. ſup. Marc. Ant. Genueuſ. in prax. Neapolit. cap. 60. num. 3. Hermoſ. num. 88. Peirin. tom. 1. de priuileg. Minimor. in Conſtitut. 9. Iulij II. n. 15. Ricc. deciſ. 39. n. 8. Sacra verò Congregatio declarauit, rem non eſſe pretioſam, quæ valorem viginti quinque ſcutorum aureorum non excedit, Bene dubit. 1. n. 23. vbi alij.

103 An pecuniam, quæ in montibus pietatis, vel in cambiis implicata fructificat, aut quæ deſtinata eſt ad emptionem immobilium poſsit Prælatus abſque ſolemnitatibus in alios vſus expendere, ac alienare, docent Bene dubit. 2. ſect. 3. Auguſt. Barb. à n. 40. Vazq. ſup. n. 44. Pellizar. n. 101. cum ſeqq. Bonacin. vbi proximè, n. 5. qui negatiuè reſpondent, idemque dicẽdum eſt de pecunia repoſita in ſubſidium inſtar theſauri pro neceſsitatibus Eccleſiæ, Barboſ. n. 41.

Non tamen ſufficit, rẽ eſſe pretioſam, ne alienari poſsit, ſed etiam requiritur, quod ſeruando ſeruari queat in longum tempus, atque ita res, quæ, vltra trienniũ ſua natura permanere non poteſt, & quæ vſu conſumitur, nec fructificat alienari non prohibetur, vt vinum, oleum, frumẽtum, & ſimilia, quorum etiam maxima quãtitas diſtrahi abſque ſolemnibus permittitur, Bene dubit. 1. ex n. 57. Hermoſill. n. 18. verſ. Ea enim, Pellizzar. num. 9. Bonacin. punct. 2. n. 4. Pat. Molin. n. 4. vbi de veſtibus, mancipiis, & iumentis, quæ vtique ſic alienari poſſunt. 104

His addendum erit, quòd ſi res diſtrahenda fuerit conſecrata; aut alteri Eccleſiæ vendi debet, vt eidem vſui ſacro deſeruiat, aut ſi ad laicos transferatur, prius conflanda eſt, quam tradatur, l. ſancimus 19. C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. 2. tit. 14. p. 1. cap. 2. §. Præterea 10. q. 2. Molin. d. tract. 2. diſp. 340. n. 22. Hermoſ. ſup. n. 15. 109

# AD CAPVT Decimumſeptimum.

## SVMMARIVM.

1 Res Eccleſiæ quomodo in emphyteuſim concedi permittatur.
2 De ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ requiſitis, qui egerunt.
3 Eccleſiæ nomine quæ loca contineantur, cũ de bonorum alienatione prohibita tractatur.
4 Quæ ſolemnitates de iure ad alienationem bonorum Eccleſiæ deſiderentur, vſque ad num. 17.
18 Alienatio bonorum Eccleſiæ valet, etſi nõ interueniant ſolemnitates legibus ſecularibus introductæ.
19 Caſus, in quibus alienatio, omiſsis ſolemnitatibus tenet, recenſentur ad num. 24.
25 Caſus à Neoterico inuenti reijciuntur.
26 Alienatio ſub conditione impetrandi aſſenſum à Pontifice an valeat.
27 Tractatus vnicus ſufficit in alienatione bonorum Eccleſiæ.
28 Epiſcopo volente rem Eccleſiæ, etiam inferioris alienare Capitulum ad tractatum, & conſenſum præſtandum vocari debet.
29 Quid ſi Rector Eccleſiæ inferioris author ſit alienationis.
30 Quomodo Prælatus in alienationibus his authoritatem interponat.
31 Quis authoritatem præſtet, vbi Eccleſia eſt in vna Diœceſi, & bona eius, de quorum alienatione tractatur, in altera.
32 Alienatio rerum pretioſarum Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non ſubſiſtit, niſi concurrant, & iuris ſolemnitates, & cauſa iuſta.
33 Pontifex an iuſtè poſsit alienationi rei Eccleſiaſticæ abſque cauſa conſentire, aut per ſe alienare.
34 Alienatio ſolemnis abſque cauſa an iure valeat, & quid ſi cauſa interueniret falsò putabatur, ad n. 36.
37 Alienatione ſolemniter facta, iuſta cauſa fuiſſe creditur.
38 Secus ſi ſolemnia defecerunt.
39 Vt alienatio rei Eccleſiaſticæ pro ære alieno ſoluendo ſuſtineatur, quæ probari ab emptore debeant, & n. 40.
41 Eccleſia non obligatur ex mutuo, niſi probetur in eius vtilitatem eſſe verſum, & quid de Ciuitate, ad n. 48.
49 Verſio pecuniæ in vtilitatem Eccleſiæ quomodo probetur.
50 Res Eccleſiæ abſque iuris ſolemnitatibus in emphyteuſim dari non poteſt.
51 Limitatur, de quo ad n. 57.
58 Solemnitates iuris in alienatione bonorum Eccleſiæ præſcriptæ an poſsint tolli conſuetudine, ad n. 62.
63 Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro hæredibus accepta, abſque iuris ſolemnitatibus, iuxta conſuetudinem ad quos tranſeat.
64 Textus in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. §. Emphyteuſim, & §. Licentiam, conciliantur, ad n. 66.
67 Res Eccleſiaſticæ poſſunt in emphyteuſim perpetuò, & pro quibuſcunque hæredibus concedi, ſeruatis iuris Canonici ſolemnitatibus, & n. 68.
69 De conſtitutionibus Principum ſecularium quoad alienationem bonorum Eccleſiæ curandum non eſt.
70 Emphyteuſis Eccleſiaſtica accepta pro aliquo, & eius hæredibus in perpetuum, iuris ſolemnitatibus adhibitis, an ad extraneos pertineat, ad n. 75.
76 Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro quibuſcunque hæredibus accepta ad extraneos ſpectat, & n. 77.
78 De aliis formulis dandi rem Eccleſiaſticam in emphyteuſim, vt ad extraneos ſucceſſores peruenire poſsit.
79 Emphyteuſis Eccleſiaſtica ex coniecturis præſumitur ita conceſſa, vt ad extraneos hæredes deueniat.
80 Emphyteuſis Eccleſiaſtica præſcriptione quæſita ad quos hæredes tranſeat, & num. 81.
82 Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter accepta ad quos transferatur, & n. 83.
84 Emphyteuſis ab Eccleſia conceſſa ad certum tempus, etiam ad extraneos deuenit ſucceſſores.
85 Quid ſi detur ad tertiam, vel quartam generationem.
86 De variis formulis concedendi emphyteuſim, remiſsiue.

## De ſolẽnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ adhibendis, ac de emphyteuſis Eccleſiaſticæ conceſsione.

Paulus II. in extrauagant. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. inter communes, permittit, res Eccleſiæ in emphyteuſim abſque iuris ſolemnitatibus concedi, modò tria concurrant. Primum, quod dentur in caſibus à iure permiſsis. Secundum, vt ſint iam ſolitæ emphyteuticari. Tertium, quod in Eccleſiæ vtilitatem conceſsio cedat euidenter, de quibus per Auguſt. Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. part. 3. allegat. 95. à num. 22. Franciſc. Pellizzar. in manuali Regularium tom. 1. tract. 6. cap. 8. num. 18. cũ aliis, Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 466. nu. 2. Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſtic. tom. 2. cap. 17. dubit. 15. num. 7. cum ſeqq. & alios infrà referendos, vbi cum D. Couar. de his agendum eſt. Nunc eiuſdem veſtigia inſectantes de ſolemnitatibus, quæ in alienatione bonorum Eccleſiæ Sacris Conſtitutionibus deſiderantur, diſſeremus. 1

Nam.

Num. 1.

2 Quæ ſolemnitates debeant interuenire, vt valida ſit bonorum Eccleſiæ alienatio, plenè tradidere Cardinal. Tuſch. *tom. 1. lit. A. conc. 271. à nu. 52.* Bene *ſup. dubit. 9. tit. difficultatis reſolutio*, Caſtill. *de vſufruct. cap. 54. à princip.* Pet. Gregor. *ſyntagmat. iur lib. 23. cap. 8. num. 3. 9. cum alijs*, Alcan. Tambu. *de iur. Abbat. tom. 3. diſp. 13. quæſt. 8* Maſcard. *de probat. tom. 1. conc. 75. ex num. 12.* Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditib. cap. 2. §. 2. dub. 12.* Hermoſill. *in l. 15. gloſ. 1. à num. 34. tit. 5. part. 5.* Bonacina *in ſumma tom. 1. tract. de alienation. bonor. Eccleſiaſticor diſp. 2. quæſt. vnic. punct. 4. à princip.* Greg. Lop. *in l. 2. tit. 14. part. 1.* Pellizzar. *ſup. nu. 111. cum ſeqq.* Aug. Barbol. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſtic lib. 3. cap. 30. à num. 7.* Molin. *diſput. 468. à num. 3.* Guillielm. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. q. 23. cum alijs.*

3 Eſt præmonendum in hoc tractatu, Eccleſiæ appellatione contineri Monaſteria, tam virorum, quàm fœminarũ, Hoſpitalia, Cõfraternitates, Capellæ, & alia loca pia Epiſcopali Authoritate fundata, quorum bona abſque ſolemnitatibus referendis alienari prohibẽtur, Caſtill. *ſup. nu. 24.* Bene *dubitat. 1. à n. 14.* Hermoſill. *num. 76. 79. 80.* Bonacin. *punct. 2. nu. 10.* Redoan. *quæſt. 28.* Stephan. Quaranta *in ſumm. bullarij verb. Alienatio, num. 28. 41.* Pet. Gregor. *num. 2.* & habetur *in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. ea enim 10. q. 2.*

4 Iuxta Canonicas ſanctiones quinque conditiones requiruntur, vt alienatio rerum immobilium Eccleſiæ, vel mobiliũ pretioſarum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſubſiſtat. Prima eſt tractatus, qui vt legitimè fiat, oportet, quod congregato Capitulo, ſiue alijs perſonis, quæ conſenſum præſtare debent, alienatio proponatur, & vtrinque rationibus perpenſis, diſcutiatur, ac diſputetur, an neceſſariũ, aut vtile Eccleſiæ ſit, quod res diſtrahatur, atque ita tractatus nihil aliud eſt, quam *de alienatione facienda conſultatio*, Pet. Gregor. *num. 9.* Bene *dubit. 9. tit. difficultatis reſolutio. num. 2.* Tuſch. *tom. vlt. lit. T. conc. 338.* Caſtill. *num. 13.* Barboſ. *vbi proximè, num. 7.* Pellizzar. *num. 117.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 28. num. 4.* Hermoſ. *num. 34.* Filliuc. *tom. 3. tract. 44. cap. 15. n. 13.* Redoan. *quæſt. 23.* quod probatur *ex cap. ſine exceptione 52. 12. quæſt. 2. cap. 1. cap. tua 8. de ijs, quæ fiunt à Prælat. cap. 1. de reb. Eccleſ. lib. 6.* In quo tractatu ſi oportuerit, cauſæ cognitio verſatur, vt præfati DD. aduertunt. Speciale autem eſt, quod in Societate Ieſu obſeruatur, quia ſolùm cum patribus Cõſultoribus de alienatione facienda tractatur, quorum conſenſus ad alienationis valorem non deſideratur, Pellizzar. *vbi proximè*, P. Molin. *num. 13.* An triplex tractatus ſit neceſſarius? infra cum D. Couar. dicemus.

Secunda, conſenſus Capituli, Collegij, 5
aut Communitatis, ad quam res alienanda ſpectat, quæ ſi fuerit Eccleſiæ Parochialis plures beneficiarios habentis, & ipſi conſentire debent, *d. cap. ſine exceptione. cap. 1. & cap. tua, cap. 2. de reb. Eccleſ. in 6. l. 2. tit. 14. p. 1.* Caſtill. *num. 17.* Cyriac. *controuerſiar. forenſ. tom. 2. controuerſ. 300. num. 6.* Bene *num. 3.* Tuſch. *d. conc. 75. nu. 52. 53.* Hermoſill. *num. 51. verſ. Secundo, vltra tractatum*, Bonacin. *nu. 2. verſ. Poſt tractatum*, Barbol. *num. 8.* Vazq. *d. dub. 12.* Pet. Gregor. *n. 3. 13.* Pellizzar, *num. 118.* Redoan. *quæſt. 26. num. 11. 16. 19. 20.* Molin, *num. 6.*

Quot, & quomodò vocandi ſint ad tra- 6
ctatum, & ad præſtandum cõſenſum Capitulares, ſiue Collegæ, docet latè Hermoſill. *à num. 36.* Illud autem compertũ eſt, ſufficere ad validitatem alienationis, quòd maior pars eorum, qui conuenerint, cõſentiat, Caſtill. *vbi proximè*, Molin. *d. num. 6.* Panormitan. *in cap. 1. num. 5. de ijs, quæ fiunt à Prælat.* Bene *à nu. 6.* Redoan. *quæſt. 24. num. 11.* Bonacin. *vbi proximè*, Hermoſill. *n. 41.* Pellizzar. *nu. 118.* Pet. Gregor. *n. 9.*

Conſenſus verò tacitus hac in re non
ſufficit, quia expreſſus requiritur, *ex d.* 7
*cap. 1. de ijs, quæ fiunt à Prælat.* vt ex verbo: *Collaudatio*, colligitur, & docent Molin. Pellizzar. Bonacin. *vbi proximè*, Lotter. *ſup. num. 17.* Bene *num. 5.* Illumque in Capitulo congregati præſtare debent, non ſeorſim, quoniam tunc non verificaretur, Capitulum conſenſiſſe, quod iura depoſcunt, Bene *nu. 8.* Hermoſill. *d. verſ. Secundo poſt tractatum*, Caſtr. Palao *diſp. 9. quæſt. vnic. de reb. Eccleſ. punct. 15. §. 2. nu. 10.* Gregor. Lop. *in d. l. 2. gloſ. 1.* Rebuf. *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. nu. 62.* Lotter. *num. 21.* Rota *deciſ. 434. num. 6. part. 1 in re.* &c. nec diſſentit Pellizzar. *n. 118.* qui tamen in cõtrariam ſententiam inclinat cum Bonacin. *n. 2.* Sylueſt. *in ſum. verb. Alienatio, n. 5.* Vazq. *d. dub. 12. n. 43.* quibus placet, ſat eſſe, quod ſinguli ſeparatim cõſentiant extra Capitulum, ſi in eo tractatus circa alienationem præceſſit. Sed prior opinio tenenda eſt.



8 Adeò hæc ſolemnitas conſenſus Capituli in alienatione rei Eccleſiaſticæ requiritur, vt, ſi fortè propter bellum, peſtem, aliamvè cauſam Capitulares deficiant, Epiſcopus alienare intendens teneatur Clericos loco eorum ſubrogare, cũ quibus tractatus habeatur, ab eiſdemque conſenſus eſt præſtandus, Molin. *n. 6. in fine*, Panormitan *ſup. n. 7.* Bene, *n. 11.* Pellizzar. *num. 119.*

9 Tertia, quòd Superioris accedat Authoritas, *cap. Abbatibus 41. 12. quæſt. 2. cap. in venditionibus 40. 17. quæſt. 4. Clement. 1. de reb. Eccleſ. l. 63. tit. 18. part. 3. Authent. Hoc ius porrectũ, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Notant Caſtill. *num. 16.* Bene *à n. 14.* Redoan. *quæſt. 26. num. 28.* Molin. *nu. 3. 4.* Pet. Gregor. *num. 3. 16.* Filliuc. *ſup. cap. 5. quæſt. 6. num. 12. 13.* Hermoſill. *nu. 52.* Pellizzar. *num. 111. 115.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 7. num. 16* Azor *inſtitut. moral lib. 9. cap. 1. q. 4.* Aug. Barboſ. *d. cap. 30. num. 9.* Vazq. *d. dub. 12.* Tuſch. *n. 52.* Bonacin. *n. 4.*

10 Quis autem Superior intelligatur, vt authoritatem ſiue conſenſum, interponat quæri ſolet, & quoad Eccleſias ſæculares conſtat, Epiſcopum in ſua diœceſi huiuſmodi facultatem habere, necnon quoad Regulares, quæ exemptæ nõ ſint, vt ex iuribus nuper allatis probatur, & omnes præcitati DD. edocent. Sed Capitulum, Sede vacante, rem Eccleſiæ Cathedralis alienare non valet, *cap. ſi quæ 42. cap. Precariæ 44. 12. quæſt. 2.* niſi aſſenſu Apoſtolico interueniente, qui etiam de iure ante Conſtitutionem Pauli II. deſiderabatur, Hermoſ. *n. 53.* Authoritatem tamen alienationibus bonorũ inferioris Eccleſiæ præſtare nõ prohibetur, Ricc. *in prax. for. Eccleſ. deciſ. 84. de alien. rer. Eccleſ.*

11 Quod ſi Epiſcopus author ſit alienationis rei ad Eccleſiã Cathedralem ſpectantis, quæſtionis eſt, num opus ſit Archiepiſcopi, vel Primatis aſſenſus? Affirmant gloſ. *verb. Defenſore, in fine, in cap. 1. de reb. Eccleſ. in 6.* Bonacin. *vbi proximè*, Bald. *in Authent. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & alij.* Sed contrarium eſt verius, vt ſentiunt Molin. *d. num. 4.* Caſtill *num. 18. 19.* Pet. Gregor. *nu. 17.* Redoan. *quæſt. 41. ex num. 43.* Greg. Lop. *in l. 63. gloſ. 3. tit. 18. p. 3.* Quod communiter limitatur, quando Prælatus iurauit, ſe nõ alienaturum. Idem aſſerit Caſtill. ſi res alienanda eſſet maximi valoris, quod ſcilicèt conſenſus Archiepiſcopi petatur.

In Monaſterijs exemptis Monacho- 12
rũ, Abbatis authoritas adhiberi debet, Bene *n. 15.* Pellizzar, *n. 115.* Caſtill. *n. 23* Pet. Gregor. *n. 16.* Redoan. *q. 24. n. 13.* In Ordinibus Mendicantium Prouincialis alienationi conſentit, Bene *n. 16.* Pellizzar. *vbi proximè*, quod declarat Bonacin. *n. 4.* vt ſi ſuperior localis alienet, ſatis ſit quod Prouincialis authoritas intercedat, ſecũ ſi idem Prouincialis author ſit alienationis, quia à Generali aſſenſus eſt poſtulandus. In Religione Teatinorum ſolus Generalis poteſt alienationibus accomodare authoritatem, Bene *n. 16.* Similiter in Societate Ieſu. Pellizzar. *vbi proximè* In Monaſterijs Monialium non exemptis Epiſcopi aſſenſus expectandus erit; in exemptis Abbatis, vel Prouincialis ſecundùm Ordinis qualitatem, Pellizzar. *num. 116.*

Authoritas Epiſcopalis per Vicarium 13
generalem interponi nequit, niſi eidem ſpecialiter committatur, Caſtill. *n. 22. in fine*, Redoan. *q. 41. n. 59.* Caualcan. *deciſ. 45. n. 40.* Nec tacitè præſtita ab Epiſcopo, vel alio Superiore prodeſt, quoniam expreſſus deſideratur aſſenſus, gloſ. *verb. perpetuis, in cap. 1. de reb. Eccleſ.* vbi notat Barbol. *in collect. num. 15.* Pet. Gregor. *n. 16.* Tiraquel. *de iur. marit. gloſ. 7. n. 15. 69.* etſi contrarium placuerit Bene, *num. 18.* Layman *lib. 3. tract. 4. cap. 10. n. 4.*

Quarta conditio requiſita eſt ſubſcrip- 14
tio Capitularium, aut Collegarum, ſed non in omni alienatione, nam ſolùm adhiberi debet in venditione, permutatione, & donatione, *cap. 1. cap. tua 8. de ijs, q. fiunt à Prælat. d. cap. ſine exceptione, in fine 12. q. 2.* Bene *ex num. 24.* Pet. Gregor. *n. 14.* Molin. *n. 7.* Aug. Barbol. *d. cap. 30. n. 8.* Pellizzar. *num. 111. 122.* Leſs. *de iuſtit. lib. 2. cap. 24. dub. 11.* Bonacin. *nu. 3. verſ. Tertio requiritur*, Caſtill. *num. 17.* vbi rectè aduertit, quod omnes, qui Capitulo interſunt, debent ſubſcribere, ſi maior pars con-

conſentiat, ſequitur Hermoſill. *d. gloſ.* 1. *num.* 47. Niſi alienatio euidenter ceſſerit in Eccleſiæ præiudicium, quo caſu tenetur pars diſſentiens appellare, Pellizzar. *n.* 123. qui hoc deducit *ex cap. ſi quis Presbyterorum* 6. *de reb. Eccleſ.*

15 Hæc verò ſubſcriptionum ſolemnitas generali conſuetudine ſublata eſt, atque ita neceſſaria non erit, niſi alicubi contrarium obſeruetur, Notarius tamen nomina omnium, qui congregati ſunt, inſtrumento alienationis inſerit, vt habetur *in l.* 63. *tit.* 18. *part.* 3. vbi forma conficiendi inſtrumenta de alienatione bonorum Eccleſiæ traditur. Ita obſeruant Bene, & alij proximè laudati.

16 Quinta tandem eſt, vt conſenſus Apoſtolicus impetretur, qui omnino deſideratur, vbicunque *extrauagans, Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. inter commun.* quoad hoc fuerit recepta, quoniam Paulus II. hanc ſolemnitatem cæteris addidit, atque ita quoties res Eccleſiaſtica alienari abſque ſolemnitatibus nequit, toties Pontificia interuenire debet authoritas, quæ præſtari ſolet, facta delegatione aliquibus in dignitate conſtitutis, vt ſi eiſdem de neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ conſtiterit, nomine Pontificis alienationi authoritatem adhibeant. Ita Bene *vbi ſup. à num.* 29. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 95. *num.* 66. 71. Pellizzar. *num.* 111. Hermoſ. *num.* 95. Bonacin. *num.* 6. Auendañ. *de exequend. mandat. part.* 1. *cap.* 4. *à num.* 37. Franc. Leo *in theſau. for. Eccleſiaſtic. cap.* 15. *num.* 7. Quarant. *ſup. num.* 5. Maſcard. *d. conc.* 75. *numer.* 19.

17 Vbi præfatus aſſenſus interceſſerit ritè impetratus, & abſolutè præſtitus omnes ſupplet iuris ſolemnitates, vt obſeruant Tamburin. *ſup. quæſt.* 1. *num.* 9. Caſtill. *num.* 21. Bene *à num.* 38. Rebuff. *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. num.* 15. *verſ. Fallit quando Papa*, Pellizzar. *num.* 113. Hermoſill. cum pluribus, *numer.* 85. Filliuc. *ſup. d. cap.* 5. *num.* 9. Redoan. *quæſt.* 27. *num.* 12. *& quæſt.* 43. *num.* 2. Bonacin. *vbi proximè, verſ. Dixi, iure antiquo*, Tuſch. *d. conc.* 271. *num.* 80. 84. Ricci *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ.* 37. *num.* 1.

18 Hæ ſunt conditiones, ſiue ſolemnitates, quas tam iure antiquo, quàm nouiſſimo in alienatione prædictarum rerum Eccleſiæ Canonicæ ſanctiones induxerunt, aliæ vero Principum ſecularium conſtitutionibus ſunt præſcriptæ, quæ habentur *in Authent. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſijs, l.* 63. *tit.* 18. *part.* 3. *& in Ordinament. Luſitan. lib.* 2. *tit.* 13. vbi cauetur, ne vaſa aurea, aut ſimilia precioſa alienentur abſque Regia facultate, vt refert Molin *ſup. diſp.* 340. *num.* 22. *in fine.* Sed de iſtis curandum non eſt, cum ad valorem alienationis minimè requirantur, nec de conſuetudine obſeruentur, vt notat Pet. Gregor. *ſup. num.* 18. Tuſch. *num.* 54. Rebuff. *ad leg. Galliæ in proœm. gloſ.* 5. *num.* 24. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad d. authent. hoc ius porrectum, num.* 7. Quoniam iure Canonico approbatæ non ſunt, quare Eccleſiaſticos non aſtringunt, vt notatur *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *de conſtitutionib.* vbi Auguſt. Barboſ. *in collectan.* Gregor. Lop. *in l.* 2. *gloſ. vlt. tit.* 14. *part.* 1. & eſt textus *in cap.* 1. 96. *diſtinct.* qui loquitur in ſpecie.

19 Non ſemper alienatio abſque aſſenſu Pontificio celebrata eſt irrita, aliquando enim illo, imò omni deficiente ſolemnitate, res Eccleſiæ diſtrahi iure poteſt, vt videre licet apud Barboſ. *d. alleg.* 95. *per tot.* Bene *ſup. à num.* 43. *& dubit.* 23. Rebuff. *in compend. de alienat. rer. Eccleſiaſt. à num.* 24. & vltra caſus, qui *in dict. extrauag. Ambitioſæ*, excipiuntur: ſcilicèt locatio ad triennium, quæ quidem alienatio dici nullo modo poteſt. Conceſſio in emphyteuſim eo modo, qui dictus eſt *ſup. num.* 1. & diſtractio eorum, quæ ſeruando ſeruari nequeunt, alij non pauci, qui ſub eam prohibitionem non cadunt, recenſentur. Primus eſt, ſi neceſſitas ita vrgeat, vt locus ad poſtulandum aſſenſum, vel ſolemnitates adhibendas non ſit, quia periculum eſt in mora, Barboſ. *num.* 58. Bene *diſp.* 23. *num.* 2. Hermoſill. *d. gloſ.* 1. *num.* 98. Rebuff. *num.* 35. Maſcard. *d. conc.* 75. *num.* 29. Secundus, quando conſuetudine legitimè præſcripta obtentum ſit, ne dicta conſtitutio ſeruetur, Bene *dubit.* 9. *tit. difficultatis reſolutio, num.* 43. Pet. Gregor. *num.* 19. Maſcard. *num.* 24.

20 Tertius, in alienatione rei exiguæ, quæ nullas requirit ſolemnitates, vt dictum eſt, *ſup. cap. prox. num.* 101. Quartus, ſi Religioni incapaci retinendi, etiam in com-



muni vt Capuccinis, vel Franciſcanis quicquam relinquatur, quod Prælatus liberè in alios transferre poterit, & pretium in vſus Monaſterij expendere, quoniam illud dominio Eccleſiæ incorporatum nunquam fuit, Bene *vbi proximè num.* 46. Hermoſill. *num.* 78. Pellizzar. *num.* 10. Barboſ. *num.* 59. Filliuc. *d. tract.* 44. *cap.* 4. *num.* 32. Rebuff. *num.* 21. Quintus, cum res ita Eccleſiæ relinquitur, vt adueniente conditione, vel die alij reſtituatur, nam ad reſtituẽdum ſolẽnitas opus non eſt, facit *l. magis puto* 5. *§. Si fundus, ff. de reb. eorum*, Vgolin. *de poteſt. Epiſcop. cap.* 14. *§.* 7. *num.* 5. Bene, *num.* 47. *& dubit.* 10. *num.* 3. 4. Barboſ. *num.* 61. Pellizzar. *num.* 57. Sextus, in trãſactione de re immobili, quæ penes Eccleſiam non ſit, nam Prælatus iuri dubio ad illam cedere permittitur, Rebuff. *vbi proximè*, Pellizzar. *num.* 26. Barboſ. *num.* 63. Bene *dubit.* 12. *num.* 4. vbi ampliat ad rem iniuſtè poſſeſſam. Septimus, in remiſſione caducitatis, quam Prælatus ſolus facere valet emphyteutæ, aut vaſſallo, Bene *vbi proximè, num.* 9. Barboſ. *num.* 64. 65. Iul. Clar. *receptar. ſent. lib.* 4. *§. emphyteuſis, quæſt.* 10. *verſ. Sed nunquid.* Pellizzar. *num.* 66. Bonacin. *ſup. punct.* 2. *num.* 21.

21 Octauus, in repudiatione hæreditatis, vel legati Eccleſiæ relicti, quod tamen abſque controuerſia non eſt, cum ſcilicèt aliquid immobile, vel mobile precioſum Eccleſiæ obueniret per acceptationem, & quòd iuris ſolemnitates ad repudiandum non deſiderentur, ſuadetur ex eo, quod aliud eſt alienare, & aliud non acquirere, *l. alienationis* 28. *§.* 1. *ff. de verbor. ſignificat.* Nec obſtat, quod hic ceditur iuri ad immobile, quod eſt vetitum, vt oſtendimus, *ſup. cap. proxim. num.* 101. nam reſpondetur, illud intelligi de actione, vel iure ad id, quod iam Eccleſiæ debetur, non ad acquirendum, ſeu lucrandum de nouo, inter quæ multùm intereſt, vt egregiè inquit Imperator *in l. vlt. §. Si quis verò*, ibi: *Non enim pars, eademque ratio videtur amittere debita, & lucra non capere, C. de codicill.* Ita tenet diſputans Bene *dubit.* 6. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 171. *num.* 53. Pellizzar. *num.* 60. Ricci. *ſup. tit. de alienat. rer. Eccleſ. deciſ.* 69. Sanch. *de matrimon. lib.* 6. *diſp.* 4. *num.* 11. 12. Hermoſill. *ſup. num.* 98. Pat. Suarez *de Religion. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 18. Pet. Greg. *num.* 19. Bonacin. *punct.* 2. *nu.* 33. Panormitan. *in cap. tua, num.* 8. *de ijs, quæ fiunt à Prælat.* Rebell. *de obligat. iuſtit. lib.* 18. *q.* 14. *num.* 5.

22 Sed oppoſitum placet Molin. *diſput.* 468. *num.* 12. Alexand. Trentacinq. *variar. lib.* 2. *tit. de minorib. reſolut.* 9. *num.* 5. Filliuc. *d. cap.* 4. *num.* 34. licet quoad hæreditatem priori ſententiæ adhæreat, Auguſt. Barboſ. *num.* 54. Menchac. *de ſucceſſion. progreſſu, lib.* 3. *§* 27. *num.* 23. Azor. *Inſtitution. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *quæſt.* 12. Geminian. *in cap.* 1. *num.* 19. *de reb. Eccleſ.* Quaranta *ſup. num.* 23. Moneta *de conſeruat. cap.* 10. *num.* 36. Lambertin. *de iur. patronat. lib.* 3. *quæſt.* 9. *art.* 1. *num.* 31. A priori tamen ſententia recedendum non eſt vt magis communi, ac iuri conſona. Eccleſiæ verò ex repudiatione læſæ remedium reſtitutionis in integrum ſupereſt ad acceptandum, niſi hæreditas, vel legatum alteri Eccleſiæ iam quæſitum reperiatur, quia melior eſt conditio poſſidentis, nec priuilegiatus contrapariter priuilegiatum ſuo gaudet priuilegio, *l. verum* 12. *§. item quæritur, ff. de minorib.* Ita Pellizzar. *num.* 61. Bene, *num.* 23. Sanch. *num.* 15. qui alios laudat.

23 Nonus caſus, in quo iuris ſolemnia non requiruntur, eſt, ſi quis Eccleſiæ rem præſtet, aut relinquat eo pacto, vt liberè alienari abſque aſſenſu Apoſtolico, vel alia ſolemnitate poſſit. Hoc itidem obnoxium eſt cõtrouerſiæ, nam quibuſdam videtur, conditionem iſtam eſſe reijciendam, vtpotè quæ Sacris Canonibus aduerſatur, remque abſque ſolemnitatibus Prælatum alienare non poſſe, ſic ſentiunt Quaranta *in ſumm. Bullarij verb. alienatio, num.* 31. 32. Bonacin. *punct.* 4. *n.* [illegible] Ricci *ſup. deciſ.* 67. Armilla *in ſumm. verb. alienatio, n.* 19.

24 Contrarium nihilominus rectius probant Bene *dubit.* 10. Pellizzar. *num.* 52. Diana *reſolution. moral. part.* 10. *tract.* 16. *reſolut.* 41. Caſtr. Palao *ſup. punct.* 15. *§.* 2. *num.* 14. Quibus aſſentiuntur Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 16. Caſtill. *controuerſiar. lib.* 4. *cap.* 61. *num.* 24. 42. 43. Gratian. *deciſ.* 131. Gutier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 62. & alij, qui per textum *in l.* 1. *& in l. magis puto* 5. *§. Si fundus, ff. de*

*reb. eor.* docent, poſſe rem minoris abſque decreto alienari, ſi teſtator id permiſerit, qui eam reliquit. Ratio huius opinionis eſt, quia res ſic cōceſſa fuit cum ea qualitate incorporata bonis Eccleſiæ ex voluntate concedētis cui liberum eſt etiam nō largiri quo caſu conſtitutionibus alienationē abſque ſolemnitate prohibentibus locus non eſt. Nec aliqua turpitudo in ea pactione reperitur, etſi vtilitati Eccleſiæ contraria ſit, quoniam ſi hoc ita eſſet, conſuetudine introduci nequiret, quod ſolemnitates iuris non ſeruarentur, *cap. fin.* & quæ ibi notātur, *de conſuetud.* Sed poteſt introduci, vt probauimus *ſup. n.* 19. ergo turpe non eſt, aut illicitum ita vt reijciatur, maxime cum voluntas dantis in vltima diſpoſitione vim legis obtineat, *Authent. de nupt. § Disponat, collat.* 4. & in re propria quilibet ſit moderator, & arbiter, *l. in re mandata* 11. *C. mandat.*

25 Quanquam alios caſus prætercam, vel quia minus frequentes, vel quia communiter non admittuntur, tres ſingulares adducere libet ex Pellizzario, quorum primum tradit, *num.* 11. nēpe ſi res prorſus inutilis relinquatur Eccleſiæ: vt Monaſterio Monialium bibliotheca librorum ad legalem diſciplinam attinentiū. Secundū in, *num.* 51. ſi quid mobile pretioſum emerit Monaſterium, credita pecunia, nam ſi venditor pretium, aut creditor mutuum, quod ad id comparandum præſtitit, poſtulauerit, poterit ea res abſque ſolemnitatibus, vt ſoluatur, diſtrahi. Tertium, *num.* 154. ſi in perpetuum Eccleſiæ 200. legentur in ſingulos annos, quia licebit Prælato, repudiare legatum præmiſſa cum hærede conuentione, vt pro vna vice Eccleſiæ 4000. pendat. Hæc probabilitate non carent ſaltim ob Doctiſsimi viri Authoritatem, qui teſtatur, ſe conſuluiſſe Neotericos peritia inſignes, ſed de iure oppoſitum reſpondendum videtur, nam quoad primum obſtat doctrina veriſsima, quam idem Pellizzar. probat *num.* 58. videlicet, rei ſterilitatem, ſiue inutilitatem non excuſare à iuris ſolemnitatibus, nec refert, quod res ſit euidenter inutilis (quo Pellizar. *ibidem, verſ. Nec obſtat,* huic difficultati ſatisfacit) quoniam vtilitas euidens Eccleſiæ licèt cauſa ſit ad alienandum, ſolemnitates non ſupplet, Hermoſill. cum alijs, *d. gloſ.* 1. *num.* 24. Bene *dubitat.* 9 *tit. difficultatis reſolutio, num.* 34. vbi optimè loquitur, & de neceſsitate euidenti etiam agit. Quoad ſecundum res, quæ emitur pecunia credita, vel habita fide de pretio, nulla afficitur obligatione ad ſolutionem pretij, ſed plene emptori acquiritur, qui ſolùm perſonali actione tenetur, niſi aliud conuenerit cum vendente, aut creditore, vt probauimus *ſup. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 53. maximè emente Eccleſia, quæ nec expreſsim poſſet rem emptam obligare, vt in minore docuit Conſuit. *in l.* 1. *§. vlt. ff. de reb. eorum*, quicquid ſenſerit Gutier. *de tutel. part* 2. *cap* 5 *ex num.* 36. Quare ad alienationem rei cauſa ſoluendi pretium eius, non minùs ſolemnitates requiruntur, quàm ſi alia res Eccleſiæ venderetur, & præterea poſſet Eccleſiæ intereſſe potiùs aliquid aliud diſtrahere ad ſolutionem, quàm quod emit iterum alienare. Quoad vltimum, dubitari non poteſt, quin actus ille ſimulatus ſit in fraudem legis, qui ſubſiſtere non poteſt, licet enim Prælatus repudiet legatum verbis, in re illud acceptat, & acceptatum hæredi vendit pro annuis redditibus æquiualentem pecuniam præſentem recipiens, & cum hæc veritas ſit ſecundùm eam de actu iudicandum eſt, non iuxta id, quod machinatur, ac fingitur fraudādæ legis cauſa, *l.* 1. *& per tot. C. plus valer. quod agitur.*

Vbi autem Pontificis deſideratur aſſenſus, alienatio non tenet, etſi fiat ſub conditione: *Si Papa præſtiterit aſſenſum.* 26
Quia præcedere debet, cum pro forma in actu ſit neceſſarius, Panormitan. *in cap. nulli de reb. Eccleſ.* Dian *part.* 3 *tract.* 8. *reſolut.* 77. Pellizzar *num.* 107. Bene *dubit.* 1. *num* 44. Bonacin. *punct.* 4. *num* 5. & ita declaraſſe Clementem VIII. teſtatur Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. Neapolit. cap* 44. qui tamen contrarium ſentire videtur, *cap.* 88. *num.* 4. cum Riccio *ſup. deciſ.* 56. Rodrig. *queſtion. Regul. tom.* 1. *quæſt* 21. *art.* 9. & Quaranta, *num* 34. qui formam tradit, *num.* 10. qua ſic validè poſsit alienari. Quæ ſunt intelligenda ſecundùm dicta *ſup. cap prox. num.* 64. de nullitate alienationis ex defectu ſolemnitatis. Ad quem periculum rei ſpectet, ſi pereat ante aſſenſum impetratum docet Pellizar. *num.* 170.

Ibi:



Ibi. *Quibus in locis commemoratio.*

27 Ad validam rerum Eccleſiæ alienationem vnicus ſufficit tractatus, ſiue conſeſſentia, niſi aliud obſeruet conſuetudo, Cardinal. Tuſch. *lit.* I *conc.* 336. *num* 12. Molin. *nu* 5 *in fine*, Caſtill. *d. cap.* 54. *n.* 14. Caſt. Palao *ſup. punct.* 15 *§* 2. *num.* 9. Hermoſill. *in d. l.* 15. *gloſ.* 1. *num.* 50. *tit.* 5. *part.* 5. Bene *dubit.* 9. *tit. de difficultatis reſolutio, num.* 2. Ricci. *deciſ.* 51. Bonacin. *ſup. num.* 1. *verſ. Quod ſufficiat*, Auendañ. *de cenſib. cap.* 76. *num* 5. Pat. Vazq. *dub.* 12. Rebuff. *ſup. num.* 81. Pellizzar. *num.* 117. *in fine.*

Ibi: *Item & in alienandis rebus Eccleſiæ inferioris.*

28 Si Epiſcopus velit, vt principalis Author rem Eccleſiæ inferioris alienare, Capitulum debet interuenire ad tractandū de alienatione, & conſentiendum, perinde ac ſi bona Cathedralis forent diſtrahenda, Molin. *d. diſp.* 468. *num.* 4. Tuſch. *lit. A. conc.* 271. *num.* 53. Bonacin. *num.* 10. *verſ. Aliis cum prælatis*, Ricci *deciſ* 6. Bene *num.* 23. Quo caſu ſi Eccleſia, cuius bona alienanda ſunt Rectore careat, defenſor ei aſsignandus erit, vt ipſam tueatur, Hermoſill. *num.* 54. Bonacin. *num.* 9. *verſ. Quod ſi Eccleſia.* Rebuff. *ſup. num.* 89. Bene, *num.* 20. Molin. *vbi proximè.*

Ibi: *Atſi alienatio fiat per ipſius Eccleſiæ Rectorem.*

29 Si Rector Eccleſiæ inferioris velit rem eius alienare, tractatum habere debet cū beneficiarijs, ſiue Collegio Clericorum, quorum conſenſu præcedente, authoritas Epiſcopi impetratur, quod ſi in ea beneficiarij, vel Collegium non ſit, ſufficit, quod Prælatus alienum præſtet nec Capituli Eccleſiæ Cathedralis tractatus, aut conſenſus requiritur, Caſtill. *d. cap.* 54. *num.* 22. Pat. Vazq. *ſup. num.* 42. Hermoſill. & Molin. *vbi proximè*, Bonacin. *num.* 9. Auendañ. *ſup. num.* 5. Bene *num.* 4.

Ibi: *Et licèt Innocentius in cap.* 1. *de tranſactionib.*

30 Epiſcopus alienationi authoritatem accōmodat non in modum decreti, ſed, cauſa cognita, conſenſum præſtat. Vazq. *ſup.* vbi quid hæc inter ſe differant, Molin. *num.* 4. Quanquam communiter decretum eſſe interponendum aſſeratur, Ricc. *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ.* 80. aliàs 94. Pet. Gregor. *num* 6. Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 95. *num.* 55. & alij. Conſenſum à decreto in eo diſtingui tradit gloſ. *verb. tractatus in cap.* 1. *de reb. Eccleſ. in* 6. & Syluest. *in ſumm. verb. Alienatio, quæſt.* 2. quod ille eſt multorum voluntas, ad quos res pertinet coniunctæ: decretum verò eſt ſententia, qua iudex declarat, contractum iuſtum fore, ſuam interponens authoritatem, de quo conſule Caldas *in l. ſi curatorem verb. contracta, num.* 22. *verſ. Et quia, C. de in integ. reſtitut.* vbi differentiam tradit inter conſenſum, licentiam, decretum, & authoritatem. Praxis, quæ ſeruatur per Epiſcopos in authoritate præſtanda, docet Ricci *ſup. deciſ* 94. aliàs *reſolut.* 80. Aug. Barbol. *vbi proximè.*

Contingit, vt bona alienanda in vno 31
diœceſi inueniſta, & Eccleſia ad quam pertineat in altera, ex quo dubitari ſolet cuius cōſenſum Rector, qui alienare intēdit, debeat poſtulare, & verius, ac receptius eſt, Epiſcopum in cuius iuriſdictione Eccleſia extat, authoritatem eſſe interpoſiturum, nec deſiderari, quod conſentiat ille in cuius diœceſi bona ſunt ſita, vt notat Bald. *in authent. hoc ius porrectum col.* 4. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Felin. *in cap. dilectus* 29. *col.* 6. *verſ. Septimo de reſcript.* gloſ. *in cap. huiuſmodi, verb. Duos* 10. *quæſt.* 2. Tuſch. *d. conc* 271. *num.* 67. licèt contrarium probet gloſ. *verb. Epiſcopi in cap. in venditionibus* 42. 17. *quæſt.* 4. *per textum in l. ſi prædium* 16. *C. de præd. minor.* cui conſentit Pet. Gregor. *d. lib.* 25. *cap.* 8. *num.* 17. dum reſoluit, tutius eſſe, quod ab vtroque præſtetur authoritas, ſed certè diuerſa eſt ratio in alienatione rei Eccleſiæ, & minoris quoad hoc, nam in rebus Eccleſiæ diſtrahendis deſideratur Superioris aſſenſus, quod ſolùm refertur ad perſonam alienantis: In alienatione immobilium minoris requiritur decretum iudicis competentis, quod reſpicit tam perſonam, quàm rem, quia ratione loci, vbi res ſita eſt, competit iuriſdictio, quoties de ea tractatur. *l. fin. C. vbi in rem actio, cap. fin. de for. compet. l.* 32. *verſ. La quinta, tit.* 2. *part.*

*part.5.* late Carleual. *de iudic. tom.1. diſp.2. num.143.*

Num. 2.

32 Vt alienatio rerum immobilium, aut mobilium pretioſarum Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſubſiſtat, duo ſimul concurrere neceſſe eſt, & iuſta alienandi cauſa, & ſolemnitas iure præſcripta, Gregor. Lop. *in l.63. gloſ.1. tit.18. part.* 3. Bene *ſup. dubitat.* 20. *num.* 1. Caſtill. *de vſufruct. cap.54. num.8.* Bonacin. *ſup. punct.4. num.14.* Maſcard. *d. conc.75. num.6.* Molin. *diſp.468. num.15.* Lotter. *de re benefic. lib.1. quæſt.28. num.4.* Ricci. *ſup. deciſ.12. num.1.* Pet. Vazq. *d. dub.12. num.39.* Hermoſill. *vbi proximè, num.21.* Ceuall. *commun. tom.1. quæſt.675. num.14.* Pellizzar. *num.123.* Tuſch. *lit. A. conc.272. in princip.* & alij plurimi apud Aug. Barboſ. *in collectan. ad cap.1. n.10. de reb. Eccleſ. in 6.*

33 Quod adeò verum eſt, vt quamuis aſſenſus Pontificis omnes iuris ſolemnitates ſupplere valeat, prout dictum eſt *ſup. num.17.* cauſæ legitimæ defectum non tollit, niſi id expreſſerit. Bene *dubitat.9. tit. difficultatis reſolutio*, Hermoſill. *d. gloſ.1. num.86.* Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. Alienatio, num.7.* Pellizzar. *num.124.* Redoan. *de reb. Eccleſ. quæſt.22. num.75.* Bonacin. *ſup. num.7.* Rota *deciſ.178. num.2. part.2. diuerſor.* Sed ſi nulla ſubſiſtat cauſa alienandi, nec Summus Pontifex valet pro libito bona Eccleſiarum alienare, maximè ſi in laicos transferantur, Tuſch. *d. conc.271. num.50.* fusè Bene *dubit.27.* vbi reſoluit, alienationem factam à Pontifice ſine cauſa in Eccleſiam eſſe iniuſtam: in laicos nullam, pœnas tamen contra alienentes ſtatutas non incurri. Illud autem quod ex alijs inſinuauimus, ſcilicèt aſſenſum Apoſtolicum cauſæ ſupplere deffectum, ſi exprimatur, accipiendum eſt, quando aliqua ſubeſt cauſa, de qua dubium eſt, an legitima ſit, vel ſufficiens, quoniam tunc Pontifex poterit eam iuſtam arbitratus alienationi aſſenſum præbere, non obſtante defectu: vt ſaltim inter Eccleſiaſticos valida ſit alienatio, de quo eſt omninò videndus Bonacin. *ſup. punct.5. §.2. per tot.*

Ibi: *Nam quod alienatio,*

34 Aduerſus communem ſupra traditam opinionem ſunt, qui ſentiant, alienationē cum ſolemnitatibus celebratam mero iure valere, quam Eccleſia beneficio reſtitutionis in integrum poterit impugnare, vt videre eſt apud Ceuall. *vbi proximè*, qui fundamenta, & authores adducit. Illa tamen tenenda eſt.

Ibi: *Cui conſiderationi reſponderi poterit,*

Adde Bene *dubit.20. num.3.* Molin. *nu.* 35
15. Vazq. *dub.11. num.39.* & huius doctrinæ exemplum extat *in cap. ad noſtram 11. de reb. Eccleſ.* de cuius intellectu actum eſt *ſup. lib.1. cap.3. num.5. 54. 94.* vbi contractus cum legitima cauſa celebratus fuit, & nihilominus Monaſterium aduerſus eum reſtituitur propter læſionem, & ita intelligi debet *cap.1. de in integ. reſtitut.*

Ibi: *Sed & opinio poſterior poteſt procedere.*

Alienatio rei Eccleſiaſticæ ex cauſa, 36
quæ iuſta putabatur, quamuis in re talis non ſit, mero iure valet, obnoxia tamen eſt, vt beneficio reſtitutio reſcindatur, facit *l. vlt. C. ſi aduerſ. vendit.* notāt Molin. *vbi proximè, verſ. Obſerua tamen*, Tuſch. *lit. A. conc.272. num.8.* Vazq. *vbi proximè*, Ricci *ſup. deciſ.15.* Bonacin. *punct.3. num.5.* Pet. Gregor. *d. cap.8. n.5. in fine*, Pellizzar. *n.135.* Tametſi contra ſentiat, Bene *ſup. n.4.5.* cum Nauarro *in comment. de alienat. rer. Eccleſ. num.9. & alijs*, qui exiſtimant alienationem eſſe nullam.

Ibi: *Aptius ſane, & melius defenditur opinio.*

Quoties in alienatione bonorum Ec- 37
cleſiæ ſolemnitates iuris interueniſſe cōſtiterit, etiam iuſta cauſa adfuiſſe præſumitur, niſi contrarium probetur. Maſcard. *d. conc.75. num.11. verſ. Hi tamen aduerte*, Bene *dubit.9. num.17.* Pet. Gregor. *num.6.* Molin. *ſup. verſ. Item quando conſtat*, Redoan. *quæſt.78.* Bonacin. *vbi proximè, verſ. Addo in dubio*, Lotter. *ſup. num.41.* Pellizzar. *vbi proximè*, Tuſch. *d. conc.271. num.25.26.* Layman *in Theolog. mor. lib.1. tract.1. cap.5. §.4.* nam vbi in quocunque actu decretum aliæque ſolemnitates iuris intercedunt, omnis fraudis ſuſpicio excluditur, vt latè probat, Me-



noch. *de præſ. lib.2. præſ.75. per tot. & lib.3. præſ.84. num.5.*

38 Rurſus vbi ſolēnitas deficit, cauſa alienandi iuſta fuiſſe non creditur, Bald. *in l. quæcunque, verſ. Scias tamen, C. de bon. quæ liber.* Tuſch. *vbi proximè*, Maſcard. *ſup. verſ. ſecundò, intellige*, Menoch. *d. præſ.84. num.6.* Sed dolus interueniſſe præſumitur, Menoch. *d. præſ.75. à princip.*

Num. 3.

39 Vt alienatio rei immobilis, aut mobilis prætioſæ pro ære alieno ſoluendo ſubſiſtat, duo verificanda ſunt, tum quod pecunia mutuata expenſa fuerit in Eccleſiæ, cuius res eſt, vtilitatem, tum quod pretium creditori fuit ſolutum, vtrumque docet Bene prius *dubitat.20. num.6.* poſterius *dubit.9. num.20.* & Hermoſill. *in l.15. gloſ.1. num.33. tit.5. part.5.* Pet. Greg. *d. c.8. n.4.8.* ſentiunt Amat. *variar. reſolut. lib.1. reſolut.3. num.55.* Gratian. *diſceptation. cap.45. numer.34.35.* Maſcard. *tom.1. conc.617. num.1.* Molin. *de primogen. lib.4. cap.4. num.20.21.* Sed ſi res diſtrahatur cauſa vtilitatis, vel pietatis, neceſſe non eſt, probare verſionem pretij in cauſam, propterquam fuit alienata, vt aduertunt Hermoſill. Amat. Gratian. & alij ex præcitatis. Quomodo autem probetur dicendum eſt ſtatim cum D. Couar. ſuo loco, & ſecundum hanc diſtinctionem Rotam iudicaſſe teſtatur Gratian. *vbi proximè.*

40 Sed quæret aliquis cur ſatis non erit, quòd emptor probet pretium creditori Eccleſiæ eſſe ſolutum, cum ſic conſtet, fuiſſe in illius vtilitatem conuerſum: cui reſpondetur, non eſſe verum, pecuniam in commodum Eccleſiæ ceſsiſſe, quamuis illi, qui mutuarit, ſoluatur, quoniam cum Eccleſia non teneatur ex mutuo, quod in ipſius vtilitatem conuerſum eſſe, non appareat, vt mox probabitur, nihil ſua intereſt, vt creditori ſoluatur, niſi talis ſit, vt poſsit aduerſus Eccleſiam experiri. Igitur ad iuſtificandam alienationis cauſam, quæ ad ſoluendum creditoribus Eccleſiæ fit, neceſſariò deſideratur, quòd probetur pecunia, quæ ſoluenda erat, in vtilitatem illius fuiſſe conuerſa, alioqui ex defectu cauſæ alienatio non tenet, Bene *dubit.20. num.6.* Quod limitandum eſt, cum credita pecunia in Eccleſiæ vtilitatem præſumitur eſſe conuerſa (cui præſumptioni quando locus ſit ex ſequentibus apparebit (tunc enim ſatis erit, ſi emptor probet, pretiū quòd dedit, creditori fuiſſe numeratum. Sed ſi emptor poſsideat, nec hoc probare cogitur, quia agenti incumbet probare pretium in Eccleſiæ vtilitatem expenſum non eſſe, Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.55. num.2.* Socin. Sen. *conſ.15. numer.26. verſ. Sextò probatur, lib.1.* Abbas Panormitan. *in cap.1. num.9. de depoſit.*

Ibi: *Id euidentiùs conſtat ex eo.*

Eccleſia non tenetur ex mutuo, niſi 41
creditor probet, pecuniam in eius vtilitatem eſſe conuerſam, *cap. quod quibuſdam 4. de fideiuſſorib.* Gregor. Lop. *in l.3. gloſ.2. tit.1. part.5.* Benè *ſup. dubitat.20. num.6.* Redoan. *de reb. Eccleſ. rubric. an & quando ex mutuo oblig. Eccleſ. quæſt.4. n.1.* P. Vazq. *dub.11. n.40.* Trentacinq. *variar. lib.2. tit. de actionib. reſolut.1. num.1.* Pat. Molin. *diſp.300. num.2.* Fachinæ *controuerſiar. lib.2. cap.77. cum ſeqq.* Menoch. *de præſ. lib.3. præſ.29. n.36. & de arbitr. caſ.432. à princip. vbi latiſsimè*, Tuſch. *lit. P. concluſ.506. num.3.* Ioan. Matienç. *in leg.22. gloſ.2. numer.2. tit.11. lib.5. Recopilat.* Hermoſill. *in l.3. gloſ.2. num.1. tit.1. partit.5.* Pet. Rebuff. *in compend. de alienation. rer. Eccleſ. n.39.* Ioſeph. Maſcard. *de probationib. concluſ.1163. num.3.* Stephan. Gratian. *diceptation. forenſ. tom.1. c.45. num.1. & cap.94. num.46.* Seraphin. *deciſ.366. num.3.* Auendañ. *de cenſib. cap.64. num.5.* Roderic. *de annuis redditib. lib.1. quæſt.14. num.33.* Nicol. Mozz. *de contractib. tractatu de mutuo cap. quomodo deficiat, ſeu reſoluatur, & finiatur mutuum, numer.7.* Cardin. Franciſc. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuention. lib.8. tit.6. num.13.* Proſper. Farinac. *deciſ.301. numer.12. part.1.* Leonard. Leſs. *de iuſtit. & iur. lib.2. c.20. dubitat.2. num.12.* Rebellus *de obligation. iuſtitiæ part.2. lib.8. de vſur. quæſt.1. ſect.3. numer.1.23.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad authenticam, hoc ius porrectum, numer.14. Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs.* Idem in contractu cenſus obſeruandum eſſe notauerunt Felician. *de cenſibus, lib.2. cap.3. num.9.* D. Ioan. del Caſtill. *in tractatu de vſufructu, cap.54. num.27. in fine*, Hermoſill. *vbi proximè, numer.32.* Et illud in alijs contractibus cum Eccleſia celebratis lo-

cum non habere, ſed in mutuo ſpecialiter admiſſiam eſſe, aduertit Iacob. Menoch. alios referens *conſ.* 114. *numer.* 8. *lib.* 2.

Ibi: *Sed & hoc verum eſt, vbi mutuum datur adminiſtratori.*

42 Si pecunia in mutuum detur Prælato ſimul & Capitulo Eccleſiæ, vel Rectori, & Decurionibus Ciuitatis præſumitur in earum vtilitatem conuerſa, atque ideo ad ſolutionem obligantur, niſi contrarium ipſæ probauerint: ſecùs ſi ſoli Prælato, aut Rectori, qua diſtinctione accipi debet præcedens communis concluſio, vt docent Tuſch. *d. conc.* 506 *num.* 26. *& conc.* 507. *num.* 5. Maſcard. *de probat. tom.* 1. *conc.* 582. *num.* 1. *cum ſeqq.* Menoch. *de arbitrar. caſ.* 432. *num.* 3. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 8 *tit.* 13 *num.* 9. Gratian. *diſceptat. foreſ. cap.* 196. *num.* 1. *cum ſeqq.* Trentacinq *vbi proximè, num.* 2. *verſ. Prima opinio.* Azeued. *in l.* 6. *num.* 17 *tit.* 2. *lib.* 1. *Recopilat.* Fachin. *ſup. cap.* 78. *verſ. Contraria ſententia.* Idem de Ciuitate probant Molin *ſup. num.* 4. & alij apud Hermoſill. *in d. l.* 3. *gloſ.* 6. *ex num.* 2. tamen contrarium de iure Regio ſeruandum aſſerit, quoniam Ciuitates non ſunt liberæ, maximè ſi ad diſtractionem immobilium propter æs alienum deueniendum ſit, quod cum pluribus docet Bouadill. *in Politic. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 67. qui aduertit, propter hoc in facultatibus Regijs, quæ ad obligandi bona Ciuitatum expediri ſolent, clauſulam inſeri, quod creditor releuatus maneat ab onere probandi verſionem pecuniæ in Reipublicæ vtilitatem.

43 Præfata concluſio ampliatur, vt procedat in mandatario, qui à Prælato, & Capitulo facultatem habet ad recipiendum mutuum Eccleſiæ nomine, nam intra permiſſam quantitatem creditor exigere pecuniam ab Eccleſia poterit, quanuis non conſtet de conuerſione in vtilitatem, Maſcard. *d. conc.* 582. *numer* 4. Molin. *num.* 9 Trentacinq. *ſup. num* 6. Mantic. *num* 10. Menoch. *d. caſ.* 432 *num.* 25. 26. Quod limitat Molin. in habenti generale mandatum ad recipiendum mutuum abſque ſummæ præfinitione. Sed ſi abſque mandato ex ordinatione Eccleſiæ pecunia recipiatur, creditor probare tenetur pecuniam in Eccleſiæ vtilitatem ceſsiſſe, Menoch. *num.* 32 apud quem plures caſus, quibus res iſta adamuſſim aperitur.

Ibi: *Verùm quia hæc Bartoli diſtinctio.*

Diſtinctio Bartoli, quam tradidimus 44 *ſup. num.* 42 communiter reijcitur, quando ad ſolutionem creditæ pecuniæ neceſsè eſt, vt ad alienationem precioſorum mobilium, vel immobilium perueniatur, tunc enim quanuis pecunia Prælato, & Capitulo mutuo tradatur, adhuc creditor probare debet in Eccleſiæ vtilitatem ceſsiſſe mutuum, vt illud, diſtractis præfatis rebus, repetere valeat. Ita docent poſt Panormitan. Archidiacon. & Alber. Gregor. Lop. *in d. l.* 3. *gloſ.* 2. *tit.* 1. *part.* 5. Molin. *num.* 5. Matienç. *ſup. d. gloſ.* 2. *num.* 5. *& alij*, quos laudat Hermoſill. *d. gloſ.* 2. *num.* 2. & Menoch. *vbi proximè, num* 7. Et è contra ſi ad venditionem eorum bonorum deueniendum non ſit, quanuis ſoli Prælato mutuetur, creditor non aſtringitur ad probandum pecuniam pro Eccleſiæ vtilitate conſumptam eſſe, Mantic. *ſup. d. tit.* 13. *num.* 10. 13. 14. Trentacinq. *vbi proximè, num.* 5 Hermoſill. *num.* 23. Molin. *num.* 6. à qua ſententia neminem diſcrepare teſtatur Menoch. eam ſequutus, *num* 17. Sed loquitur viuo, regenteque Eccleſiam eodem, qui mutuum accepit.

Hæc profectò Doctiſsimorum Interpretum venia non arrident, & quoad 45 primam partē: ſcilicèt omnino requiri probationem verſionis mutuæ pecuniæ in Eccleſiæ vtilitatem, ſi de alienatione rei precioſæ ad eius ſolutionem agatur, fundamentum, quo Molin. & ſequaces nituntur non eſt ſolidum: aiunt enim, quòd cum ad earum rerum alienationem euidens deſideretur vtilitas, talis euidentia reperiri non poteſt, niſi appareat, pecuniam in Eccleſiæ commodum fuiſſe conuerſam.

Hæc inquam ratio ſolida non eſt, quia ad huiuſmodi alienationem tunc requiritur vtilitas euidens, quando ex cauſa vtilitatis fit, non ex alijs veluti pietatis, aut neceſsitatis, ſufficit enim quod hæc vrgeat, nec aliundè ſuccurri ei poſſit,



ſit, vt videre eſt apud DD. laudatos *ſup. cap. proxim. num* 80. ſi igitur vt aduerſarij volunt, Eccleſia obligatur ex mutuo à Prælato ſolo, vel cū Capitulo accepto, ſi res precioſa ad ſolutionem nō vendatur, non erit vtilitatis, ſed neceſsitatis cauſa, atque ita de vtilitate euidenti curandum non eſt, cum adſit iuſtiſsimus ad alienandum titulus, nempè æris alieni ſolutio, *l.* 1. *tit.* 14. *part.* 1. *authent. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Pet. Gregor. *ſup. lib.* 25. *cap.* 8. *num.* 4. Imò dici iure poteſt, rem alienari in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, ſi pretium ſoluatur creditori, cui ſaltim ex fructibus ſatisfacere tenebatur.

Nec in contrarium adducere nos debet conſideratio Molinæ: videlicèt quòd admiſſa Bartoli opinione, ſequeretur, quòd Prælati, & Capituli in poteſtate foret, immobilia pro libito alienare in Eccleſiæ diſpendium, accipiendo mutuam pecuniam, eamque in vſus ei, neque vtiles, neque neceſſarios expendendo, per quod ad alienationem neceſſariam deueniretur pro ſatisfactione æris alieni, quod illi fecerint.

Quoniā reſpondetur primò, hoc euenire per conſequentiam, quòd attendi non ſolet, *l.* 1. *ff. de authoritat. præſtand.* Secundò, non eſſe præſumendum de Prælato, & Capitulo, quòd bona Eccleſiæ ſuæ velint abſumere, cum ſit delictum, *l. dolum* 6. *C. de dolo, l. merito* 51. *ff. pro ſocio*, Menoch. *ſup. num.* 11. Tertiò, res immobiles Eccleſiæ aliàs huic periculo eſſe ſubiectas, ſi Prælatus, & Capitulum perperam adminiſtrationis munus exerceant, nam ſi fructus dilapident, & alia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, diſperdant, neceſsè erit ad alienationem immobilium, vel mobilium precioſorum, vt Eccleſiæ neceſsitatibus ſubueniatur, peruenire.

Ex quibus omnibus manifeſtè deducitur, quod cum pecunia mutuata Prælato, & Capitulo præſumatur in Eccleſiæ vtilitatem conuerſa, poteſt res immobilis Eccleſiæ vendi, vt creditori, qui ſic mutuauit, ſatisfiat, licèt non probet, pecuniam in vtilitatem Eccleſiæ ceſsiſſe, prout, pluribus laudatis, reſoluit Menoch. *num.* 13.

46 Secunda Panormitani, Molinæ, & aliorum aſſertio impugnatur *ex authent. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. ciuitas* 27 *ff. ſi cert. petat. & l.* 3 *tit.* 1. *part.* 5. Quibus cauetur Eccleſiam, & Ciuitatem, quæ quoad hoc æquiparantur, non teneri ex mutuo, niſi verſio pecuniæ in earum commodum probetur, quod abſque diſtinctione cautum eſt, & ita accipi debet, ſiue ex mobilibus, ſiue ex immobilibus debitum ſit ſoluendum, vbi enim lex diſtinctionem non adhibet, nec nobis diſtinguere permittitur, *l. non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr. l. de pretio, ff. de Publiciana in rem action.* quod alibi à nobis notatum eſt.

Sed replicari poteſt, quòd exiſtis iuri- 47 bus etiam diſtinctio Bartoli, de qua *ſup. num.* 42. impugnatur, quandoquidem ea generaliter probant, mutuum non teneri Eccleſiam reddere, dum non probetur ad eius vtilitatem eſſe conſumptum, nec diſtinguunt, an Prælato ſoli, vel ei cum Capitulo mutuetur. Dicendum verò eſt, hanc interpretationem, ſeu limitationem eas leges admittere ex Legiſlatorum mente, quibus cordi fuit, Eccleſiæ, vel Ciuitatibus conſulere, quæ ſi, vt ſonant, forent obſeruandæ, in earundem incommodum verterentur, quis enim vellet harum neceſsitatibus per mutuum ſubuenire, ſi ad repetendum verſionem in vtilitatem probare cogeretur? Quam rationem aliud agens conſiderat Conſultus *in l. quod ſi minor* 25. *§. Non ſemper, ff. de minorib.* & Molin. *d. diſput.* 300 *num.* 8. Maximè cum ea probatio ſit difficilis, vt ſcripſit Bart. *in d. authent. Hoc ius porrectum, num.* 17. Bald. *in l.* 2. *C. Si aduerſ. creditor.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 55. *num.* 4. Inuenta ergo eſt cautela, qua & Eccleſiæ proſpiciatur, ne Prælati ad libitum poſsint ſuæ Eccleſiæ conditionem deteriorare, & creditoribus, vt ab onere probationis difficilis liberentur: Prælato ſcilicèt & Capitulo in mutui receptione concurrentibus. De hoc tamen conſulas, Menoch. *d. caſ.* 432. *ex num.* 17. vbi rectè probat, quòd Prælatus idem; qui mutuum recepit, tenetur ex fructibus creditori ſatisfacere, etſi non probet, pecuniam in vtilitatem Eccleſiæ expenſam. Nec ſuam turpitudinem allegans audietur Prælatus; ſi pecuniam malè conſumpſerit, & ſic quæ dicta ſunt in hoc caſu minimè procedunt, cum li-

limitatione vera eſt diſtinctio tradita, *ſup.num.42.*

Ibi: *Tutius erit, mutuari pecuniam ab Eccleſia recipi.*

Adde Hermoſill. *in d.l.3.gloſ.2. nu.* 16. *tit.1.part.5.* vbi alij.

Ibi: *Extra huen caſum.*

48 D.Couar. accedit Rebell. *de obligat. iuſtit. lib.8.quæſt.1.ſect.3.num.21.* Sed admiſſa Bartoli doctrina, ſi pecunia Prælato & Capitulo credatur, Eccleſiæ auxilium reſtitutionis in integrum non denegebitur, ſi ipſa probet, ex mutuo ſuis neceſsitatibus, aut vtilitati non eſſe conſultum, nec onus probationis creditori incumbere aduerſus D. Couar. hic probant Menoch. *d.caſ.432.num.13.15.* Maſcard. *conc.1165.num.8.25.* Hermoſill. *num.8.25.* Trentacinq. *ſup.num.3.* Ant.Gom. qui in minore loquitur, *variar. lib.2. cap.14. num.2. verſ. Quinto, infertur.* Procedit tamen D. Couarr. ſententia in mutuante cum vſuris in cuius odium ſtatutum eſt, vt in hoc caſu ad probandum, pecuniam in vtilitatem Eccleſiæ conuerſam eſſe teneatur, vt probatur *ex l.1. 2. C. ſi aduerſ. credit.* quæ licet in minore loquatur, ad eam extenditur, quod docent Trentacinq. Hermoſill. & alij, & in minore Anton. Gom *ſup.* Molin. *vbi proximè, num.* 14. Sforcia Odd. *de in integ. reſtitut. part.2. quæſt.51. art.5. à num.46.* Aug. Barbol. *in collectan. ad l.1. num.8. C. Si aduerſ. creditor.* vbi plures recenſet, nec contrarium ſententes omittit, qui in minore affirmant, quod de Eccleſia D. Couar. in præſenti docet.

Verſ. *Qualiter autem probetur.*

49 Cum difficilè probetur verſio pecuniæ in Eccleſiæ vtilitatem, vt proximè dicebatur, probatio nedum per teſtes deponentes, ſe vidiſſe in eam cauſam fuiſſe expenſam, verùm etiã per coniecturas fit, vt inquit Maſcard. *conc.582.num.5.6.* Quæ autem illæ ſint, videas apud Menoch. *d. caſ.432. à num.34. & d. præſ.55. num.5. cum ſeqq.* In quo plurimum iudicis arbitrio deferendum aſſerunt vltrà Menoch. *d.caſ.432.num.17.* Mantic. *ſup. lib.8. tit.15. num.15.* Maſcard. *conc.1165.num.35. & conc.1166.num.8.* Hermoſill. *num.26.* Præſumptiones, quarum meminit Menoch. ſunt, ſi Eccleſia eſſet cum mutuum fuit acceptum in neceſsitate conſtituta, probitas & prudentia Prælati, ſi ſumma mutuata fuerit exigua, ſi cauſæ propter quam mutuum datum eſt, paulo poſt receptionem ſubuentum apparuerit, ſi liber rationum adminiſtrationis ſit apud eum, aduerſus quem verſio in vtilitatem probanda eſt, nec velit illum edere, vt Prælatus, vel œconomus.

Num. 4.

Antequã ad præſentis concluſionis, ac ſequentium enucleationem accedamus operæ pretium erit prælibare quid iure circa emphyteuſim rerum Eccleſiæ ſit conſtitutum, & in primis ſciendum eſt, vetitum eſſe, ne talis contractus fiat, niſi iuris ſolemnitates interueniant; quæ in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum deſiderantur, vt planè probatur *ex d. extrauagant Ambitioſæ*, & aduertunt Tuſch. *conc.158.num.1. lit. E.* Pat. Molin. *diſput.466.num.2.* Caldas *de renou. emphiteut. quæſt.16.num.5.* Bene *d.cap.17. dubit.15. num.3.4.* Aug. Barbol. *de poteſt. Epiſcop. part.3. allegat.95. num.3.* Pellizzar. *in manuali Regular. tom.1. tract.6. cap.8. num.18.* Greg. Lop. *in l.3. gloſ.4. tit.26. part.4.* vbi textus, Bonacin. *d. tractat. de alienat. bonor. Eccleſiaſticor. quæſt. vnic. punct.2. numer.20.* 50

A qua prohibitione excipiuntur in *d. extrauag.* res ſolitæ in emphyteuſim concedi, quæ ſi ad Eccleſiam reuertantur, poterunt abſque ſolemnitatibus ſimiliter alienari, quibuſdam accedentibus conditionibus, quarum meminimus, *ſup. num.* 1. quod præter ibi laudatos adnotarunt Tuſch. *lit. A. conc.273. num.* 81. Bonacin. *vbi proximè*, Menoch. *conſ.90. num.20.* Gregor. Lop. *d. gloſ.4.* Hermoſill. *in l.15. gloſ.1. num.92. tit.5. part.5.* Leſſi. *de iuſt. lib.2. cap.24. dub.1. num.59.* Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib.4. §. Emphyteuſis, quæſt.6. num.1.* Quarant. *ſup. nu.39. cum ſeqq.* Quæ etiam in feudo procedunt, de quo & emphyteuſi DD. promiſcuè loqui ſolent, nam de vno ad alteram, & è contra valet argumentum, ni aliud expreſsim cautum reperiatur, vt obſeruat Cancer. *variar. part.1. cap.11. nu.2.* Clar. *§. Feudum, q.3. verſ. Dicit etiã.* De quo vide Valaſc. *de iure emphyteut. lib.1. q.39. n.19.* vbi differẽtias in- 51



inter feudũ & emphyteuſim fusè refert.

52 Circa intellectum præfatæ conſtitutionis quæritur, quando res dicatur ſolita infeudari, vt alienari eodem modo, omiſsis ſolemnitatibus, poſsit? de quo Iul. Clar. *ſup. §. Feudum, quæſt.13. num.4.* Pellizzar. *num.19. verſ. Reſpondeo requiri*, Gregor. Lop. *vbi proximè*, Redoan. *de reb. Eccleſ. quæſt.62. num.4* & receptum eſt, vnicam conceſsionem, iuris ſolemnitatibus ſeruatis, ſufficere, vt res ad Eccleſiam rediens iterùm non ſolemniter infeudetur, vt docet Pat. Molin. *diſp.468. num.19. verſ. Duo in lucem*, Barbol. *ſup. num.29. 32.* Pellizzar. *num.18.* Hermoſill. *num.91. cum ſeqq.* Bene *dubit.1. num.56. & dubit.15. numer.14.* Gonçal. *ad regul.8. Cancel. gloſ.6. num.124.* Franciſc. Leo *in theſaur. fur. Eccleſiaſtic. cap.15. num.3.* Iul. Clar. *vbi proximè* communem dicit, ſed quod requirantur duæ ſaltim infeudationes cum lapſu quadraginta annorum, vt tutiùs approbat.

53 Sed ſi de ſolemni conceſsione non appareat, ex lapſu quadraginta annorum præſumitur ſolemnitas, etiamſi vna ſola interceſſerit infeudatio, niſi contrarium probetur, Molin. *ibidem*, Barbol. cum alijs, *num.36.* Gregor. Lop. *d. gloſ.4. poſt medium*, qui tamen plures conceſsiones requirit. Ratio vtriuſque aſſertionis eſt, quia Prælatus nouam alienationem non videtur facere, ſed præcedentem protelare, quæ ſi legitima ſit, aut præſumatur, ſolemnitates iuris iterum adhibere non eſt neceſse. Quod eſt intelligendum priuſquam res, quæ reuertitur bonis Eccleſiæ incorporetur, prout iam explanabitur: quoniam poſtquam res feudalis cæteris bonis menſæ commixta eſt, eadem infeudatio, ſiue emphyteuſis nulla ratione dici poterit; quanquam contra ſupra tradita ſenſerit minus rectè Caldas Pereir. *de renouat. emphyteut. quæſt. 14. per tot.*

54 Supra tradita verò procedunt duntaxat, cum res ad Eccleſiam reuerſa nondum eſt menſæ incorporata, alioqui Prælatus nequibit ipſam abſque iuris ſolemnitatibus tradere in emphyteuſim, quia non cenſebitur continuatio primæ alienationis, ſed noua, Abbas *in cap. vt ſuper num.11. de reb. Eccleſ.* Molin. *num.18.* Iul. Clar. *d. quæſt.13. num.3.* Bonacin. *ſup. verſ. Tertia eſt*, Menoch. *conſ.79. num.10.* Bene *dubit.15. à num.11.* Pellizzar. *num.19.* Imo ſi bona ſint iuriſdictionalia nullomodo licebit Prælatis Regularium ea iterùm in feudum, vel emphyteuſim concedere, quia prohibetur illis per Bullam Vrban. VIII. editam *Kal. Nou. ann. 1625.* quam refert Pellizzar. *n.20.* & notat Peirin *ſup. n.5.*

Quando res dicatur menſæ incorporata inquirendum eſt. In quo aliqui caſus ſunt proponendi, vt ita faciliùs percipiatur. Primus ſit, vbi expreſsim Prælatus voluntatẽ non cõcedendi ampliùs rẽ reuerſam in emphyteuſim manifeſtat, & procul dubio ſic efficitur de menſa, ne abſque ſolẽnitatibus poſsit emphyteuticari, nec licebit deinceps pœnitere per reuocationem voluntatis, Molin. *num.20. verſ. Tunc verò.* Abbas *ſup. num.10. verſ. Et dicendum eſt*, Claud. de Seyſellio *in ſpecul. feudor. tit. qui feud. dare poſſunt, pag.251.* Menoch. cum alijs, *vbi proximè.* Secundus eſt, cum Prælatus ſolùm facit deſcribi rem, quæ vacauit inter cætera Eccleſiæ bona, & ex hac oritur præſumptio incorporationis, vt alienationi abſque ſolemnitate locus non ſit, Bart. *in l. ſi vacantia, num.8. C. de bon. vacantib. lib.10.* Pellizzar. *vbi proximè, verſ. Reſpondeo requiri.* Abbas *in d. cap. vt ſuper.* Redoan. *vbi ſup.* Zaſi. *in epitom. feudor. part.5. num.50.* Seyſellio *ſup. verſ. Tamen concludendo*, Menoch. apud quem, & alij, *n.14.* 55

Tertius eſt, ſi Prælatus rem reuerſam per tempus aliquod retinuerit, cum de eius voluntate non conſtet, tunc quæritur quanti temporis lapſus ſufficiet, vt incorporata præſumatur? circa quod variæ reperiuntur ſententiæ. Alij vnicum annum, alij decem, alij triginta præterire opus eſſe opinantur, vt videre licet apud Redoan. *vbi proximè*, & Menoch. *num.17.* Ex quibus prima: ſcilicèt vnius anni lapſu incorporationem præſumi, vera ac communis eſt, quàm tenent Archidiacon. *in c.1. 35. q.8.* Molin. *ſup. n.20.* Abb. *in d. cap. vt ſuper, n.10.* Bene *ſup. n.11. 12.* Deci. *in authent. qui rem, num.21. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Vinian. *vbi proximè*, Goid. Pap. *quæſt.154.* Iul. Clar. *d. quæſt.13. num.3.* Cald. *de renouat. emphyteut. quæſt.4. num.23.* & alij apud Menoch. *num.2.* qui *num.17.* contra ſentientes laudat. Sed hoc limitari debet, quando Prçlatus habuit iuſtum impedimentũ, vel 56

vel cauſam differendi vltra annum in feu dationem: veluti ſi idoneum vaſſallum, vel emphyteutam non inueniat. Redoan. Pellizzar. *vbi proximè*, Menoch. *ex alijs num.* 17. *verſ. Quinimo Archidiaconi*, quo loci rectè inquit, ab hac coniectura à lapſu anni orta poſſe iudicem ex alijs præſumptionibus recedere.

57 Quibus præiactis, quid ſibi velit D. Couar. oportet inquirere, dum aſſerit, rem emphyteuſi dari ſolitam, ſi ad Eccleſiam reuertatur, poſſe denuò in emphyteuſim concedi ea ſolemnitate, qua conſueuit dari, cui ſubſcripſit Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditibus c. 2. § 2. dub. 16. in princip.* Nam aut loquitur de re emphyteuticaria iam incorporata bonis Eccleſiæ, & dubium non eſt, quin ſint adhibendæ iuris ſolemnitates iuxta *d. extrau. Ambitioſæ*, ſi iterum concedatur ex proximè dictis; aut de re adhuc non incorporata, & eſt aduerſus mentem, & commune Interpretum placitum, qui ſentiunt, in hoc caſu non eſſe opus ſolemnitates, ſi cum illis primò fuit res legitimè conceſſa, ſiue ſolemnitates iuris ſint, ſiue eæ, quas introduxit conſuetudo, vt notauit Molin. *ſup. num.* 18. qui ſubdit: *Nec fortè aliud voluit*, Couar. de hoc loco agẽs. Dicendum ergo eſt, D. Couar. in præſenti nihil contra prænatam communem ſententiam aſſeruiſſe, qui ſolùm docet, quod quando ſolemniter eſt tradenda res in emphyteuſim, quæ ſolita eſt concedi, ſufficit, ſi adhibeantur illæ ſolemnitates, quas circa eandem induxit conſuetudo nec quæ iure præſcriptæ ſunt, deſiderantur quod ita verum eſt, vt ex dicendis mox apparebit. Quando autem ſolemniter talis res concedi debeat, ipſe non aperit, ſed declarandum eſt iuxta diſtinctionem ſupra poſitam inter incorporata, & non incorporata. Vnde rectè Molin. *ſup.* dixit, D. Couar. aduerſus communem non ſenſiſſe.

Ibi: *Et licèt ſolemnitas à Canonibus requiſita.*

58 Solemnitates iure Canonico ſtatutas ad bonorum Eccleſiæ alienationem tolli conſuetudine non poſſe cum D. Couar. ſentiunt Mareſcot. *variar. lib.* 1. *cap.* 95. *num.* 25. Benintend. *deciſ.* 13. *num.* 7. Clar. d. *§. Emphyteuſis, quæſt.* 28. *num.* 7. *verſ. Etſi dicas, in fine.* Rebuff. *in d. compend. de alienat. rer. Eccleſ. à num.* 20. Quarant. *ſup. num.* 30. Gamma *Luſitan. deciſ.* 33. *num.* 1. & alij, quos refert, & ſequitur Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad cap. cum cauſa, num.* 7. *de ſentent. & re iudicat. & num.* 10. hanc diſtinctionem D. Couar. inter alienationem perpetuam, & emphyteuſim probat.

Sed contrarium ſuſtinent Bellamer. 59
*in d. cap. cum cauſa, num.* 3. Pet. Gregor. *ſintagmat. iur. lib.* 25. *cap.* 8. *num.* 19. Maſcard. *de probat. conc.* 75. *num.* 24. Caſſan. *in conſuetudinib. Burgund. rubric.* 9. *§* 9. *n.* 32. Fortun. *de vltim. fin. illat.* 14. Cald. *ſup. quæſt.* 15. *num.* 1. Pat. Molin. *diſput.* 409. *num* 9. & dixi *ſup. num.* 15. 19. nec diſſentire videtur D. Couar. *ſup. cap. proxim. num.* 6. *verſ. Quintò, ſunt qui.* Ratio eſt, quia cum hæ ſolemnitates ſint de iure poſitiuo humano tolli conſuetudine poſſunt, quæ vim obtinet leges, etiam Canonicas abrogandi, *cap. fin. de conſuetudin.* Thom. del Bene *de immunit. Eccl. ſaſt. tom.* 1. *cap.* 5. *dubit.* 14. *ſect.* 2. *num.* 1. *cum ſeqq.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad d. cap. fin. num.* 10. vbi alios refert, Lotter. *de re beneficiar. lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 48. Gutier. *Canonicar. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 14. 15. Ad hæc prædictæ ſolemnitates lege contraria abolentur, vt compertum eſt, ergo idem conſuetudine fieri poterit, quibus eadem virtus eſt, *l. de quibus* 32. *ff. de legib.* Bene *cap.* 8. *dub.* 29. *ſect.* 2. *num.* 4. Menoch. *conſ.* 34. *num.* 8. Argel. *de acquirend. poſſ. quæſt.* 3. *art.* 5. *num.* 7. Imò fortius operatur conſuetudo, quam lex, Mareſcot. *ſup. lib.* 2. *cap.* 90. *num.* 10. Bart. *in l. vicos, C. de diuerſ. offic. lib.* 12. atque ita ſcripſit ex pluribus Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 95. nullum eſſe ius merè poſitiuum, quod conſuetudine abrogari non poſſit. Quibus accedit, quod tradit poſt alios Menoch. *conſ.* 1169. *num.* 11. 12. ſcilicet poſſe conſuetudine introduci, ne ſolemnitates iuris adhibeantur in alienatione rerũ Ciuitatis, & Eccleſiæ, & Ciuitas quoad prohibitionem alienationis pari paſſu regulariter ambulant, Gratian. *diſceptat. cap.* 196. *num.* 10.

Cui ſententiæ non refragatur tex- 60
tus *in cap.* 1. *de conſuetudin.* qui licèt communiter ab Interpretibus allegetur ad probandum, conſuetudines Eccleſiæ onerolas non valere, id ex illo deduci, ſi benè



intelligatur, minimè poteſt, ſed ad ſummum duntaxat probat expedire, vel decere, vt tollantur, atque ita eas validas ſupponit. Verùm ſi ad locum originalem vnde textus ille deſumptus eſt, recurramus, qui eſt D. Gregor. *lib.* 1. *epiſt.* 64. apparebit, ibi tractari de remiſſione conſuetudinum, quæ in fauorem Sedis Apoſtolicæ erant introductæ, per quas Eccleſiæ grauabantur, quæ Pontifici xenia quædam, ſiue munera mittere ſolebant, vt obſeruat Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad d. cap.* 1. *num.* 4. vbi nonnulla adducit exempla, vt oſtendat, conſuetudines aduerſus Eccleſiæ vtilitatem iure ſubſiſtere, veluti circa decimas, quæ conſuetudine minui, & tolli poſſunt, vt cum D. Couar. diximus *ſup. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 97. *cum ſeqq.* Sic *in cap. relatum* 12. *§ Licèt de teſtament.* conſuetudo probatur diſponẽdi de rebus Eccleſiæ intuitu quæſitis in vltima voluntate ad certos vſus, quod quidem Eccleſiæ damnoſum eſt. Imò in Hiſpania inualuit conſuetudo, vt Clerici in his bonis ſucceſſores tam ex teſtamẽto, quàm ab inteſtato haberent, vt ex alijs probauimus *ſup. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 52. & pro libitò ſaltim validè de illis teſtantur.

61 Nec magis vrget, quòd conſuetudo tollens ſolemnitates iuris in alienatione rerum Eccleſiæ eſſet irrationabilis, quare ſuſtineri non debet, *d. cap. fin. de conſuetud.* nam reſpondetur, quòd licèt conſuetudo inducat id, quod expedire non videatur, non ideo irrationabilis eſt iudicanda, vt in exemplis proximè allatis videre licet: illa enim ſolùm vt rationi cõtraria ſubſiſtere nequit, quæ iuri Diuino, vel naturali aduerſatur, Bene *d. dubit.* 29. *ſect.* 2. *num.* 2. 3. Nauar. *lib.* 3. *conſ.* 3. *de conſuetud. num.* 3. *edit.* 2. quibus conſentit, Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 82. *num.* 7. vbi ex Butrio docet, de iure Canonico illam tantùm conſuetudinem irrationabilem cenſeri, quæ fini æterno opponitur, & eſt peccati nutritiua; conſuetudo autem diſtrahendi bona Eccleſiæ iuſtis de cauſis abſque ſolemnitatibus iuriſtalis non eſt, vt tanquam irrationabilis viribus carere cenſeatur.

Ibi: *Secus verò in datione rerum Eccleſiæ.*

62 Hæc differentia inter emphyteuſim, vel feudum, & alienationes perpetuas ex dictis videtur ſublata, quam tamen probat Auguſt. Barboſ. vt dixi *ſup. num.* 58. & Clar. *d. quæſt.* 28. *num.* 7. *verſ. Etſi dicas ad fin.* eamque praxis approbat, nam multis in locis ſolemnitates non exactè ſeruantur, aut penitus omittuntur in cõceſſione feudi, vel emphyteoſis Eccleſiaſticæ, vt teſtatur Clar. *vbi proximè*, Speculat. *de locat. §. Nunc aliqua, verſ. Sextò, quæritur*, Bene *d. cap.* 17. *dubit.* 1. *num.* 38. Azo *in ſumm. C. de ſacroſanct. Eccleſ. in fine*, quamuis in perpetuis alienationibus tale raro conſuetudo introduxerit, nam ſaltem ſolemnitates, *cap. ſine exceptione* 22. 12. *q.* 2. in viſdi ſunt obſeruantia.

Num. 5.

Emphyteoſis Eccleſiaſtica conceſſa ſim- 63
pliciter, vel pro hæredibus tertiam generationem accipientis non excedit, nec hæredibus extraneis competit, niſi adhibitæ ſint iuris ſolemnitates, quamuis ſecundum conſuetudinem validè, ac licitè concedatur, Clar. *vbi proximè, num.* 6. *in fine*, Pat. Vazq. *ſup.* Afflict. *deciſ.* 100. Gregor. Lop. *in l.* 69. *gloſ.* 1. *tit.* 18. *part.* 3. Tuſch. *lit. E. conc.* 156. *num.* 1. Trentacinq. cum alijs *variar. lib.* 3. *tit. de iur. emphyteut. reſolut.* 3. *num.* 10. Molin. *diſput.* 469. *num.* 9. vbi limitat, niſi conſuetudine, etiam receptum ſit, vt emphyteuſis Eccleſiaſtica pro hæredibus conceſſa extraneos quoque complectatur, & generaliter docet, id eſſe ſeruandum omnino, quod moribus circa hoc fuerit approbatum.

Ibi: *Nec obſtat textus.*

Harum deciſionum contrarietas In- 64
terpretes cogit, vt in varias ſententias abeant. Alij ſentiunt, *§. Emphyteoſim*, omnino eſſe abrogatum per *§. Licentiam*, atque ita licere Eccleſiæ res in emphyteuſim perpetuam, etiam pro hæredibus extraneis dare, Molin. *num.* 2. Gregor. Lop. *in l.* 28. *gloſ.* 5. *col.* 3. *tit.* 8. *part.* 5. Alij correctionem admittunt, ſed duntaxat quoad deſcendentes, quibus in infinitum emphyteoſis concedi poteſt, non quoad extraneos, quos Eccleſiaſticæ emphyteoſis iudicant iure authenticorũ incapaces, & hæc eſt æquè recepta ſententia, Trentacinq. *n.* 3. Alexãd. *in l.*

*etiam,*

etiam, ff. ſolut. matrimon. Caldas aliquos referens probabiliorem dicit quæſt. 23. n. 44. licet non ſequatur. Aliis placet, Imperatorem in §. Emphyteuſin, loqui de Eccleſia Conſtantinopolitana, in §. Licentiam de aliis generaliter, Imola in l. quod dicitur la 2. col. 10. verſ. Hoc verum, ff. de verb. obligat. Menoch. conſ. 1066. num. 9. verſ. Reſpondetur ſecundo, Cald. num. 46. Alij tenent, d. §. Emphytheoſim, procedere vbi ſolemnitates non interueniunt, at alter textus, ſi illæ adhibeantur, Bart. in l. etiā, ff. ſolut. matrimon. Dec. in cap. in præſentia, num. 48. de probat. Parlador. differēt. 71. §. 1. num. 4.

65 Alij tandem, & verius cum D. Couar. docent penitus correctionem excludentes, d. §. Licentiam, intelligendum fore iuxta §. Emphytheoſim, itavt attento iure illo non poſsit res Eccleſiæ vltra tertiam generationem concedi, aut pro hæredibus extraneis Bald. conſ. 372. verſ. 4. volum. 4. Auguſt. Barboſ. in tract. de dictionib. dict. 254. num. 11. Tuſch. lit. D. conc. 326. num. 7. Cened. poſt. lib. practicar. & Canonicar. quæſtion. ſing. 78. Calderin. conſ. vlt. de verbor. ſignific. Nam verbum, perpetuum, non ſemper temporis infinitatem denotat, ſed pro materia ſubiecta variè accipitur, gloſ. verb. viuunt, in l. 1. ff. pro ſocio, Menoch. poſt alios conſ. 451. num. 25. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 58. num. 14. Tuſch. d. conc. 326. per tot. latè Auguſt. Barboſ. vbi proximè, ſic in d. §. Licentiam, aduerbium, perpetuè, accipiendum eſt pro tempore vſque ad tertiam generationem, nam hoc materia, de qua agitur, poſtulat.

66 Cui reſolutioni non obſtant, quæ Alex. Trentacinq. vbi proximè in contrarium conſiderat, tum quod in d. §. Licentiam, neceſſario temporis infinitatem ſignificatur, quoniā dicitur, non ſolum ad tempus, ſed & perpetuò, nam eodem modo ponitur per Conſultum in l. 1. ff. pro ſocio. & tamen ibi ſolùm vitæ contrahentis tempus comprehenditur. Tum quod verba: Licentiam damus, ius nouum inducunt, atque ita ea diſpoſitio nequit ad ius antiquum omnino referri. Hæc ſanè leuiſsimum eſt fundamentum, vt intuenti manifeſtè conſtabit, ſi quidem quod alias conſtitutum eſt, ſi alicubi iubeatur, aut permittatur, per hæc, vel ſimilia verba exprimi ſolet, nec ex tam leui coniectura iuris correctio admittenda eſt, quæ quantùm poſsibile ſit, vitari debet, cap. cum expediat 29. de electiō. in 6. vbi Barboſ. in collectan. plures refert, l. 1. C. de inofficioſ. dotib. Couali. commun. tom. 2. quæſt. 828. nu. 148. Cyriac. tom. 1. controuerſ. 63. n. 33. Bene de immunit. Eccleſiaſt. tom. 1. c. 2. dubit. 4. ſect. 3. n. 31.

67 Cæterum præfata Imperiali conſtitutione nihil impediente, bona Eccleſiaſtica in emphyteuſim, nedum pro omnibus accipientis deſcendētibus, ſed etiam pro hæredibus extraneis, modo iuris Canonici ſeruentur ſolemnitates in rerum Eccleſiæ alienatione requiſitæ, dari poſſunt, vt cum D. Couar. ſtatim dicendum eſt, quoniam leges Principum ſecularium circa bona Eccleſiæ ſpecialiter diſponentes, etiam in Eccleſiæ fauorem non obligant, cap. Eccleſia 10. de conſtitut. cap. bene quidem 96. diſtinct. Cald. de nominat. emphyteut. quæſt. 7. num. 5. Bene ſup. tom. 2. cap. 9. dubit. 1. num. 14. Clar. d. §. Emphyteuſis, quæſt. 28. num. 7. in fine. Nec d. §. Emphytheoſim, approbatus eſt iure Pontificio, vt latè probat Clar. verſ. Etſi dicatur. Seruabitur tamen ſi alicubi vſu receptus fuerit non in vim legis, ſed conſuetudinis, cui quo ad hoc ſtandum eſt, Clar. num. 10. in fine, Molin. n. 3. in fin. Laici tamen ad eas leges obſeruandas tenētur, Clar. q. 48. vbi alij.

Verſ. Tertia concluſio.

68 Iuris Canonici ſolemnitatibus adhibitis, quæ in bonorum Eccleſiæ alienatione deſiderantur, licet emphyteuſim Eccleſiaſticam in perpetuum concedere, vt ad deſcendentes omnes, & hæredes extraneos poſsit peruenire, Trentacinq. n. 4. verſ. Prima eſt. Cald. ſup. quæſt. 23. num. 45. P. Vazq. vbi proximè, Afflict. d. deciſ. 100. Parlador. d. §. 1. num. 4. Molin. n. 2. Clar. ſup. quæſt. 6. num. 4. & d. quæſt. 28. num. 5. Bene d. cap. 17. dubit. 15. num. 5. 6. Valaſc. de iur. emphyteut. lib. 1. quæſt. 49. n. 5. Mareſcot. variar. lib. 2. cap. 76. n. 37. Cyriac. ſup. tom. 1. controuerſ. 146. num. 6. cum ſeqq. Meneſes in l. cum virum ad fin. C. de fideicommiſ. Greg. Lop. in l. 69. gloſ. 1. tit. 18. p. 3. Tuſch. lit. E. conc. 156. n. 2. Quicquid ſentiant aliqui apud Caldas ſup. num. 44. quorum ſententiam in puncto iuris veriorem fatetur.

Ibi: Nam ſi eo caſu.

69 Hanc eandem rationem reddunt Molin. Trentacinq. Vazq. Cald. Bene, & alij proximè laudati, nec curandum eſt de prohibitione, d. §. Emphyteuſim, etſi correctus non ſit, quia non tenet, vt nuper dicebamus.



Verſ. Quarta concluſio.

70 Conceſsio emphyteuſis Eccleſiaſticæ in perpetuū pro hæredibus, extraneos quoque ſucceſſores comprehendit, ſi iuris ſolemnitates in ea interuenerint, Molin. n. 3. Cyriac. vbi proximè, Vazq. ſup. n. 58. Mareſcot. ſup. Corne. conſ. 31. lit. Q. & conſ. 173. lit. L. vol. 2. Afflict. deciſ. 380. n. 7. qui teſtatur, ſic fuiſſe in Senatu Neapolitano iudicatum, Clar. veriorem de iure dicit, d. n. 7. verſ. Etſi dicatur, quamvis non ſequatur, Greg. Lop. in l. 28. gloſ. 5. col. 2. tit. 8. p. 5. Bene vbi proximè dubit. 16. num. 1. 2.

71 Quod procul dubio procedere ait Clar. num. 8. ex Grato conſ. 55. num. 29. lib. 1. ſi cū non conſtaret, bona emphyteutica ad Eccleſiam ſpectare, mediante conceſsione pro accipiente, & hæredibus eius, pro domina recognoſcerentur, quia extranei non eſſent excludendi, cum ſatis ſit, quòd Eccleſia commodum recognitionis ſentiat, ne ab hæredibus recognoſcentis etiam extraneis emphyteoſim auferat. Quod ex æquitate poteſt ſuſtineri, licèt oppoſita ſententia aduerſus præmiſſam teneatur.

72 Sed principalem concluſionem limitat Molin. ſup. ſi conſuetudine ſit introductum, quòd appellatione hæredum in conceſsione emphyteuſis Eccleſiaſticæ extranei non veniant.

Ibi: Et licet gloſſa, Bartolus, & alij.

73 Hanc opinionem, quod emphyteuſis recipienti & hæredibus de rebus Eccleſiæ conceſſa ad extraneos non tranſeat, tenent magis communiter DD. Ripa in l. ex facto, §. fin. nu. 15. ff. ad Trebel. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 19. nu. 20. Tuſch. lit. E. conc. 159. n. 9. Cald. d. q. 23. n. 26. 27. Valaſc. q. 44. n. 11. Roland. conſ. 96. n. 5. lib. 1. Segura in l. cohæredi, §. cum filia, n. 160. ff. de vulgar. Trētacinq. n. 9. Clar. n. 6. Menoch. conſ. 989. num. 41. & alij plurimi, apud Trentacinq. & Clar. Qui abſolutè loquuntur nec diſtinguunt an adijciatur verbum: In perpetuum, necne, ſed Gregor. Lop. vbi proximè, & Bene nu. 1. 2. 3. differentiam conſtituunt, vt ſi fiat conceſsionem ſimpliciter facta pro hæredibus, & eorum quæſitis ſine particula, exiſtimantes hoc caſu extraneos admittendos, illo non vtique, quibus accedit Cald. nu. 53. vbi tenet, etſi dubius, quòd ſi detur emphyteuſis pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, erit ad extraneos tranſitoria, non obſtante, quod in contrarium ſit opinio communis, quamvis ipſe eo cenſuerit, n. 52. quod emphyteuſis non pertinet ad extraneos, ſi pro hæredibus, & ſucceſſoribus conceratur, quod etiam aſſerit Trentacinq. & Roland. vbi proximè. Mantic. d. n. 20. Atque ita ex adiectione verbi Perpetuum, comprehenſionem extraneorum inducit, verum ex mente DD. quos proximè laudauimus præfata differentia excludenda eſt, quoniam perpetuitas poteſt referri ad poſteros accipientis, non ad extraneos.

Ibi: Secus verò ſi detur res Eccleſiæ.

74 Hanc diſtinctionem D. Couar. impugnant non pauci aſſeuerantes, quod licèt res Eccleſiæ perpetuò concedatur pro hæredibus, iuris ſolemnitatibus ad vnguem ſeruatis, non comprehenduntur extranei, Trentacinq. num. 13. verſ. Contra hunc, vbi de magis communi teſtatur, Clar. d. q. 28. n. 6. in fin. & n. 7. verſ. Quicquid tamen, Viui. commun. lib. 1. opin. 248. Quæ ſententia præcipuè, quod fauet Eccleſiæ, vrgenti ratione fundatur, nam etſi iuris ſolemnitates adhibeantur, hæ pertinent ad poteſtatem concedendi, & hic de voluntate quæritur, vnde non ſequitur voluiſſe concedentem ad extraneos emphyteuſim peruenire, quia actum debita ſolemnitate gereret. Quæ cum ita ſint ſuppoſito quod de natura emphyteoſis Eccleſiaſticæ ſit, vt ad extraneos nō tranſeat D. Couar. infra n. 6. Clar. nu. 6. vbi plures, verba dantis in emphyteuſim rē Eccleſiæ accipi debent ſecundum naturam actus qui exercetur, l. ſi vno 17. ff. locat. l. ſi ſtipulatus 4. ff. de vſur. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 34. n. 18. Menoch. conſ. 514. n. 12. Cyriac. tom. 1. controuerſ. 62. num. 18. Surd. deciſ. 122. num. 29.

75 Sed pro conciliatione harum opinionum diſtinguendum exiſtimo. Aut res non poterat concedi in emphyteu-

ſi n pro deſcendentibus accipientis abſque ſolemnitatibus iuris, & tunc earum adhibitio nullam facit coniecturam, vt præſumatur voluntas concedendi erga hæredes extraneos, cum nec pro liberis abſque illis dari iure poſsit, quo caſu hæc vltima ſententia, quàm probauimus vera eſt. Aut licebat concedere pro poſteris abſque ſolemnitatibus, non autem pro extraneis, & hoc caſu ſi interueniant, conceſsio ad omnes extenditur, nam vt primos comprehēderet ſuperflua erat ſolemnitas, vt ſupponitur, adhibita ergo fuit, vt ad ſecundos tranſiret, ad quos aliàs non foret tranſitura, & verba dubia interpretationem accipiunt à forma, & ſolemnitate, quæ actui adhibetur, Decl. *in cap. dilecti el 2. notab. 2 de appellat. & conſ.* 237. *nu.*3. Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſ.* 26. *& reg. 3. præſumpt.* 33. Grauet. *conſ.* 204. *n.* 11. Menoch. *conſ.* 313. *num.* 17.

Ibi: *Quin etſi emphyteuſis Eccleſiaſtica.*

76 Emphyteuſis Eccleſiaſtica data pro accipiente, & quibuſcunque illius hæredibus ad extraneos transfertur ſiue iuris ſolemnitates adhibeantur, ſiue non, Bene *dubit.* 16. *num.* 1. 2. Cald. *d. quæſt.* 23. *num.* 29. 52. Viui *ſup. verſ. Sed iſta ſententia*, Trentacinq. *num.* 12. Veſil. ad *Afflict. d. deciſ.* 100. Clar. *d. quæſt.* 28. *num.* 9. Molin. *num.* 2. Gregor. Lop. *in d. gloſ.* 5. *colum.* 1. *verſ. Sed mihi ſatis*, Menoch. *conſ.* 503. *num.* 32. Tondut. *quæſtion. ciuil. cap.* 86. *num.* 15. Matt. *de clauſul. part* 2. *clauſul.* 45. *num.* 3. & *clauſul.* 45. *num.* 2. Gratian. *deciſ.* 351. *num.* 14. Quo caſu etiam ſucceſſor ſingularis admittitur, Gregor. Lop. *vbi proximè*, Menoch. *conſ.* 378. *num.* 16. Cald. cum multis, *q.* 24. *n.* 2.

77 Sed opportunè quæritur, quando res Eccleſiæ, non ſeruatis ſolemnitatibus, ita in emphyteuſim perpetuam dari poſsit, vt ad extraneos quoque ſucceſſores perueniat, atque ita locus ſit D. Couar. aſſertioni? Quod dupliciter contingere poteſt. Primò, ſi res Eccleſiæ, quæ fuerat ſolemniter conceſſa etiam pro hæredibus extraneis, reuertatur ad illam, nam hæc antequam menſæ incorporetur, poterit per Prælatum iterum abſque ſolemnitate concedi eodem modo, quo antea fuit apud emphyteutam iuxta tradita *ſup. à num.* 52. Ita Molin. *num.* 8. Clar. *num.* 7. *verſ. Præterea poſſet*, Tuſch. *d. conc.* 156. *num.* 51. Secundò ſi ita conſuetudine ſit receptum, vt abſque ſolemnitatibus bona Eccleſiæ pro extraneis hæredibus concedantur, Clar. *d. num.* 7. *verſ. Etſi dicas*, Tuſch. *vbi proximè*, Molin. *num.* 9.

Ibi: *Idem ſi dictum ſit pro omnibus hæredibus.*

Adde Cald. *d. quæſt.* 23. *num.* 38. Roland. *conſ.* 96. *num.* 30. *cum ſequenti, volum.* 1.

Ibi: *Quin & idem dicendum erit.*

Quando res Eccleſiæ emphyteotæ 78
conceditur pro ſe, & heredibus & quibus dederit, ad extraneos heredes tranſire poteſt, cum ſcilicet de iure, vel cōſuetudine his dari poſsit. Idem ſi dicatur: quibus voluerit, vel quos nominauerit, Clar. *num.* 10. Molin. *vbi proximè*, Cald. *q.* 10. *n.* 14. 15. & *d. q.* 23. *num.* 45. *vbi latè à num.* 36. Bene *d. dubit.* 16. *num.* 1. Trentacinq. *n.* 13. Roland. *conſ.* 41. *nu.* 10. *volum.* 1. Menoch. *conſ.* 378. *num.* 16. vbi ait, ſucceſſores ſingulares admitti, Valaſc. *q.* 38. *num.* 23.

Non ſolùm ex verbis, ſed etiam ex 79
coniecturis emphyteuſis Eccleſiaſtica ad extraneos heredes tranſitoria cenſetur, veluti ſi Sacerdoti non habenti liberos pro hæredibus concedatur, quia cum in deſcendentibus verificari non poſsit conceſsio, neceſſario de extraneis intelligitur, vt verba aliquid operentur, Curti. *de feud. p.* 2. *tertiæ partis, n.* 40. *in fine*, Cald. *d. q.* 23. *n.* 69. Nec de prole illegitima curandum eſt, quæ ad huiuſmodi emphyteuſim ius non habet. Bald. *in l. generaliter, §. Cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Cald. *q.* 7. *num.* 39. Clar. *d. §. Emphyteuſis, q.* 30. *num.* 1. & omnes communiter. Niſi expreſsim de ea in conceſsione mentio fiat, Cald. cum alijs, *q.* 19. *n.* 69. Cyriac. *tom.* 1. *controuer.* 79. *num.* 4. Vel legitimat ſit ab habente poteſtatem, vt à Pontifice, de quo Mareſcot. *var. lib.* 1. *cap.* 15.

Ibi: *Dubium tamen eſſe poterit.*

Videas proximè tradita ex *num.* 70. & Ceuall. *commun. tom.* 1. *q.* 194. qui D. Couar. ſequitur.

Num.



Num. 6.

80 Emphyteuſis Eccleſiaſtica præſcriptione quæſita, nec ad extraneos ſucceſſores tranſit, nec nepotes recipientis egreditur, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 109. *num.* 15. Balb. *de præſcription. part.* 1. *partis* 3. *princip. quæſt.* 10. *numer.* 35. Alciat. *de præſumpt. reg.* 2. *præſ. vlt.* Alex. *in l. qui in aliena, num.* 7. *ff. de acq. hereditat.* Caualcan. *part.* 2. *deciſ.* 30. *nu.* 99. Maſcard. *de probat. conc.* 624. *num.* 26. 27. Molin. *num* 5. Vazq. *vbi proximè*, licèt contra ſentiant aliqui apud Maſcardum, qui *num.* 28. aſſerit poſt *extrauagant. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. inter. commun.* huic præſcriptioni locum non eſſe, ſed contrarium eſt verius, vt reſoluit Menoch. *ſup. præſ.* 108. *num.* 5. Bene *d. cap.* 17. *dubit.* 5. *à num.* 28. *vbi cum Abbate in cap. cum non liceat, num.* 7. *de præſcriptionib.* diſtinguit, inter bona abſolutè prohibita alienari, & ea, quæ cum quibuſdam conditionibus, ſeu ſolemnitatibus alienabilia ſunt, & non aliis, primi à præſcriptione ſunt immunia, ſecunda, vt ſunt res Eccleſiæ, præſcribi poſſunt. Circa quod meminiſſe oportet duarum Conſtitutionum, vna eſt Paul. IIII. quæ præſcriptionem rerum Eccleſiæ penitus interdixit, altera Pij V. quæ incipit: *Prouida*, qui primum decretum reuocauit rem ad terminos iuris communis reſtituens. Notat Pellizzar. *in manual. Regul. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 142. Vide Gregor. Lop. *d. gloſ.* 5. *in fine*.

81 Poſſet principalis proxima concluſio limitari, quando ex conſuetudine loci res Eccleſiæ in emphyteuſim vltra tertiam generationem concederentur, iuxta quam præſcriptio eſſet regulanda, nam conſuetudo valet naturam emphyteoſis immutare, Valaſc. *part.* 1. *nu.* 12. *ad fin.* & colligitur ex dictis, *num.* 67. & alibi & quod in aliquo actu ſolet obſeruari, de eius natura cenſetur, *l. quod ſi nolit* 31. *§. quia aſsidua, ff. de ædilit. edict.* Menoch. *ſup. præſumpt.* 109. *num.* 15. Quod ex ſequenti aſſertione itidem comprobatur.

Verſ. *Quinta concluſio.*

82 Res Eccleſiæ data ſimpliciter emphyteutæ nulla facta filiorum, aut hæredum mentione ſolùm ad filios, & nepotes ejus transfertur, niſi aliud conſuetudine obtinuerit, cui ſtandum eſt, Trentacinq. *d. reſolut.* 3. *num.* 6. Pat. Vazq. *ſup. dub.* 16. *num.* 58. Cald. *q.* 10. *num.* 17. Gregor. Lop. *ind. gloſ.* 5. *col.* 2. *ad fin.* qui in hac reſidet opinione, Caualcan. *vbi proximè, num.* 98. 99. Molin. *num.* 4. Valaſc. *quæſt.* 39. *num.* 11. Clar. *d. quæſt.* 28. *num.* 1. Menoch. *conſ.* 474. *nu.* 11. Tuſch. *lit. E. conc.* 162. *num.* 1. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. Quòd limitat Greg. Lop. ſi iuris ſolemnitates interuenerint.

Hoc tamen caſu in perſona primi 83
emphyteutæ extingui emphyteuſim verius de iure putat Clar. *ſup.* & latè probat Gregor. Lop. Cui ſuffragatur, quòd hæc emphyteoſis debet ſtrictè intelligi, tùm ob naturam ſtipulationis, *l. quicquid aſtringendæ* 99. *ff. de verbor. obligat.* tùm Eccleſiæ fauore, Mareſcot. *variar. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. Nihilominus communis ſententia verior eſt, ac tenenda, quia conuentio accipienda eſt ſecundum naturam actus, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 109. *num.* 11. & diximus *ſup. num.* 74. & contrahens præſumitur non ſolùm ſibi ſed etiam hæredibus, quatenus poteſt, proſpicere, *l.* 11. *tit.* 14. *p.* 3. *l. ſi pactum* 9. *ff. de probation.* maximè deſcendentibus propter naturalem ſanguinis affectionem, argumēt. *l. cum auus* 101. *ff. de condit. & demonſtr. l. generaliter* 6. *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Quibus accedit, quod nihil magis emphyteuſi conuenit, quàm perpetuitas, Cald. *q.* 23. *num.* 5. Gregor. Lop. *d. gloſ.* 5. *in princip.* Menoch. *num.* 12.

Si verò non facta mentione prolis, 84
aut ſucceſſorum ad triginta annos, vel aliud tempus emphyteuſis Eccleſiaſtica concedatur, vſque ad præfixum terminum etiam extranei admittuntur, Clar. *num.* 3. Molin. *num.* 7. Trentacinq. *num.* 15.

Sed ſi detur ad tertiam vſque, vel 85
quartam generationem extranei excluduntur, quibus verba non poſſunt conuenire, Cald. *q.* 17. *num.* 21. Trentacinq. *num.* 14. Clar. *num.* 2. Molin. *num.* 6.

Plures formulas concedendi emphy 86
teuſim cumulat Cald. *q.* 24. de quarum effectibus agit, aut ſaltim remittit, vt

apud alios videantur, quos conſulere, cum caſus occurrerit, oportebit, nec nobis libet amplius immorari, non pauca circa hæc ſequenti capite cum D. Couar. dicturis.

# AD CAPVT Decimumoctauum.

## SVMMARIVM.

1 *D.D. de re agentes congeruntur.*
2 *Differentiæ inter emphyteuſim Eccleſiaſticam, & priuatam ſimpliciter acceptam traduntur, num. 3.*
4 *Fœminæ cum maſculis concurrunt ad ſucceſsionem emphyteuſis ſimpliciter acceptæ.*
5 *Fallit ſi viguerit ſtatutum excludens fœminas à ſucceſsione, exiſtentibus maſculis. Idemque eſt ſi de conſuetudine ita ſeruetur.*
6 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim, & è contra num valeat?*
7 *Fœminæ an in emphyteuſim ſuccedant pro filijs acceptam, ad num. 12.*
13 *Maſculinum an contineat fœmininũ, num 14. 15.*
16 *Pro ſtipulatore in dubio reſpondetur, vbi pro eo extat veriſimilitudo.*
17 *Emphyteuſis pro filijs accepta vtrũ ad adoptiuos, & illegitimos pertineat, & quid de nepotibus, ad n. 19.*
20 *In emphyteuſim conceſſam pro filijs & filiabus omnes abſque ſexus diſtinctione ſimul æqualiterque ſuccedant.*
21 *Limitatur.*
22 *Verba contrahentium iuxta ſtatuta, vel conſuetudinem interpretantur.*
23 *Statuta & conſuetudines laicorum quando apud Eccleſiaſticos debeant obſeruari.*
24 *Filij cum patre non concurrunt in emphyteuſi ab illo accepta.*
25 *Emphyteuſis quotuplex.*
26 *Pater an poſsit filijs præiudicare quoad emphyteuſim familiarem, ad nu 37.*
38 *Quid de mixta, ad num 41.*
42 *Emphyteuſis accepta pro filijs vtrum ad eos pertineat, & etſi hæredes non ſint, vſque ad n. 46.*
47 *Emphyteuſis pro filijs hæredibus non defertur filijs, niſi hæredes exiſtant.*
48 *An hæredes extranei admittantur.*
49 *Quid de emphyteuſi recepta pro ſe & hæredibus, num 50.*
51 *De alijs formulis cõcedendi emphyteuſim.*
52 *In feudo quoties hæredum mentio ſit de maſculis intelligitur.*
53 *Feudum pro hæredibus conceſſum nõ competit liberis, niſi hæredes ſint.*
54 *Feudum hæreditarium duplici ſenſu dicitur.*
55 *Feudum capere filius nequit ſi patris prædeceſſoris hæreditatem repudiat.*
56 *Feudum ſimpliciter acceptum ad quos ſpectet.*
57 *Quibus caſibus fœminæ ad feudum admittantur.*
58 *Feudum ſimpliciter acceptum ad quot deſcendentes primi acquirendis trãſeat.*
59 *Feudum aliud hæreditarium, & aliud ex pacto, & prouidentia.*
60 *Vt in feudum aut emphyteuſim hæreditarium ſuccedatur an ſatis ſit ſuccedere primo acquirenti mediatè, vltimi poſſeſſoris hæreditate non obtenta, num 61.*
62 *De intellectu cap. 1. an agnat, vel fil. in vſib. feudor. ad num 70.*
67 *Feudum ſimpliciter acceptum filius non capit, patris hæreditate repudiata.*
71 *Feudum pro hæredibus acceptum nullus capit, qui hæres non exiſtat.*
72 *Feudum hæreditarium quod dicatur 73.*
74 *Feudum ſimpliciter acceptum eſt ex pacto & prouidentia, de quo & nu. 68.*
75 *Quid de emphyteuſi Eccleſiaſtica, & ſeculari.*
76 *Feudum, vel emphyteuſim pro ſe & ſuis Titio accipiente; qui capiant.*
77 *Feudum pro hæredibus maſculis ſolum liberos hæredes comprehendit.*
78 *Differentia inter feudum & emphyteuſim notatur.*
79 *Succedens in feudum, quando creditoribus anteceſſoris teneatur, ad nu. 82.*
83 *Filius adiens cum beneficio inuentarij patris hæreditatem feudum à patre alienatum an poſſit reuocare, ad num. 87.*
88 *Feudum & emphyteuſis quomodo inter ſucceſſores diuidatur.*
89 *Feudum pro hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſum cuius naturæ ſit, & quid de emphyteuſi.*
90 *Inſtitutus in re certa capit feudum non hæreditarium.*
91 *Quid ſi fuerit hæreditarium.*
92 *Filius inſtitutus in legitima an feudũ hæreditarium capere poſſit.*
93 *Inſtitutus in re certa excluditur à feudi hæreditarij ſucceſsione, etſi vniuerſaliter cum eo inſtitutus incapax reperiatur.*
94 *Filius in re certa inſtitutus non percipit feudum hæreditarium.*
95 *Inſtitutus in re certa habitualiter eſt heres vniuerſalis.*
96 *Inſtitutus in re certa eſt hæres vniuerſalis ſi nemo ſit vniuerſaliter inſtitutus.*
97 *Ius patronatus Eccleſiaſticum quotuplex & de eius ſucceſsione, ad num. 103.*
104 *Vendita hæreditate, vtrum ius patronatus ad emptorem tranſeat, ad nu. 106.*
107 *Ius patronatus an pertineat ad fideicommiſſarium vniuerſalem, ad num. 109.*
110 *Ius patronatus in emptorem hæreditatis transferri probatur, & num. 111.*
112 *Ius patronatus pro parte tranſit in ementem hæreditatis portionem.*
113 *Quando ius patronatus non trãſeat in emptorem hæreditatis.*
114 *Non pertinet ad melioratum in tertio & quinto, nec ad exhæredatum.*
115 *Ius patronatus in emptorem legitimæ non tranſit.*
116 *De iure patronatus hæreditario quis diſponere poſsit.*
117 *In alienatione iuris patronatus quando Epiſcopi conſenſus deſideretur, ad num. 119.*
120 *Poſſeſſor an præiudicare valeat vocatis in iure patronatus gentilitio, vel mixto.*
121 *Quomodo in ius patronatus hæreditarium, vel familiare ſuccedatur.*
122 *Si vni ex pluribus hæredibus iubeat teſtator Eccleſiam ædificare, an ius patronatus omnibus hæredibus ſit commune? vſque ad fin.*



## De ſucceſsione feudi, emphyteuſis, ac iuris patronatus Eccleſiaſtici.

Ad ea, quæ circa emphyteuſis ſucceſſionem hoc capite diſſeruntur, legendi ſunt Caldas *de nominat. emphyteutica, q. 24.* Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditib. cap. 2. §. 2. dub. 17.* Cardin. Tuſch. *practicar. concluſion. lit. E. conc. 159. cum alijs,* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 17. dubit. 16.* Aluar. Valaſc. *de iure emphyteut. part. 1. q. 44. & 49.* Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 472. cum plurib. ſeqq.* Iul. Clar. *receptar. ſententiar. lib. 4 §. emphyteoſis, q. 28. cum alijs,* Gregor. Lop. *in l. 28. gloſ. 5. tit. 8. p. 5.* Alexand. Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de iur. emphyteut. reſolut. 3.* Mateſcot. *variar. lib. 1. cap. 2.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 19.* Amat variar *lib. 2. reſolut. 84. ex num. 56.* 1

Num. 1.

Eſt prælibandum, quòd emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter conceſſa, veluti ſi dicatur: *Fundum Titianum tibi in emphyteuſim do.* Filios & nepotes duntaxat accipientis cõplectitur, vt probauimus *ſup. cap. proximo, num. 82.* Sed ſi priuatus ita conceſſerit, omnes hæredes tam liberos, quã extraneos cõprehendiſſe cenſetur, niſi obſtet contraria conſuetudo, Trentacinq. *n. 1.* Gregor. Lop. *ſup. col. 3. verſ. Si verò priuatus,* Clar. *d. q. 28. n. 1.* Valaſc. *q. 39. nu. 11.* Contrarium tamen ſentire videtur hic D. Couarr. ſcilicet etiam emphyteuſim priuatam ſimpliciter acceptam ad duos ſucceſſores emphyteutæ ſolum extendi, ſiue extranei ſint, ſiue liberi, prout eum intelligit & ſequitur Molin. *diſp. 469. num 4.* Pat. Vazq *ſup.* Quod minime admittẽdum eſt, nam præterquam quod communis opinio extat in contrarium emphyteuſis de ſua natura perpetua eſt, vt ex aliis 2

apud alios videantur, quos conſulere, cum caſus occurrerit, oportebit, nec nobis libet amplius immorari, non pauca circa hæc ſequenti capite cum D. Couar. dicturis.

# AD CAPVT Decimumoctauum.

## SVMMARIVM.

1 *D.D. de re agentes congeruntur.*
2 *Differentiæ inter emphyteuſim Eccleſiaſticam, & priuatam ſimpliciter acceptam traduntur, num. 3.*
4 *Fœminæ cum maſculis concurrunt ad ſucceſsionem emphyteuſis ſimpliciter acceptæ.*
5 *Fallit ſi viguerit ſtatutum excludens fœminas à ſucceſsione, exiſtentibus maſculis. Idemque eſt ſi de conſuetudine ita ſeruetur.*
6 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim, & è contra num valeat?*
7 *Fœminæ an in emphyteuſim ſuccedant pro filijs acceptam, ad num. 12.*
13 *Maſculinum an contineat fœmininũ, num 14. 15.*
16 *Pro ſtipulatore in dubio reſpondetur, vbi pro eo extat veriſimilitudo.*
17 *Emphyteuſis pro filijs accepta vtrũ ad adoptiuos, & illegitimos pertineat, & quid de nepotibus, ad n. 19.*
20 *In emphyteuſim conceſſam pro filijs & filiabus omnes abſque ſexus diſtinctione ſimul æqualiterque ſuccedunt.*
21 *Limitatur.*
22 *Verba contrahentium iuxta ſtatuta, vel conſuetudinem interpretantur.*
23 *Statuta & conſuetudines laicorum quando apud Eccleſiaſticos debeant obſeruari.*
24 *Filij cum patre non concurrunt in emphyteuſi ab illo accepta.*
25 *Emphyteuſis quotuplex.*
26 *Pater an poſsit filijs præiudicare quoad emphyteuſim familiarem, ad nu 37.*
38 *Quid de mixta, ad num 41.*
42 *Emphyteuſis accepta pro filijs vtrum ad eos pertineat? etſi hæredes non ſint, vſque ad n. 46.*
47 *Emphyteuſis pro filijs hæredibus non defertur filijs, niſi hæredes exiſtant.*
48 *An hæredes extranei admittantur.*
49 *Quid de emphyteuſi recepta pro ſe & hæredibus, num 50.*
51 *De alijs formulis cõcedendi emphyteuſim.*
52 *In feudo quoties hæredum mentio ſit de maſculis intelligitur.*
53 *Feudum pro hæredibus conceſsum nõ competit liberis, niſi hæredes ſint.*
54 *Feudum hæreditarium duplici ſenſu dicitur.*
55 *Feudum capere filius nequit ſi patris prædeceſſoris hæreditatem repudiat.*
56 *Feudum ſimpliciter acceptum ad quos ſpectet.*
57 *Quibus caſibus fœminæ ad feudum admittantur.*
58 *Feudum ſimpliciter acceptum ad quot deſcendentes primi acquirendis trãſeat.*
59 *Feudum aliud hæreditarium, & aliud ex pacto, & prouidentia.*
60 *Vt in feudum aut emphyteuſim hæreditarium ſuccedatur an ſatis ſit ſuccedere primo acquirenti mediatè, vltimi poſſeſſoris hæreditate non obtenta, num. 61.*
62 *De intellectu cap. 1. an agnat, vel fil. in vſib. feudor. ad num 70.*
67 *Feudum ſimpliciter acceptum filius non capit, patris hæreditate repudiata.*
71 *Feudum pro hæredibus acceptum nullus capit, qui hæres non exiſtat.*
72 *Feudum hæreditarium quod dicatur 73.*
74 *Feudum ſimpliciter acceptum eſt ex pacto & prouidentia, de quo & nu. 68.*
75 *Quid de emphyteuſi Eccleſiaſtica, & ſeculari.*
76 *Feudum, vel emphyteuſim pro ſe & ſuis Titio accipiente; qui capiant.*
77 *Feudum pro hæredibus maſculis ſolùm liberos hæredes comprehendit.*
78 *Differentia inter feudum & emphyteuſim notatur.*
79 *Succedens in feudum, quando creditoribus anteceſſoris teneatur, ad nu. 82.*
83 *Filius adiens cum beneficio inuentarij patris hæreditatem feudum à patre alienatum an poſſit reuocare, ad num. 87.*
88 *Feudum & emphyteuſis quomodo inter ſucceſſores diuidatur.*
89 *Feudum pro hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſum cuius naturæ ſit, & quid de emphyteuſi.*
90 *Inſtitutus in re certa capit feudum non hæreditarium.*
91 *Quid ſi fuerit hæreditarium.*
92 *Filius inſtitutus in legitima an feudũ hæreditarium capere poſſit.*
93 *Inſtitutus in re certa excluditur à feudi hæreditarij ſucceſsione, etſi vniuerſaliter cum eo inſtitutus incapax reperiatur.*
94 *Filius in re certa inſtitutus non percipit feudum hæreditarium.*
95 *Inſtitutus in re certa habitualiter eſt hæres vniuerſalis.*
96 *Inſtitutus in re certa eſt hæres vniuerſalis ſi nemo ſit vniuerſaliter inſtitutus.*
97 *Ius patronatus Eccleſiaſticum quotuplex & de eius ſucceſsione, ad num. 103.*
104 *Vendita hæreditate, vtrum ius patronatus ad emptorem tranſeat, ad nu. 106.*
107 *Ius patronatus an pertineat ad fideicommiſſarium vniuerſalem, ad num. 109.*
110 *Ius patronatus in emptorem hæreditatis transferri probatur, & num. 111.*
112 *Ius patronatus pro parte tranſit in ementem hæreditatis portionem.*
113 *Quando ius patronatus non trãſeat in emptorem hæreditatis.*
114 *Non pertinet ad melioratum in tertio & quinto, nec ad exhæredatum.*
115 *Ius patronatus in emptorem legitimæ non tranſit.*
116 *De iure patronatus hæreditario quis diſponere poſsit.*
117 *In alienatione iuris patronatus quando Epiſcopi conſenſus deſideretur, ad num. 119.*
120 *Poſſeſſor an præiudicare valeat vocatis in iure patronatus gentilitio, vel mixto.*
121 *Quomodo in ius patronatus hæreditarium, vel familiare ſuccedatur.*
122 *Si vni ex pluribus hæredibus iubeat teſtator Eccleſiam ædificare, an ius patronatus omnibus hæredibus ſit commune? vſque ad fin.*



## De ſucceſsione feudi, emphyteuſis, ac iuris patronatus Eccleſiaſtici.

Ad ea, quæ circa emphyteuſis ſucceſſionem hoc capite diſſeruntur, legendi ſunt Caldas *de nominat. emphyteutica, q. 24.* Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditib. cap. 2. §. 2. dub. 17.* Cardin. Tuſch. *practicar. concluſion. lit. E. conc. 159. cum alijs,* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 17. dubit. 16.* Aluar. Valaſc. *de iure emphyteut. part. 1. q. 44. & 49.* Pat. Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 472. cum plurib. ſeqq.* Iul. Clar. *receptar. ſententiar. lib. 4 §. emphyteoſis, q. 28. cum alijs,* Gregor. Lop. *in l. 28. gloſ. 5. tit. 8. p. 5.* Alexand. Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de iur. emphyteut. reſolut. 3.* Mareſcot. *variar. lib. 1. cap. 2.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 19.* Amat variar *lib. 2. reſolut. 84. ex num. 56.* 1

Num. 1.

Eſt prælibandum, quòd emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter conceſſa, veluti ſi dicatur: *Fundum Titianum tibi in emphyteuſim do.* Filios & nepotes duntaxat accipientis cõplectitur, vt probauimus *ſup. cap. proximo, num. 82.* Sed ſi priuatus ita conceſſerit, omnes hæredes tam liberos, quã extraneos cõprehendiſſe cenſetur, niſi obſtet contraria conſuetudo, Trentacinq. *n. 1.* Gregor. Lop. *ſup. col. 3. verſ. Si verò priuatus,* Clar. *d. q. 28. n. 1.* Valaſc. *q. 39. nu. 11.* Contrarium tamen ſentire videtur hic D. Couarr. ſcilicet etiam emphyteuſim priuatam ſimpliciter acceptam ad duos ſucceſſores emphyteutæ ſolum extendi, ſiue extranei ſint, ſiue liberi, prout eum intelligit & ſequitur Molin. *diſp. 469. num 4.* Pat. Vazq. *ſup.* Quod minimè admittendum eſt, nam præterquam quod communis opinio extat in contrarium emphyteuſis de ſua natura perpetua eſt, vt ex aliis no- 2

notauimus *ſup. prox cap. num. 83*, nulloque iure quoad priuatos reſtricta inueniatur, quare abſolutè conceſſa omnibus accipientis hæredibus competet, cum contractus iuxta naturam ſuam celebrari præſumatur. *l. ſi ſtipulatus 4. ff. de vſuris, l. quæro 57 § 1 ff. locat*, Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſ. 32. nu. 1.* late Menoch. *eod. tract. lib. 3 præſ. 38. à princip.* qui *nu. 6* in ſpecie loquitur cum Alex. & Angel. *in l. qui in aliena 10 princip. ff. de acquir. hæredit.* Alciat. *ſup. reg. 2. præſ. vlt.* Nec aliud voluiſſe D. Couar. exiſtimo, qui ſolùm affirmat filios & nepotes ſuccedere, in vtramque emphyteuſim, non tamen negat ad ſecularem alios venire poſſe. Eſt tamen *l. 6. tit. 26 p. 4.* quæ in feudis aduerſus iuris communis regulas ſtatuit, vt feudum non tranſgrediatur perſonam nepotis primi feudatarii. & ita in Hiſpania obſeruari teſtatur ibi. Gregor. Lop. *gloſ. 7.* à qua lege forſan, D. Couar. deduxit argumentum ad emphyteuſim, ſed poteſt dubitari an valeat cum lex ſit correctoria, vt Gregor. Lop. aduertit.

3 Eſt & altera notanda differentia inter emphyteuſim Eccleſiaſticam, & ſecularem ſimpliciter acceptam, quod ad priorem liberi admittuntur, etſi hæredes non ſint parenti, Trentacinq. *num. 6.* Bene *num. 13.* Menoch. *ſup. præſ. 48. num. 10. 11.* Cald. *q. 22. num. 15.* Amat. *num. 59.* Mantic. *ſup. tit. 17. num. 10.* Ad poſteriorem qui hæreditatem non obtinent, accedere prohibentur, Amat *nu. 58.* Cald. *vbi proximè*, Valaſc. *d. q. 44. num. 12.* Menoch. *conſ. 309. nu. 25.* Mantic. *d. tit. 19. num. 2.* Gratian. *diſceptat. cap. 451. num. 17.*

4 Quibus præhabitis cum D. Couar. aſſerendum eſt, quod ad emphyteuſim ſimpliciter conceſſam fœminæ deſcendentes cum maſculis pariter admittuntur, quoniam illa ſiue Eccleſiaſtica ſit, ſiue non fœmininum ſexũ non reſpuit, atque ita vbi excluſæ non ſunt, vocatæ cenſentur, Clar. *q. 32. num. 12.* Vazq. *vbi ſup.* Amat. *num. 57.* Molin. *diſp. 474. numer. 9.* Tuſch. *ſup. conc. 160. num. 1. 2.* Magon *Lucenſ. deciſ. 7. num. 2.* Valaſc. *q. 41. num. 2.* Cotta *in memorabilib. verb. emphyteuſis 2. num. 151.* Cald. *quæſt. 17. num. 31.*

5 Hoc limitandum eſt, vbi extiterit ſtatutum excluſiuum fœminarum, quo caſu, maſculis ſuperſtitibus, ipſæ non concurrent: nam cum ita obſeruetur quando earum expreſſa mentio ſit, vt D. Couar. docet *infr. hoc numer. verſ. Secunda concluſio*, idẽ dicendum eſt de tacita vocatione, taciti enim & expreſſi idem eſt iudicium, *l. cum quid, vbi DD. ff. ſi cert. petat.* Quod ſimiliter de conſuetudine dicendum eſt.

Ibi: *Quibus reſponderi congruè, & verè poterit.*

Adde Iaſon. *in l 1. num 60. C de iur.* 6
*emphyteut.* Euerard. *in loc. legalib. loc. à feud. ad emphyteuſ.* Clar. *ſup. lib. 4 § feudum q. 3. verſ. Et hæc quidem.* Valaſc. *q. 39 in fine*, vbi rectè ait, argumentum de emphyteuſi ad feudum iure procedere, non è contra, ratio eſt, quia quod in feudis obſeruatur, eſt quidam vſus localis, qui pro lege ad alias cauſas allegari non poteſt: ſecus quæ ad emphyteuſim ſpectant, nam cum legibus ſtabilita ſint, *vt in tit. C. de iur. emphyteut.* meritò ad feuda trahi poſſunt, vt ſecundùm ea iudicetur propter emphyteutici, & feudalis contractus ſimilitudinem, argument. *l. non poſſunt 12 ff. de legib.*

Ideo autem fœminæ à feudi ſucceſ- 7
ſione regulariter repelluntur, quãquam emphyteuſis capaces ſint, quia illud cõceditur propter ſeruitium militare, vel aliud, quod per fœminas exhiberi non valet, vnde quæ incapax eſt officij à beneficio excludi, quod propter illud datur, neceſſe eſt, *cap. miles, qui. tit. 21. de vaſſallo milit. qui arm. bellic. depoſuit lib. 2. in vſib. feud.* At emphyteuta ad canonem, ſiue penſionem aſtringitur, Parladot. *different. 71. num. 1.* quæ pariter per fœminas, ac per viros poteſt ſolui, Ita Cald. *q. 23. num. 8.* Valaſc. *q. 41. num. 1. 2.* Molin. *diſput. 474. nu. 1.* Clar. *§ feudum, q. 73. nu. 1.* Licet hanc rationem excludendi fœminas à feudis ſibi diſplicere profiteatur, quẽ improbat Molin. eius fundamento reſpondens. Aliam vide apud Menoch. *conſ. 65. num. 23.*

Ibi: *Quod ſi emphyteuſis data ſit Titio.*

Quæſtionis eſt an ſi quis fundum in 8
emphyteuſim pro ſe ac filiis ſuis acquiſierit, cenſeatur etiam pro filiabus ſtipulatus: de quo fusè per Mareſcot. *d. cap. 2*





*pertot.* qui negatiuam partem ſequitur, cui aſſentiuntur itidem Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. 1. q. 6. num 15.* Ferdinand. Loaz. *in l. filiusfam. § Diui, num 68. ff. de legat. 1* Zuccard. *in l. vlt. num 73. C. de edict. D. i. Adrian. toll.* Ioſeph. Ludouic. *Lucenſ. deciſ. 29. num. 16* Beointendis *deciſ. 25. nu. 1.* Carbal. *de iur. emphyteut. tit. de cauſ. priuat. ob lineam finit. num. 6.* Seraphin. *deciſ. 604. nu. 1.* Roland. *conſ. 92. à nu 12 lib. 2.* Marſil. *ſing. 191.* Ripa *in l. ex facto. § ſi quis rogatus el 1. num. 59 ff. ad Trebellian.* Cald. *q. 15. num. 12. & q. 17. num 30.* Tuſch. *ſup. conc 160. num. 6.* Rota *deciſ. 125. part. 2. diuerſor.* Quod multipliciter limitat Mareſcot. *à nu 7.*

9 Huius ſententiæ fundamentum potiſſimum eſt, quia filiorum appellatione filiæ non continentur ex verbi proprietate, ſed ex interpretatione extenſiua, vt colligitur *ex l. 1. § ſed & ſi incertum, ff. de vent. in poſſeſ. mittend. l. quiſquis 116. ff. de verbor. obligat.* & docent Bart. *in l. 1. num 2 ff. de verb. ſignificat.* Tuſch. *lit. E. conc. 168. nu. 17.* Menoch *conſ. 524. num. 3.* & alii apud Tiraquell. *de retract. lignag. § 1. gloſ. 9. num 181.* In contractibus autem maximè ſtricti iuris (qualis eſt emphyteuſis, Menoch. *conſ. 664. nu. 18.* Guid. *de Suzaria tract. de iur. emphyteut. num 3.* Valaſc. *q. 5. num 7.*) verba propriè, ſtrictèque accipi debent, *l. quicquid aſtringendæ 99. ff. de verb. oblig.* Cald. *q. 19 nu 9.* Cyriac. *tom. 2. controu. 378. à num. 16* Tuſch. *vbi proximè num. 10.* Roland. *conſ. 58. num 64. volum 3.* Vnde emphyteuſis pro filiis accepta nequit ad filias peruenire. Ita Mareſcot. *à num. 2.* & alii ſupra laudati.

Ibi: *Sed & in hoc caſu adhuc admitterent fœminas.*

10 Sed contra ſupra traditam concluſionem tenent fœminis emphyteuſim cõpetere pro filiis conceſſam Molin. *vbi proximè nu 10. verſ. Meritò tamen*, Clar. *d. § emphyteuſis, q. 32. num 2.* Vazq. *ſup. num. 59.* Menoch. *conſ. 111. num 60.* Pinell. *in l. 3. num. 33. C. de bon. matern.* Valaſc. *q. 41. num. 3.* Quod limita ſi ſit ſtatutum fœminarum excluſiuum, Tuſch. *ſup. conc. 168. num. 2.*

11 Ratio, qua hæc opinio defenditur, eſt quia nomine filiorum fœminæ continentur ex communi vſu loquendi, *l. ſi quis ita 16. ff. de teſtament. tutel. l. ſi ita ſcriptũ 46 ff. de legat. 2 d. l. quiſquis 116. l. Herennius 122. l. iuſte 201 ff. de verbor. ſignificat.* Argel. *de legitim. contradict. q. 19 art. 1. num. 14.* Peregrin. *de fideicommiſ. art 25. num. 1.* Cyriac. *tom. 3. controuerſ. 543. nu. 55.* Fuſar. *de ſubſtitutionib. q. 311. à num. 1.* Qui verborum proprietate potior habetur, vt dixi *ſup. lib. 1. cap. 20. num. 14.*

At cum res adeò ambigua ſit, hanc 12
poſteriorem D. Couarr. opinionem in praxi ſequendam exiſtimo, quia in obſcuris id amplecti debet, quod veroſimilius eſt, cum hoc inter contrahentes actum præſumatur *l. ſi ſtipulatus 4. ff. de vſur. l. quæro 57. § inter locatorem ff. locat. l. cum, qui ita 56 ff. de verbor. obligat. l. in obſcuris 126. ff. de reg. iur.* Menoch. *conſ. 331. num 17.* Crauet. *conſ. 33. n. 2.* Giot. optim. *verb. legem ad fin. in l. veteribus 42. ff. de pact.* Veroſimile magis eſt quod pater non minus filiabus, quã filiis proſpicere voluerit, vt latè probat Valaſc. *vbi proximè* argum. *l. maximum vitium, C. de liber. præterit*, atque ita ſub verbo: filij, vtrumque ſexum comprehendi, credendum eſt, quoniam ſic inter contrahentes conuenit, maximè cũ emphyteuſis pariter maſculos, & fœminas admittat, vt nuper aſſeruimus. In hoc tamen attendendus eſt vſus loquendi regionis, in qua contractus celebratur, apud nos quidem filiorum verbo filias quoque ſignificamus, etſi in ſingulari aliter obſeruetur, colligitur *ex l. 9. 10. 18. cum ſeqq. in Taurinis Conſtitutionibus.*

Ibi: *Ea ratione quòd in contractibus.*

Maſculinum continere ſemper fœ- 13
mininum ſcripſit Iulianus *in l. qui duos 60. ff. de legat 3.* Plerunque, Paulus *in l. pronunciatio 195. ff. de verbor. ſignificat.* & probatur *ex d. l. ſi quis ita, d. l. ſi ita ſcriptum, l. ſeruis legatis 79 ff de legat 3. l. deteſtatio 40. § ſerui, l. patroni 52. l. inter ſtipulantem 101 § fin. l. illa verba 161. § 1. l. iuxta 201. ff. de verbor. ſignific.* Tiraquell. *de retract. lignag. § 1. gloſ. 9. n 212.* qui plures laudat, Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 9. num 52.* Argel. *de acquir. poſſeſ. q. 13 art. 1. à nu 5.* Viuian. *in prax. iur. patronat. lib 2. capit. 6. num 3.* Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib 6 tit 7. nu. 18. & lib. 11. tit. 14. numer. 2.* Peregrin.

*ſup. art. 25. nu. 2.* Menoch. *de adipiſcend. remed. 4. num. 59.* Franc. Molino *de rit. nuptiar. lib. 3. q. 16. à princ.* Sed contrarium tenent etiam communiter DD. quos recenſet Tiraquell. *ſup. num. 181.* & Menoch. *d. conſ. 204. num. 4.* illiſque accedit Gaſp. Theſaur. *quæſtion Forenſ. lib. 1. q. 42. num 4.*

14 Sed pro conciliatione earum opinionum diſtinguendum eſt: vt prior locum obtineat, quando verba in lata ſignificatione poſſunt accipi, vt in fauorabilibus, poſterior verò in odioſis, vel vbi ſtricta interpretatio adhibenda eſt, quoniam maſculinum cõcipit fœmininum impropriè, latèque vocibus vſurpatis, *l. 1. §. ſed etſi incertum ff. de vent. in poſſeſſion. mittend. l. quiſquis 116 ff. de verbor. ſignificat. l. cum in adoptiuis 10. §. quæ in filio, C. de adoptionib.* Gloſ. *verb. vniuerſos in cap. generali 13. de elect. in 6.* Mareſcot. *ſup. num 4.* Menoch. *vbi proximè, nu 49.* Palac. Rub. *in rubric. de donat. int. § 69. num 25. 26.* Mantic. *d. lib. 7. tit. 1. nu. 19.* Cephal. *conſ. 527. num 40. lib. 4.* Merlin. *de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 17. num. 18. cum ſeqq.* Crauet. *conſ. 388. n. 11. lib. 4.* Gloſ. *in l. 1. ff. de verb ſignific.* Benintend. *deciſ. 52. num. 1.*

15 His conſequens eſt, vt cum in contractibus ſtricta ſit interpretatio facienda, vt diximus *ſup. num. 9.* maſculinum non contineat fœmininum, ſicut in præſenti D. Couar. obſeruat, cui ex hac ratione conſentiunt Merlin. *vbi proximè, n. 20.* Benintend. *ſup.* Cephal. *conſ. 11. lib. 1.* Archidiacon. *in cap. ſi quis ſuadente, n. 3. 17. q. 4.* Corne. *conſ 76. nu. 17. lib 2.* Ceuall. *commun. tom 2. q. 762. n. 161.* Clar. *ſup. q. 32. num. 2.* Roland. *conſ 93. nu. 12. 17. volum 2.* Cald. *q. 17. n. 30.* Quòd licet ita ſit, tamen non obſtat, quominus teneamus, emphyteuſim pro filijs acceptã ad filias ſpectare, tùm propter vſum loquendi communem, tùm propter affectum paternum, vt nuper dicebatur *num. 11. 12.*

Ibi: *Cum imputandum ſit contrahentibus*

16 Huic rationi poteſt congrue reſponderi, quod cũ veroſimilitudo ſtat pro ſtipulatore, pro eo eſt in dubio iudicandũ, vt conſtat ex iuribus allegatis *ſup. n. 12.* & probat Gloſ. *verb. legem ad fin. in l. veteribus ff. de pact.* vbi docet, priùs eſſe inſpiciendum, quod veroſimilius eſt, quã ad reſpondendum contra ſtipulatorem iuxta regulam illius textus deueniatur, quæ comprobantur itidem *ex l. ſi pactum 9. ff. de probationib.*

Ad hoc nota, ſub hac ſtipulatione: Pro ſe & filijs, non comprehendi adoptiuos, 17 argument. *cap. vnic. §. adoptiuus tit. 26. ſi de feud. defunct. cõtentio ſit, lib. 2. in vſib. feudor. l. ſideicommiſſum 75. ff. de condit. & demonſtrat,* Cald. *q. 20. n. 36.* Barba. *in l. cum acutiſſimi, n. 287. C. de fideicommiſſ.* Quoniam verè, ac propriè filij nõ ſunt, Cald. cum alijs *nu. 35.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 76. n. 7.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 21. nu. 92.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 4. n. 50.* ideò adoptionis cõmentũ, dixit Papinianus *in d. l. fideicommiſſũ.*

Quid de illegitimis ſeu naturalibus? 18 dic vt *ſup. cap. proxim. nu. 79.* vbi de emphyteuſi Eccleſiaſtica. Quoad ſecularẽ diſputari ſolet, & communis reſolutio eſt, quod cenſentur vocati, vt fatetur Cald. *q. 19. n. 11.* quamvis ipſe contrariũ teneat, cui iungendus eſt Merlin. alios referens, *ſup. lib. 1. tit. 2. q. 5. nu 62.* Sed communem amplectuntur Clar. *d. §. emphyteuſis q. 30.* Viui. *commun. verb. Regula n. 4. verſ. In emphyteuſi,* Molin. *diſp. 475. nu. 4.* vbi probat latè, & alij apud Clar. & Cald. & pro illis facit *l. generaliter 6. §. vlt. C. de inſtitut. & ſubſtitut.*

Nepotes verò etſi alias ſoleant nomine filiorum ſignificari, *l. 2. §. quod ſi pater, ff. ad Tertyllian. l. liberorũ 220. § vlt. ff. de verbor. ſignificat.* Cald. *q. 19. nu. 13.* 19 Menoch. *conſ. 215. n. 87.* Rebuff. *in d. l. liberorum §. vlt. verſ. Etiam quando.* Tamen ab emphyteuſi pro filijs accepta excluduntur, Tuſch. *lit. E. conc. 168. n. 10.* quoniam in contractibus nepotes appellatione filiorum non continentur, Bart. *in d. l. liberorum, q. 5.* Cald. *vbi proximè,* Ruin. *conſ 45. n. 16. lib. 1. & conſ. 203. n. 22. lib. 2.* Ceuall. *ſup.* cum in eis, vt ſupra aſſerebatur ſtrictè verba debeant accipi, & nepotes neque ex proprietate ſermonis, neque ex communi vſu loquendi veniunt filiorũ appellatione, ſurè Menoch *conſ. 215. à n. 6. ad 12. & nu. 66. cũ ſeqq.* & eſt textus *in l. quòd ſi nepotes 6. ff. de teſtament. tutel.* vbi in materia fauorabili, & teſtamento nepotes non cõprehenduntur, ſed ex interpretatione voluntatis præferentis propter identitatem rationis, *l. filium habeo 16. ff. ad Macedonian.*



*n. 20.* Menoch. *nu. 13. & de præſumpt. lib. 4. præſ. 94. n. 2.* vbi refert plures cõiecturas, ex quibus præſumuntur nepotes filiorum appellatione comprehendi, de quo etiam Ant. Gab. *commun. concluſion. lib. 6. tit. de verbor. ſignificat. conc. 1.* Ex quibus apparet, diſcrimen eſſe inter filios & nepotes quoad comprehenſionẽ ſub verbo: *filij*, primæ enim veniunt ex communi vſu loquẽdi, ſecundi non niſi ex coniecturis, vt plane deſumitur ex *d. l. quod ſi nepotes*, iuncta *l. ſi quis ita 16 ff. de teſtament. tutela.* Vnde nil mirum, ſi emphyteuſis pro filijs conceſſa competat filiabus, vt dictum eſt *ſup. à nu. 10.* & nepotibus denegetur.

Verſ. *Secunda concluſio.*

20 Pater emphyteuſim accipiens pro ſe & filijs maſculis & fœminis pariter omnibus acquirit, ita vt poſt eius mortem abſque ſexus differentia ſimul admittãtur, Molin. *d. diſp. 474. n. 11.* Tuſch. *lit. E. conc. 170. n. 4.* Vazq. *ſup. d. dub. 17. n. 59.* Valaſc. *q. 41. n. 4.* Caſtrenſ. *conſ. 300. col. 2. circa fin. verſ. id circo lib. 2.* Cald. *q. 14. n. 36.* Corne. *conſ. 37. n. 2. lib. 3.* Clar. *d. §. emphyteuſis q. 32. n. 3.* qui ita ſentit apertè, & rationem reddit *n. 1.* quia ſcilicet emphyteuſis natura ea eſt, vt abſque diſtinctione vtriuſque ſexus perſonas admittat.

Ibi: *Niſi ta in Prouincia.*

21 Præcedens concluſio communiter limitatur, quando fœminæ in ſucceſsione concurrere cum maſculis ex ſtatuto, vel conſuetudine non valerent, tunc enim ordine ſucceſsiuo in defectũ maſculinæ prolis vocatæ præſumuntur, vt præter nuperrimè laudatos adnotant Cyriac. *tom 1. controuerſ. 128.* Bart. *in l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi, nu 3. ff. de bon. libertor.* Tuſch. *ſup. n. 7.* Idem eſſet ſi diuidi emphyteuſis non poſſet, vt ſi ad maioratũ pertineret. Sed ſi tempore acceptæ emphyteuſis non eſſet tale ſtatutum, & poſtea ante patris mortem edatur, fœminæ non excluduntur, imò cũ maſculo ſimul admitti debẽt, quia tempus cõtractus inſpicitur. Felin. *in cap. vlt. col. 3. verſ. Sed nihilominus de conſtitut.* Cyriac. *tom 3. cõtrou. 529. n. 17.* Crot. *in l. omnes populi nu. 132. ff. de iuſt. & iur.* Menoch. *conſ 240. n. 11. 25.* licèt cõtrarium ſcripſerit Aucharean. *conſ. 125. in fine,* Brun. *conſ. 1. n. 62.* Socin. Iun. *conſ. 21. nu. 8. lib. 1.* Quæ ſententiæ poſſunt conciliari ex dicendis *infra ex num. 33.*

Ibi: *Proptereà quòd contrahentium clauſulæ.*

Verba contrahentium ab ſtatutis, vel 22 conſuetudine interpretationẽ accipiũt, Mareſcot. *d. cap. 2. nu. 10.* Tuſch. Molin. Clar. & alij *vbi proximè*, quos recenſui *ſup. n. 20.* Boer. *conſ. 10. n. 11.* Iaſ. *in l. 2. n. 160. C. de iur. emphyteut.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 109. n. 5.* & in dubio potius regulanda eſt diſpoſitio iuxta ſtatutum, quàm ius commune, Clar. *receptar. ſentent. lib. 3. § teſtamentum, q. 76. nu. 12.*

Quæ quidem etiam circa emphyteuſim Eccleſiæ locum habent, quoniam 23 ſtatuta, ſiue conſuetudines laicorum, quæ bonum commune reſpiciunt, ſunt obſeruanda quoad perſonas, & res Eccleſiaſticas, quando ex illis libertas Eccleſiæ non violatur per alicuius damnificationem, nec expreſsim aliquid de illis ſtabilitur, ſed ſolum tacitè comprehenduntur, prout in ſtatuto excluſiuo fœminarum, Bene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom. 1. cap. 8. dubit. 2. n. 12.* Ita in ſpecie notant Cyriac. *d. controuerſ. 128. n. 2.* Tuſch. *lit. E. conc. 168. nu. 16.* Cald. *q. 14. n. 2.* Pariſ. *conſ 22. n. 8. lib. 2.* Clar. *d. q. 32. in addit. lit. A.*

Obiter admonendum eſt, non abs re 24 in concluſione ſupra tradita *n. 20.* inſertum eſſe: *Poſt eius mortem.* Sed vt intelligatur, patrem pro ſe ac filijs, vel deſcendentibus ſtipulatum nullius eis acquirere, vt ad emphyteuſim venire poſsint, antequam ipſe decedat, atque ita cenſentur ordine ſucceſsiuo vocati, Clar. *d. § emphyteuſis, q. 16. n. 2.* Amat. *variar. lib. 2. reſolut. 54. nu. 63.* Quod nedum in primo acquirente verum eſt, ſed etiam in cæteris omnibus deſcendentibus, nũquam enim ex tali ſtipulatione parens cum propria prole concurrit, ſed ſucceſſiuè admittitur, Cald. *q. 15. nu. 10.* Menoch. *conſ. 200. n. 55. 62.* & probatur ex *l. Gallus 28. § quidam rectè*, vbi notatur, *ff. de lib. & poſthum.*

Num. 2.

Emphyteuſis triplex ab interpretibus 25 agnoſcitur familiaris, hæreditaria, & mixta. Prima eſt quæ ſolùm liberis accipientis competit, tametſi illi hæredes non exiſtant, veluti cum quis pro filijs, deſcendentibus, aut liberis ſuis ſtipulatur.

tur. Secũda, quæ hæredibus tàm liberis, quàm extraneis defertur, & ſub hac forma conceditur: *Pro te, tuiſque hæredibus, vel ſucceſſoribus*. Tertia vtrunque ad ſucceſsionem requirit, & quòd hęres ſit, & ex liberis, qui admittendus eſt, quæ ſic concedi ſolet: *Pro te liberiſque hæredibus tuis*. Hæc in ſeculari emphyteuſi procedunt, nam Eccleſiaſtica, ſi pro Titio, & eius hæredibus, vel ſucceſſoribus detur, ſolùm ad liberos hæredes tranſit, nõ ad extraneos, niſi pro quibuſcunque hæredibus, vel alijs æquiualentibus verbis accipiatur, ex quibus appareat, concedentem huius emphyteuſis naturam tranſgredi voluiſſe. De quibus Clar. *d. §. Emphyteuſis q.* 16. *n.* 1. Pat. Molin. *diſp.* 472. *ex n.* 2. Cald. *de nominat. emphyteut. q.* 22. *à n.* 11. Pariad. *different.* 71 *§* 2. Tondut. *quæſtion. ciuil. cap.* 36. *à n.* 14. Gratian. *de ciſ.* 351. Matt. *de clauſ. clauſ.* 45. *nu.* 3. *&* *clauſ.* 46. *n.* 2. *part.* 2.

26 Circa familiarẽ igitur emphyteuſim anceps vertitur quæſtio an pater primò acquirens pro ſe ac poſteris ſuis valeat eiſdem præiudicium inferre ita vt inter eos æqualiter, prout fieri debet, mortuo parente, nõ diuidatur, vel per alienationem, aut prælegatum vni ex eiſdem factum? De qua quamplurima varietate mirabili ſcripta reperiũtur, vt videre eſt apud Molin. *diſp.* 478. *à n.* 2. Franc. Tondut. *quæſtion. ciuilium, cap.* 80. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 5. Aluar. Valaſc. *de iur. emphyteutic. q.* 49. Mareſcot. *variar. lib.* 1. *cap.* 74. Clar. *vbi proximè*. Alexãd. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de feudis reſolut.* 3. Menoch *conſ.* 161. *à princip.* qui duo de feudo agunt.

27 Sunt hac in re verà alias, tres præcipuæ communeſque ſententiæ. Prima, quam D. Couar. in præſenti amplectitur, docet, non licere patri in detrimentum liberorum de præfata emphyteuſi diſponere. Ita ſentiunt Molin. & Valaſc. *vbi proximè*, Cald. *q.* 15. *n.* 2. 3. Menoch. *conſ.* 545. *n.* 1. *verſ. Porrò* Bene *de immunit. Eccleſiaſtic. tom.* 2 *cap.* 17. *dubit* 16. *n.* 45. Amat. *variar. lib.* 2. *reſ.* 84. *n.* 62. Pat. Vazq. *de redditib. cap.* 2 *§* 2. *dub.* 17. *verſ. Secundò quòd ſi emphyteuſis*, Fachin. *controuerſiar. iur. lib.* 6. *cap.* 63, Caſtill. *deciſ.* 196. Mangil. *de imputat. q.* 150. *n.* 3. Magon. *Lucenſ. deciſ.* 7. *num.* 36. Roderic. *de ann. redditib. lib.* 2. *q.* 22. *à n.* 36. & alij plurimi apud Amat. *ſup.* & Coſta *de portion. rata, q.* 204. *num.* 5.

Ratio eſt, quoniam liberi ius obti- 28 nent à domino directo, quod cum ſemel quæſitum illis ſit per ſtipulationem patris, auferri amplius non poteſt, *l. id quod noſtrum* 11. *ff. de regul. iur.* Nec intereſt, quòd patris occaſione obuenerit, cui mutare conſilium in perniciem filiorum non licet, *l. nemo poteſt* 86. *eod. tit.*

Secunda ſententia ex diametro oppo- 29 ſita ſuperiori placet Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 10 *num.* 71. *verſ. Si verò ſolum*, Cęſar Barz. *deciſ.* 66. *nu.* 35. Iul. Clar. *d. q.* 16. *n.* 2. Cornaz. *deciſ.* 1. *num.* 6. Ceuall. *tom.* 1. *q.* 326. Merlin. *deciſ.* 28. Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 98. *C. de bon. matern.* Gratian. *diſceptation. cap.* 405. *n.* 1. Cancer. *variar. part.* 3. *cap.* 15. *nu.* 128. Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 51. *n.* 84. *verſ. Tu autem*, Ant. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de iur. emphyteutic. conc.* 2. *n.* 45. Crauet. *conſ.* 66 *n.* 1. Cyriac. cum alijs *tom.* 1. *controuerſ.* 113. *nu.* 19. Craſ. *receptar. ſentent. §. legatum q.* 14. *n.* 20. Viuian. *in prax. iur. patron. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 21 & alijs, quos refert Valaſc. *d. q.* 49. *n.* 6. Molin. *vbi proximè*.

Fundamentum eorum eſt, quia pa- 30 ter ſtipulatus emphyteuſim pro ſe ac liberis non cenſetur ius aliquod eis immediatè acquirere ſed ſibi, vt poſt mortem ſuam valeat in ipſos emphyteuſim transferre, ſi ſibi placuerit, vnde liberè de ea ſicut de alijs ſuis bonis diſponere, non prohibetur.

Tertia præcedentes fœdere diſtin- 31 ctionis conciliat aſſerens, poſſe parentem alienare emphyteuſim pro filijs acceptam in eorum præiudicium, quando illam titulo oneroſo comparauit; ſecus ſi lucratiuo, ita Merlin. *d. q.* 5. *num.* 17. Bald. *in authentic. ſi quas ruinas, num.* 5. *verſ. Secunda ratio & num.* 6. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Aretin. *in l. apud Iulianum, aliàs, l. cum ſeruus, § ſi quis alicui, colum. penult. in fine, verſ. Secunda concluſio. ff. de legat.* 1. Tondut. *d. cap.* 80. *num.* 2. Capyc. *deciſ.* 2. *col. fin.* Luc. de Penna *in l.* 1. *colum.* 4. *in princip. verſ. Sed certè*, *C. de imponend. lucratiu. deſcript. lib.* 10. Tuſch. *lit. A. conc.* 439 *nu.* 20. 22. Natta *conſ.* 475. *num.* 5. 11. Mareſcot. *d. cap.* 74. *ex num.* 1. vbi alij, Rota *deciſ.* 50. *num.* 2. *part.* 6. *in recent.* Tunc autem dicitur titulus lucra-



tiuus, quando interuenit aliqua concedentis liberalitas veluti, ſi canonis exiguitas rei fructibus non correſpondeat ſecundũm naturam emphyteutici contractus, Mareſcot. *num.* 5. Tondut. *num.* 3. Rota *d. deciſ.* 50. *num.* 5. Vnde titulus oneroſus cenſebitur, qui penitus munificentiam domini excludit, vt ijdem obſeruant.

32 Hęc ſententia defenditur ex eo, quod emphyteuſis pecunia patris, aut meritis comparata inter bona profectitia numeratur, quare nil mirum, ſi de ea pater liberè diſponere permittatur. At quę prouenit ex liberalitate concedentis eſt aduentitia, cuius alienatio patri iure interdicitur, & indè eſt, quòd in hac filijs præiudicium inferri non poſſit. Ita Tondut *num* 4.

33 Sed quamvis periculoſum ſit in quæſtione ita perplexa propriam ſententiam propalare, ſic diſtinguendum eſſe videtur. Aut dominus emphyteuſim concedens affectionem habet ad filios, vel deſcendentes primi emphyteutæ, pro quibus etiam pater ſtipulatus eſt, ita vt eorum contemplatione ad eoſdem emphyteuſim protelaret, & hoc caſu prima ſententia eſt omnino amplectenda, quia parens primùm acquirens nullo modo quicquam poterit in præiudicium ſuæ prolis immutare, cum hoc à domino directo proueniat, non à patre. Idem erit ſi tàm contemplatione patris, quàm filiorum concedens moueretur, Valaſc. *d. quæſt.* 49. *num.* 10. Aut concedens ſolius parentis contemplatione eidem pro ſe, ac liberis emphyteuſim præſtat, & ſecundæ ſententiæ adhærendum eſt, quoniam illis nullum ius quæſitum fuit ex ſtipulatione, cum expreſsio deſcendẽtium non ſit ad hoc, ſed vt ſtipulator poſsit rem emphyteuticam ſuæ poſteritati relinquere, ne eo mortuo ad dominum rediret. Quæ reſolutio æquè procedit ſiuè titulus acquiſitionis lucratiuus ſit ſiuè oneroſus, nàm in contractu oneroſo affectionis ratio habetur, *l. ſi venditor ff. de ſeru. exportãd. l.* 1. *ff. ſi ſine manumiſ. ad libertat. peruener.* Vnde etſi concedens liberalitatem nullam exerceat, benè poterit contemplatione filiorum emphyteutæ cum eo paciſci, vt ad ipſos poſt mortem eius emphyteuſis deueniat, quod parens tenebitur obſeruare, vt notum eſt. Rurſus in liberali conceſsione, ſi dominus ſolũ inſpexerit perſonam parentis, cui totũ beneficium conferre voluit, vt nedum ſibi haberet, ſed etiam in ſuam poſteritatem rem titulo emphyteutico transferret, nihil ad liberos ſpectat, niſi parentis iudicio aliquid conſequãtur, etenim cum quid conceditur, etſi verba aliud ſonent, ei quæritur, cuius contẽplatione datur. *l. profectitia* 5 *§.* 1. *ff. de iur. dot. l. ſed & ſi plures* 10. *§ in arrogato ff. de vulgar.* vbi Bart. & communiter ſcribẽtes. Bald. *in l. cum oportet, nu.* 4. *C. de bon. quæ liber.* Cyriac. *tom* 2 *controu.* 377. *nu.* 24. Menoch. *conſ.* 192. *nu.* 10. Quæ doctrina ad præmiſſam diſtinctionem maximè conducit, & ex his excluditur tertia ſententia principaliter titulũ oneroſum & lucratiuum diſtinguens, nam vbi concedens erga nominatos affectionem non habuit, nihil intereſt, quo titulo conceſſerit, cum patrem duntaxat beneficio afficere voluerit.

Sed dicet aliquis: Ex eo, quod pater ac- 34 cipit emphyteuſim pro liberis, etiã ſui ipſius contemplatione videtur velle illis ſtatim ius acquirere, vt ſe mortuo, ſuccedant, quod ius ab eis auferre non poteſt, argumẽt. *l. id quod noſtrum* 11. *& l. nemo poteſt* 86 *ff. de regul. iur.* nam reſpõdetur, hanc præſumptionem veram nõ eſſe. Primò, quia indubijs renunciatio proprij iuris præſumenda non eſt, Carleual. *de iudic. tom* 2. *tit.* 3. *diſp.* 19. *nu.* 14. *& diſp.* 23. *nu.* 42. *cum ſeqq.* Vaſconcel. *lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 37. Ergo parens dum pro liberis ſtipulatur, non aufert ſibi facultatem diſponẽdi de re emphyteutica, aut prælegandi eam filio magis grato ac de ſe benemerito. Secundò diſpoſitio hominis creditur iuri conueniens. *l. hæredes mei §. Cum ita ff. ad Trebellian.* Menoch. *conſ.* 999. *n.* 37. D. Couar. *practicar. cap.* 38. *nu.* 4. Atqui cum lex defert parenti, a liberis ius patronatus, intelligitur reſeruata manumiſſori facultas ad aſsignandum libertum vni ex illis, *l.* 1. *& per tot. ff. de aſsign. libert.* Igitur idem de ſtipulatione pro emphyteuſi ſentiendum eſt, quo argumento ſaltim conuincitur licere primo acquirẽti emphyteuſim vni ex nominatis prælegare, aut concedere.

Reſtat nunc vt ſatis faciamus c. 1. *de ſuc-* 35 *ceſsion. feud.* quod à D. Couar. adducitur, nàm

nàm etſi in feudis verũ ſi, patrem etiam primò acquirentẽ non poſſe de feudo diſponere, ſed eſſe æqualiter inter filios hæredes diuidendũ; hoc in emphyteuſi obſeruandũ non eſt, ſiquidem nõ valet de illo ad iſtam argumẽtum, vt dictum eſt *ſup. n. 6.* maximè vbi manifeſta diuerſitatis ratio reperitur, vt in præſenti; feudum enim eſt beneficiũ, quod tribuitur ob officium, cum vaſſalli iuuare, & obſequi domino teneãtur, vt alibi diximus, cuius intereſt plures habere, & ſic quod ad omnes filios feudatarij æqualiter cõmodum perueniat, à quibus æquale ſeruitium ſibi exhibendũ eſt, quare parens nihil in præiudicium filiorũ diſponere in feudo poteſt, quoniam ex hoc ius domini læderetur, Menoch. *d. conſ. 161. n. 22.* in emphyteuſi verò prædicta nõ procedunt, quæ ſolum ob penſionẽ datur, quapropter nihil refert domini, an ad omnes filios emphyteutæ, vel ad vnum res emphyteutica transferatur, imo magis expedit illi canonem ab vno, quam à pluribus pro parte recipere, Mareſcot. *ſup. lib. 1. cap. 3. num. 8.*

Ex quibus reſolutionem traditã *ſup. n. 33.* tenent Molin. *d. cap. 10. n. 71. verſ. Si vero ſolum*, Trentacinq. *d. tit. de iur. emphyteut. reſol. 3. n. 4. 5.* Clar. *vbi ſup. n. 2. in fine*, Menoch. *vbi proximè, nu. 6. ad 13.* And. de Yſernia *in cap. 1. §. Eſt & alius, nu. 6. de alienat. feud. paterni*, Camerar. *in repet. cap. 1. an agnat. vel fil. q. 16. n. 117.* Natta *conſ. 475. nu. 5. 12. cum ſeqq. lib. 2.* Valaſc *num. 8.*

36 Sed ſi emphyteuſis ſimpliciter pro patre, ac filijs conceſſa appareat, lateatque cuius cõtemplatione data ſit, adhuc dicendũ eſt, licere patri acquirenti de illa diſponere, quia præſumẽdum eſt, quod veroſimilius iudicatur, ſcilicet concedẽtem non curaſſe de ſucceſsione emphyteutæ, ſed ipſius perſonam ſolùm inſpexiſſe, cuius intuitu etiam deſcendentibus, quos fortè ignorabat, emphyteuſim conceſſit, niſi ex coniecturis cõtrarium colligatur, veluti, ſi nomen filiorũ in ſtipulatione fuerit expreſſum. Ita ſentiunt præallegati DD. & plurimi alij apud Menoch. *nu. 26.* qui tamen in feudo cõtrariũ ſuſtinet omnino vidẽdus *à n. 15*

37 Eſt tamen animaduertendum, quod licèt pater nequeat nocere filijs in emphyteuſi eorũ contemplatione ſibi & illis conceſſa, nihilominus ſi in dominum directũ delinquat aliquid faciens, propter quod iuxta legẽ contractus res emphyteutæ aufertur, vt ſi a ſolutione penſionis ceſſet per tẽpus iure præſcriptũm, hoc præiudicium illis generabit, nã res omnino libera in perpetuũ reuertetur ad dominũ, vt bene probat Valaſc. *d. q. 49. n. 2.* & in feudo idem tenent cõmuniter DD. vt teſtantur Trentacinq. *n. 16* Clar. *in §. Feudũ. q. 66. n. 12.* Ex quo nota fallẽtiã ad principiũ illud, cuius pluribus laudatis, meminimus *ſup. hoc lib. c. 8 n. 98.* nẽpè quod prohibitus alienare ex contractu propter alicuius detrimentum non poteſt nec delinquendo eiſdem præiudicare. Hoc inquam fallit ob emphyteutici contractus naturam.

Verſ. *Quarta concluſio.*

38 Agitur in præſenti de emphyteuſi mixta iuxta diuiſionẽ ſupra poſitam *n. 25.* in qua proculdubio cõpertum eſt, quod ſi pater pro ſe ac filijs hæredibus ſtipuletur, poterit eam vni eorũ prælegare in aliorum præiudiciũ, Molin. *d. n. 71.* Pat. Vazq. *d. dub. 17. n. 60.* Valaſc. *d. q. 49. n. 2. verſ. Tertium caput eſt.* Pat. Molin. *diſp. 478. n. 8.* Cald. *q. 24. n. 23.* Bene *d. dubit. 16. n. 5.* Clar. *d. §. emphyteuſis, q. 16. n. 3.* Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. 1. q. 7. nu. 12.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 377. n. 8. 9.* Pariſius *quotidian. lib. 3. q. 6. n. 2.* Menoch. *d. conſ. 161. n. 5.* Mareſcot. *ſup. lib. 2. cap. 120. n. 15. 16.* Quod ſtrictè in feudo procedit, modo domini interueniat conſenſus, vt obſeruant Mareſcot. Menoch. & alii *vbi proximè*.

39 Quæ reſolutio pariter procedit ſiuè emphyteuſis, vel feudum nouum ſit, id eſt, primitus comparatum per eum, qui vni ex filijs aſsignare vult, ſiuè antiquũ: ab anteceſſore ſcilicet per ſucceſsionẽ acquiſitũ; vtroque enim caſu licebit parenti ex comprehenſis quem maluerit, eligere, Mareſcot. *n. 16.* Pat. Molin. *vbi proximè*, Valaſc. *d. verſ. Tertium caput.*

Ibi: *Ea ratione, quod filius hæres patris.*

40 Hanc rationẽ approbarunt omnes laudati nuper, qui ſe cõcluſioni ſubſcripſere. Sed & aliam adijci poteſt ex obſeruatis *ſup. n. 33.* quoniã ſcilicet parẽti licuit illis præiudicium inferre, quibus nullum ius adhuc quæſitum erat conferendo, ſiue aſsignando rem emphyteuticam vni ex comprehenſis, etenim ſi pater poteſt alienare in quẽ voluerit, rem emphyteuticã ex pacto, & prouidentia ſimpliciter quæſitam, vt dictum eſt *ſup. num. 33.* à fortiori idem dicendum eſt de emphyteuſi mixta, in qua, omnes conueniunt, acquirenti plus iuris eſſe ad filiorũ præiudicium. Quæ bene adnotat Clar. *d. quæſt. 16. num. 3.*



41 Nota, concluſionem D. Couar. ab aliquibus limitari, quando filius adit hæreditatem patris cum beneficio inuentarij, quo caſu non impeditur hæres factum anteceſſoris impugnare, niſi tantum ex hæreditate percipiat, quantũ in ex emphyteuſi poſſet habere, vt ex alijs obſeruat Clar. *vbi proximè*. De quo vide Valaſc. *num. 3.* qui oppoſitum optimo fundamento reſoluit vtriuſque partis Authoribus laudatis.

Verſ. *Quinta concluſio.*

42 Emphyteuſis pro ſe ac filijs accepta competit his, quanquam hæredes patri non exiſtant; hanc concluſionem tam in Eccleſiaſtica, quàm priuatorum conceſſione tuẽtur Clar. *d. §. Emphyteuſis, quæſt. 37. num. 1.* Pat. Molin. *diſp. 473. num. 3.* Gamma *Luſitan. deciſ. 8. num. 6. 7.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de iur. emphyteut. reſol. 3. num. 7.* Caldas *ſup. quæſt. 22. num. 19. 20.* Pat. Vazq. *ſup. verſ. Tertio, ſi emphyteuſis*, Mareſcot. *ſup. lib. 1. cap. 74. num. 8.* Gail *practicar. obſeruation. lib. 2. obſeru. 128 num. 18.* Surd. *deciſ. 324.* Cancer *variar. part. 3. cap. 15. à num. 122.* Pinell. *in l. 1. part. 3. num. 85. C. de bon. matern.* Matienço *in l. 5. gloſ. 1. tit. 6. lib. 5. Recopil.* Amat. *variar. lib. 2. reſolut 84. num. 63.* vbi innumeros refert, & *num. 65.* cum alijs non paucis idem in feudo ex pacto, & prouidentia docet.

43 Huius ſententiæ ratio eſt, quia in contractibus verba ſtrictè accipienda ſunt, & iuxta eorum proprietatem, vt probauimus *ſup. num. 9.* & cum pater ſtipulatus fuerit pro filijs ſufficit, quod hæc qualitas in ſucceſſore reperiatur, ſiquidem filiorum appellatione hæredes non comprehenduntur, vt notum eſt.

Ibi: *Tametſi Bartolus ibi,*

44 Quod præcedens concluſio ſolùm in emphyteuſi Eccleſiaſtica procedat, quia eius naturæ eſt, vt ad hæredes extraneos non tranſeat, ſed deſcendentibus iure ſanguinis regulariter deferatur, non autem in ſeculari cum Bartolo ſentiunt Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 48. num. 1. 10. cum ſeqq. & conſ. 309. num. 25.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 17. à num. 8.* Aluar. Valaſc. *quæſt. 44. num. 6.* quamuis contrariam fortè veriorem dixerit, Alciat. *de præſumption. reg. 1. præſ. 31. à princip.* Caſanate *conſ. 45. ex num. 45.* & permulti alij apud Amat. *num. 66.* inter quos D. Couar. in præſenti allegatur, quaſi in hac opinione reſideat, & ita verum eſt, vt profitetur *infra num. 7. verſ. Si proximè.*

Hæc opinio nititur doctrinæ gloſ. 45 *verb. proderit in l. ſi tibi 18. §. Si pactus, ff. de pact.* quam ſequuntur Bart. & alij ibi, Alciat. *ſup. reg. 1. præſ. 31. & reg. 3. præſ. 32. num. 2.* Menoch. *ſup. præſ. 48. num. 1.* cum pluribus, qui omnes cum prædicta gloſſa aſſeuerat, patrem præſumi pro filijs tanquam hæredibus ſtipulari, ex rationibus traditis à Menoch. *n. 2.*

At illa opinionum contrarietas quoad 46 emphyteuſim ſecularem tolli fortaſsis poſſet ſub diſtinctione, de qua *ſup. num. 33.* nam prior procedit, quando filiorum gratia emphyteuſis pro ipſis conceditur, ſiquidẽ ſtatim ius quæruut, collatum tamen poſt mortem genitoris, à quo nihil accipiunt, ſed à domino, quare cum pater ſtipulatur pro filijs, præſumi non debet, quod tanquam pro hæredibus ſtipuletur quandoquidem illis ex contractu ius quæritur immediatè voluntate alterius, qui cum patre contraxit, & hoc caſu gloſſæ doctrina non procedit. Poſterior autem opinio, & hæc gloſſa, locum obtinebit, cum ſola parentis contemplatione emphyteuſis datur, nam tunc nullum ius liberis, pro quibus ſtipulatur, acquiritur, ſed duntaxat ſtipulanti, vt illam poſteritati ſuæ relinquere valeat, atque ita liberi iudicio, & voluntate patris indigent, & in hac ſpecie omninò credendum eſt, quòd parens ſtipulatur pro illis tãquam hæredibus, vt ſibi proſpiciat, ne ad eos res emphyteutica ſua induſtria, vel pecunia acquiſita perueniat, qui ſucceſsionis paternæ onus recuſauerint, cum expediat defunctis, ſucceſſoribus non carere, vt ait Menoch. *vbi proximè.*

Num. 3.

Vt filius cõſequatur emphyteuſim, quã 47

parens pro ſe, & filijs hæredibus recepit, hæres ille debet exiſtere, Trentacinq. *d. reſolut. 3. num. 8.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 17. dubit. 16. à n. 7.* Valaſc. *ſup. num. 8.* Pat. Molin. *vbi proximè, num. 4.* Amat. *d. reſolut. 84. num. 67.* Pat. Vazq. *ſup. verſ. Quartò, ſi detur,* Gratian. *diſceptat. cap. 351. à princip.* Caldas *quæſt. 23. num. 20.* Tuſch. *lit. E. conc. 147. à num. 9.* Merlin. *ſup. lib. 2. tit. 1. quæſt. 7.* Mantica *d. lib. 22. tit. 17. num. 4.* Menoch. *conſ. 772. num. 6.* Mareſcot. *ſup. lib. 1. cap. 2. num. 19.* Clar. *d. quæſt. 37. num. 2.* & alij plures apud Amat. *ſup.* Quæ concluſio indiſtinctè admittitur, ſiue Eccleſiæ, ſiue priuati emphiteuſis ſit, vt aduertunt Clar. Valaſc. Molin. cum alijs ex prælegatis.

Ibi: *At ſi quæratur an emphyteuſis.*

48 Circa dubium hoc Pat. Molin. *diſput. 473. num. 4.* ita diſtinguit. Aut emphyteuſis recipitur pro filijs hæredibus, & nullo modo veniunt hæredes extranei, etiamſi à priuato concedatur. Aut ſub hàc forma ſtipulatur: *Pro filijs, & hæredibus.* Et ſub diſtinguendum erit, nam in feudo, vel emphyteuſi Eccleſiaſtica, quæ ad extraneos, niſi exprimatur, non tranſit, ſolùm filij hæredes cenſentur comprehenſi, ſed in ſeculari emphyteuſi etiam extranei ſucceſſores vocati intelliguntur; coniunctio enim illa, &, diſpoſitionè ampliat ſecùndùm naturam conceſsionis, à qua verba dubia interpretationem accipiunt, vt alibi probatum eſt. Cui doctrinæ adſtipulantur Valaſc. *num. 9.* Pinell. *in l. 1. part. 3. num. 90. illat. 5. C. de bon. matern.* Quanuis cõmuniter prima diſtinctione omiſſa, ſecunda probetur, vt videre eſt apud Vazq. *num. 61.* Cald. *d. quæſt. 23. num. 20. 22.* & *quæſt. 24. n. 38.* Bene *ſup. num. 9. 10.* Trentacinq. *vbi proximè,* ſed à Molina non diſcederem.

Ibi: *Idem omninò dicendum eſt.*

49 Si quis emphyteuſim pro ſe, & hæredibus ſuſceperit, non aliter eius filij ad eam admittentur, niſi paternam ſucceſſionem amplectantur; Vazq. *ſup. verſ. Quinto ſi emphyteuſis,* Valaſc. *d. quæſt. 44. num. 11. 12. 14.* Molin. *vbi proximè,* Trentacinq. *num. 11. verſ. Contra hunc, in fin.* Clar. *§. Feudum, quæſt. 9. num. 7.* Menoch. *conſ. 197. num. 54.* Merlin. *ſup. quæſt. 6. à num. 5.* Cyriac. *tom. 1. controuerſ. 128. num. 4. 5.* Cald. *quæſt. 23. num. 24.* Quod vtique in emphyteuſi Eccleſiaſtica procedit, vt D. Couar. aduertit paulò inferius, de qua expreſsim Trentacinq. Valaſc. Cyriac. Cald.

50 Quoad huiuſmodi emphyteuſim notandum eſt, quòd ſi fuerit Eccleſiæ extranei hæredes repelluntur regulariter iuxta magis receptam ſententiam, de quo tamen maxima extat controuerſia, vt conſtat ex D. Couar. *ſup. cap. proxim. num. 5. verſ. Quarta concluſio,* Clar. *§. Emphyteuſis, quæſt. 28. num. 6.* Trentacinq. *à n. 9.* qui latiſsimè agit. Quod ſi priuatus dominus ſit, procuidubio hæres extraneus emphyteuſim obtinebit, Clar. *vbi proximè,* Menoch. *conſ. 216. num. 5.* Gigas *de crimin. læſ. Maieſtat. lib. 2. tit. de pœn. quæſt. 6. num. 6.* Pat. Molin. *diſp. 472. num. 4.* Alexand. *in l. quod dicitur, n. 26. ff. de verbor. obligat.* Pinell. *ſup. n. 89.* Valaſc. *n. 14.* Cald. *d. q. 23. n. 23.*

Ibi: *Huic etiam opinioni ſuffragatur.*

De his *ſup. cap. proxim. num. 82. & cap. hoc, num. 2.*

Ibi: *Ex quibus deducitur.*

Adde laudatos *ſup. n. 52.*

Ibi: *Poſſet forſàn opinio Pauli Caſtrenſis.*

51 Emphyteuſis tam Eccleſiæ, quam priuati conceſſa Caio pro ſe, eiuſque hæredibus maſculis, vel de ſuo corpore natis ſolùm ad liberos hæredes poteſt peruenire, Molin. *diſp. 473. num. 5.* Valaſc. *quæſt. 44. num. 13.* Menoch. *conſ. 160. num. 42.* vbi plures, Clar. *§. Feudum, quæſt. 9. num. 9.* Idem eſt ſi pro hæredibus legitimis concedatur, Molin. *num. 6.* Valaſc. *num. 16. 18.* & alij apud Cald. *quæſt. 24. num. 39.* Verba enim quæ dictioni: *Hæredibus,* adijciuntur eius vim minimè tollunt, ſed ad excluſionem extraneorum, fœminarũ, vel illegitimorum deſeruiunt, Molin. *n. 6. & diſp. 474. n. 13.* Cald. *n. 37.* Clar. *vbi proximè, verſ. Sed tu hic.*

Ibi. *Cui & illud ſuffragatur.*

52 Quoties in feudorum ſucceſsione mẽtio hæredum fit, de maſculis intelligitur, Molin. *diſput. 473. n. 5. in fine,* Clar.



*d. quæſt. 9. num. 6. verſ. Et in hoc propoſito,* Cald. *quæſt. 23. num. 24.* Menoch. *conſ. 722. num. 69.* Zaſi. *in epiſt. feud. p. 8. n. 36.*

Ibi: *Et tamen feuda his verbis concepta.*

53 Feudum pro hæredibus conceſſum hæreditarium iudicatur, ita vt qui hæres nõ eſt, ab eo excludatur, quanquam ex liberis ſit, Clar. *num. 7.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de feud. reſolut. 2. num. 4.* Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditib. cap. 2. §. 2. dub. 18. num. 63.* Valaſc. *quæſt. 44. num. 12.* Molin. *num. 4. in fine,* Cald. *quæſt. 22. num. 24.* Menoch. *conſ. 1. ex num. 308. ad 315.* Gail. *lib. 2. obſeruat. 154. num. 7.* Merlin. *d. tit. 1. q. 4. n. 1.* De emphyteuſi dictum eſt *ſup. n. 52.*

54 Eſt obſeruandum, emphyteuſim, vel feudum hæreditarium duplici ſenſu dici, nam aliud eſt hæreditarium ſimpliciter, quod omnibus hæredibus indiſtinctè conuenit, & aliud, ad quod nullus admittitur, niſi hæres ſit, tamen non cuicũque hæredi datur, quia requirit etiam aliam qualitatem, vt puta conſanguinitatem, aut maſculinitatem, & hoc hæreditarium mixtũ nuncupatur, vt obſeruat Clar. *d. q. 9. & q. 83. n. 2.* Molin. *diſp. 472. n. 2.* In qua ſecũda acceptione emphyteuſis, vel feudũ pro hæredibus maſculis cõceſſum à D. Couar. hic hæreditarium appellatur, quandoquidem vtrumque deſideratur, & quod ex liberis ſit, & hæres.

Ibi: *Feudum ex ſua natura non tranſit ad filius.*

55 De natura feudi eſt, vt filius non admittatur ad illius ſucceſsionem, qui patris feudatarij hæreditatem repudiauerit, Clar. *§. Feudum, quæſt. 76. nu. 1.* Vazq. *d. dub. 18. in princip.* Valaſc. *quæſt. 44. à princip.* Trentacinq. *vbi proximè, num. 2.* Molin. *diſp. 472. num. 7. & diſp. 477. num. 4.* Agnati vero tranſverſales, vbi feudum hæreditarium non eſt, non prohibentur, repudiata hæreditate anteceſſoris feudum capere, Molin. Vazq. & alij *vbi proximè,* Roland. *conſ. 2. in fine lib. 1.* Menoch. *conſ. 1. n. 317.* Valaſc. *q. 44. n. 4.* De quo *infra ex num. 62.*

Num. 4.

56 Feudum ſi ſimpliciter, non facta liberorum, aut hæredum mentione, concedatur, ſolùm ad liberos pertinebit, extraneis hæredibus remotis, Gregor. Lop. *in l. 6. gloſ. 4. tit. 26. part. 4.* Vazq. *d. dub. 18. in princip.* Clar. *quæſt. 83. num. 1.* Molin. *diſp. 473. n. 2.* ſentit Valaſc. *q. 44. n. 2.* Licèt aliud inſinuare videatur, loquitur enim procuidubio de hæredibus deſcẽdẽtibus dũtaxat. Ratio eſt, quia feuda cenſentur in dubio ſecundùm propriam naturam conceſſa, Bald. *in prælud. feudor. n. 46.* Menoch. *conſ. 443. num. 41.* De natura autem feudorum eſt, vt ſolùm ad deſcendentes tranſeat, niſi aliud conuenerit, *l. 6. 7. tit. 26. part. 4.* Clar. *ſup. quæſt. 9. num. 6.*

57 Quòd reſtringendum eſt ad maſculos, nam fœminæ regulariter à ſucceſsione feudi cenſentur remotæ, niſi expreſsim vocentur, aut feudum primo fœminæ concedatur, ſiue conſuetudo, quod illæ in feudum ſuccedant, vel ſi empticium fuerit, aut nullum ſeruitium exigat, ſiue tale, quòd poſsit æque per fœminas, ac per maſculos exhiberi, quibus caſibus fœminæ aptæ ſunt ad capiendum feudũ, atque ita ſi ſimpliciter accipiatur illis deferretur, maſculis deficientibus, quod latè tradunt Clar. *d. §. Feudum, quæſt. 73.* Molin. *diſp. 474. à princip. vbi num. 7. 8.* an fœmina ſemel admiſſa ob defectum maſculorum, his ſuperuenientibus feudo priuetur? & è contra vtrum excluſa propter maſculum, eo deficiente, iterum admittatur?

58 Licet autẽ ad feudum ſimpliciter acceptum deſcendentes omnes primò acquirentis vſque in infinitum regulariter admittantur, aliter de iure Regio Hiſpano dicendum eſt, ſecundum quod feudum nepotem primi feudatarij non trãſgreditur, *l. 6. tit. 26. part. 4.* & ibi Gregor. Lop. *gloſ. 7.* vbi ſic apud nos obſeruari teſtatur, atque ita idem de feudo ſimpliciter accepto dicendum eſt, cum contractus iuxta ſtatutum, & conſuetudinem interpretentur, vt diximus, *ſup. numer. 21. 22.*

Verſ. *Secundùm, hac in quæſtione.*

59 Prænotandum eſt, aliud eſſe feudum hæreditarium, & aliud ex pacto, & prouidentia, ſeu familiare, feudum autem hæreditarium nuncupatur, in quod ſuccedere nullus poteſt, qui hæres non ſit, vt cum conceditur pro ſe, & fi-

lijs hæredibus, aut pro hæredibus familiare, ſiue ex pacto & prouidentia illud cenſetur, ad quod iure ſanguinis, quis admitti valet, quanquam in hæreditatem non ſuccedat, quòd ſub hac forma dari ſolet; Pro liberis, aut deſcendentibus, nõ facta hæredum mentione. Dicitur ex pacto, & prouidentia ad diſtinctionem hæreditarij, nam hoc prouenit facto vltimi poſſeſſoris, à cuius diſpoſitione pendet hæreditaria ſucceſsio, illud facto, ac prouidentia primò acquirentis, & domini, qui conceſsit, Trentacinq. *d. reſol. 2. num. 4.* & quanuis termini hi diſpliceant Pinell. *in d. l. 1. part. 3. num. 84. C. de bon. mater.* & Valaſc. *quæſt. 43. num. 2.* tamen cõmuniter ab Interpretibus præfacta diuiſio approbatur, de qua Molin. *diſp. 472.* Cald. *quæſt. 23. num. 14.* Clar. *d. quæſt. 9. à princip.* Gregor Lop. *in l. 6. gloſ. 4. tit. 26. part. 4.* Trentacinq. *vbi proximè.* Idem dic de emphyteuſi.

60 Sed licèt certum ſit in feudum, vel emphyteuſim hæreditariam ſuccedere non poſſe, qui hæres non ſit, maximè dubitatur, an neceſſariò requiratur aditio hæreditatis vltimi poſſeſſoris, vel ſufficiat primum acquirenti per parentes mediatè ſuccedere, & ſic eſſe hæredem hæredis primi feudatarij, vel emphyteutæ, & quod ſatis ſit ſuccedere ei, qui primitus feudum obtinuit, placet Clar. *d. quæſt. 9. num. 5.* Paris. *conſ. 23. lib. 1.* Valaſc. *quæſt. 44. num. 19.* Alexand. *conſ. 10. num. 8. lib. 3.* Cald *ſup. quæſt. 22. num. 39.* Roland. *conſ. 23. num. 44.* Pinel. *d. part. 3. num. 91.* Gozadin. *conſ. 8. num. 11.* Merlin. *ſup. q. 6. num. 8.* Rota *deciſ. 464. num. 6. part. 1. in nou.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. cap. 11. num. 47.*

61 Contrarium tamẽ ſcilicèt vltimo poſſeſſori eſſe ſuccedendum neceſſariò probarunt Pat. Molin. *diſput. 472. num. 10.* Tondut. *quæſtion. ciuil. cap. 86. num. 11.* Iacob. Beluiſ. *in cap. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis,* Thom. Marin. *de feud. tit. 5. num. 34.* Menoch. *conſ. 498. num. 8.* Scaccia *de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1454.* Iſernia *in d. cap. 1. in princ. num. 2. an agnat. vel fil.* Burſat. *conſ. 132. num. 31.* Freccia *in commentar. de ſubfeud. lib. 3. tit. de differentia int. feud. ex pact. & prouid. & hæreditar. verſ. 11.* Mangil. *de imputat. quæſt. 37. num. 28.* Quod verum eſt tam in feudo ſimpliciter hæreditario, quàm in mixto, de quo loquuntur Marin, Burſat. Scacia, & Mangil. quos ſequitur Merl. *q. 7. n. 8.*

Circa præſentem D. Couar. aſſertio- 62
nem eſt inter DD. ingens controuerſia, quidam enim opinantur, *cap. 1. an agnatus, vel fil.* ſolùm procedere in feudo hæreditario, vel mixto, non autem in familiari, ſiue ex pacto & prouidentia, exiſtimantes ad hoc acquirendum non deſiderari, quòd filius patri poſſeſſori hæres exiſtat, hi ſunt Gregor. Lop. *in l. 6. gloſ. 4. tit. 26. part. 6.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de feud. reſolut. 2. num. 4.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 8. num. 5.* Olaſch. *deciſ. 161.* Bald. *in d. cap. 1. num. 8.* Pinell. *ſup. num. 85.* Clar. *d. §. Feudum, quæſt. 76. num. 3.* & plurimi, quos laudat Trentacinq. *num. 3. verſ. Cum igitur,* qui rationes huius opinionis refert omninò videndus.

Sed ab hac opinione recedunt, etiam 63
non pauci, qui cum D. Couar. ſentiunt, *d. cap. 1.* agere de feudo ex pacto & prouidentia, in quod filium vltimi feudatarij ſuccedere non poſſe, affirmant, niſi paternam agnouerit hæreditatem, quod verius credo. Ita Pat. Molin. *diſput. 472. num. 7.* Valaſc. *quæſt. 44. num. 5.* Vazq. *d. dub. 18. num. 63.* Cald. *quæſt. 23. num. 14.* Marant. *in l. is poteſt, num. 12. ff. de acquir. hæredit.* Capyc. *deciſ. 97. num. 2.* & alij apud Trentacinq. *dict. num. 3. in princip.* qui ſequentibus concluſionibus poſt Clarum. *d. q. 76.* rem exponit.

Prima eſt, quòd ſi feudum ſit nouum, 64
indiſtinctè ſiue fuerit hæreditarium, ſiue ex prouidentia nequit acquiri ab aliquo qui hæres non extiterit poſſeſſori, nam cum in eo præiudicare valeat comprehenſis, feudum non differt à bonis allodialibus, quare, qui hæreditatem non adit, nec illud capere permittitur. Quæ reſolutio poſſet intelligi ſecundùm diſtinctionem de qua *ſup. num. 33.* ſi enim feudum ſit ex pacto, & prouidentia, & filiorum ſeu familiæ contemplatione conceſſum, etiamſi nouum ſit, filius quidem ſuccedet in illud, etſi hæres non ſit, modo, paternam non repudiet hæreditatem, iuxta dicenda inferiùs, *numer. 70. dict. cap. 1. an agnat. vel fili.* Agnatus verò tranſverſalis admittendus erit, adhuc hæreditate repudiata primi feudatarij ſecundùm intellectum, quem *ſup.* probauimus, *numer.* præcedenti. Ratio eſt,



eſt quoniam: primò acquirens feudum, vel emphyteuſim contemplatione filiorum, aut familiæ ſuæ non valet comprehenſis præiudicium inferre, ex quo ceſſat fundamentum, quo Clar. ac Trentacinq. vtuntur, ad quæ cõducunt tradita per Menoch. *conſ. 504. n. 32.*

65 Secunda eſt, ſi feudum ſit antiquum hæreditarium ſimpliciter, vel mixtum, nemo illud quærere permittitur, qui hæres non ſit, in quo omnes conueniunt, vt ex pluribus probat Amat. *variar. lib. 2. reſolut. 84. num. 68.* Menoch. *conſ. 191. num. 80.* Quæ intelligas iuxta notata *ſup. num. 60. 61.*

66 Tertia, ſi feudum antiquum fuerit ex pacto, & prouidentia filius etiam vltimi poſſeſſoris, omiſſa eius hæreditate, ad illud admitti poteſt. in quo D. Couar. aduerſantur, ſentientes, *d. cap. 1.* procedere in feudo hæreditario duntaxat, & ad argumentum contrariorũ reſpõdent, quod ibi non ſtatuitur abſolutè, vt agnatus non hæres in feudum ſuccedat, ſed quod non teneatur ſuccedere vltimo poſſeſſori, ſicut filius eius: tamen debet eſſe hæres primi feudatarij ſaltim mediatè, quod ad feudum hæreditarium obtinendum, ſatis eſſe arbitrantur. Adhuc à D. Couar. interpretatione recedendum non eſt, qui *d. cap. 1.* intelligit de feudo ex pacto, & prouidentia. Ex quo hæc concluſio diſplicet.

Verſ. *Primum ſimpliciter.*

67 Feudum ſi ſimpliciter accipiatur, nulla hæredum, aut liberorum facta mentione, filius illud acquirere non valet paterna hæreditate repudiata, iuxta *d. cap. 1. an filius,* Vazq. *ſup. dub. 18. verſ. Sed videndum,* Clar. *d. quæſt. 76. num. 2.* Menoch. *conſ. 1. num. 312.* Pat. Molin. *diſp. 473. num. 2.* Secùs agnatus, qui vltimi poſſeſſoris omittens ſucceſsionem feudum conſequi valet, vt omnes ferè præcitati docent, à quibus diſcedit Trentacinq. *num. 4. verſ. Si verò cum ſeq.* qui opinatur feudum illud ex pacto, & prouidentia cenſeri, atque ita poſſe filium, omiſſa paterna hæreditate, in id ſuccedere, & iuxta propriam opinionem loquitur conſequenter, contra D. Couar.

68 Rurſus extat alia communis ſententia, quæ habet, feudum in dubio, vt in hac ſpecie, præſumi hæreditarium, quam tenent gloſ. *in cap. 1. quib. mod. feud. conſtit. pot.* Iſernia *in c. 1. §. Simile, quib. mod. feud. amittat.* Alexãd. *conſ. 26. volum. 5.* Afflict. *deciſ. 140.* Natta *conſ. 634. num. 6. lib. 3.* Valaſc. *quæſt. 43. num. 3. verſ. In dubio.* Gregor. Lop. *ſup. d. gloſ. 4.* Tondut. *quæſtion. ciuil. cap. 85. num. 8.* Gratian. *diſcept. cap. 451. num. 17.* & alij apud Menoch. *conſ. 1. num. 309.* ſecundùm, quàm hoc feudum ſimpliciter acceptum hæreditarium eſt non ex facto, & prouidentia aduerſus D. Couar. qui ſentit eſſe non hæreditarium. & ita tenendum eſt, quia feuda ex ſua natura non iure hæreditario, ſed ſanguinis deferuntur, ſed tamen filius illud non capiet, repudiata patris hæreditate, ex *d. cap. 1.* Vide infra, *n. 74.*

Verſ. *Secundo, feudo ita conuento.*

Feudum alicui datum pro ſe eiuſque 69
liberis, nequit deſcendens ab vltimo poſſeſſore quærere, niſi huius hæreditatem ſibi delatam acceptet, ſecùs agnatus, qui non ſit ex liberis, quod ſpecialiter ob parentum reuerentiam receptum eſt, vt habetur *in d. c. 1.* & notant Valaſc. *de iur. emphyteutic. quæſt. 44. num. 5.* Molin. *diſput. 472. num. 7.* Gregor. Lop. *ſup.* Pat. Vazq. *vbi proximè.* Eſtque feudum hoc ex pacto, & prouidentia, Clar. *§. Feudum, quæſt. 9. num. 3.* Vazq. & Gregor. Lop. *vbi proximè.* Molin. *diſp. 473. num. 1.* Caldas *de nominat. emphyt. quæſt. 12. num. 37.* Pinell. *in l. 1. part. 3. nu. 84. C. de bon. matern.* Valaſc. *quæſt. 43. num. 2.*

Eſt animaduertendum ad intellectum, 70
*d. cap. 1.* quod, vt filius, vel deſcendens vltimi poſſeſſoris feudum ex pacto, & prouidentia conſequatur, non eſt opus præcisè, quòd illi exiſtat hæres, ſed duntaxat, quod delatam ſibi hæreditatem non reſpuat, quaſi indignus eo beneficio exiſtimetur, qui paternam ſucceſsionem contemnit. Vnde ſi voluntate parentis ad ſucceſsionem hæreditariam venire non poſsit, hoc minimè ei imputabitur, quominus feudum non hæreditarium percipiat, vt obſeruat Trentacinq. *d. reſolut. 2. num. 4. verſ. Si verò tenere,* Molin. *diſput. 477. num. 4.* Iſernia *in cap. 1. §. Quid ergo col. vlt. in fin. de inueſtitur. de re alien. facta,* Roland. *conſ. 57. n. 77. volum. 3.* Inde nec filius exhæredatus iuſtè excludetur à feudo antico ex pacto, & prouidentia, quia

patris exhæredatio illi nocere quoad-
hoc nō poteſt, imo quamuis filius exhæ-
redaretur à patre primum acquirenti,
non priuaretur feudo ſuo nouo non hæ-
reditario ſaltim ex diſpoſitione *d. cap.* 1,
de quo Molin. *vbi proximè*, Valaſc. *quæſt.*
45 Clar. *d. §. Feudum, quæſt* 74. Ratio ho-
rum manifeſta eſt, cum *dict. cap.* 1. de re-
pudiatione loquatur, quæ locum habere
nequit, niſi in eo, qui ſi velit, acquirere
valet ex teſtamento, vel abinteſtato hæ-
reditatem, *l. nolle* 4. *l. is poteſt* 13. *ff. de ac-
quirend. hæredit.* Quod adeo verum exi-
ſtimo, vt quamuis filius à paterna hære-
ditate ex facto patris remotus eam repu-
diet, feudum ex prouidentia, & pacto
auitum poſſet capere, quoniam talis re-
pudiatio nullius momenti eſt, *l. is qui hæ-
res* 13 *ff. eod.* & quod de iure non ſortitur
effectum, nullum præſtat impedimentū,
*cap. non præſtat* 52. *de reg. iur. in* 6. Nec im-
putandum eſt filio exhæredato, aut non
inſtituto, cur aduerſus patris teſtamen-
tum non venerit, propter quod potiùs
laude, quàm pœna dignus eſt, quæ faci-
lius procedunt, ſi filius non mala mente
exhæredetur iuxta *l. multi non notæ* 18 *ff.
deliber. & poſthum.* nā non nocebit quoad
emphyteuſim, vel feudū ex pacto & pro-
uidentia, quamuis exhæredatio fiat à pri-
mo acquirente, qui poſſet liberis præiu-
dicare, argument. *l. ſi patronus teſtamento*
12. *§. Si quis nō mala, l. Paulus* 47 *ff. de bon.
libertor.*

Verſ. *Tertiò deducitur.*

71 Ad feudum conceſſum alicui, eiuſque
hæredibus nullus admitti poteſt, qui hæ-
res non ſit, eſt etenim ſimpliciter hære-
ditarium, vt probauimus, *ſup. num.* 53.
Quicquid teneant aliqui laudati à Va-
laſc. *quæſt.* 44. *num.* 11. & à Cald. *quæſt.* 22.
*num.* 28. quibus placet, eſſe ex pacto &
prouidentia. Sed adhuc admiſſo, quod
ſit hæreditarium, prout verum eſt, con-
cluſioni opponitur communis opinio,
de qua *ſup. num.* 62. quæ habet, *d. cap.* 1.
procedere in feudo hæreditario, atque
ita diſtinguendum eſt inter filium, & ag-
natum iuxta illud, quod tamen non arri-
det. An autem ad obtinendum feudum
hæreditarium neceſſarium ſit, quod ſuc-
cedatur vltimo poſſeſſori, vel ſufficiat,
hæredē exiſtere primo feudatario? oſten-
dimus, *n.* 60. 61.

Verſ. *Quartò, præmiſſis diligenter.*

Licèt feudum hæreditarium non cē- 72
ſeatur eo quod aliquando repudiantem
repellat, & aditionem poſtulet, vt D.
Couar. docet in præſenti: tamen illud
hæreditarium erit, in quod nullus ſucce-
dere valet, qui hæres non exiſtat. Videas
Valaſc. *quæſt.* 43. *num.* 1. & *quæſt.* 44. *num.*
5. Cald. *vbi proximè, num.* 31. Molin. *diſp.*
472. *num.* Vazq. *ſup.* Clar. *d. q.* 9. *n.* 3. &
tradita *ſup. n.* 59.

Pro cuius concluſionis enucleatione 73
obſeruādū eſt ex hucuſque traditis, quod
D. Couar. loquitur iuxta diſpoſitionem,
*cap.* 1. *an agnat. vel fil.* vbi ſecundum ſuam
opinionem agitur de feudo ex pacto, &
prouidentia, & non requiritur præcisè,
vt filius ſit hæres, ſed quod cum poſſit
paternam hæreditatem capere, eam non
omittat, vt diximus *ſup. num* 70. quare
rectè ait non eſſe feudum hæreditarium,
ad quod repudians hæreditatem peruc-
nire prohibetur, niſi aliunde ſit tale.

Verſ. *Quintò, deducitur.*

Feudum ſimpliciter acceptum abſque 74
hæredum, aut liberorum mentione hæ-
reditarium non eſſe, ſed ex pacto & pro-
uidentia firmant Clar *ſup. num.* 6 Vazq.
*vbi proximè* Trentacinq. *d. reſolut.* 2. *n.* 4.
*verſ. Si verò velle mus* Molin. *diſput.* 473.
*num.* 2. de quo *ſup. n.* 56. licet contra ſen-
tiant non pauci, vt dictum eſt *ſup. n.* 68.

Emphyteuſis itidem Eccleſiaſtica ſic 75
data hæreditaria non eſt, imò repudiata
patris hæreditate, defertur; ſecus ſecula-
ris, vt probauimus *ſup. c. proxim. n.* 2. Vn-
dè nota inter hæc eſſe diſcrimē. Feudum
defertur liberis vltimi poſſeſſoris etiam
non hæredibus, modò patris hæredita-
tem non repudient. Emphyteuſis Eccle-
ſiaſtica ad deſcendentes repudiantes hæ-
reditatem paternā tranſit. Secularis om-
nino requirit, quod ſucceſſor ſit heres.

Idem iuris erit quoad feudum, & em- 76
phyteuſim Eccleſiaſticam conceſſam pro
Caio, & ſuis, non eſt enim hæreditaria,
ſed ex prouidentia, Valaſc. *diſp.* 44. *num.*
15. Molin. *diſp.* 473. *num.* 7. & *alij apud*
Cald. *quæſt* 24. *num.* 40. à quibus imme-
ritò deuiat Pineil *ſup. num.* 90. Sed ſi em-
phyteuſis detur à priuato adhuc erit ex
pacto & prouidentia, quoniam intelligi-
tur de deſcēdētibus, Molin. *vbi proximè.*

Verſ.



Verſ. *Sextò, hinc infertur.*

77 Supponendum eſt, quòd feudum con-
ceſſum pro hæredibus maſculis, ſolùm
deſcendentibus conuenit, qui hæredes
ſint, Molin. *ſup. num.* 5. Surd. *deciſ.* 322.
*num.* 77. Cald. *quæſt.* 24. *num.* 37. Thom.
Marin. *de gener. feudor. lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 12.
Valaſc. *ſup. num.* 13. Afflict. *deciſ.* 240.
*num.* 9. Clar. *num.* 9. Menoch. *conſ.* 464.
*num.* 29. & *conſ.* 498. *num.* 5. Cyriac. *plu-
res referens, tom.* 1. *controuerſ.* 4. *num.* 77.
atque ita hæreditarium mixtum eſſe,
notant Molin. Valaſc. Clar. Cyriac. *vbi
proximè.* Vnde licèt Rubei argumentatio
congrua non ſit, concluſio tamen vera
eſt, quàm approbauit D. Couar. *ſup. num.*
3. *verſ. Idem omnino, ad fin.* & ita eſt tenen-
dum, quamuis feudum illud ex pacto, &
prouidentia ſimpliciter, exiſtiment Pi-
nell. *d. part.* 3. *num.* 88. Nicol. Bellon *conſ.*
33. *num.* 2. *vbi communem dicit*, Parii. *conſ.*
63. *n.* 7. *lib.* 3. qui alios refert, Ceuall. *com-
mun. tom.* 2. *q.* 787. *n.* 28.

Verſ. *Septimò, conſtat.*

78 Ad hæc videas tradita *ſup num.* 3. 42.
vbi diximus, emphyteuſim ſimpliciter
cōceſſam, ſi ſit Eccleſiæ, ad liberos, etiam
non hæredes pertinère, item ſecularem
non hæreditariam, vt pro liberis datam,
eis deferri, licèt hæreditatem paternam
non adeant, & *num.* 63. aſſeruimus filium
remoueri à feudo ex pacto, & prouiden-
tia, ſi hæreditatem patris repudiet, ex
quibus locis differentia, de qua hic D.
Couar. apertè colligitur, & in ſpecie eam
notant Pineil. *d. part.* 3. *num* 85. Cald.
*quæſt.* 22. *num.* 22. Vazq. *d. dub.* 18. *verſ.
Sed videndum*, Molin. *diſput* 472. *num.* 7.
Valaſc. *num.* 4. *cum ſeqq.* qui quoad ſecu-
larem emphyteuſim aduerſum D. Couar.
ſentire videtur.

Ibi: *Quando autem dicatur emphyteuſis
hæreditaria.*

Vide *ſup. num.* 54. 59.

Verſ. *Octauò infertur.*

79 Succedens in feudum, aut emphyteu-
ſim non hæreditariam, ſimulque adiens
patris feudatarij hæreditatem, ſiue ei ſe
immiſceans cum inuentarij beneficio non
magis tenetur ex feudo, vel emphyteuſi
creditoribus hæreditarijs ſatisfacere,
quàm ex ſuis proprijs bonis; atque ita ſo-
lùm intra vires hæreditatis extra feudū
poterit conueniri iuxta *l. fin. C. de iur. de-
liberand.* Molin. *diſp.* 477. *num.* 5. Vazq.
*d. dub* 18. *num.* 64. Gamma *Luſitan. deciſ.*
5. Trentacinq. *ſup. num.* 4. *verſ. Si verò te-
nere*, Cald. *quæſt* 24. *num.* 80. Camerat. *in
repetit. d. cap.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 77. *an agnat.
vel fil.* Myſinger. *deciſ. Camer. imperial.
cent.* 3. *quæſt.* 67. Clar. *d. §. Feudum, quæſt.*
43. *num.* 2. Valaſc. *quæſt* 43. *num.* 5. Sed ſi
inuentarium non fecerit ex feudo, vel
emphyteuſi ſoluere compelletur defun-
cti creditoribus heres, quemadmodum
ex bonis proprijs, prout conſtitutum eſt
*in d. l. fin. §. Cum igitur.* Ita Trentacinq. *n.*
5. vbi alij. At ſi hæreditaria ſint, inuenta-
rium non prodeſt, ne heres debita vlti-
mi poſſeſſoris, cuius heredicatem adiuit,
ſoluat, Tondut. *d. cap.* 86. *n.* 12. Mant.
*de tacit. & ambig. conuent. lib.* 23. *tit.* 9. *nu.*
16 Franch. *deciſ.* 764.

Sed principalis concluſio limitatur, ſi 80
æs alienum factum ſit ratione ipſius feu-
di, quia id omninò hæres debebit ſolue-
re, Trentacinq. *n.* 9.

Limitatur etiam, ſi pecunia defuncti 81
emphyteuſis, aut feudum comparatum
fuerit, aut ſi in eo melioramenta fecerit,
ille, nam vſque ad valorem, vel pretium
hæres in illud ſuccedens tenebitur, quā-
uis conficiat inuentarium, Molin. *ſup.*
Gamma *num.* 4.

Dubitatur autem an locus ſit ſupra 82
traditæ concluſioni, ſi feudum ſit hære-
ditarium mixte, veluti ſi pro filijs, ſeu li-
beris hæredibus accipiatur? dubitationē
mouet, quòd quatenus hæreditarium
eſt, tenetur hæres creditoribus, etſi fece-
rit inuentarium, Molin. *diſp.* 477. *num.* 5.
Trentacinq. *num.* 4. *verſ. Si verò tenere*, &
alij laudati, *ſup. num.* 79. & quatenus eſt
ex pacto, & prouidentia non cogitur æs
alienum à defuncto contractum ſoluere,
vt ibidem dictum eſt. Reſpondet Molin.
*d. num.* 5. quod confectio inuentarij non
prodeſt hæredi, quominus ex feudo mix-
to debitis anteceſſoris ſit aſtrictus, mo-
uetur, quoniam illud vt hæres capit, &
quæ iure hæreditario capiuntur, non
ſeruantur illæſa per inuentarium, ſed ea
tantùm, quæ aliunde proueniunt, quod
ſenſerat Cald. *ſup d. num.* 80. vbi nonnul-
los refert. Sed melius, ni fallor, aduerſum
cos

eos opinantur Clar. *d. quæſt. 43. in fin.* Trẽtacinq. *d. verſ. Si vero in fine*, qui reſoluunt hæredem non magis in mixta, quàm in emphyteuſi ex pacto, & prouidentia ſimpliciter aſtringi. Ratio eſt, quoniam cum duplici iure deferatur illa ſanguinis videlicet, & hæreditario, cauſa naturalis debet præualere accidentali, *l. qui habet 3. ff. de tutel.* & dixi cum aliis *ſup. lib. 1. cap. 3. n. 16.* atque ita iudicandum eſt, magis obuenire iure ſanguinis, quam hæreditario vt, confecto inuentario, illibata ſeruetur. Vndè ſatisfit Molinæ fundamento, negando, quod emphyteuſis mixta, vel feudum capiatur iure hæreditario abſolute, nam etſi requiratur, quod deſcendens hæres exiſtat, tamen principaliter tanquam coniunctus percipit, & quæ nedum iure hæreditario ſolo, ſed etiam alio potentiore obueniſſet hæredi per confectionem inuentarij ſeſeruantur ab oneribus hæreditariis, cui mirè conueniunt verba hæc, quæ ex Paulo refert Papinian. *in l. ſi filius 42. verſ. Paulus notat, ff. de bon. libertor. Ei, qui alio iure venit, quam eo, quod amiſit, non nocet id, quod perdidit, ſed prodeſt id, quod habet.* Licèt enim filius adeundo hæreditatem nequeat ſeſe creditoribus tueri, ne ex feudo ſoluere teneatur (quia ius hoc per aditionem amiſit tanquam hæres) tamen bene ſe tueri valebit vt cognatus, & ſic non nocebit illi ius, quod perdidit vt hæres, ſed prodeſt id, quod habet vt deſcendens.

Ibi: *Eadem ratione filius.*

83 Adiens hæreditatem filius cum Inuentarij beneficio non prohibetur reuocare alienationem feudi non hæreditarij à patre, cui ſuccedit, in ſui præiudicium factam, Trentacinq. *d. tit. de feud. reſolut. 3. num. 8. & num. 12. verſ. Hæc concluſio cum ſeq.* Pinell. *in l. 1. part. 3. num. 81. 93. C. de bon. matern.* Cald. *quæſt. 24. num. 21.* Deci. *conſ. 185. num. 14.* Clar. *ſup. quæſt. 42. num. 14.* Iaſ. *conſ. 56. col. 6.* Valaſc. *quæſt. 49. num. 4.* Menoch. *conſ. 89. num. 107.* Afflict. *deciſ. 112. num. 2.* Zaſi. *in epitom. feudor. part. 9. de alienat. feud. num. 28.* Quod pariter de emphyteuſi intelligas.

84 Quid ſi feudum, vel emphyteuſis mixta ſit? idem cum Clar. *vbi proximè.* Trentacinq. *num. 7.* dicẽdum eſt. Quicquid tenuerit Molin. *diſp. 478. num. 12.* Quod ex dictis *ſup. n. 82.* comprobatur.

Notat circa hæc Molin. *vbi proximè,* 85 *num. 11.* quod filius hæres licèt conficiat inuentarium, nequibit reuocare feudum ex prouidentia alienatum per patrem, ſi tantùm percipiat ex paternis bonis vltrà legitimam, quantùm feudum valet. Vndè ſi mille ex hæreditate capiat præter legitimam, & feudum mille & quingenta æſtimetur, quoad quingenta duntaxat agere contra poſſeſſorem permittitur, alioquin eius legitima grauaretur.

Ibi: *At in feudo hæreditario ſecus erit dicendum.*

Filius hæres patris etiam cum benefi- 86 cio inuentarij prohibetur contrauenire alienationi feudi, vel emphyteuſis hæreditariæ per illum factæ. Valaſc. vbi proximè, Trentacinq. *ſup. num. 7. verſ. in hoc primo caſu cum ſeqq. & num. 12. verſ. Hæc concluſio,* Cald. *quæſt. 24. num. 20.* Clar. *d. num. 14.* Todur. *num. 13.* Capniol. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in protem. à num. 72.* Gratian. *diſcept. cap. 511. num. 17. 18.* & alij communiter, quamuis aliquibus contrariũ placeat, vt videre licet apud Trentacinq. *d. n. 7.* & Clar. *vbi proximè.*

Ibi: *Modo emphyteuſis, etiam hæreditaria.*

Limitatur proxima concluſio, quan- 87 do alienatio fit in eos, qui non poſſunt in feudum, vel emphyteuſim ſuccedere ſecundum eorum naturam, aut legem conuẽtionis, & inueſtituræ, veluti ſi feudum ſimpliciter acceptum transferretur ad extraneos, vel emphyteuſis pro liberis accepta in illum, qui ex deſcendentibus non ſit alienaretur, quoniam tunc filius etiam feudum hæreditarium alienatum per parentem, cuius ſucceſsionem amplexus eſt, vindicabit, ita Valaſc. *ſup. num. 5.* Pinell. *num. 96.* Cald. *num. 23.* & alij communiter. Sed hæc communis limitatio diſplicet, Molin. *diſp. 478. num. 9.* eo quod filio hæredi non ſit maius præiudicium ex alienatione in prohibitos ſuccedere, quàm in comprehenſos in inueſtitura, cũ vtroque modo pariter careat emphyteuſi, vel feudo, ſed ſolùm domino in hoc detrimentum infertur, qui impedire, aut reuocare poterit alienationem factam in eos, qui non ſunt de numero comprehenſorum, & cum iſtud ius tertij ſit, à filio allegari non permittitur, vt feudum ſibi vindicet, argument. *l. loci corpus 4. §.* com-



*competit, ſi ſeruit. vendic.* vbi notatur. Quæ ſanè ratio plurimùm vrget contra communem.

Verſ. *Nonò, ab eadem radice procedit.*

88 Feudum, & emphyteuſis hæreditaria pro hæreditariis portionibus inter hæredes diuidi debet, Molin. *diſp. 477. num. 1.* Bald. *in authent. ſi quas ruinas, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. liberti 10. col. 6. C. de oper. libertor.* Valaſc. *quæſt. 43. nu. 5.* Cald. *quæſt. 24. num. 13.* Greg. Lop. *in l. 28. gloſ. 5. col. 2. verſ. Sed quid ſi filij, tit. 8. part. 5.* An repreſentationi in feudo, vel emphyteuſi ſit locus, docet D. Couarr. *practic. cap. 38. num. 13.* Salced. *de repræſent. lib. 3. cap. 17. 18.* Sed ſi fuerint non hæreditaria ex pacto, & prouidentia, vel mixta pro virili inter ſucceſſores diſtribuũtur, Valaſc. Molin. Cald. *vbi proximè,* Socin. Iun. *conſ. 72. num. 31. lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiſ. art. 36. num. 108.* Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. 2. quæſt. 19. num. 9.* Gregor. Lop. *vbi proximè*, etſi quoad mixta aliud ſentire videatur.

Verſ. *Decimò, ex huius quæſtionis reſolutione.*

89 Emphyteuſis, & feudum alicui pro ſe, ac hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſa hæreditaria ſunt, quanquam illi duntaxat hæredes admittantur, qui iuxta naturam feudi, vel emphyteuſis poſſunt ſuccedere. Vndè ſi fuerit feudum, aut emphyteuſis Eccleſiaſtica liberi tantùm hæredes admittuntur, atque ita ſunt hæreditaria mixtè, Molin. *diſp. 472. num. 5. 6. & diſp. 473. num. 8.* Cald. *quæſt. 23. num. 23. 24.* Quod ſi ſecularis fuerit emphyteuſis cum omnes hæredes ſaltim vniuerſales comprehenſi in inueſtitura cenſeatur, erit ſimpliciter hæreditaria, Cald. *n. 23.* Molin. *diſp. 472. n. 4. & diſp. 473. n. 8.* Nota veró quod dubitatur, vtrũ emphyteuſis Eccleſiaſtica ſub præmiſſa forma conceſſa tranſeat ad hæredes extraneos propter geminationem verborũ, de quo Cald. *q. 23. à n. 52.* & affirmatiuam ſententiam probat *num. 53.* ſi poſt verba illa adijciatur: *In perpetuum.* Sed à prædictis recedendum non eſt, quibus commune Interpretum placitum ſuffragatur.

Num. 5.

90 Inſtitutus in certa re ſi ſit ex numero comprehenſorum in inueſtitura capit feudum, & emphyteuſim non hæreditariam, Molin. *diſp. 477. num. 3.* Clar. *d. §. Emphyteuſis, quæſt. 38.* Vazq. *d. dub. 18. num. 64.* Valaſc. *quæſt. 43. num. 9. verſ. Verùm vt ad ius.* Etſi concurrat cum hærede vniuerſali, etiam vocato pro virili portione ſuccedit, Clar. *§. Feudum, q. 86.*

Ibi: *At ſi feudum hæreditarium ſit.*

Si feudum, & emphyteuſis Eccleſiaſti- 91 ca, vel ſecularis fuerint hæreditaria, inſtitutus in re certa, quamuis ex vocatorum numero ſit, à ſucceſsione repellitur, modò alius hæres vniuerſalis exiſtat, quòd vtique in hæreditariis mixtè dicendum eſt Greg. Lop. Molin. *vbi proximè*, Clar. *d. quæſt. 38.* Vazq. *ſup.* Cald. *quæſt. 24. num. 6. vbi plures*, Valaſc. *ſup.* Roland. *conſ. 23. num. 46. 47. lib. 1.* Peralt. *in rubric. ff. de hæredib. inſt. num. 167. in fine,* Viuian. *in prax. iur. pat. lib. 4. cap. 2. num. 53.* Quicquid in contrarium reſponderint aliqui, quos recenſet Cald. *num. 7.*

Sed ſi filius in legitima inſtituatur, po- 92 terit emphyteuſim, aut feudum hæreditarium capere, etiã dato cohærede vniuerſali, Merlin. *d. tit. 1. quæſt. 6. num. 9.* Menchac. *de ſucceſ. creat. §. 16. num. 3.* nã legitima quoad commoda ſucceſsionis eſt portio hæreditatis, vt ex multis aſſerit Merlin. *d. tract. de legitim. lib. 1. tit. 1. quæſt. vlt. num. 9. cum ſeqq.* Menoch. *de adipiſcend. remed. 4. num. 159. 162.* vbi reſpõdet ad opinionem communem, quæ docet, eſſe partem bonorum, id verùm eſſe quoad actiones paſsiuas, & hæreditatis incommoda, Argel. *de acq. poſſeſ. quæſt. 17. art. 7. num. 11. 15. cum ſeqq.* Quæ reſolutio verior, & æquiſsima eſt, licèt cõtrarium probet Cald. *ſup. num. 9.* ſequutus D. Couar. *infra num. 9.* vbi id de iure patronatus Eccleſiæ agens tenet, quorum ſententia poſſet procedere, cum filius in re certa pro legitima fuiſſet inſtitutus.

Ibi: *Modò alius, qui habere eam poſsit.*

Docet his verbis D. Couar. quod ſi fi- 93 lius inſtitutus foret in re certa, in feudũ, vel emphyteuſim hæreditariam ſuccedet, quando cohæres vniuerſalis non poſſet illa capere, veluti ſi eſſet extraneus, & feudum ad liberos duntaxat hæredes pertineret; quod probat Valaſc. *vbi proximè.* Sed reſolutio, hæc ſcrupulo non caret,

re, nam cum ad ſucceſsionem feudi, vel emphyteuſis hæreditariæ deſideretur regulariter, quòd exiſtat quis hæres vniuerſalis, vt latè probat Cald. *quæſt. 24. à princip.* inſtitutus in re certa cum ſit particularis ſucceſſor, *l. quoties 13. C. de hæred. inſtit.* & ſtatim dicetur, incapax eſt, vt ad ea admittatur, quæ inhabilitas tolli nequit, eo quod non ſit hæres vniuerſalis, qui habilis ſit, quoniam tunc res feudalis ad dominum directum deuolui debet, vt fit, quoties non extat, qui ſecundum naturam contractus, aut legem conuentionis valeat ſuccedere: nõ enim inſtitutus in re certa excluditur, quia alius magis idoneus eſt, ſed quoniam ipſe non cenſetur vocatus, in quo qualitas deficit requiſita. Ita ſenſiſſe ſuſpicor DD. laudatos *ſup. n. 92* qui D. Couar. ſequuti quoad alia, limitationem iſtam omiſere.

Ibi: *Quia conſtat, inſtitutum in re certa.*

94 Cum ad ſuccedendum in feudum hæreditarium, vel emphyteuſim neceſſariò deſideretur, quòd qui vult admitti, ſe hæredem vltimi poſſeſſoris vniuerſalem oſtendat, vt nuper aſſerebatur, inſtitutus in re certa ideo excluditur, quamquàm aliàs ex comprehenſis ſit vt filius, quia ſucceſſor vniuerſalis non eſt, ſed legatarij loco habetur, *d. l. quoties*, Molin. & Valaſc. *vbi proximè*, & quod ſic inſtitutus pro legatario habẽdus eſt, aſſerunt Argel. *d. q. 17. art. 2. n. 12.* Ant. Gom. *variar. lib. 1. cap. 2. nu. 16.* Cyriac. *tom. 3. controuerſ. 489. num. 3. 4.* Franc. Marc. *quæſt. 833. in princip. part. 1.* Menoch. *de adipiſcend. remed. 4. num. 132. 136.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 9 titul. 14. num. 10.* Gregor. Lop. *in l. 14. gloſ. 2. tit. 3. part. 6.* vbi ſentire videtur, quòd ſi ius in re certa inſtitutus ad feudum hæreditarium admittatur, cui ſuffragatur ſententia eorum, qui affirmãt, filium in re certa inſtitutum pro hærede haberi, ne teſtamentum corruat, vt tenuit Rota *apud Farinac. deciſ. 377. part. 1.* Menoch. *de præſumptionib. lib. 4. præſ. 20. num. 5.* Roman. *conſ. 179. num. 10.* gloſ. *verb. eidem in cap. ſi pater de teſtament. in 6.* Sed nihilominus à communi ſententia tradita *ſup. num. 91.* recedere non oportet; quoniam filius in re certa inſtitutus hæres vniuerſalis non eſt, nomenque duntaxat hæredis quoad honorem ex inſtitutione habet, quòd ſufficit, ne poſſit aduerſus patris teſtamentum venire, licèt ſupplementum legitimæ petere non prohibeatur, Merlin. *de legitim. lib. 5 tit. 2. q. 21. n. 1. cum ſeqq.*

Eſt animaduertendum, quòd licèt in 95
ſtitutus in re certa actu ſit ſingularis ſucceſſor, habitu tamen eſt vniuerſalis hæres, etiam dato hærede vniuerſali, Argel. *ſup. art. 4. num. 13.* Vnde ſi is, qui vniuerſaliter eſt inſtitutus in tota, vel in quota hæreditatis hæreditatem omittat, vel adire, aut tranſmittere non valeat, tunc in re certa inſtitutus rei mentioni detracta ex iudicio, & voluntate teſtatoris in omne ius eius ſuccedit, *l. 14. tit. 3. part. 6. l. 1. §. Si ex fundo, ff. de hæred. inſtituend.* Gregor. Lop. *in d. l. 14. gloſ. 2. in princip.* Argel. *ſup. num. 17.* Cald. *d. q. 24. num. 10.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 305. num. 1. cum ſeqq.* Menoch. *d. remed. 4. num. 116. 117.* Mantic. *ſup. num. 9.* Quòd adeo verum eſt, vt procedat, quanquam teſtator iubeat ſic inſtituto in re certa, ne plus petat, aut habeat, Bald. *in l. quoties, §. Si duo ante fin. verſ. Quæſtio, in qua habui conſulere,* Gregor. Lop. *ſup. gloſ. 3.* Cyriac. *num. 4. 5.* Argel. *d. quæſt. 17. art. 6. ex num. 20.* Ex quibus infertur, vt, quoties inſtitutus in re certa efficitur vniuerſalis hæres, feudum, vel emphyteuſim hæreditariam capiat, Iaſ. *in l. fin. num. 7. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.* Deci. *ibi num. 24.* Molin. *diſput. 477. num. 3.* Cald. *ſup. num. 11.* Viuian. *ſup.*

Idem iuris erit, quando duo, vel plures 96
inſtituuntur ex re certa, nemine vniuerſaliter inſtituto, quia tũc omnes ſunt hæredes vniuerſales æqualiter, iuxta *d. l. 14. partitæ, l. quoties 9. §. Si duo cum l. ſeq. ff. de hæredib. inſtituend.* Quæ omnia limitanda ſunt, ſi quis in re certa aliena inſtituatur, quia talis inſtitutio non tenet, Merlin. *ſup. lib. 3. tit. 2. quæſt. 23. num. 2.* Menchac. *de ſucceſſion. progreſ. §. 30. n. 2.*

Num. 6.

Ius patronatus, quod in Eccleſia habe- 97
tur, triplex agnoſcitur, hæreditariũ, gentilitium, ſiue familiare, & mixtum. Primum in quoſcunque hæredes, etiam extraneos tranſit. Secundum eis, qui de familia fundatoris ſunt, vel alia, cui illud reſeruatum eſt in acquiſitione, etiam nõ hæredibus defertur. Tertium ad eos pertinet, qui gẽtilitij ſimul ſunt, & hæredes, de quibus latè Lotter. *de re beneficiaria, lib. 2. quæſt. 11. nu. 3. 19. 22. 41. 42.* Viuian. *in prax. iur. patronat. lib. 1. cap. 3. à num. 27. & lib. 4. cap. 1. n. 71. verſ. Rurſus de nouo.* Ad dignoſcendum autem an ius patronatus hæreditarium ſit, nec ne, maximè eſt inſpiciendum, quid patroni in ſucceſſione obſeruauerint, Viuian. *lib. 4. cap. 2. num. 13.* Nam ex obſeruantia hæreditarium familiare effici poteſt, Viuian. *cap. 9. à num. 28.* Præterea fundatori licèt, mutare qualitatem iuris patronatus iam quæſiti de conſenſu Epiſcopi in præiudicium vocatorum tacitè, vel expreſsè, Lotter. *num. 4.* Viuian. *d. cap. 2. à num. 19.* Rot. *deciſ. 665. n. 2. ad fin. verſ. Ideo argument. part. 1. in recent.*

Ibi: *Ius patronatus Eccleſiaſticum ex ſua natura.*

98 Ius patronatus prædictum ſua natura hæreditariũ eſt, ita vt ad extraneos quoque hæredes cum vniuerſitate bonorum, niſi aliud ſit expreſſum transferatur, *l. 8. tit. 15. part. 1.* vbi Greg. Lop. *gloſ. 4.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 5.* Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditib. cap. 2. §. 2. dub. 19. num. 65.* Valaſc. *de iur. emphyteutic. quæſt. 50. num. 10.* Mareſcot. *variar. lib. 2. cap. 55. num. 8.* Aug. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 71. num. 2. 3.* Paul. Fuſc. *ſing. 104. lit. I.* Viuian. *ſup. d. cap. 2. num. 1.* Ricci. *in prax. for. Eccleſiaſt. deciſ. 211. num. 273.* Lotter. *d. quæſt. 11. num. 19.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 6. num. 37.* Argel. *de acquir. poſſeſ. quæſt. 20. art. 4. num. 4.* Menoch. *conſ. 504. num. 45.* Pat. Suar. *de religion. tom. 1. lib. 4. de ſimon. cap. 28. num. 15.* Sanch. *conſ. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 93. num. 1.* Quod intellige de hæredibus vniuerſalibus, Viuian. & Menoch. *vbi proximè*, Lotter. *num. 28.* tam maſculis, quam fœminis, Spin. *in ſpec. teſtament. gloſ. 4. num. 47. vbi num. 48.* Quod ſi maſculi à fœminis diſcordent in præſentatione cæteris, paribus præſentatus à maſculis præponetur.

99 Hinc infertur, quòd, ſi dubitetur, an ius patronatus hæreditarium ſit, vel gentilitium, hæreditarium præſumitur, Viuian. *num. 4.* Argel. *ſup. num. 6.* Lotter. *num. 20. cum ſeqq.* Anchar. *conſ. 81. num. 4.* Rota *d. deciſ. 675. num. 1. & deciſ. 707. n. 8. part. 1. in recent*, quoniam quilibet actus iuxta propriam naturam cenſetur celebratus, vt dixi *ſup. n. 2.*

Imò ſi ius patronatus acquiſitum ſit 100
pro liberis, ſitque familiare, omnibus de familia extinctis ad extraneos peruenit, niſi cum taxatiua fuerit eis tantùm reſeruatum, Anchar. *num. 4.* Lotter. *à n. 11.* Seraphin. *deciſ. 364. num. 2.* Caſſador. *deciſ. 1. num. 3. de iur. patronat.* Viuian. *num. 17.* vbi magis verum, ac receptum dicit, Sanch. *n. 13.*

Num. 7.

Ius patronatus niſi fuerit ſimpliciter 101
gentilitiũ filius non capit, niſi patris hæreditatem amplectatur, Viuian. *num. 8.* Lotter. *num. 46.* Vazq. *vbi proximè*, Greg. Lop. *d. gloſ. 4.* Argel. *num. 5.* Menoch. *d. num. 45.* Sanch. *num. 3.* Spin. *in ſpecul. teſtament. gloſ. 4. num. 50. 56.* Rota *deciſ. 53. n. 3. part. 1. in recent.* In quo Lotter. *num. 47.* opinatur agens de iure patronatus mixto, quod ſufficit, hæredem quem eſſe primi patroni, licèt vltimi non ſit, vt illud conſequatur, de quo circa feudum, & emphyteuſim dictum eſt *ſup. n. 60. 61.*

Verſ. *Hinc euidenter apparet.*

Similiter præfatum ius patronatus, 102
quod gentilitium non fuerit, filio in re certa inſtituto non acquiritur, modò extet alter hæres vniuerſalis, qui adeat, vel tranſmittat hæreditatem patris ſecundùm ea, quæ dicta ſunt *ſup. num. 92. cum ſeqq.* Sic tenent Lotter. *num. 28.* Beroi. *in rub. num. 22. de iur. patronat. in Decretal.* Viuian. *nu. 9. 50.* Vazq. *vbi ſup.* Menoch. *conſ. 401. num. 126.* Sanch. *ſup. num. 6.* Quod verum eſt, licèt in maiori parte bonorum filius inſtituatur, Lotter. & Beroi. *vbi proximè*, niſi ius patronatus annexum ſit rei, in qua filius fuerit inſtitutus, tunc enim acceſſoriè in hæredem ſingularẽ tranſiret, Menoch. *conſ. 401. n. 123. vbi alij,* Sanch. *ſup. n. 7.*

Ibi: *Qui in emphyteuſi hæreditaria reſponderunt.*

De hoc *ſup. num. 92.*

Verſ. *Tertio, ſi proximè dicta.*

Ad hæc videas, quæ diximus *ſup. num.* 103
*42. cum ſeqq.* vbi de emphyteuſi. In hac quæ-

quæſtione videtur tenendum cum An-
char. quòd ius patronatus filijs reſerua-
tum, nulla hæredum facta mentione, gē-
tilitium eſt, ad quod acquirendum mini-
mè deſideratur, quod filius, vel deſcen-
dens hæreditatem adeat, imò ea repu-
diata, admitti debet, Lotter. *num.* 44. *cum*
*ſeqq.* Decl. *conſ.* 149. *num.* 1. Rota *deciſ.* 251
*num.* 3. *part.* 2 *in recent.* Viuian. *lib.* 4. *cap.* 2.
*num.* 38. & quamuis ſimpliciter reſerua-
tum, foret hæreditarium, nec filij niſi
hæredes admitterentur, Viuian. *num.* 4.
tamen vbi expreſsim filijs reſeruatur, fa-
miliare iudicatur, expreſſum enim facit
ceſſare tacitum, *l. vlt. C. de pact. conuent.*
Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 6. *num.*
41. Viuian. *ſup. cap.* 9. *num.* 56. *verſ. Hoc*
*ſtante*, Ceuall. *commun. tom.* 2. *quæſt.* 828.
*num.* 116. & prouiſio hominis prouiſio-
nem legis, *l. cum ex filio* 39. *§. Filio, ff. de*
*vulgar.* Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 129. *num.*
29. Ceuall. *ſup. quæſt.* 780. *num.* 220. Me-
noch. *conſ.* 206. *num.* 67. Nec filiorum no-
mine veniunt hæredes, & huic ſenten-
tiæ ſuffragantur plures laudati, *ſup. num.*
42. Contrarium tamen ſuſtinent cum D.
Couar. Sanch. *d. dub.* 93. *num.* 9. Spin. *ſup.*
*num.* 52.

Num. 8.

104 Huc ſpectant tradita *ſup. lib.* 1. *cap.* 13.
*à num.* 10. Vendita hæreditate, ius patro-
natus, quod in ea fuerit, in emptorem
transfertur, Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.*
24. *num.* 25. Sanch. *conſ. moral. lib.* 2. *cap.* 3.
*dub.* 80. *num.* 9. Spin. *in ſpecul. teſtament.*
*gloſ.* 4. *ex num.* 111. Beroi. *in cap. ex literis,*
*num.* 63. *de iure patron.* Mantic. *de tacit. &*
*ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 12. *à num.* 7. Paul.
de Citadinis *de iure patronat. part.* 9. *quæſt.*
3. *nu.* 9. Ceuall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 717.
*num.* 3. Thom. del Bene *de immunit. Eccle-*
*ſiaſt. tom.* 2. *cap.* 17. *dubit.* 14. *num.* 4. Ber-
nard. Diaz *reg.* 401. Mareſcot. *variar. lib.*
2. *cap.* 55. *num.* 9. Lotter. *ſup. lib.* 2. *quæſt.* 9.
*num.* 42. Paul. Fuſc. *ſing.* 115. *lit. I* Hermo-
ſill. *in l.* 15 *gloſ.* 4. *à n.* 2. *tit.* 5. *p.* 5. & ita te-
nendum eſt.

105 Quod cum Lotterio, & alijs intelligas,
etiamſi nihil de iure patronatus Eccle-
ſiaſtico dictum ſit, quoniam tacitè actum
cenſetur, vt cum bonorum vniuerſitate
ad emptorem trāſeat: quoties enim quid
diſtrahitur, omne id venditum videtur,
quod ei adhæret, aut ſub ipſo contine-
tur, niſi excipiatur, vt probaui *ſup. lib.* 1.
*cap.* 15. *num.* 5.

Ibi: *Cæterum Paulus Eleazarus.*

At aduerſus principalem proximam 106
concluſionem, ius patronatus Eccleſiæ,
vendita hæreditate, in qua illud ſit, ad
emptorem peruenire non poſſe, ſentiunt
Coſta *in cap. ſi pater, part.* 2. *verb. Trebellia-*
*nicæ, num.* 7. *de teſtament. in* 6. Nicol. Gar-
cia *de benefic. part.* 4. *cap.* 9. *ex num.* 13. Vi-
uian. *in prax. iuris patron. lib.* 4. *cap.* 1. *num.*
9. Bonifac. de Vitalinis *in Clement. plures,*
*§. vlt. num.* 12. *de iure patronat.* Gratian.
Paſcon. *reg.* 341. *num.* 5. Aug. Barbol. *de*
*offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 71. *num.* 8.
Cened. *ad Decretal. collectan.* 5. *num.* 2. qui-
bus accedere videtur Pat. Suar. *de Religion.*
*tom.* 1. *lib.* 4. *de ſimon. cap.* 28. *num.* 19. Quæ
ſententia communiter ab omnibus limi-
tatur, quando in eadem hæreditate villa,
vel caſtrum extat, cui ius patronatus an-
nexum eſt, quoniam tunc procuidubio
acceſsionis vi emptori quæritur, Viuian.
*num.* 10. 11. Garcia *num.* 16. Barbol. *vbi*
*proximè*, Sanch. *nu.* 10. Lambertin. *de iure*
*patronat. lib.* 1. *cap.* 2. *q.* 5. *art.* 15. Sed abſo-
lutè prior ſententia verior eſt.

Ibi: *Quibus & alia ratio accedit.*

Eſt apud Interpretes controuerſum, vt 107
teſtatur Lotter. *d. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 29.
num ius patronatus Eccleſiaſticum, hæ-
reditate reſtituta, ad fideicommiſſarium
vniuerſalem ſpectet? & pars negatiua
magis obtinuit, quam ſuſtinent Peregrin.
*de fideicommiſ. art.* 6. *num.* 57. Sanch. *d. cap.*
3. *dub.* 94. *num.* 2. Garc. *ſup. cap.* 9. *à num.*
17. Viuian. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 6. Camil.
Borrel. *in ſumm. deciſion. tit.* 32. *num.* 63.
Barbol. *ſup. num.* 9. Emman. Suar. *in the-*
*ſaur. recept. ſentent. verb. Patronatus ius,*
Baeça *de decim. tutor. cap.* 23. *num.* 31. Co-
ſta *ſup. num.* 4. Padilla *in rubric. num.* 25. *C.*
*de fideicommiſ.* Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.*
2. *Ordinam.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 634.
*num.* 2. Gregor. Lop. *in l.* 12. *gloſ.* 11. *tit.* 5.
*part.* 6. Ceuall. *ſup. num.* 3. Ratio eſt, quia
præſumitur, voluiſſe teſtatorem ius iſtud
apud hæredem permanere, quem hono-
rauit (cum & ipſum honorificum ſit) ſo-
lùm emolumento pecuniario in fideicō-
miſſarium tranſlato, qui etſi vniuerſalis
fuerit, hæres non cenſetur, quanquam
locum eius obtineat, Sanch. Greg. Lop.
& alij. Quam ſententiam ex dictis in cal-
ce numeri præcedētis limitabis, quod eſt
abſque controuerſia. Et aliter limita, vt
*infr. num.* 114.

Ibi: *Cum Romanus in d. l. ſi patroni.*

108 Sed partem affirmatiuam à commu-
ni recedētes cum Romano tuentur Mo-
lin. *de primogen. d. cap.* 24. *à n.* 7. *& ibi Ad-*
*dit.* Lotter. *ſup. d. quæſt.* 11. *n.* 29. *cum ſeqq.*
Gutierr. *de tutel. part.* 3. *cap.* 29. *nu.* 15. &
communem dicit Ceuall. *ſup. n.* 1. con-
ſentit Molin. *de iuſt. tract.* 1. *diſp.* 188. *in fi-*
*ne*, vbi etſi hāc opinionem veriorem ag-
noſcat, à comuni in praxi non eſſe recedē
dum monet, donec alterius Molinæ opi-
nio recepta ſit, qui, & Lotterius eam la-
tè defendūt, & ad *l. quis* 42. *§. Reſtituta ff.*
*ad Trebellian.* reſpondet.

109 Hæc quidem quæſtio potiùs facti, quā
iuris eſſe videtur, quia cum vniuerſitate
bonorum ius patronatus transferri, nō eſt
prohibitam, vt Molin. *d. c.* 24. *&* Lotter.
*probant*, dubium verò circa voluntatem
teſtatoris verſatur, an voluerit, honorem
patronatus ab hæredem, vel fideicōmiſ-
ſarium pertinere, in quo qualitas perſo-
narum, aliæque coniecturæ ſunt atten-
dendæ, quæ niſi aliud ſuadeant, commu-
nis ſententia obſeruanda eſt *ex d. l. quia*
*proinde, §. Reſtituta*, & ratione tradita *ſup.*
*n.* 107. cui Sanch. & alij nituntur.

Verſ. *His verò rationibus.*

110 Præter rationes adductas per D. Co-
uar. *ſup. nu.* 8. pro opinione Eleazari, qui-
bus idem in preſenti ſatisfacit alia non
contemnenda conſideratur; nam hæres
uendendo hæreditatem, verè eam nō di-
ſtrahit, ſiquidem per aditionem, quā ven-
ditio ſupponit, talis eſſe deſiuit, bonaque
hæreditaria propria ipſius hæredis eſſe
cœperunt, *l. cum hæredes* 23. *ff. de acquirēd.*
*poſſeſſ.* Viuian. *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 10. atque ita
vniuerſitas dicitur vendi quoad verba,
non in re, quæ vniuerſitas in ſuas ſingula-
ritates reſoluitur, ita vt ſingulæ res per ſe
diſtractæ videantur, Viuian. *num* 6. Ricc.
*in prax. for. Eccleſiaſtic, deciſ.* 179. *num.* 146.
Garcia, *d. cap.* 9. *num.* 12. Rota *deciſ.* 1152.
*n.* 3. *part.* 3. *in recent.* Vnde & ius patrona-
tus ſeparatim venditur, quod iure non li-
cet. Quo argumento vtitur Viuian. *lib.* 4.
*cap.* 1. *n.* 9.

111 Cui pro communi ſententia poterit
reſponderi, hæreditatem dupliciter ad-
huc poſt aditam hæreditatem conſidera-
ri, vel confuſam cum bonis hæredis, vel
ab eis ſeparatam quatenus eſt vniuerſum
ius, quod defunctus reliquit tēpore mor-
tis, in quod hæres ſucceſſit, nā hac ratio-
ne eſt quid vniuerſale, non ſic ſub illa, cū
autem diſtrahitur non conſideratur, vt
pars patrimonij ſucceſſoris, ſed vt defun-
cti ſubſtantia, ideoque hæreditas nuncu-
patur, quæ viuentis nulla eſt, *l.* 1. *ff. de hæ-*
*redit. vel action. vendit.* Hinc eſt, vt ſingulæ
res hæreditariæ non cenſeantur venditæ,
ſed vniuerſitas, in qua continentur, Ant.
Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 44. Hermoſill.
*in l.* 34. *gloſ.* 1. *n.* 1. *tit.* 5. *p.* 5. Quod aperte
conſtat ex *l.* 2. *ff. eod. iuncta gloſ. ibi verb. De*
*euictione*, qua probatur, venditorem hæ-
reditatis non teneri de euictione pro re-
bus ſingularibus hæreditarijs, quæ euin-
cuntur, Olea *de ceſſion. iur. tit.* 7. *q.* 5. *n.* 14.
Cyriac. *tom.* 1. *controuerſ.* 17. *n.* 26. de quo
faſè Hermoſill. *vbi proximè*, quia ſingulæ
res ſeorſim non venduntur. Sic & ius pa-
tronatus transferri in emptorem hæredi-
tatis, nihil impedit.

Ibi: *Imò ſi pars hæreditatis vendita fuerit.*

Si hæreditatis pars diſtrahatur, cum in 112
ea ius patronatus Eccleſiaſticum fuerit,
emptor pro ea parte efficitur patronus,
Hermoſill. *in l.* 15 *gloſ.* 4. *num.* 5. *tit.* 5. *p.* 5.
Salced. *in addit. ad Bernard. Diaz reg.* 401.
*ampliat.* 1. Sanch. *d. dub.* 80. *num.* 3. & dixi
*ſup. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 12.

Sed ſuperior aſſertio de traſlatione iu- 113
ris patronatus in emptorem hæreditatis
minimè procederet, ſi in ea nihil aliud
ſit, vel aliquid ita exiguum, vt pretium
pro ipſo iure patronatus conſtitutum ag-
noſcatur, Lambertin. *d. quæſt.* 5. *art.* 15. *n.*
12. Sanch. *n.* 10.

Num. 9.

Adde Sanch. *d. cap.* 3. *dub.* 93. *num.* 8. qui 114
*num.* 5. docet, melioratum in tertio, &
quinto non ſuccedere parenti in iure pa-
tronatus, Spin. *d. gloſ.* 4. *n.* 54. Multò ma-
gis excluditur exhæredatus, Sanch. *n.* 4.
Lambertin. *d. quæſt.* 5. *art.* 21. Viuian. *lib.*
4. *cap.* 2. *n.* 55. etiamſi non mala mēte ex-
hæredetur, nam etſi filijs ea exhæredatio
non noceat quoad ſucceſsionem in ius
patronatus libertorum, *l. ſi patronatus* 12.
*§. Si quis nō mala, ff. de bon. libertor.* aliud in

iure patronatus hæreditario Eccleſiæ dicendum eſt ex manifeſta differentiæ ratione, ad illud etenim conſequendum ſufficit, filium non eſſe exhæredatum, licèt hæres non exiſtat parenti *d. l. ſi patronus § fin.* Ad illud verò, niſi hæreditatem adeat deſcendens non admittitur, vt dictum eſt *ſup. num.* 102. filius quidem bona mente exhæredatus, & non notæ cauſa pro exhæredato non habetur quoad effectus iuris, hæres tamen nõ eſt. Sed ſi pater per fideicommiſſum ſic exhæredato ſuã reliquerit hæreditatẽ hoc circuitu vſus, vt magis illi conſulat iuxta *l. multi* 18. *ff. deliber. & poſthum. & d. §. Si quis non mala*, tunc non excludetur à iure patronatus, ſed tanquam fideicommiſſarius vniuerſalis, qui hæredis loco habetur, illud capiet iuxta doctrinam Molin. de qua *ſup. num.* 108. cum in hac ſpecie plurimùm vrgeat vehemens præſumptio, quòd teſtator voluit, ne ius patronatus apud hæredem extraneum permaneret, nec filiũ eo priuari, etſi filium alium inſtitueret. Vide *ſup. num.* 109.

Circa filium in legitima inſtitutum videas, quæ ſunt *ſup. num.* 92. vbi de feudo, & emphyteuſi hæreditarijs, & huiuſque dicta procedunt vtique in iure patronatus mixto.

Verſ. *Quo fit, vt ſi filius.*

115 Si quis, paternam ſuam legitimam vẽdat, emptor minimè patronus efficitur, etſi filius à patre ius patronatus Eccleſiaſticum habeat, quoniam legitima eſt bonorum pars, non hæreditatis, vt ex plurimis probat Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 2. *num.* 1 niſi de commodis filij tractetur, vt ipſe cum alijs docet *num.* 9. 11. & cum in hoc caſu non agatur de vtilitate ipſius filij, ſed alterius, vt bonorum pars vniuerſitas dici non poteſt, vt cum ea ius patronatus transferatur. Sed hoc limitari poteſt, quando ius patronatus obuenit filio acceſſori ad rem exiſtentem in legitima; nam ſat erit, vt cum ea ius patronatus transferatur, ad quæ vide *ſup. numer.* 96.

Ibi: *Item & illud hinc colligitur.*

116 De iure patronatus hæreditario poteſt is, qui Eccleſiam conſtruxit, vel alias illud adeptus primo eſt, diſponere donatione, aut alio titulo in præiudicium ſuorum, aut extraneorum hæredum, Sanch. *ſup. dub* 92. *n.* 1. Viuian. *lib* 4 *cap* 2. *n.* 14. *verſ. Nõ obſtat, quod patronus*, Didac. Perez *in l.* 1. *tit* 6. *lib.* 1. *Ordinam.* Idem eſt de antiquo, quod poſſeſſor à fundatore per ſucceſsionem habuit, Sanch. *ſup.* Molin. *d. cap.* 24. *n.* 30. vbi cum D. Couar. hic reſoluit, licere ius antiquum hæreditariũ vni ex filijs prælegare in præiudicium cæterorum, & ita communiter docent DD. teſte Viuian. *poſt cap.* 2. *n.* 27. *lib.* 14.

Obſeruandum eſt cum eodem Molina 117 Epiſcopi conſenſum interuenire debere, quod regulare eſt, quoties ius patronatus Eccleſiaſticum per ſe abſque vniuerſitate in laicos transfertur, Viuian. *cap.* 1. *num.* 17 18. Molin. *ſup. num.* 13. Mantic. *deciſ.* 86. *num.* 6. Barboſ. *d. allegat.* 71. *num.* 11. 12. ſecùs ſi Eccleſiæ, locoue Religioſo legetur, aut donetur, quia talis conſenſus minimè deſideratur, Molin *ſup.* Viuian. *num.* 16. Gratian. *diſceptat. cap.* 17?. *num.* 3. Pat. Suar. *tom.* 1. *de Religion. lib.* 4. *de ſimon. cap.* 28. *num.* 15. Barboſ. *n.* 11. Quod ſi ab vna Eccleſia in aliam transferatur Epiſcopi conſenſus, vel alterius Superioris eius, quæ alienat, requiritur; & aliæ ſolemnitates, quæ in alienationibus rerũ Eccleſiaſticarum debent adhiberi, Viuian *num.* 33.

Donatio autem, vel legatum abſque 118 Epiſcopi aſſenſu nullius eſt momenti, ſed ius patronatus permanet apud donatorem, vel teſtatorem, Viuian. *cap.* 4. *num.* 74. Seraphin. *deciſ.* 884. *num.* 1. Barboſ. *nu.* 23. Borrell. *in ſumm. deciſion. tit.* 32. *num.* 3. Rota *deciſ.* 337. *n* 7. *part.* 2. *recẽt.* Poteſt tamen ex poſtfacto confirmari, Epiſcopo cõſentiente expreſsim, vel tacitè admittendo ſcilicèt ſciẽter præſentationes per donatarium factas, Viuian. *c. proximè citato d. n.* 74. Mantic. *ſup. n.* 7. Barboſ. *n.* 15. 18. Rota *deciſ.* 17. *de iure patr. in antiq.* Imò etiam poſt mortem donatoris, Viuian. *ibi*, Rota *deciſ. vlt. de iur. patron. in ant. & d. deciſ.* 337. *num.* 7. Licèt aliud ſit poſt mortem donatarij, vt Viuianus teſtatur fuiſſe deciſum.

Vicarius, etiã generalis conſentire alie- 119 nationi nequit, niſi ſpeciale mandatũ habeat, Viuian. *c.* 1. *n.* 25. Garcia *de benef. p.* 5. *cap.* 9 *num* 75. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 54. *nu.* 75. Capitulum, Sede vacãte, conſenſum præſtare non prohibetur, quoniam actus iuriſdictionis eſt,

quæ



quæ in eo vbi non eſt Prælatus reſidet, Calderin. *conſ.* 4. *de iure patron.* Riccl. *in prax. for. Eccleſiaſt. deciſ.* 180. *num.* 149. Viuian. *vbi proximè, num.* 26. qui eos refert, & cum eis tenere videtur, licèt contrariũ probet Gratian. *diſceptat. cap.* 303. *à num.* 10. De alijs, quæ huc pertinent, conſulas Viuian. *d. cap.* 1. *à nu.* 13. Barboſ. *d. alleg.* 71. *ex n.* 15.

Num. 10.

120 Vtrùm poſſeſſor iuris patronatus Eccleſiæ familiaris, vel mixti poſsit illud alienare in præiudicium vocatorum? docent Molin *ſup. num.* 31. Sanch. *d. dub.* 92. *num.* 2. 3 Lotter. *d. quæſt.* 11. *n.* 4. *cum alijs*, Garcia *d. cap.* 9. *n.* 69. Viuian. *cap.* 2. *ex n.* 10. *& cap.* 9. *n* 7. cum quo diſtinguendum eſt, nam qui primùm ius patronatus obtinuit ab Eccleſia, propria pecunia expẽſa, iure permittitur, vt poſsit ſuis deſcendentibus prçiudicare. Sed ſi illud per ſucceſsionem à fundatore obtinuit, non valebit de ipſo diſponere cum detrimento eorum, qui de familia fuerint. Ex quo iũcto *num.* 116. colliges differentiam inter patronatum gentilitium & familiare, quam notat cum multis Viuian. *poſt. cap.* 2. *num.* 27. *lib.* 14.

121 Nota, quòd in ius patronatus gentilitium, ſeu familiare ſuccẽditur in capita, in hæreditarium in ſtirpes, vt obſeruat Viuian. *cap.* 1. *num.* 58. *cum ſeqq.* Lotter. *ſup. ex num.* 123. Quid de mixto? idem quod de gentilitio dicendum videtur. Quãdo ſuccedens in maioratũ ius patronatus conſequatur latè explicat Molin. *d. cap.* 24. *à nu* 27. An ſuccedat Monaſteriũ, quod patronus ingreditur? vide apud Sanch. *dub.* 93. *n.* 19. Viuian. *cap* 2. *à num.* 61. Præterea ſciendum eſt in iure patronatus eſſe locum repræſentationi, maximè ſi iure primogenij deferatur, de quo per D. Couar. *practicar. cap.* 38. *nu.* 13. Robles de Salcedo *de repræſent. lib.* 3. *cap.* 19. *à n.* 72. *vbi plures*, Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 19.

Verſ. *Sextò, ab eadem.*

122 Si quis, pluribus inſtitutis, decedens, vni ex illis præcipiat, vt Eccleſiã ex ſuis bonis hæreditarijs conſtruat, hærede ædificante poſt mortem teſtatoris, ius patronatus Eccleſiaſticum omnibus hæredibus commune eſt. Ita cũ D. Couar. tenẽt Pat. Vazq. *in opuſcul. tract. de redditibus cap.* 2. *§.* 2. *dub.* 19. *in fine*, Sanch. *conſilior. moral. lib.* 2. *cap.* 3 *dub* 93. *numer.* 13.

Sed cõtraria ſententia Roch. Curt. quã 123 refert D. Couar. non leuibus innititur rationibus, & fundamẽtis, pro qua facit primùm *regula ſecundùm naturã ff. de reg. iur.* Cum enim teſtator decreuerit, quòd hæres ſolus grauatus expenſarum diſpendiũ ſuſtineret, credendum eſt, voluiſſe, ad eũ duntaxat commodum patronatus Eccleſiæ pertinere, vt ibi ſit honor, vbi onus eſſe præcipitur, vt diſſerit Imperator in *l. fin. §. Sed cum in ſecundam, C. de furt. & in §. vnic. inſt. de legitim. patronor. tut.* facit *cap. aduerſus* 7 *in fine de immunit. Eccleſiar.* Nec inæqualitas erga hæredes præſumẽda eſt ex teſtatoris voluntate, argument. *l. ſi pluribus* 45 *ff. de legat.* 2. D. Couar. *ſup. lib.* 1. *c.* 13. *n* 9. *verſ. Sextò, ſubinfertur.*

Secundùm, quia ius patronatus à de- 124 functo non prouenit, ſed ex gratia ædificanti iure conceditur, *cap.* 1. *& per tot. de iure patronat.* Lotter. *ſup. lib.* 2. *n.* 26. Viuian. *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 35. atque ita cohæredes nihil conſequi poſſunt ex eo, quod fundator à defuncto nõ habet. Nec intererit, ſi reſpondeatur, quod ius patronatus potius cenſeatur cõceſſum teſtatori, cuius pecunia templum erectum eſt, quàm hæredi, qui nullam liberalitatem exercet. *l. vnum ex familia* 60. *§.* 1. *ff. de legat.* 2. Maximè quia quod per alios facimus, nos facere videmur, *l.* 1. *§. Deieciſſe ff. de vi, & vi armat.* Cum ea ſolutio elidatur, tum quoniam ius patronatus non tribuitur mandanti defuncto, ſed immediatè eidẽ conſtruenti, Seraphin. *deciſ.* 271. Lotter. *vbi proximè, num.* 16. Tum quia ſumptus non fiunt ex bonis defuncti, ſed hæredis, in quem per aditionem, tranſierunt *l. cum hæredes* 23. *ff. de acquirend. poſſeſ.* & cum in id tempus diſpoſitionem mandans contulerit, quo iã bona eſſent ſucceſſoris ex eius præſumpta volũtate patronatus ædificãti defertur, poterat etenim præcipere, vt ex hæreditate ipſa deduceretur ad Eccleſiam ædificandam, quo caſu doctrina D. Couar. procuidubio procederet, quamuis vnius hæredis induſtriam teſtator elegiſſet ad opus.

Tertiùm, præ cæteris vrget argumentũ 125 ſumptum à iure patronatus libertorum, quo vtitur etiam Lotter. *vbi proximè*, nã ſeruus proprius teſtatoris, ſi manumittatur iuſſu eius ab hærede, vel legatario, nõ efficitur libertus orcinus, ſiue defuncti

 ſed

ſed ſolius manumiſſoris, *l. qui ex cauſa 29. ff. de bon. libertor. l. 1. ff. de bon. poſſeſ. cõt. tab. libert. l. 3. in princip ff. de ſuis & legit. hæredib. §. Qui autem inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſ. relict.* Lotter. *ſup. & omnes communiter.* Igitur eodem modo conſtruens Eccleſiam ex præcepto anteceſſoris ſolus patronatum obtinebit, qui non iubenti, ſed exequenti tribuitur.

126 Quartùm, tandem, vt alia omittamus, perpendendum eſt, verum non videri, quod pro oppoſita opinione ſupponitur, videlicèt Eccleſiã nomine teſtatoris conſtrui, quoniam hæres licet voluntatem defuncti adimpleat, proprio nomine agit, quemadmodum, qui iuſſus manumittit, præſertim cum hæres, & defunctus vna eademque perſona exiſtimẽtur, *l. fin. C. de hæred. inſtituend. Auth. de iureiurãd. à morient. præſtito in princip.* Vndè alieno nomine ædificare dici non poteſt, etſi ædificium cedat in ſpiritualem iubentis vtilitatem, & ad ipſius memoriam apud homines commendandam, *l. 6. tit. 10. p. 1.*

127 Supereſt, vt ſatisfiat reſponſo Conſulti in *l. his conſequenter 18. §. 1. verſ. Sed & cum monumentum, ff. famil. erciſcund.* cui ſimile eſt in *l. Quintus Mutius 7. §. 1. ff. de ann. legat.* quo maximè opinio contraria fulcitur, ſed earum deciſionum vera ratione intellecta, conſtabit ad rem, de qua agimus, ea iura minimè pertinere. Eſt igitur præmittendum, monumentum nihil aliud eſſe, quàm ædificium ſepulchris adhærens ad munimen eorum, vel ad memoriam defunctorum, qui ibi conduntur, quo magis cadauera honorentur, *l. 2. §. monumentum, l. funeris ſumptus 37. § fin. ff. de religioſ. & ſumptib. funer.* & loco in *d. l. Quintus,* dicitur hoc ad authoritatem defuncti pertinere. Teſtator autem habebat ſepulchrum hæreditarium non munitum, nec decoratum, in quo ipſe humandus erat, iuſsitque vni ex hæredibus, vt ibi faceret monumentum, quod fieri cohæredum intereſſe, meritò Conſulti reſponderunt, quia cum tale ſepulchrum ad illos ſpectaret, *l. familiaria 5 ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* illud munitum, exornatumque eſſe, eis expediebat, nec potuit monumentum ædificanti tantùm acquiri, cum ſepulchrum, à quo erat inſeparabile, cõmune omnibus hæredibus foret, maximè quia quicquid ſolo inædificatur, ſolo cedit, *l. adeò, §. Cum in ſuo, ff. de adquirend. rer. domin.* & acceſſorium naturam ſequitur principalis, *cap. acceſſorium de reg. iur. in 6.* Vndè nil mirum, ſi hæredibus monumentum ab vno factum competere dicatur, quibus ius ſepulchri erat. Hæc verò ratio, vt per ſe notum eſt, in hærede ædificante Eccleſiam, nequaquã reperitur, quapropter allegati textus nihil probant ad fauorem ſententiæ contrariæ, quam veneror, libentiuſque amplecterer, quàm impugnarem, ni præmiſſa vrgerent fundamenta. Poſſet tamẽ dici ei locum fore, ſi ex coniecturis, perſonarumque qualitate colligeretur, teſtatorẽ voluiſſe ius patronatus omnibus hæredibus eſſe commune, nõ tamen adhoc ſatis erit, quod iuberetur fieri Sacrũ ædificium in loco, qui teſtatoris eſſet, etſi ex interpretatione mox tradita colligitur, nam in ſepulchro ius ſepeliẽdi propriũ erat hæredum acquiſitum per ſucceſsionem, nec per adiectionem monumenti auferebatur; at locus priuatus, in quo Templum ædificatur, prorſus Sacer efficitur, ac nullius in bonis eſſe poteſt, *§. Nullius, & ibi gloſ. inſt. de rer. diuiſ.* quem teſtator nunquã factum hæredum Deo dicauit, quare in hac ſpecie cõſiderari nequit vis acceſsionis, quæ in monumenti ædificatione reperitur.

# AD CAPVT Decimumnonum.

## SVMMARIVM.

1 *Authores videndi recenſentur.*
2 *Plures ad eandem rem ex contractu actionem habere, quibus modis contingat, & quis præferatur, n. 3.*
4 *Deciſio l. quoties, C. de rei vendicat. præter emptionem in ſimilibus contractibus locum habet.*
5 *Ratio ad eam cõſtitutionem redditur.*
6 *Sufficit traditio ficta, vt ea lex procedat, quod limitatur, ad n. 12.*
13 *Vendens eandem rem duobus inſolidum ei, qui ſuccubuerit, ad intereſſe obligatur.*
14 *Obligatus ex venditione ad rem tradendam ad id præcisè compellitur, ſi facultatem tradendi habuerit, ad n. 18.*
19 *Conſtitutio d. l. quoties, non obtinet, vbi dominiũ abſque traditione ipſo iure trãſfertur.*
20 *Nec in ſpiritualibus, & n. 21. 22.*
23 *Eccleſia emente non admittitur eadẽ conſtitutio, ad n. 25.*
26 *An in contractibus Principis ea conſtitutio locum habeat, & quando transferatur ipſo iure poſſeſſio in contrahentem cum Principe, ad n. 35.*
36 *Conceſſio eiuſdem rei, vel venditio à Principe duobus facta quando valeat, remiſſiuè.*
37 *L. quoties, C. de rei vendicat. in Eccleſia, & Eccleſiaſticis vendentibus procedit, limitatur, n. 38.*
39 *Non procedit quãdo poſterior emptor priorem alienationem cognouit.*
40 *Nec ſi poſterior cui res traditur habeat titulum lucratiuum, & prior contrahens onerosum.*
41 *Duobus eadem re diuerſo tempore vendita, & tradita, in dubio præſumitur in poſſeſsionem prius veniſſet, qui in contractu preceſsit.*
42 *Ex duobus emptoribus eiuſdem rei ille præfertur, qui prior ſatisfecerit venditori, etſi alter poſſeſsionem antea obtinuerit.*
43 *Limitatur, ſi venditor dominus non ſit.*
44 *Emens cum pacto de non alienando & hypotheca, aut cum eo ſolo pacto an præferatur poſteà ementi, ac poſſeſsionem adipiſcenti, ad n. 48.*
49 *L. quoties, in pignoribus non procedit.*
50 *Res vendita, & tradita à non domino, ſi hic deinde dominus efficiatur, venditor ex traditione facta dominium quærit.*
51 *In locatione an locus ſit d. l. quoties, ad num. 54.*
55 *Quid in contractibus iuramento vallatis, ad num. 59.*
60 *Quædam circa eandem conſtitutionem obſeruantur, vſque ad fin.*



## De interpretatione l. quoties, C. de rei vendicat.

1 Vt pleniſsimè comprehendãtur omnia circa deciſionem *l. quoties 13. C. de rei vendicat.* de qua D. Couar. ſub capite iſto, expedit conſulere Greg. Lop. *in l. 50. tit. 5. part. 5. & ibi* Hermoſill. *gloſ. 1. cum ſeqq.* Merlin. *de pignorib. lib. 4. quæſt. 30.* Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 20.* Gutier. *de iurament. confirmator. part. 1. cap. 30.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad d. l. quoties.* Mozzi. *de contractib. tit. de empt. cap. de naturalib. emption. à nu. 33.* Thesau. *quæſtion. foren. lib. 4. q. 64.* Pat. Molin. *de iuſt. tract. 2. diſp. 369.* Leſsi. *eod. tract. lib. 2. cap. 21. dub. 20. ex num. 140.* Dicaſtill. *de iuſt. lib. 2. tract. 9. diſp. 1. dubit. 8.* Card. Lug. *in ſimil. tract. tom. 2. diſp. 20. ſect. 11.*

Varijs modis contingere poteſt, vt ex contractu emptionis, vel alio plures ad eandem rem habeant actionem. Primò, quando duobus ſimul res pro parte venditur, aut ſimpliciter, quia etiam pro virili vnicuique diſtracta cenſetur, argument. *l. ſi fundus 16. § Si duo, ff. de pignor.* Greg. Lop. *in d. l. 50. gloſ. 2.* & hoc caſu traditio ſiue vni, ſiue alteri fiat, nulli ius ad ſuam portionem aufertur, *l. ſi debitor 10. ff. de pignorib.* ex quo conſtat *d. l. quoties,* ad hoc aptari non poſſe. Secundò, ſi plures ſimul emant fundum inſolidũ, & omnes ad petendum veniant ante traditionem, concurſu inter eos partes fient, vt in ſimilibus fieri ſolet, *l. 1. § Interdum, ff. de vſufruct. accreſcend. l. coniunctim 78 ff. de legat. 3. l. ſi finita 14. § Cum autem plures, ff. de damn. infect.* Sed ſi aliquis prior poſſeſſionem nanciſcatur, ille proculdubio potior habebitur, ex *d. l. quoties,* quæ abſque difficultate hic procedit, Greg. Lop. *vbi proximè.* 2

Tertiò, poteſt prædium diuerſo tẽpore inſolidum duobus vẽdi, & ante traditionem qui prior eſt tempore, potior eſt iure, *l. 7. tit. 7. p. 7.* vbi Greg. Lop. *gloſ. vlt.* Leſsi. *ſup. n. 140.* Dicaſt. *n. 261.* Card. Lug. *n. 163.* Quod ſi traditum fuerit alicui, ille, etſi vltimò contraxerit, obtinebit, qui primus poſſeſsionem adeptus eſt, vt probatur in *d. l. quoties, l. qui tibi 6. C. de hæred. vel action. vend. l. 50. tit. 5. p. 5.* & docent Caſtil. *controuerſiar. lib. 5. c. 80. n. 25.* Theſaur. *ſup. num. 1.* Ant. Gom. *vbi proximè.* Dicaſtill. *num. 262.* Card. Lug. *num. 164.* Menoch. *conſ. 122. num. 78.* Gutierr. *num. 1.* Fachin. *controuerſiar. lib. 2. cap. 33. in princip.* Ceuall. *commun. tom. 2. quæſt. 756. num. 48.* Merlin. *num. 1.* Pat. Molin. *num. 2.* Mozz. *num. 33.* Hermoſill. *num. 1.* Leſs. 3

ſed ſolius manumiſſoris, *l. qui ex cauſa 29. ff. de bon. libertor. l. 1. ff. de bon. poſſeſ. cõt. tab. libert. l. 3. in princip ff. de ſuis & legit. hæredib. §. Qui autem inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſ. relict.* Lotter. *ſup. & omnes communiter.* Igitur eodem modo conſtruens Eccleſiam ex præcepto anteceſſoris ſolus patronatum obtinebit, qui non iubenti, ſed exequenti tribuitur.

126 Quartùm, tandem, vt alia omittamus, perpendendum eſt, verum non videri, quod pro oppoſita opinione ſupponitur, videlicèt Eccleſiã nomine teſtatoris conſtrui, quoniam hæres licet voluntatem defuncti adimpleat, proprio nomine agit, quemadmodum, qui iuſſus manumittit, præſertim cum hæres, & defunctus vna eademque perſona exiſtimẽtur, *l. fin. C. de hæred. inſtituend. Auth. de iureiurãd. à morient. præſtito in princip.* Vndè alieno nomine ædificare dici non poteſt, etſi ædificium cedat in ſpiritualem iubentis vtilitatem, & ad ipſius memoriam apud homines commendandam, *l. 6. tit. 10. p. 1.*

127 Supereſt, vt ſatisfiat reſponſo Conſulti in *l. his conſequenter 18. §. 1. verſ. Sed & cum monumentum, ff. famil. erciſcund.* cui ſimile eſt in *l. Quintus Mutius 7. §. 1. ff. de ann. legat.* quo maximè opinio contraria fulcitur, ſed earum deciſionum vera ratione intellecta, conſtabit ad rem, de qua agimus, ea iura minimè pertinere. Eſt igitur præmittendum, monumentum nihil aliud eſſe, quàm ædificium ſepulchris adhærens ad munimen eorum, vel ad memoriam defunctorum, qui ibi conduntur, quo magis cadauera honorentur, *l. 2. §. monumentum, l. funeris ſumptus 37. §. fin ff. de religioſ. & ſumptib. funer.* & ideo in *d. l. Quintus,* dicitur hoc ad authoritatem defuncti pertinere. Teſtator autem habebat ſepulchrum hæreditarium non munitum, nec decoratum, in quo ipſe humandus erat, iuſsitque vni ex hæredibus, vt ibi faceret monumentum, quod fieri cohæredum intereſſe, meritò Conſulti reſponderunt, quia cum tale ſepulchrum ad illos ſpectaret, *l. familiaria 5 ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* illud munitum, exornatumque eſſe, eis expediebat, nec potuit monumentum ædificanti tantùm acquiri, cum ſepulchrum, à quo erat inſeparabile, cõmune omnibus hæredibus foret, maximè quia quicquid ſolo inædificatur, ſolo cedit, *l. adeò, §. Cum in ſuo, ff. de adquirend. rer. domin.* & acceſſorium naturam ſequitur principalis, *cap. acceſſorium de reg. iur. in 6.* Vndè nil mirum, ſi hæredibus monumentum ab vno factum competere dicatur, quibus ius ſepulchri erat. Hæc vero ratio, vt per ſe notum eſt, in hærede ædificante Eccleſiam, nequaquã reperitur, quapropter allegati textus nihil probant ad fauorem ſententiæ contrariæ, quam veneror, libentiuſque amplecterer, quàm impugnarem, ni præmiſſa vrgerent fundamenta. Poſſet tamẽ dici ei locum fore, ſi ex coniecturis, perſonarumque qualitate colligeretur, teſtatorẽ voluiſſe ius patronatus omnibus hæredibus eſſe commune, nõ tamen adhoc ſatis erit, quod iuberetur fieri Sacrũ ædificium in loco, qui teſtatoris eſſet, etſi ex interpretatione mox tradita colligitur, nam in ſepulchro ius ſepeliẽdi propriũ erat hæredum acquiſitum per ſucceſsionem, nec per adiectionem monumenti auferebatur; at locus priuatus, in quo Templum ædificatur, prorſus Sacer efficitur, ac nullius in bonis eſſe poteſt, *§. Nullius, & ibi gloſ. inſt. de rer. diuiſ.* quem teſtator nunquã factum hæredum Deo dicauit, quare in hac ſpecie cõſiderari nequit vis acceſsionis, quæ in monumenti ædificatione reperitur.

# AD CAPVT Decimumnonum.

## SVMMARIVM.

1 *Authores videndi recenſentur.*
2 *Plures ad eandem rem ex contractu actionem habere, quibus modis contingat, & quis præferatur, n. 3.*
4 *Deciſio l. quoties, C. de rei vendicat. præter emptionem in ſimilibus contractibus locum habet.*
5 *Ratio ad eam cõſtitutionem redditur.*
6 *Sufficit traditio ficta, vt ea lex procedat, quod limitatur, ad n. 12.*
13 *Vendens eandem rem duobus inſolidum ei, qui ſuccubuerit, ad intereſſe obligatur.*
14 *Obligatus ex venditione ad rem tradendam ad id præcisè compellitur, ſi facultatem tradendi habuerit, ad n. 18.*
19 *Conſtitutio d. l. quoties, non obtinet, vbi dominiũ abſque traditione ipſo iure trãſfertur.*
20 *Nec in ſpiritualibus, & n. 21. 22.*
23 *Eccleſia emente non admittitur eadẽ conſtitutio, ad n. 25.*
26 *An in contractibus Principis ea conſtitutio locum habeat, & quando transferatur ipſo iure poſſeſſio in contrahentem cum Principe, ad n. 35.*
36 *Conceſſio eiuſdem rei, vel venditio à Principe duobus facta quando valeat, remiſſiuè.*
37 *L. quoties, C. de rei vendicat. in Eccleſia, & Eccleſiaſticis vendentibus procedit, limitatur, n. 38.*
39 *Non procedit quãdo poſterior emptor priorem alienationem cognouit.*
40 *Nec ſi poſterior cui res traditur habeat titulum lucratiuum, & prior contrahens onerosum.*
41 *Duobus eadem re diuerſo tempore vendita, & tradita, in dubio præſumitur in poſſeſsionem prius veniſſe, qui in contractu preceſsit.*
42 *Ex duobus emptoribus eiuſdem rei ille præfertur, qui prior ſatisfecerit venditori, etſi alter poſseſsionem antea obtinuerit.*
43 *Limitatur, ſi venditor dominus non ſit.*
44 *Emens cum pacto de non alienando & hypotheca, aut cum eo ſolo pacto an præferatur poſteà ementi, ac poſſeſsionem adipiſcenti, ad n. 48.*
49 *L. quoties, in pignoribus non procedit.*
50 *Res vendita, & tradita à non domino, ſi hic deinde dominus efficiatur, venditor ex traditione facta dominium quærit.*
51 *In locatione an locus ſit d. l. quoties, ad num. 54.*
55 *Quid in contractibus iuramento vallatis, ad num. 59.*
60 *Quædam circa eandem conſtitutionem obſeruantur, vſque ad fin.*



## De interpretatione l. quoties, C. de rei vendicat.

1 Vt pleniſsimè comprehendãtur omnia circa deciſionem *l. quoties 13. C. de rei vendicat.* de qua D. Couar. ſub capite iſto, expedit conſulere Greg. Lop. *in l. 50. tit. 5. part. 5. & ibi* Hermoſill. *gloſ. 1. cum ſeqq.* Merlin. *de pignorib. lib. 4. quæſt. 30.* Anton. Gom. *variar lib. 2. cap. 2. num. 20.* Gutier. *de iurament. confirmator. part. 1. cap. 30.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ac d. l. quoties,* Mozzi. *de contractib. tit. de empt. cap. de naturalib. emption. à nu. 33.* Theſau. *quæſtion. forenſ lib. 4. q. 64.* Pat. Molin. *de iuſt. tract. 2. diſp. 369.* Leſsi. *eod. tract. lib. 2. cap. 21. dub. 20. ex num. 140.* Dicaſtill. *de iuſt. lib. 2. tract. 9. diſp. 1. dubit. 8.* Card. Lug. *in ſimil. tract. tom. 2. diſp. 20. ſect. 11.*

Varijs modis contingere poteſt, vt ex contractu emptionis, vel alio plures ad eandem rem habeant actionem. Primò, quando duobus ſimul res pro parte venditur, aut ſimpliciter, quia etiam pro virili vnicuique diſtracta cenſetur, argument. *l. ſi fundus 16. § Si duo, ff. de pignor.* Greg. Lop. *in d. l. 50. gloſ. 2.* & hoc caſu traditio ſiue vni, ſiue alteri fiat, nulli ius ad ſuam portionem aufertur, *l. ſi debitor 10. ff. de pignorib.* ex quo conſtat *d. l. quoties,* ad hoc aptari non poſſe. Secundo, ſi plures ſimul emant fundum inſolidũ, & omnes ad petendum veniant ante traditionem, concurſu inter eos partes fient, vt in ſimilibus fieri ſolet, *l. 1. § Interdum, ff. de vſufruct. accreſcend. l. coniunctim 78 ff. de legat. 3. l. ſi finita 14 § Cum autem plures, ff. de damn. infect.* Sed ſi aliquis prior poſſeſsionem nanciſcatur ille proculdubio potior habebitur, *ex d. l. quoties,* quæ abſque difficultate hic procedit, Greg. Lop. *vbi proximè.* 2

Tertiò, poteſt prædium diuerſo tẽpore inſolidum duobus vẽdi, & ante traditionem qui prior eſt tempore, potior eſt iure, *l. 7. tit. 7. p. 7.* vbi Greg. Lop. *gloſ. vlt.* Leſsi. *ſup. n. 140.* Dicaſt *n. 261.* Card. Lug. *n. 163.* Quod ſi traditum fuerit alicui, ille, etſi vltimò contraxerit, obtinebit, qui primus poſſeſsionem adeptus eſt, vt probatur in *d. l. quoties, l. qui tibi 6. C. de hæred. vel action. vend. l. 50. tit. 5. p. 5.* & docent Caſti l. *controuerſiar. lib. 5. c. 80. n. 25.* Theſaur. *ſup. num. 1.* Ant. Gom. *vbi proximè,* Dicaſtill. *num. 262.* Card. Lug. *num. 164.* Menoch. *conſ. 122. num. 78.* Gutierr. *num. 1.* Fachin. *controuerſiar. lib. 2. cap. 33. in princip.* Ceuall. *commun. tom. 2. quæſt. 756. num. 48.* Merlin. *num. 1.* Pat. Molin. *num. 2.* Mozz. *num. 33.* Hermoſill. *num. 1.* Leſs. 3

 *num.*

13 *Ven-*

num.140.verſ.Dico ſecūdo,Caldas de empt. cap.26.num.37.Morla in empor. iur. part. 1.tit.9.de empt.in prælud. num. 48. & alij innumeri, quos cumulat Barboſ.ſup. num. 2.Quod declara,etſi tempore primæ traditionis venditor dominium non haberet, & tempore ſecundæ ſic, nam adhuc qui primus poſſeſsionem obtinuit, præferretur.l.ſi à Titio 72.ff.de rei vendic.l. penult.ff.de except.rei vendit. Fachin. lib. 7. cap 33.verſ.Primus articulus, Ant. Gom. ſup. verſ. Septimò,principaliter.

4 Quæ conſtitutio communiter ampliatur ad alios ſimiles contractus tam oneroſos, quàm gratuitos, vt feudum, emphyteuſim, donationem, Ant. Gom. vbi proximè,Merlin.ſup.verſ.Cuius legis,Barboſ,à num.3.Caſtill.num.44 Hermoſ. ex num. 2. Noguerol. allegat. 14. num. 48. Leſs.d. verſ. Dico ſecundo, Valaſc. de iur. emphyteutic.quæſt.14.num.7.Molin. n. 6. Idem dicendū eſt in primogenio ex cauſa oneroſa,& irreuocabili iuxta l. 44. Taur. nam ſi poſteà fundator res, ex quibus maioratum inſtituerat, alteri in primogenium tradat, hic melioris erit conditionis; quod limita ſi fiat de licentia Principis, quæ per primum actum expirauit,vt explicat Gregor.Lop.in d.l. 50. gloſ. 1. ad fin. quem videas, & Hermoſill. qui alios refert,n.30.31.

Ibi: Huius conſtitutionis ea eſt ratio.

Ratio eſt, quia ex contractu emptio-
5 nis,& ſimilibus regulariter nullum ius in re quæritur emptori, ſed actionem duntaxat perſonalem habet aduerſus dominum venditorem,qui cum pleno iure dominium retineat cum facultate alienandi,l. qui tibi 3. C. de ijs, q. à non domin. Pichard.in §.Vtique tamen, num. 4. 6. inſt.de empt.Mareſcot.variar.lib.2.cap. 61. num. 3.Ant.Gom.in l.40.Taur.n.16.18. Card. Lug.n.164.Illud in eum,cui poſteà ex titulo legitimo rem tradit, transfert. Nec nouus dominus poteſt moleſtari, in quē, cum ſucceſſor ſingularis ſit, actio perſonalis non datur, vt probaui lib. 1. cap. 8. num.4.De qua ratione,Ant.Gom.Leſſi. Molin. & alij pro concluſione ſupra laudati.

6 Nihil autem intereſt quoad eā conſtitutionē,vt vera, vel ficta traditio interceſſerit, quando quidem per actus fictos vera poſſeſsio, & dominium transferri poteſt, l. quod meo 18.ff.de acquir. poſſeſſ. Ant Gom.in l.45.Taur. num. 45. Dicaſt. num. 264. Cardin. Lug. num. 165. verſ. Quartò,traditionis nomine,& alij ſtatim referendi. Vnde ſi quis vēdat domum Caio, ac deinde Titio conſtituens ſe huius nomine poſsidere, quāuis Caio poſtea eā verè tradat, Titius ſuperabit,Caſtill.ſup. num.17.Theſaur.num.3.Merlin.num.29. Magon.Lucenſ.deciſ.21.num.5 part. 2. Ant.Gom.d.cap.2.num. 26. verſ.Quartò principaliter,Bernard Diaz reg. 229. Barbol.num.11.Hermoſill.num. 9. Molin. n. 4.Theſaur.tamen d.quæſt.64.num.4. differentiam conſtituit inter veram traditionem, & clauſulam conſtituti quoad rem duobus in emphyteuſim conceſſam, ſentiens primum contrahentem ſecundo præferendum, cuius nomine dominus conſtituit ſe poſsidere.

Sed cōmunis proxima concluſio non 7
nullis limitationibus ſubijcitur, de quibus Barbol.num.12, & Hermoſill. à num. 10. Prima eſt in venditione conditionali cum clauſula conſtituti, nam ſi pendente conditione, eadem res alij purè vendatur, veraque, vel ficta traditio ſubſequatur, poſterior emptor potior habebitur, etſi conditio primæ venditionis aduenerit, Ant.Gom.in d.l.45. num. 93. Barboſ. vbi proximè,Gutier.in §. Sui, num. 197. inſt. de hæred. qualit. Hermoſill. num. 10. Quod eſt declarandum ex Anton. Gom. quando clauſula illa fuit vtique conditionalis, alioqui ſi eſſet pura, ita vt venditor ſtatim vellet,dominium in emptorem tranſire, quanquam conditionalis fuiſſet venditio, præmiſſa limitatio non habet locum, quoniam dominium voluntate domini ex titulo conditionali transferri ante implementum conditionis poteſt,l.dotis fructus 8.§.vlt.ff.de iur. dot.l.ſub conditione 18.ff. de ſolutionib, latè Amat. variar. lib. 2. reſolut. 52. à num. 5. qui fatetur hoc contradictione non carere,vt videre licet apud Gutier. practicar. lib.3.q.65.à n.7.

Secundò limitatur, ſi quid vendatur 8
ad menſuram, eadem clauſula adiecta, ſi enim quis emeret, priuſquam res metiretur, & poſſeſsionem etiā obtineat per actus veros, vel fictos, præcedente menſura, ſi ad eam venditum eſt, primum emptorem vincet, Mantic. de tacit. & ambig.conuent.lib.4.tit.17.num.4.Hermoſill.



ſill.num.13.Tuſch,practicar.concluſ.lit. E. conc.144 num.17.Barboſ.ſup. Quæ limitatio eadem ratione, qua proxima ſuſtinetur, quoniam huiuſmodi venditio cōditionalis eſt,& imperfecta,ex quo clauſula conſtituti ad trāſlationem dominij, & poſſeſsionis non prodeſt, de quo D. Couar.practicar.cap. 3. num 6. Menoch. conſ.26.num. 29. Trentacinq. variar. lib. 3.tit.de emption.reſol.5.num 1. Quæ vtique poteſt declarari ſecundū n doctrinā Gomezij nuper traditam, quando fundus, vel alia res certa, ad menſuram totā diſtrahitur.

9 Tertiò quando clauſula conſtituti additur in fauorem abſentis, quantumuis notarius eius nomine acceptet, quo caſu ſi alius comparet, poſſeſsionemque eiuſdem rei conſequatur, antequam ratum abſens habeat, quod geſtum eſt, ſecundus emptor melioris erit conditionis, Ant. Gom.n.83. Valaſc. conſult. 55.n.2. Hermoſill.n.16.Barboſ.d.n.12.

10 Quartò, vltra alias limitationes, de quibus per Barboſ.& Hermoſill.ſi res veneat habita fide de pretio certa die ſoluendo, & venditor conſtituat, ſe nomine emptoris poſsidere, ſi tempore præſcripto ſolutio non fiat ob moram debitoris, is,qui poſtea emerit, priori præferretur, vt obſeruat Cancer. variar.part.1.cap.13. de empt.n.6.

11 His adijciendum eſt, veram,vel fictam traditionem nullo modo impedire, ne potior ſit ſecundus emptor, in quem res tranſlata eſt quando pretium numeratū, oblatumvè non fuit, aut venditor fidem nō habuit de pretio, atque ita qui primus poſſeſsionem adeptus eſt, ſatisfactione data venditori, is præualet, etiam ſi alter prius per actum verum, vel fictum in poſſeſsione rei conſtituatur, ſi pretium non ſoluat, aut aliter ſatisfaciat, Molin num. 3.Hermoſill. num. 37. vbi alij, Caroc. de excuſſion.honor.quæſt.13.quæſt.10.princip. num.43.Gratian.diſceptat.cap. 523. num. 9.Barboſ.num.25. Card. Lug. num. 165. Ratio eſt, quia ex venditione per traditionem non transfertur dominiū in emptorem, niſi venditori ſatisfaciat. §. Venditæ inſt.de rer. diuiſion. Cancer.ſup.num. 2. Gregor.Lop.in l.1.gloſ.vlt.tit.11.part.1. Pichard.in d.§.Venditæ, num. 1. Hermoſill.cum plurib.in l.28.gloſ.1.num.1.tit.5. part.5 vbi textus, Molin.diſp.368. n. 15. Merlin.d.lib. 4.q.41.n.3.

Similiter dicendum erit, ſi duobus ea 12
dem res vendatur, & tradatur quorum vnus pro parte pretium ſoluit, alter integrè venditori ſatisfecit, hic enim præferendus eſt, etſi poſterior in emptione, traditione, & ſatisfactione ſit, nedum in parte, ſed in tota re vendita, quia dominium nec pro parte tranſit, antequam integrè pretij ſatisfactio præſtetur, Cancer ſup. num 5.Surd deciſ.220.num.12. Bart. in l. fiſtulas, §. Qui fundum, ff. de cont. emption. Gratian.d.cap.523.num. 2 Hermoſill. cū alijs in l. 28 gloſ.1.num.3.tit.5.part.5. qui num.4 idem eſſe ait, ſi vel vnus nummus deficeret, allegans Narbon in l. 30.gloſ. vnic.in fine,tit 7 lib.1.Recopilat.

Quoties tamen emptor ſuccumbit, 13
niſi ſciens rem alij venditam comparet, agere ad intereſſe contra doloſum venditorem poteſt, d.l.50.tit.5.part 5.l. qui tibi 6.C de hæredit. vel act. vendit. Molin. d.diſp.369.num.2.Hermoſill.in ead.l. 50. num.43 Anton.Gom ſup.cap.2.num 20. verſ. Quintò principaliter,Barboſ. num. 30. Heuia Bolaños in commerc. terreſtro,lib.1. cap.12 num.52.Merl.ſup. nu. 2. Dicaſtill. num.263.

Num. 1.

Venditor, qui rem diſtractam tradere 14
poteſt, ad id compellitur, nec liberatur intereſſe ſoluens, ſed ſi eam præſtandi facultatem non habeat, intereſſe loco rei ſuccedit, Gregor. Lop.in l.7.gloſ. vlt. tit. 5.part.5. Amat. variar. lib. 1.reſolut. 34. num. 3. vbi plurimi, Caſtill. controuerſiar. lib.2.cap. 25. num. 38. Menoch. conſ. 92. num.63. Pinell.in l.1.part.3.num.25.C.de bon.matern. Boer.deciſ.48.nu.2. Matienç. in l.23 gloſ.1.num.4.tit.7.lib.5. Recopilat. Tuſch.lit. V.conc.55.num 1.Ceuall. commun.tom.1.quæſt.459.verſ.Sed contrariam, Oliuald ad Donell. commentar. lib. 13. cap. 2.num 4.Pichard.in §.vlt.num.4.6.inſt.de verbor. obligat. Caldas de emption. cap. 20. num.10 Morla in empor. d. tit. 9. quæſt. 7. num.4.Mareſcot. variar.lib.2.c. 70. num. 11.Anton. Gom.d.num 20.verſ. Secundò principaliter in fine,Hermoſill. cum alijs in l.7 gloſ.4.à princ. tit. 5. part. 5. Ratio eſt, quia cum contractus hic bonæ fidei ſit, nihil magis bonæ fidei congruit, quam id præ-

re, quod quis promiſit, & inter contrahentes actum eſt, vt inquit Vlpianus *in l. exempto 11. ff. de actionib. empt.* nec emptor intereſſe pro re inuitus accipere cogi poteſt contra regulam, *l. 2. §. Mutui datio, ff. de reb. credit.* quod explicat Amatus rationibus contrariorum reſpondẽs, *ſup. à num. 4.*

15 Quæ concluſio faciliùs admittẽda eſt, ſi iuramento contractus confirmetur, Amat. cũ alijs, *n. 7.* Hermoſ. *vbi proximè, num. 5.* Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg. 74.* aut ſi interueniat clauſula precarij, conſtitutiue, Amat. alios referens, *num. 8.* Vel ſi inſtrumento venditionis clauſula guarentigia inſeratur, Amat. *n. 9.* vbi allegat Bald. *in l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt,* Fabian. de Monte *de emption. q. 6. n. 40.*

16 Vbi autem venditor tradere recuſat non obtemperans iudicis præcepto poteſt ei manu militari res auferri, Mareſcot. qui teſtatur ita fuiſſe deciſum, *d. nu. 11.* Amat. *num. 10.* Hermoſill. *num. 3.* Oſuald. *ſup.* Plot. *in l. ſi quando, num. 171. C. vnde vi.* licèt Ant. Fab. *de errorib. decad. 17. error. 7. num. 6.* teneat, ſolùm pœnarũ, & mulctarum comminatione poſſe venditorem ad tradendum compelli.

17 An idem, quod de venditore, dicendũ ſit de eo, qui emit cũ pacto de retrouendendo, quòd ſcilicèt ad tradendam rem præcisè teneatur? dubia quæſtio eſt, & in terminis iuris communis receptius eſt, non teneri, at ex *l. 42. tit. 5. p. 5.* contrariũ probari videtur. Vide Greg. Lop. *ibi gloſ. 4.* vbi Hermoſill. alios laudat, Caſtill. *vbi proximè,* Pinell. *in l. 2. part. 2. cap. 3. n. 21. C. de reſcind. vendit.* Cardin. Tuſch. *ſup. num. 3.* Ant. Gom. *in d. cap. 2. num. 29. ad fin.* Aretin. *conſ. 6. in princip.* & de iure Regio tenendum eſt, promiſsionem de vẽdendo idem operari, ac venditionẽ, cum ex pacto nudo oriatur actio, *l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat.* Hermoſill. *in l. 10. gloſ. 1. n. 10. tit. 5. p. 5.*

Ibi: *Scio etenim poſſe iure defendi.*

18 Aduerſus concluſionem communem traditam, *num. 14.* quòd ſcilicèt venditor cogi non poſsit præcisè ad rem tradendam, quanuis poſsideat, ſed quod intereſſe ſoluendo liberetur, pro viribus defendit Fachinæ. *controuerſiar. lib. 2. cap. 30. per tot.* vtriuſque ſententiæ fundamẽta referens, & contrarijs ſatisfaciẽs, Ant. Fab. *ſup. decad. 85. error. 4.* Sed a priore deuiandum non eſt. Vtrum iuretur in litem contra venditorem, qui rem non tradit, docent laudati ab Hermoſill. *in d. l. 7. gloſ. 4. num. 4. tit. 5. p. 5.*

Verſ. *Primùm, eam deciſionem.*

19 Conſtitutio *d. l. quoties,* non obtinet locum, vbi ex contractu abſque traditione dominium transfertur, quoniam tunc ex quo quis contraxit ius in re acquirit; vndè licet poſtea alius emat, & rem accipiat, potior non erit, Ant. Gom. *d. cap. 2. num. 20. verſ. Septimò, principaliter extende, ad med.* Molin. *diſp. 369. n. 7.* Mozzi. *d. cap. de naturalib. emption. num. 34.* Barboſ. *in d. l. quoties à num. 13.* Merlin. *d. q. 30. num. 7.* Gregor. Lop. *in d. l. 50. gloſ. 1.* Leſsi. *d. dubit. 20. num. 141.* Fuſar. *de ſubſtitutionib. quæſt. 674. num. 30.* Peregrin. *de fideicommiſ. art. 51. n. 73.* Pet. Barboſ. *in rubric. part. 2. num. 85. ff. ſolut. matrimonio,* Hermoſill. cum alijs *in d. l. 50. gloſ. 1. n. 23.*

20 Hinc deducitur, quòd in iuribus ſpiritualibus præfata conſtitutio admittenda non eſt, quæ abſque traditione transferũtur. Sic quando duobus idem beneficium confertur, ille potior eſt, qui primus titulum obtinuit, etſi alter prius adipiſcatur poſſeſsionem, *cap. cum, cui 7. de præbend. lib. 6.* gloſ. *in cap. qui prior 54. de reg. iur. eod. lib.* Gregor. Lop. *vbi proximè,* Fachin. *lib. 7. cap. 53. verſ. Non offendunt,* Gõçal. *ad reg. 8. Canceliar. gloſ. 15. num. 17.* Aug. Barboſ. *in d. collectan. ad l. quoties, n. 14.* Gail. *practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 55. num. 9.* Hermoſill. *n. 20.* Quoniam ex titulo ius reale ſtatim in beneficio quæritur, *cap. ſi tibi abſenti 17. de præbend. lib. 6.* gloſ. vlt. *in cap. penult. eod. tit.* D. Couar. *inf. lib. 3. cap. 16. num. 1.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 3. quæſt. 8. nu. 17. 18.* Caſſador. *deciſ. 5. num. 5. de priuileg.* Flamin. *de reſignat. beneficiar. lib. 2. quæſt. 16. n. 2.* Viuian. cum multis *in prax. iuris patronat. lib. 13. cap. 2. n. 2. 10.*

21 Pari ratione in matrimonio ex mutuo cõſenſu ius in corpore coniugis, ita quæritur ante carnalem conmixtionem, vt matrimonium ratum per ſecundum cõſummatum minimè diſſolui queat, vt notãt Pet. Barboſ. *in rubric. part. 2. num. 85. ff. ſolut. matrimon.* Ant. Gab. *commun. lib. 3. tit. de empt. conc. 2. num. 38.* Gail *ſup. num.*



*num. 12.* Hermoſill. *vbi proximè,* & probatur ex *cap. licet 3. cap. vlt. de ſponſ. duor.*

22 Idem dicendum eſt de alijs iuribus incorporalibus, quæ traditionem non recipiunt, nam cui prius ceſſa fuerint, ille obtinebit, quanuis alius poſtea ea acquirat, & in quaſi poſſeſsione cõſtituatur, vt voluut Hermoſill. *n. 21.* Aug. Barboſ. *in d. collectan. n. 16.*

Num. 2.

23 Si res vendatur Eccleſiæ, vel alij pio loco, ſiue cuicunque, in quem dominium abſque traditione transferatur, licèt alius poſſeſsionem poſtea apprehẽdat eiuſdem rei in quæſtione, domini ſuccumbet, ſiue ante contractum Eccleſiæ, ſiue poſt emerit, Morla *ſup. d. tit. 9. in prælud. num. 51.* Fuſar. *num. 32. 34.* Hermoſill. *num. 22.* Marta *de iuriſdict. Eccleſ. part. 4. quæſt. 19. num. 5.* Card. Lug. *num. 168.* & alij omnes allegati, *ſup. num. 19.* Quod vtique procederet, etſi alia Eccleſia ſecunda foret emptrix, gloſ. *in l. fin. verb. in rem, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* vbi Barboſ. *in collectan. num. 21.*

24 Sed hoc limitandum eſt, quando Eccleſia, quæ emit pretium non ſoluit, nec vẽditor fidem de pretio habuit, quia priuilegium acquirendi dominium abſque traditione intelligitur, ſi ſoluatur pretium, aut aliter domino ſatisfiat, gloſ. *proximè citata,* Greg. Lop. *in l. 1. gloſ. vlt. tit. 11. p. 1.* Vnde ſi alius emat poſt Eccleſiam, pretium ſoluat, aut ſatisfaciat, & poſſeſsionem conſequatur, antequam illa ſatisfactionem præſtet, ipſe melioris erit conditionis, vt planè ex dictis colligitur.

25 Circa quæ eſt obſeruandum cum Molina *ſup.* quod ſi quis voluerit, aut promiſerit donare, vel vendere Eccleſiæ prædium, deindèque illud in alium alienet, hic præferẽdus erit, nã etſi ex donatione, & venditione dominium in Eccleſiam, rè nondũ tradita, transferatur, nõ ita ex pacto de vendendo, aut donando, Gregor. Lop. *in l. 1. gloſ. vlt in fine, tit. 11. p. 1.* Card. Lug. *vbi proximè, verſ. Aduerte ſecundò.* Vnde prouenit, vt qui primùm poſſeſsionem adeptus eſt, dominium vtique, quod erat penes promiſſorem, qui vendidit, conſequatur.

Num. 3.

26 Vt cognoſcamus, quando in cõtractibus Principum Supremorum locus ſit *d. l. quoties,* inquirendum eſt, an Princeps ex contractu dominium rei ſuæ abſque traditione transferat? Nam quoties ſic dominium tranſit, Imperialis conſtitutio admitti non poteſt ex proximè dictis, cũ primus contrahens ſemper ſit præferendus; at vbi traditio opus eſt, ibi ea lex ſuũ robur obtinebit. Quã in re D. Couar. veſtigijs inhærendo tres caſus diſtinguendi ſunt.

27 Primus eſt, cum Princeps habens condendi leges poteſtatem exprimit, quòd vult, ſtatim dominium rei ſuæ in contrahentem, ſine traditione trãſferre, & iuxta eius voluntatem, tam in contractibus onerosis, quàm lucratiuis proculdubio tranſibit, quoniam iuri cenſetur derogare, & cum poſsit lege hoc fieri, vt dominia rerum, remota traditione, transferantur, vt latè probat Anton. Gom. *in l. 45. Taur. num. 4.* Id ipſum maximè circa res proprias licere Principi fatẽdum eſt, qui animata lex dicitur, & pluſquam illa poteſt, Bald. *in Authentic. hoc amplius, num. 10. C. de fideicommiſ.* Cyriac. *tom. 2. controuerſ. 204. num. 50.* Quibus rationibus, ita docent cum D. Couar. Fachin. *d. lib. 7. cap. 33. verſ. Tertius articulus,* Molin. *d. Iuſt. tract. 2. diſput. 3. num. 18. verſ. Quia verò,* Tuſch. *lit. D. conc. 602. num. 96.* Caſſan. *in catalog. glor. mundi part. 5. conſiderat. 24. num. 141.* Iaſ. *in d. l. quoties col. 2. num. 10.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad l. traditionibus, num. 5. C. de pact.* Ruin. *conſ. 32. num. 4. lib. 1.* Ant. Gab. *commun. lib. 3. tit. de empt. conc. 2. num. 39.* Hermoſill. *in d. l. 50. gloſ. 1. num. 25.* & alij communiter.

28 Secundus caſus eſt, ſi Princeps, nihil circa dominij tranſlationem aſſerens, rẽ aliquam ex gratia concedat, & idẽ quod in ſpecie præcedenti cum D. Couar. dicendum eſt, quia præſumitur ex liberalitate concedentis, quod voluit dominiũ, non expectata traditione, conferre, vt ſuſtinent Iaſ. Tuſch. Molin. Caſſan. Ruin. Hermoſill. *vbi proximè,* Gail *ſup. d. obſeruat. 55. num. 6.* Cabed. *Luſitanar. deciſ. 30. num. 9. part. 2.* Auend. *in l. 44. Taur. gloſ. 2. num. 3.* Bellug. *in ſpecul. Princip. rubric. 22. in princip. num. 8.* Hermoſill. *in l. 7. gloſ. 3. num. 14. tit. 4. part. 5.* Menoch. *conſ. 331. num. 87.* Pariſ. *conſ. 11. num. 58. lib. 1.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 37. num. 57.* At Fachin. *ſup. verſ. At contrarium,* aduerſus communem

munem docet, dominium ex donatione Principis minimè transferri, niſi res tradatur, quoniam in dubio credendum eſt, Principem ſe iuris regulis conformare, per *l. ſi quando, C. de inoffic. teſtament* & alia iura, quæ refert, & quidem in puncto iuris opinio hæc probabilitate non caret; tamen à communi recedere nõ oportet, niſi Rex quid alienum donet, quia traditio deſideratur, cum cedat in tertij præiudicium, Gregor. Lop. *in l. 53. gloſ. 5. tit. 5. part. 5.*

29 Pro qua reſponderi poteſt, verum non eſſe, quod liberalitas Principum iuxta iuris communes regulas metiatur, à quibus frequenter excipitur, *l. donationes 26. C. de donat. inter, l. cum multa 7. C. de bon. quæ liber. l. ſancimus 34. §. Exceptis, C. de donationib.* Vndè in alijs actibus cenſetur Princeps ſecundũ ius diſponere, non quãdo liberalitatem exercet, quæ ex amplitudine dignitatis vltra metas priuatarum largitionum interpretanda eſt, ita vt in dubijs beneficia Principũ largiſsimè accipienda ſint, *cap. olim 16. de verbor. ſignificat. l. fin. ff. de conſtitut. Princip.* Ex quibus colligitur, quòd cum poſsit Princeps dominium res donatæ ſolo conſenſu donatario conferre, id vult, vt ſe magis munificum oſtendat, quia hoc maximè decet Maieſtatem, *d. cap. olim.*

30 Non ſolùm autem ex donatione Principis dominium quæritur abſque traditione, ſed etiam poſſeſsio, Menoch. *de recuperand. remed. 3. num. 277. & conſ. 606. num. 8.* Gratian. *diſcept. cap. 310. num. 5.* Mieres *de maiorat. part. 1. quæſt. 26. num. 15. vbi alij.* Quamuis aliud dicendum ſit, quãdo priuatus in Principem alienat, cui dominium abſque traditione acquiritur, argument. *d. l. ſi. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Tuſch. *d. conc. 602. num. 95.* nõ ſic poſſeſſio, vt colligitur ex gloſ. *verb. in rem in d. l. vlt.* quæ ita in Eccleſia decidit, pro qua plures laudat Barboſ. *in collectan. ibi numer. 22.*

31 Tertius caſus eſt, ſi Princeps vendiderit, vel ex alio contractu oneroſo alienauerit, in quo duplex ſententia communis reperitur, vna affirmans dominium in emptorem abſque traditionis adminiculo peruenire, quoniam ſola voluntas Principis ſufficit, cuius contractus vim legis habent, nec iuris ſolemnibus egent, *d. l. donationes 26.* Ita tenẽt Gratian. *ſup. num. 8.* Mieres, *num. 12.* Boſsi. *in prax. tit. de Princip. num. 67* Natta *conſ. 398. num. 21. 27.* Purpurat. *in l. imperium, nu. 84. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Hermoſill. *in d. l. 50. gloſ. 1. num. 25. verſ. Ratio enim eſt.* Mãtic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 20. num. 50.* Noguerol. *allegat. 14. n. 3.* Quod intelligendum eſt, etſi nihil de dominij acquiſitione, ſine traditione dictum ſit.

Contrarium verò cum D. Couar. tuen- 32
tur alij exiſtimantes traditionem omninò in præmiſſo caſu deſiderari ad dominij translationem, quia Princeps contrahendo iure priuati vtitur, voluntatẽque ſuam iuris diſpoſitioni accommodat. Sic ſentium Pat. Molin. *d. diſp. 3. nu. 18. verſ. Quia verò,* Caſſan. *ſup. & in conſuetudin. Burgund. rubric. 7. §. 1. num. 19. verſ. Fao decimoquarto caſu,* Cald. *in l. ſi curatorem verb. leſis num. 109.* Tuſch. *d. concl. 602. nu. 96.* Gall. *ſup. num. 7.* Ant. Gab. *commun. lib. 3. tit. de empt. conc. 2. ex num. 39.* Ruin. *d. conſ. 32. num. 4.* Quod verius videtur, & comprobatur ex dictis, *ſup. num. 28.* cum Fachinæo.

Ex quibus omnibus deducitur iam, in 33
primo caſu quando Princeps expræſsim vult, dominium ſine traditione transferre limitandam eſſe regulam *d. l. quoties,* quoniam prior contrahens præponendus eſt poſteriori, licet hic poſſeſsionem rei conſequutur, cum ille prius ius in re obtinuerit, vt ſentiũt omnes laudati *ſup. num. 27.* & D. Couar. in præſenti. In ſecũda ſpecie, quando ſcilicet Princeps liberalitatem exercet, etſi de trãslatione dominij dictum non ſit, ſimiliter aſſerendum eſt, priorem donatarium eſſe potiorem, qui in dominij acquiſitione præuenit, vt præter allegatos *ſup. numer. 28.* notant Bernard. Græuæ *ad prax. Camer. Imperial. lib. 2. conc. 55. num. 1. 2.* Narbona *in l. 11. gloſ. 2. num. 7. tit. 5. lib. 7. Recopilat.* Rolent. *tract. de feud. cap. 6. conc. 10. verſ. Certè cum hæc diſtinctio.* Burſat. *conſ. 78. n. 7.* Mier. *ſup. num. 13.* Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 5. n. 37.*

In vltimo caſu, cum Princeps ex cauſa 34
oneroſa alienat, nec de transferendo dominio quicquam decernit, quemadmodum dubium eſt, an transferatur ſine traditione dominium, vt diximus *proximè, num. 31. 32.* Ita etiam quæſtionis eſt, vtrũ locus ſit *d. l. quoties.* negant Græuæ *ſup. n. 5. & in conſideratione poſt d. concluſ. 55. in principio* Matilian *in d. l. quoties, num. 117. C. de rei vindicat.* & alij qui nituntur opinioni *ſup. traditæ,* ſecundũ quam dominium ex ſuo contractu Princeps transfert ſine traditione. Quibus iungendi ſunt laudati *ſup. num. 31.* qui ita proculdubio ſentiunt, cum illud probent.



35 Nihilominus verius eſt, præfatam cõſtitutionem eſſe admittendam, vt cum D. Couar. & allegatis *ſup. num. 32* probarunt in ſpecie Fachin. *d. cap. 33. verſ. Secundus articulus,* Cabed. *vbi ſup.* Aug. Barboſ. *in collectan. ad d. l. quoties, n. 17.*

36 Non eſſet ab hoc loco alienum inquirere, quando valeat conceſsio eiuſdem rei, vel venditio per Principem facta, ſed vt breuitati conſulamus, quia res paucis abſolui nequit. Vide Greg. Lop. *in l. 53. gloſ. 6. tit. 5. part. 5.* & ibi Hermoſill. plures cumulantem, *ex num. 5.* Gail *d. obſeruat. 55. num. 2.* vbi latè probat, nullam eſſe ſecundam Principis conceſsionem, niſi de prima expreſsim mentio fiat, quamquam motu proprio expediatur, quia præſumitur Princeps oblitus primæ gratiæ, vel ab impetrante deceptus, quæ præſumptio probationem in cõtrarium excludit.

Num. 4.

37 Omiſſa controuerſia aſſeuerãdum eſt, deciſionem *d. l. quoties,* procedere in Eccleſia, vel Eccleſiaſticis perſonis alienantibus ex ratione, quam D. Couar. rectè perpendit, prout tenent Gregor. Lop *in d. l. 50. gloſ. 1. in princip.* Leſsi. *de iuſt. lib. 2. cap. 21. dubit. 20. num. 141.* Anton. Gom. *d. cap. 2. num. 20. verſ. Sextò & principaliter,* Pat. Molin. *tract. 2. diſput. 369. num. 7.* Ant. Gab. *d. conc. 2. num. 51.* Auguſt. Barboſ. *vbi proximè, num. 9.* Hermoſill. *in d. l. 50. gloſ. 1. num. 19.* Fachin. *controuerſiar. lib. 2. cap. 53. verſ. Ego poſteriorem,* vbi latè, Card. Lug *num. 168. verſ. Aduerte tertiò.*

38 Quæ reſolutio declaranda eſt, vt minimè procedat, ſi res Eccleſiæ diſtrahatur cum licentia Superioris iuxta *extrauagant. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. int. commun.* nam ſi vniuendatur virtute facultatis obtentæ, etſi ei res non tradatur, præualebit contra ſecundum emptorem, qui poſſeſsionem fuit conſequutus, niſi iterũ ad denuò vendendum fuiſſet conceſſa licentia. Ratio eſt, quia per primam venditionem, licèt res non traderetur, facultas expirauit, qua deficiente, poſterior alienatio non ſubſiſtit. Quod regulare eſt, quoties ad alienadum alterius facultas deſideratur. Ex quo conſtitutio *d. l. quoties,* limitatur per Gregor. Lop. *d. gloſ. 1. ad fin.* vbi Hermoſill. *num. 29.* Valaſc. *de iur. emphyteutic. quæſt. 14. num 9.* Auguſt. Barboſ. *num. 20.* Cald. *de extinct. emphyt. cap. 10. ex num. 36.* quemadmodum de maioratu diximus *ſup. n. 4.*

Num. 5.

Quoties ſecundus emptor non igna- 39
rus prioris contractus rem eandem comparat, quamuis poſſeſsionem adipiſcatur, non obtinebit contra primum emptorẽ, cui nunquam fuit tradita, Gregor. Lop. *d. gloſ. 1. ad med.* Molin. *num. 9.* Morla *d. tit. 9. in rubric. num. 50.* Leſsi. *num. 142.* Cald. *de empt. cap. 26. num. 30.* Gail. *d. obſeruat. 55. nu. 11.* Mozz. *ſup. cap. de naturalib. empt. n. 33. verſ. Tertiũ,* Anton. Gom. *d. n. 20. verſ. Secundò, principaliter,* Gutier. *de iurament. confirmator. part. 1. cap. 30. num. 8.* Ant. Gab. *ſup. num. 30.* Hermoſill. *num. 27.* Ceuall. *tom. 2. quæſt. 756. num. 48. 49.* Merlin. *d. quæſt. 30. num. 10.* Dicaſtill. *num. 267.* vbi, quod in foro conſcientiæ non eſt tutus, & alij per Barboſ. *num. 18.* Sciẽtia autem primæ emptionis nocebit, ſi tempore contractus, aut pretij ſoluti habeatur, ſecùs ſi poſt ſolutum pretium ante traditionem, nam etſi ſciens rem accipiat, nihil ei imputari poteſt, qui magis ſibi proſpicere voluit (ne pecuniam perderet) quàm primo emptori, vt obſeruat Gregor. Lop. *ſup.* Imo idem dicendum eſt, ſi quis bona fide emat, poſteaque, pretio nondum numerato, ſciat rem alteri prius venditam, ex quo recuſans pecuniam ſoluere, ex contractu iam inito per iudicem compellatur, quamuis ſe defenderit, nulla colluſione interueniente, nam ſi poſſeſsionem hoc caſu nanciſcatur, potior habebitur primo emptore, cum dolum non admiſerit, & iuſtè emit, qui authore Prætore, emit, *argum. l. iuſtè poſſidet, ff. de vſucap.*

Ibi: *Quod ſi primus emptionis titulum habeat.*

Præterea *d. l. quoties,* limitatur, quan- 40
do poſterior, cui res traditur habet titulum lucratiuum, prior verò oneroſum, nam etſi poſſeſsionem nunquam acceperit,

rit, & dominium traditione in donatariũ ſit tranſlatum, competit ei actio reuocatoria, per quam vltimam alienationem reſcindens rem cõſequetur, etiam ſi donatarius ignarus fuiſſet præcedẽtis contractus oneroſi, vt cum D. Couar. docent Ant. Gom. *d. n. 20. verſ. ex quo deducitur*, Molin. *vbi proximè*, Palac. Rub. *in rubric. de donat. int. §. 81. num. 12.* Leſſ. *ſup.* Ant. Gab. *n. 32.* Aug. Barb. *n. 20.* Azor *inſtitut. moral. part. 3. lib. 8. cap. 18. q. 5.* Hermoſ. *nu. 28.* Quanquam contrarium tueatur, Ant. Fab. *de errorib. decad. 85. error. 9.* qui opinatur, emptori aduerſus donatarium reuocatoriam non competere, quæ ſententia in Principe donante, quod prius alij vendiderat, defendi poteſt admiſſa ea opinione, quòd ex cõtractu oneroſo Principis dominiũ ſine traditione non tranſfertur, de qua *ſup. n. 32.* quia cum ius in re nondum habeat faciliùs tolli per ſupremam poterit poteſtatem, maximè, ſi iuxta cauſa interceſſerit, de quo vide Hermoſ. & ab eo allegatos *in l. 53. gloſ. 3. à nu. 7. tit. 5. part. 5.*

Num. 6.

41 Si pluribus eadem res vendatur, & tradatur, ſed non appareat, quis primus poſſeſſionem adeptus eſt, qui prior contraxit, obtinebit, quoniam præſumitur, ſicut in contractu, ita in traditione præceſſiſſe, & aduerſario, qui ſecundò emit, incumbit probatio, quod prius fuit ſibi res tradita, Molin. *num. 5.* Ant. Gom. *verſ. Tertiò, principaliter limita.* Mozz. *ſup. num. 34. in fine.* Hermoſill. *d. gloſ. 1. n. 39.* Leſſ. *n. 143.* Ant. Gab. *n. 51.* Gratian. *diſceptat. cap. 523. n. 4.* Aug. Barboſ. *n. 31.* Dicaſtill. *num. 265.* Card. Lug. *num. 167.*

Ibi: *Quod verum eſt vbi vterque.*

42 Videas quæ dicta ſunt *ſup. n. 11. 12.* Si inter duos eiuſdem rei emptores controuerſia de dominio ſit, quamuis vterque poſſeſſionem acceperit, ille ſuperabit, qui prius venditori ſatisfecerit, pecuniã numerans, aut fideiuſſore, vel pignoribus præſtitis. Idem erit, ſi habita fides ſit de pretio; quam declarationem ad proximam concluſionem tradit cum D. Couarr. Leſſ. *d. n. 143.* Hermoſill. Barboſ. & alij *proximè* laudati. Ratio eſt, quia dominium non quæritur, niſi ſatisfactione data venditori, vt probaui *numer. 11.*

43 Hoc tamen limitãdum eſt in emptione rei, quæ vendentis non ſit, quo caſu non attenditur pretij ſolutio, ſed dũtaxat poſſeſſionis traditio. Vnde ſi duo à nõ domino emiſſent, ille potior erit, qui prior poſſeſſionem obtinuerit, ſiue pretium ſoluerit, ſiue non, nam quod de pretij ſolutione dictum eſt *ſup. num. 11. 12.* ſolum procedit, vendente domino, l. 50. *tit. 5. p. 5.* vbi Greg. Lop. *gloſ. 4. 7.* Hermoſill. *d. gloſ. 1. cum ſeqq. n. 42.* Ant. Fab. *decad. 86. error. 5.*

Num. 7.

44 Eſt inter cæteras inſignis limitatio, quàm in præſenti tradit D. Couar. cum ſcilicet pactum de non alienando in prima interuenit emptione cum obligatione bonorum ad contractus, & pacti firmitatem, quo fit, vt licèt poſtea eadem res tradatur ex venditione, vel alio contractu, primus contrahens præferatur, quia prius ius in re obtinuit, nec potuit dominium in alium propter vim pacti, & hypothecæ tranſire, maximè ſi fuerit ſpecialis ipſius rei, quæ venijt, vt aſſerunt Caſtill. *controuerſiar. lib. 5. cap. 80. num. 25* Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 20. verſ. Quartò, principaliter limita*, Gutier. *d. cap. 30. num. 7.* Auguſt. Barboſ. *num. 21.* Menchac. *de ſucceſſion. creat. lib. 1. §. 10. num. 84. verſ. Secundo ex hoc*, Cald. *de emption. cap. 26. num. 37* Moria *d. tit. 9. de cont. empt. in rubr. num. 49.* Hermoſill. *num. 32.* Quod vtique obſeruandum eſt, ſi cum tali pacto generalis bonorum hypotheca iungatur, prout D. Couar. ſentit, qui indiſtinctè obligationem, ſiue hypothecam ſufficere, ait, quem ſequuntur, Caſtill. *ſup.* Merlin. *d. lib. 4. quæſt. 30. num. 28.* vbi alij, & ſi aliàs valdè controuerſum ſit, an pactum de non alienando cum generali hypotheca impediat dominij rei obligatæ translationem, vt videre licet apud Hermoſill. *in l. fin. gloſ. 2. à n. 2. tit. 5. p. 5.*

45 Imò id ipſum verum eſt, ſi omiſſum fuerit pactum de non alienando, ſolùmque hypotheca ſpecialis rei venditæ interceſſerit ad implementum contractus, adhuc enim cum primus emptor hypothecarius ius in re conſequatur, eam à ſequenti, cui ſit tradita, auocare poterit,





Merlin. cum multis *ſup. à num. 3.* Leſs. *de iuſt. lib. 2. cap. 21. dubit. 20. num. 141. verſ. Secundò, non habere*, Theſaur. *quæſtion. forenſ. lib. 4. quæſt. 64. num. 2.* Gutier. *num. 2.* Molin. *d. diſp. 369. nu. 8.* Magon. *Lucenſ. deciſ. 21. num. 4.* Mozz. *ſup. num. 33.* Ferrat. *in tract. cautelar. caut. 48. num. 4.* Bart. *in l. qui abſenti, §. 1. in fine, ff. de acquirend. poſſeſſ.* Rota *deciſ. 308. à num. 6. part. 5. recent.* Card. Lug. *ſup. num. 168. verſ. Nec etiam procedit.* Nec refert, aliter ſentire Caſtill. *ſup.* & alij, quos refert, & ſequitur Hermoſill. *in d. l. 50. gloſ. 1. num. 34. 35. tit. 5. part. 5.* eo quod ſola hypotheca trãſlationem dominij impedire non valet, atque ità primus emptor duntaxat hypothecaria obtinebit, vt ſibi res tradatur, non vt eam acquirat vt dominus, ſed ad retentionem iure pignoris, donec ſibi intereſſe ſoluatur, vt inquit Hermoſill. Sed pro prima ſententia reſponderi poteſt ex Merlin. *ſup.* quòd etſi dominium in ſecũdum emptorem transferatur per traditionem, res cum ſua cauſa, & onere vadit, quæ cum ſit obligata pro firmitate, & implemẽto contractus, quod in acquiſitione eius, quod emitur, conſiſtit, *l. cum manu ſata, § fin. ff. de cont. emption.* primus emptor rem ipſam ſibi capiet, nec tenebitur, intereſſe accepto, eãdem ſecundo reſtituere, qui dominium cum hac qualitate reuocationis quæſiuit. Quæ comprobari poſſunt ex dictis *ſup. num. 14.* quemadmodum enim venditor tenetur præcisè tradere, quoties poteſt: ita etiam cum res ipſa obligatur ad contractus implementum, ſi haberi poſſit, emptori eſt præſtanda, quod ius in re iam radicatum per ſubſequentem alienationem venditoris auferri non licuit, *l. id, quod noſtrum, ff. de reg. iur.*

46 Quam communem reſolutionem ampliabis ad generalem bonorum obligationem, quæ ſatis erit, vt primus emptor ſimiliter præponatur, Merlin. cum alijs, *num. 4.* maximè accedente iuramento, idem *num. 5.* Vicent. Mancin. *de iuramẽt. effect. 175.*

47 Hæc ita vera ſunt, vt procedant, quanquam ſecundus emptor cum pacto eodem, ac hypotheca contraxiſſet, & poſſeſſionem rei prius obtinuiſſet, Merlin. *n. 6.* Gutier. *n. 2.*

48 Sed ſi in primo contractu nulla ſit hypotheca, licèt venditor non alienare promiſerit, ſi alteri vendat, & tradat, hic erit potior per *d. l. quoties*, cum per pactum illud, nec ius in re quæratur, vt notum eſt, nec dominij translatio impediatur, Caſtill. *ſup.* Hermoſill. *vbi proximè, num. 34.* Anton. Gom. *ſup. verſ. Quintò principaliter*, Merlin. *ex num. 12.* vbi plures caſus cõgerit, in quibus pactum prędictam impedit dominij translationem.

Ibi: *Verè opinantes, priorem in hypotheca.*

49 Vbi res eadem duobus obligatur, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, quamuis poſteriori res tradatur, ita habetur expreſsim *in l. creditor 12. §. fin. aliàs l. ſi prior 13. § fin ff. qui potior.* & tenent Ant. Gom. *d. num. 20. verſ. Septimò principaliter*, Merlin. *de pignorib. lib. 4. quæſt. 203. num. 2.* Neguſant. *eod. tract. part. 5. memb. 1. num. 46.* Gutier. *vbi proximè*, Mantic. *de tacit. conuent. lib. 11. tit. 22. num. 2.* Molin. *d. diſp. 369. num. 8.* Pacific. *de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 2. num. 522.* Bolaños *in commerc. terreſtr. part. 2. lib. 2. cap. 12. n. 47.* Oportet tamen vt ad ſecundum creditorem perueniatur, quod excutiantur bona debitoris, *l. 14. tit. 13. part. 5* vbi Greg. Lop. *gloſ. 5.* Ex quibus deducitur, in pyhothecis locum non habere deciſionem *d. l. quoties*, quoniam abſque traditione ius in re quæritur creditori, vt aduertunt Merlin. Molin. & alij, *ſup.* Imò ſi rem quis vendat, eamque poſtea obliget, ac obligatam emptori tradat, creditor ius hypothecæ in re alienata illibatum habebit, vt præferatur emptori, *gloſ. in l. 1. verb. perfectam, C. de iur. Fiſc. lib. 10.* Bolaños *vbi proximè lib. 2. cap. 3. n. 36.*

Verſ. *Octauò, non eſt prætermittendum.*

50 Si quis cum dominus non ſit, vendat, ac tradat rem, poſteaque eius dominium nanciſcatur, ille, cui fuit tradita, dominus efficitur ex contractu, ac traditione præcedenti, quæ per ſuperuenientẽ titulum confirmatur, Ant. Gom. *d. verſ. Septimò, principaliter.* Fachin. *controuerſiar. lib. 7. cap. 33. verſ. Primus articulus*, Didac. Brito *tract. de locat. in rubric. part. 2. §. 4. num. 5.* Quod procederet, etiamſi emptor ſciret, rem alienam eſſe, quia venditio talis adhuc inter ſcientes valet, niſi furtiua ſit, *l. rem alienam ff. de cont. emption. l. 19. tit. 5. part. 5.* vbi Gregor. Lop. *gloſ. 1.* & ibi Hermoſill. latè ex *num. 2.* Quid in

pignore, docet Merlin. *ſup. lib. 2. quæſt. 2.* & videas, quæ notauimus *ſup. num. 3. ad fin.*

Verſ. *Nonò, eadem profectò ratione quæritur.*

51 Eſt præmittendum, in locatione ad lõgum tempus, ideſt, ad decennium, vel vltrà dominium vtile in conductorem trãſire, vt dictum fuit *ſup. hoc lib. cap. 16. numer. 10. 15.* Quare cum per traditionem ius in re accipienti acquiratur, dubium non eſt, quin in illa locus ſit conſtitutioni *d. l. quoties*, vt notarunt Caſtill. *d. cap. 80. num. 44.* Mozz. *ſup. tit. de locat. cap. de naturalib. locat. num. 11.* Tuſch. *lit. L. conc. 429. n. 2.* Cardoſ. *in prax. iudic. verb. emptio, num. 17.*

52 In locatione verò ad modicum tempus ceſſat prædicta ratio, quia conductor ius in re non quærit, *l. non ſolet. ff. locat.* quare dubitari ſolet, quis preferendus ſit ex duobus conductoribus, quorum vnus prior contraxit, alter verò poſterior, ſed huic res locata tradita eſt, quam ille non accepit? & cũ D. Couar. Card. Lug. *ſup. n. 166.* Salas *de contractib. tract. de emption. dub. 46. num. 3.* & communi tenendum eſt, quod, ſi ſecundus conductor rei, quam recepit, inſiſtat, & à primo conueniatur, poterit ſe defendere, quoniam etſi dominus non ſit, nec proprio nomine poſsideat, ſufficit illa detentatio, vt alij, qui in ea non eſt, præponatur, cum ſecundus conductor nullam aduerſus eum actionem habeat, abſque qua nemo in iudicio permittitur experiri, vt aſſeruimus, *lib. 1. cap. 6. num. 6.* Secùs, quando ipſe, cui fuit res tradita, concurrit cum primo conductore agens, vel ab eo petit; tunc enim ſuperabitur ex ratione tradita, ſcilicèt, quia per traditionẽ ius in re nullum cõparauit. Ita docent Anton. Gom. *d. cap. 2. num. 20.* Greg. Lop. *in d. l. 50. gloſ. 1. poſt princip.* Flores de Mena *in addit. ad Gam. deciſ. 130.* Marta *in votis deciſiu. vot. 25. à num. 12.* Hermoſill. *d. gloſ. 1. num. 3. 4.* Anton. Fab. *de errorib. decad. 4. error. 10. num. 24.* Bolaños *ſup. part. 2. lib. 3. cap. 5. num. 6.* Aug. Barboſ. *cum alijs in collectan. ad d. l. quoties, num. 7.* Quod itidem procedit in locatione operarũ, nam ille potior erit, cui primùm cœperint exhiberi, modò ab exhibitione ceſſatum non ſit. Ant. Fab. *n. 25.* Bolaños *ſup. cap. 2. n. 11.*

Sunt nihilominus qui à communi recedunt opinati, primum conductorem præferendum eſſe ſecundo, quanquam hic in poſſeſsione rei vtique locatæ ſit, vt Gam. *d. deciſ. 130. num. 1.* Ceuall. *tom. 2. quæſt. 756. num. 58.* Tuſch. Mozz. & Cardoſ. *vbi proximè*, quibus aſſentiẽdum non eſt. 53

Vbi autem neutri res tradita eſt, tunc proculdubio prior tempore, potior eſt iure, quemadmodum in venditione obſeruatur, Bald. *in l. emptorem, col. 2. C. de locat.* Molin. *d. diſp. 369. num. 1.* Bolaños, *d. num. 6.* & alij *ſup.* At communis concluſio limitatur, quando primus conductor cum hypotheca, etiam generali contraxit, qui poterit à ſecundo poſsidente rem auocare, Ant. Gab. *n. 29.* Mena, Fab. Gama *ſup.* Hermoſ. *n. 5.* 54

Verſ. *Decimò, an ſit locus.*

Si quis rem vendiderit Titio iureiurando contractum confirmans, ac deinde eandem Sempronio vendat, & tradat, Sempronius potior erit iuxta *d. l. quoties*, quæ, etiamſi iurata ſit prima venditio, procedit, nam etſi venditor deterius faciat violans religionem iuramenti, actus tamen, cuius naturam iuramentum non immutat, ſubſiſtit, nec ſecundo emptori iniquitas aliena nocere debet. Ita docent D. Couar. *de ſponſalib. part. 1. cap. 5. in princip. num. 10.* Molin. *ſup. num. 10.* Anton. Gom. *vbi proximè, verſ. Septimò principaliter.* Leis. *d. dubit. 20. num. 140. verſ. Dico ſecundò*, Morla *ſup. num. 48.* Sanch. *in Decalog. lib. 3. cap. 17. num. 17.* Menoch. *conſ. 84. num. 29.* Rebell. *de obligat. iuſtit. lib. 9. quæſt. 17. ſect. 3. num. 22.* Anton. Gab. *num. 3.* Mantic. *ſup. lib. 4. tit. 3. num. 7.* Hermoſill. *num. 8.* Gutier. *d. cap. 30. num. 4.* Pet. Barboſ. *in rubric. part. 2. num. 85. ff. ſolut. matrimon.* Roland. *conſ. 6. num. 24. lib. 1.* Aug. Barboſ. *ſup. num. 10. vbi alij*, Dicaſtill. *numer. 266.* Cardin. Lug. *num. 166.* 55

Idem iuris erit, ſi in venditione adijciatur pactum de non alienando cum iuramento, adhuc enim ſecundus emptor, cui tradita ſit res, præfertur Gutier. *d. n. 4. ad fin.* Ferrat. *d. caut. 48. num. 2.* Roland. *num. 25. 26.* 65

Addit D. Couarr. *vbi proximè*, quòd iuramentum primæ venditioni adiectum operabitur, quòd prior emptor poſsit, ſe 57



opponere, ne res ſibi vendita alteri tradatur, quod abſque iuramento non liceret, vt ſentiunt Bald. *in cap. 1. num. 3. tit. quid ſit inueſtit. in vſib. feud.* Iaſ. *in d. l. quoties, num. 3.* Anton. Gom *ſup. verſ. Quinto, principaliter*, Matienç. *in l. 7. gloſ. 6. num. 24. tit. 11. lib. 5. Recopilat.* quos refert, & ſequitur Hermoſill. *num. 19.* Nihilominus D. Couar. aſſertionem æquiſsimam, ac probabilem credo nedum iuramento interueniente, ſed etiam eo ſecluſo, præmiſſa communi ſententia, quam *ſup.* cum D. Couar. probauimus, *num. 14.* nam cum venditor teneatur præcisè ex vi contractus ad rem tradendam, etſi validè ſecundo alienet, inique facit, & malitijs hominum indulgendum non eſt, ſed obuiandum, *l. in fundo 39. ff. de rei vendicat.* maximè cum contractus ſit bonæ fidei, in quo potiùs attendendum eſt, quòd bonum ſit, & æquum, quàm iuris ſtricta obſeruatio, ſub qua ſolet perniciosè errari, vt ait Conſultus *in l. ſi ſeruum 91. §. Sequitur*, ibi: *Eſſe enim hanc quæſtionem de bono, & æquo, quo in genere plerunque ſub authoritate iuris ſcientiæ perniciosè erratur, ff. de verbor. obligat.* Nec aſſequor rationem, propter quam primus venditor agere non poſsit, vt ſibi fides ſeruetur, & vt præferatur ſecundo emptori, quo potior eſt iure.

58 Nec ſatisfacit, quòd tradit Anton. Gom. *ſup.* nam etſi venditor per ſecundam alienationem dominium, ſequuta traditione, transferat, id illicitè facit, & iuris naturalis, & ciuilis obſeruationem violat, dum fidem frangit, & ideo punitur, vt ſtatim dicemus, ſecunda enim vẽditio, & alienatio eſt ex illis, quæ etſi prohibeantur fieri, facta tenent, vt plurima alia in iure reperiuntur, *l. patre furioſo 8. ff. de ijs, qui ſui, vel alien. iur. ſunt*, vbi notatur, alioqui nullam pœnam mereretur, ſi iure permittente, vẽderet, *l. Gracus 4. C. ad leg. Iul. de adulter.* Vndè primus emptor audiendus erit, ſi, vt ius ſuum tueatur, petat, vt per iudicem ſecunda alienatione prohibita, ſibi, qui potior eſt, res tradatur, vt fraus venditoris euitetur.

59 Alium effectum iuramenti tradit ibidem D. Couar. *d. num. 10.* ſcilicèt, quod emptor primus extraiudicialiter venditorem interpellet, & ſic à venditione, vel traditione futura ad iudicem Eccleſiaſticum appellet, cuius forum ratione iuramenti ſecularis ſortitur, *cap. fin. de for. compet. in 6.* Quo fiet, vt alienatio, tanquam appellatione pendente, ſit nulla *cap. bonæ memoriæ 51. de appellat.* de quo per D. Couar. *practicar. cap. 24. num. 5.* Appellari enim extraiudicialiter à futuro grauamine poteſt Sigiſmund. Scaccia *de appellat. q. 5. n. 115.*

Ad præmiſſorũ intelligentiam, & *d. l. quoties*, declarationẽ nonnulla pro coronide addere opus eſt. Primò, deciſionẽ *d. l. quoties*, & quæ circa eam dicta ſunt, locum habere, etſi venditor dominus non ſit rei vẽditæ, *l. ſiue autem 11. §. Si duobus, ff. de publician. in rem act.* Anton. Gom. *d. num. 20. verſ. Tertiò, principaliter extende*, Gregor. Lop. *in d. l. 50.* vbi textus, *gloſ. 6. tit. 5. part. 5.* Anton. Gab. *d. conc. 2. num. 9.* Sed ſi à diuerſis non dominis duo emerint, ille præfertur, qui poſsidet, cum de re in iudicio experitur, *d. §. Si duobus.* Aliquando tamen ſolet intereſſe, an dominus ſit, qui duobus vendit, vel non, vt videbis *ſup. num. 42. 43.* Secundò, quòd ſi res vendatur Caio ſub conditione, ipſique tradatur, non vt ſtatim eius fiat, ſed adueniente cõditione, poſteàque eadem Sempronio purè vendatur, & tradatur, etſi conditio aduenerit, Caius ſuccumbet, nec eſt retrotractioni locus Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad d. l. quoties, n. 26.* & faciunt quæ ſunt *ſup. n. 7.* 60

Tertiò, vendentem rem eandem duobus, crimen committere, & pœna falſi coerceri, *l. 7. tit. 7. part. 7.* vbi Greg. Lop. Molin. *d. diſp. 369. num. 2. in fine.* Cæterum eum ſtellionatus reum fieri, atque ita pro iudicis arbitrio puniendum, docent latè Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 381. ex num. 7.* Farinac. *in prax. crimin. quæſt. 150. de falſitat. & ſimulat. num. 219. cum ſeqq.* qui multipliciter limitant, & inter alias illa eſt ſingularis limitatio, quòd ſi emptor tẽpore debito pretium non ſoluat, licebit venditori rem venditam alij diſtrahere, quod præter eos adnotarunt Gratian. *diſceptat. cap. 523. ex num. 5.* Surd. *deciſ. 220. num. 16. 17.* Hermoſill. *d. gloſ. 1. num. 45.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 13. n. 6.* vbi ampliat, etſi res emptori tradatur, Aug. Barboſ. *nu. 28.* Quo caſu poſterior emptor etiam abſque traditione præponetur priori, quia à primo contractu receſſum eſt ob eius culpam. 61

62 Præterea non incurret pœnam vendens duobus rem eandem, ſi per errorem id faciat exiſtimans, ſecundum emptorem eſſe illum, cui priùs vendiderat, quia in delictis non inſpicitur euentus, ſed voluntas, *l. Diuus 14. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* quem caſum proponis Gregor. Lop. *in dict. leg. 50. gloſſ. 1. poſt princip.* docens non eſſe locum *dict. leg. quoties*, ſi venditor eo errore ductus rem iterum vendat, & tradat alteri putans primum emptorem eſſe; opinatur enim, non obſtante traditione potiorem eſſe, qui primò contraxit (De qua limitatione poteſt dubitari, niſi dolo ſecundi emptoris venditor deciperetur, qui cum cauſam contractui dediſſet, nulla eſſet venditio, *leg. eleganter 7. ff. de dol.* ex quo ius in re nunquam doloſo quæſitum eſt, vt primò, qui validè emit, præferatur) nec enim error ille circa perſonam emptoris irritat venditionem, cum non verſetur quoad ſubſtantialia contractus, etiamſi aliàs venditor non eſſet contracturus. Sanchez *de matrimon. tom. 2. lib. 7. diſputation. 18. numer. 12.* Franc. de Lug. *in princip. Moralib. part. 2. cap. 5. quæſt. 1. num. 1.* Gutierrez *de matrimon. capit. 89. num. 2.* Atque ita videtur *dictæ legi quoties*, locus eſſe, vt poſterior emptor præferatur.

# AD CAPVT

## Vigeſimum, & vltim.

### SVMMARIVM.

1 *DD. de immunitate agentes.*
2 *Immunitatis etymologia.*
3 *Quotuplex ſit.*
4 *Immunitatis violator habetur, qui Eccleſiaſticorum exemptiones infringit.*
5 *Inter immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam diſcrimen.*
6 *Immunitas Eccleſiæ quoad tuendos reos definitur.*
7 *Ius Diuinum duplex.*
8 *Immunitas an ſit de iure Diuino? ad numer. 15.*
16 *A quo tempore cœpit.*
17 *De ciuitatibus refugij Hebræorum, & num. 18.*
19 *Principum ſecularium conſtitutiones ad Eccleſiarum immunitatem præcisè non deſiderantur.*
20 *De Aſylis Gentilium, vſque ad numer. 23.*
24 *Quoad immunitatem cui iuri ſtandum ſit.*
25 *Vt Eccleſia gaudeat immunitate, ſolum requiritur, eſſe Epiſcopi authoritate conſtructam, num. 26.*
27 *Eccleſia incepta, vel deſtructa, quando gaudeat immunitate?*
28 *Polluta, & interdicta gaudet.*
29 *Quid de ea, quæ eſt apud infideles?*
30 *Circa immunitatem quid poſsit conſuetudo? Et num. 31. 32.*
33 *An Bulla Gregorij XIV. conſuetudines contra immunitatem ſint ſublatæ?*
34 *Vtrum immunitas ſit coarctanda? ad numer. 37.*
38 *Eccleſia gaudet immunitate, etſi in ea ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum continuò non ſeruetur.*
39 *Quid nomine Eccleſiæ quoad immunitatem contineatur? ad num. 52.*
53 *Confugiens ad Sacerdotem portantem ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel Extremam Vnctionem, an immunitate iuuetur? & num. 54.*
55 *Regulariter rei quoruncumque criminum Eccleſiæ immunitate iuuantur.*
56 *Occidens proditoriè immunitate eſt indignus, & quid de vulnerante? ad num. 75.*
62 *Clericus proditoriè occidens non eſt degradandus, ad num. 64.*
65 *Clericus ſecularis Maieſtatis reus num ſit degradandus?*
74 *Inferens proditoriè atrocem iniuriam an dignus immunitate ſit?*
76 *Homicida deliberato animo, vel non ex propoſito occidens abſque proditione, an immunitate iuuetur? ad num. 79.*
80 *Raptores virginum gaudent immunitate, & num. 81.*
82 *Aſſaſsini non iuuantur immunitate, de quo latiſsimè.*
103 *Pœnæ cap. 1. de homicid. in 6. an comprehendant, quos hodiè aſſaſsinos vocamus?*





104 *Aſſaſsini qui fuerint.*
105 *Summus Pontifex an poſsit pœnas imponere temporales laicis, qui eius iuriſdictioni temporali ſubiecti non ſunt?* 106.
107 *Pœnæ cap. 1. de homicid. in 6. Imperatorem, Cardinales, & Archiepiſcopos comprehendunt.*
110 *Diſſidatus quis dicatur, & an poſsit occidi licitè à patre, filio, vel fratre?*
111 *Princeps Eccleſiaſticus abſque irregularitatis periculo condere poteſt legem irrogantem pœnam ſanguinis, ſed non ferre ſententiam mortis, aut mutilationis in aliquem, vbi & alia huc ſpectantia de Confeſſario, Doctore, ſcribente, & ſimilibus.*
113 Homicidæ *aſſaſsini pœna.*
119 Excommunicatus *immunitate non priuatur.*
120 *Idem eſt de interdicto*
121 Quid de *infidelibus? ad num. 124.*
125 Quid de *Hæreticis? ad num. 127.*
128 Qui ad *Eccleſiam confugit, iuſtitiæ miniſtris, eum perſequentibus, immunitate gaudet.*
129 *Reus, qui captus ducitur per Eccleſiam immunitate non iuuatur. Idem eſt de muliere in Monaſterio carcerata.*
130 Reus *fugiens à manibus ſatellitum, aut per vim ab alijs ereptus immunitate gaudet, & num. 132.*
133 *Item effractor carceris.*
134 Quid *de damnato ad triremes, vel in metallum. num. 135.*
136 *Immunitate an gaudeat, qui, iuramento præſtito de redeundo ad carcerem, ab eo exiuit.*
137 Extrauag. *Ambitioſæ ſeries refertur.*
138 Depopulatores *agrorum immunitate priuantur. ad num. 140.*
141 *Item publici latrones, & quid de furibus? ad num. 145.*
146 Reus *læſæ Maieſtatis immunitate non iuuatur.*
147 *An ob caſus ſimiles expreſsis in iure immunitas denegetur? num. 148.*
149 *Debitores an ſint in Eccleſia tuti? ad numer. 160.*
161 *Committens in Eccleſia, aut propè eam delictum quando immunitate priuetur. ad num. 190.*
185 *Qui exiſtens ob crimen ſub Eccleſiæ tutela exit ad delinquendum immunitate redditur indignus.*
186 *Contrectans rem furto ablatam in Eccleſia, vtrum priuetur immunitate, & quid deſurante in Eccleſia? ad numer. 190.*
189 Reus *ad locum delicti eſt remittendus.*
190 Quid *de fure?*
191 *Clericus an immunitate Eccleſiaſtica defendatur? ad num. 194. 199.*
195 *Clericus ex quibus delictis traditur Curiæ ſeculari? ad n. 198.*
200 *Mandans fieri delictum exceptum immunitate non priuatur.*
201 Reus *intra Eccleſiam exiſtens, quando poſsit alligari, vel cuſtodiri.*
202 Non *poteſt ad aliquam pœnam corporalem damnari.*
203 Quid *poſsit iudex laicus quoad bona eius, qui eſt in Eccleſia ob delictum, & num. 204.*
205 *Eccleſiæ, vbi eſt delinquens immunitate gaudens cuſtodes apponere non licet, vt illi exhiberi alimenta non poſsint, de quo ad num. 208.*
209 *Apprehendens vectem, vel ſerram ianuæ Eccleſiæ gaudet immunitate.*
210 *Proijciens ſe ex loco priuato in locũ immunem, ſi capiatur ante quam terram tangat corpore, immunitatem obtinet.*
211 Quid *de eo, qui ab* Eccleſia *per partem veſtis extrahitur?*
212 Quid *ſi extrahatur per partem corporis?*
213 *Iudex laicus an poſsit propria authoritate reum ab Eccleſia euellere. ad num. 215.*
216 *Iudex laicus punire valet delictum in Eccleſia à laico commiſſum.*
217 *Item & Eccleſiaſticus ob ſacrilegium.*
218 *Confugiens ad* Eccleſiam *cum armis vetitis gaudet immunitate, & an arma à ſeculari iudice auferri queant? ad numer. 222.*
223 *Armorum vſus vetitus, & num. 224.*
225 *Iudex laicus an valeat exigere à Clericis pœnam propter armorum prohibitorum delationem.*
226 Quid *ſeruetur in Gallia?*
227 *In Hiſpania iudices laici* Clericos *armis ſpoliant.*
228 *Clericus exercens venationem prohibitam an poſsit per iudicem ſecularem inſtrumentis ſpoliari? num. 229.*
230 Quid *in Gallia circa extractionem reorum ab* Eccleſijs *obſeruetur.*

62 Præterea non incurret pœnam vendens duobus rem eandem, ſi per errorem id faciat exiſtimans, ſecundum emptorem eſſe illum, cui priùs vendiderat, quia in delictis non inſpicitur euentus, ſed voluntas, *l. Diuus* 14. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* quem caſum proponit Gregor. Lop. *in dict. leg.* 50. *gloſſ.* 1. *poſt princip.* docens non eſſe locum *dict. leg. quoties*, ſi venditor eo errore ductus rem iterum vendat, & tradat alteri putans primum emptorem eſſe; opinatur enim, non obſtante traditione potiorem eſſe, qui primò contraxit (De qua limitatione poteſt dubitari, niſi dolo ſecundi emptoris venditor deciperetur, qui cum cauſam contractui dediſſet, nulla eſſet venditio, *leg. eleganter* 7. *ff. de dol.* ex quo ius in re nunquam doloſo quæſitum eſt, vt primò, qui validè emit, præferatur) nec enim error ille circa perſonam emptoris irritat venditionem, cum non verſetur quoad ſubſtantialia contractus, etiamſi aliàs venditor non eſſet contracturus. Sanchez *de matrimon. tom.* 2. *lib.* 7. *diſputation.* 18. *numer.* 12. Franc. de Lug. *in princip. Moralib. part.* 2. *cap.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 1. Gutierrez *de matrimon. capit.* 89. *num.* 2. Atque ita videtur *dictæ legi quoties*, locus eſſe, vt poſterior emptor præferatur.

# AD CAPVT

## Vigeſimum, & vltim.

### SVMMARIVM.

1 *DD. de immunitate agentes.*
2 *Immunitatis etymologia.*
3 *Quotuplex ſit.*
4 *Immunitatis violator habetur, qui Eccleſiaſticorum exemptiones infringit.*
5 *Inter immuitatem, & libertatem Eccleſiaſticam diſcrimen.*
6 *Immunitas Eccleſiæ quoad tuendos reos definitur.*
7 *Ius Diuinum duplex.*
8 *Immunitas an ſit de iure Diuino? ad numer.* 15.
16 *A quo tempore cœpit.*
17 *De ciuitatibus refugij Hebræorum, & num.* 18.
19 *Principum ſecularium conſtitutiones ad Eccleſiarum immunitatem præciſè non deſiderantur.*
20 *De Aſylis Gentilium, vſque ad numer.* 23.
24 *Quoad immunitatem cui iuri ſtandum ſit.*
25 *Vt Eccleſia gaudeat immunitate, ſolum requiritur, eſſe Epiſcopi authoritate conſtructam, num* 26.
27 *Eccleſia incepta, vel deſtructa, quando gaudeat immunitate?*
28 *Polluta, & interdicta gaudet.*
29 *Quid de ea, quæ eſt apud infideles?*
30 *Circa immunitatem quid poſſit conſuetudo? Et num* 31. 32.
33 *An Bulla Gregorij XIV. conſuetudines contra immunitatem ſint ſublatæ?*
34 *Vtrum immunitas ſit coarctanda? ad numer.* 37.
38 *Eccleſia gaudet immunitate, etſi in ea ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum continuò non ſeruetur.*
39 *Quid nomine Eccleſiæ quoad immunitatem contineatur? ad num.* 52.
53 *Confugiens ad Sacerdotem portantem ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel Extremam Vnctionem, an immunitate iuuetur? & num.* 54.
55 *Regulariter rei quoruncumque criminum Eccleſiæ immunitate iuuantur.*
56 *Occidens proditoriè immunitate eſt indignus, & quid de vulnerante? ad num.* 75.
62 *Clericus proditoriè occidens non eſt degradandus, ad num.* 64.
65 *Clericus ſecularis Maieſtatis reus num ſit degradandus?*
74 *Inferens proditoriè atrocem iniuriam an dignus immunitate ſit?*
76 *Homicida deliberato animo, vel non ex propoſito occidens abſque proditione, an immunitate iuuetur? ad num.* 79.
80 *Raptores virginum gaudent immunitate & num.* 81.
82 *Aſſaſsini non iuuantur immunitate, de quo latiſsimè.*
103 *Pœnæ cap. 1. de homicid. in 6. an comprehendant, quos hodiè aſſaſsinos vocamus?*





104 *Aſſaſsini qui fuerint.*
105 *Summus Pontifex an poſſit pœnas imponere temporales laicis, qui eius iuriſdictioni temporali ſubiecti non ſunt?* 106.
107 *Pœnæ cap. 1. de homicid. in 6. Imperatorem, Cardinales, & Archiepiſcopos comprehendunt.*
110 *Diſſidatus quis dicatur, & an poſſit occidi licitè à patre, filio, vel fratre?*
111 *Princeps Eccleſiaſticus abſque irregularitatis periculo condere poteſt legem irrogantem pœnam ſanguinis, ſed non ferre ſententiam mortis, aut mutilationis in aliquem, vbi & alia huc ſpectantia de Confeſſario, Doctore, ſcribente, & ſimilibus.*
113 *Homicidæ aſſaſsini pœna.*
119 *Excommunicatus immunitate non priuatur.*
120 *Idem eſt de interdicto*
121 *Quid de infidelibus? ad num.* 124.
125 *Quid de Hæreticis? ad num.* 127.
128 *Qui ad Eccleſiam confugit, iuſtitiæ miniſtris, eum perſequentibus, immunitate gaudet.*
129 *Reus, qui captus ducitur per Eccleſiam immunitate non iuuatur. Idem eſt de muliere in Monaſterio carcerata.*
130 *Reus fugiens à manibus ſatellitum, aut per vim ab alijs ereptus immunitate gaudet, & num.* 132.
133 *Item effractor carceris.*
134 *Quid de damnato ad triremes, vel in metallum. num.* 135.
136 *Immunitate an gaudeat, qui, iuramento præſtito de redeundo ad carcerem, ab eo exiuit.*
137 *Extrauag. Ambitioſæ ſeries refertur.*
138 *Depopulatores agrorum immunitate priuantur. ad num.* 140.
141 *Item publici latrones, & quid de furibus? ad num.* 145.
146 *Reus læſæ Maieſtatis immunitate non iuuatur.*
147 *An ob caſus ſimiles expreſsis in iure immunitas denegetur? num.* 148.
149 *Debitores an ſint in Eccleſia tuti? ad numer.* 160.
161 *Committens in Eccleſia, aut propè eam delictum quando immunitate priuetur. ad num.* 190.
185 *Qui exiſtens ob crimen ſub Eccleſiæ tutela exit ad delinquendum immunitate redditur indignus.*
186 *Contrectans rem furto ablatam in Eccleſia, vtrum priuetur immunitate, & quid de iurante in Eccleſia? ad numer.* 190.
189 *Reus ad locum delicti eſt remittendus.*
190 *Quid de fure?*
191 *Clericus an immunitate Eccleſiaſtica defendatur? ad num.* 194. 199.
195 *Clericus ex quibus delictis traditur Curiæ ſeculari? ad n.* 198.
200 *Mandans fieri delictum exceptum immunitate non priuatur.*
201 *Reus intra Eccleſiam exiſtens, quando poſſit alligari, vel cuſtodiri.*
202 *Non poteſt ad aliquam pœnam corporalem damnari.*
203 *Quid poſſit iudex laicus quoad bona eius, qui eſt in Eccleſia ob delictum, & num* 204.
205 *Eccleſiæ, vbi eſt delinquens immunitate gaudens cuſtodes apponere non licet, vt illi exhiberi alimenta non poſſint, de quo ad num.* 208.
209 *Apprehendens vectem, vel ſerram ianuæ Eccleſiæ gaudet immunitate.*
210 *Proijciens ſe ex loco priuato in locũ immunem, ſi capiatur antè quam terram tangat corpore, immunitatem obtinet.*
211 *Quid de eo, qui ab Eccleſia per partem veſtis extrahitur?*
212 *Quid ſi extrahatur per partem corporis?*
213 *Iudex laicus an poſſit propria authoritate reum ab Eccleſia euellere. ad num.* 215.
216 *Iudex laicus punire valet delictum in Eccleſia à laico commiſſum.*
217 *Item & Eccleſiaſticus ob ſacrilegium.*
218 *Confugiens ad Eccleſiam cum armis vetitis gaudet immunitate, & an arma à ſeculari iudice auferri queant? ad numer* 222.
223 *Armorum vſus vetitus, & num.* 224.
225 *Iudex laicus an valeat exigere à Clericis pœnam propter armorum prohibitorum delationem.*
226 *Quid ſeruetur in Gallia?*
227 *In Hiſpania iudices laici Clericos armis ſpoliant.*
228 *Clericus exercens venationem prohibitam an poſſit per iudicem ſecularem inſtrumentis ſpoliari? num.* 229.
230 *Quid in Gallia circa extractionem reorum ab Eccleſijs obſeruetur.*

231 *Immunitati Eccleſiaſticæ an poſsit quis renunciare? num. 232.*
233 *Eccleſia ante omnia debet reſtitui in cauſa immunitatis, ſi ſpolietur, etſi reus crimen exceptum admiſerit.*
234 *Vtrùm violetur immunitas Eccleſiaſtica, ſi reus volens intra locum ſacrum capiatur.*
235 *Aliquando licet armis immunitatem Eccleſiaſticam tueri.*
236 *De pœnis violantium immunitatem, remiſsiuè.*
237 *Quis iudex ſit competens in cauſa immunitatis.*
238 *Concedere facultatem extrahendi reum gaudentem immunitate, nullus niſi Pontifex poteſt.*
239 *Oratoria an immunitatem habeant? an tribunæ, & palatia Principum ſecularium?*
240 *Reus non legitimè euulſus ab Eccleſia num ſit eidem loco ſacro præcisè reddendus.*

## De immunitate Eccleſiaſtica.

1 De immunitate Eccleſiarum quatenus Aſyla delinquentibus extant, pleniſsimam exhibent cognitionem Pat. Suarez *de Religion. tom. 1. tract. 2. lib. 3. de reuerent. debit. loc. ſacris, cap. 8. cum ſeqq.* Farinac. *de immunit.* Bonac. *in ſumm. tom. 3. diſp. 2. q. 3. punct. 16.* Decian. *tract. criminal. tom. 2. lib. 6. ca. 25.* Dian. *reſolut. moral. part. 1. tract. 1. & part. 3. tract. 1. & part. 4. tract. 1. reſolut. 40. cum alijs, & part. 6. tract. 1.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immunitat.* Thom. del Bene *de immunitat. Eccleſiaſtic. tom. 2. cap. 16.* Iul. Clar. *in prax. crimin. §. fin. quæſt. 30.* Bouadill. *in politic. tom. 1. lib. 2. cap. 14.* Pellizz. *in manual. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 1.* omiſsis pluribus, quos congerit Barboſ. *in collect. ad titul. de immunit. Eccleſiar. in rubric.*

### Num. 1.

2 Immunis dicitur, quaſi munus non exhibens, aut onus non ſupportans, Bene *ſup. to. 1. c. 1. dub. 1. n. 1.* Vel poteſt dici quaſi non cõmunis, quoniam extra leges communitatis eſt, ſic priuilegia Eccleſiæ immunitatem Eccleſiaſticam nuncupamus.

Ibi: *Sic immunitas Eccleſiaſtica.*

Cum Eccleſia quæuis Miniſtros, bona, & materiale ædificium, ſiuè templum habere noſcatur, ſingulis his rebus pro cuiuſque natura diuerſæ, nec paucæ prærogatiuæ competunt, quæ immunitatis, ſiuè libertatis Eccleſiaſticæ nomine ſignificantur, ſic hęc diuiditur in perſonalem, realem, & localem, vt obſeruat Bene *vbi proximè, numer. 9.* Bonacin. *dict. tom. 3. diſputat. 1. quæſtion. 16. punct. 1. num. 2.* Comped. Dian. *verb. immunitas, in princip.* vbi additur alia, quæ actionalis vocatur. Hæc immunitas in genere nihil eſt aliud, niſi *exemptio Eccleſiæ ab oneribus operibus, aut vſibus eius dignitati, vel ſanctitati repugnantibus,* Suarez *dict. ca. 8. numer. 1.* Bonacin. *dict. diſputation. 2. quæſtion. 3. punct. 16. §. 1. numer. 2.* Aliter definit Bene *dict. dubit. 1. num. 2.* qui immunitatem eſſe ait, *ius, quo loca, res, vel perſonæ Eccleſiaſticæ à communi onere, aut obligatione exemptæ ſunt.* 3

Ibi: *Neque id temerè admonemus.*

Indubitati iuris eſt, pœnas violantium immunitatem Eccleſiaſticam contrahere, qui Eccleſiaſticorum exemptionem, & libertatem infringunt, quare in *Bulla Cœnæ, canon. 18.* pœna excommunicationis irrogatur in illos, qui perſonas Eccleſiaſticas grauauerint directè, vel indirectè, *& canon. 15. 19.* Similiter puniuntur, qui eaſdem ad forum ſeculare trahere præſumunt, aut trahi, directè, vel indirectè procurant, de quibus Bene *dict. capit. 1. dubitat. 4. ſection. 1. & cap. 8.* Bonacin. *dict. quæſtion. 16. à princip. & ſect. 2. punct. 2. num. 1. cum alijs, & q. 19. per tot.* 4

Ibi: *Tametſi Caietanus verb. Immunitas.*

Quod inter immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam hæc verſetur differentia; vt prima, ad Eccleſias ipſas; ſecunda, ad Eccleſiaſticos referatur, cum Caietano opinatur Farnat. *ſuprà cap. 1. numer. 3.* Marius Italia *de immunitat. lib. 1. cap. 6. à num. 6.* Sed inter illas nullum eſſe diſcrimen, ſed promiſcuè ea nomina vſurpari Domin. Couarruu. adhærentes aſſerunt Peregrin. *eodem tractat. capit. 1. numer. 4.* Bonacin. *ſuprà, dict. quæſt. 3. punct. 16. §. 1. numer. 2.* vbi teſtatur ſic in Bulla Gregorij XIV. obſeruatum eſſe. Illud tamen verum eſt, quòd per antonomaſiam verbum immunitas pro exemptione Templorum accipitur, vt aduertit Suarez *vbi proximè.* 5



Ibi: *Nos verò hoc in capite.*

6 Omiſſa cum Domin. Couarruu. ea immunitate, ſiuè libertate Eccleſiaſtica, quæ ad perſonas, & bona ſpectat, de qua latiſsimè, ac nouiſsimè Bene, qui duo edidit volumina, Bonacin. *dict. quæſtion. 16. cum ſequentibus,* Auguſtin. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſtic. libr. 1. cap. 39.* Dian. *part. 1. tractat. 2. per tot.* agendum eſt duntaxat de immunitate, qua funguntur delinquentes, qui ad Eccleſias, vel alia pia loca confugiunt, hæc autem definiri ſolet, quòd ſit *Priuilegium locis ſacris conceſſum, vt omnes ibi exiſtentes exempti ſint à laica poteſtate, nec indè aliquis inuitus extrahatur,* Bonacin. *dict. quæſt. 3. punct. 16. §. 1. nu. 1.* Pellizzar. *d. cap. 5. ſect. 1. num. 1.* Remig. de Genni *de immunitat. Eccleſiaſtic. numer. 3.* Præter quod priuilegium alia Eccleſijs materialibus competunt, quæ omnia ſub immunitate locali continentur, vt notat, & explicat Suarez *dict. capit. 8. ex numer. 3.*

### Num. 2.

7 Eſt ſupponendum cum Suarez *ſuprà num. 5.* ius diuinum aliud eſſe naturale, quod ſcriptum eſt in humanis cordibus, vt Deum colere, parentibus obedire, liberos educare, & alere, *leg. veluti 2. ff. de iuſtit. & iur. §. ius naturale, inſtit. de iur. natura. gent. & ciuil.* & aliud poſitiuum à Deo ſcilicet per exteriorem aliquam legem inſtitutum, vt ex veteri, & nouo teſtamento apparet.

8 Immunitatem Eccleſiarum non eſſe de iure naturali ſiuè diuino probatur ex eò efficaciſsimè, quod delinquentes à Templis per vim extrahere, modò in contemptum domus ſacræ non fiat, intrinſecè malum non eſt, nec aliqua irreuerentia committitur ſeclusio iure poſitiuo, vt conſtat ex eo, quòd in caſibus permiſsis per talem extractionem nihil irreuenter agi cenſetur. Vnde apparet, hoc non eſſe prohibitum, quia malum, & iuri naturæ contrarium, ſed malum, quia prohibitum. Præterea actio illa extrahendi reos inuitos non eſt iniuſta, nec indecens in tali loco præſertim neceſsitate vrgente, ne delicta maneant impunita, nec locus ipſe ex vi ſuæ conſecrationis peculiare ius acquiſiuit ad tuendum illuc confugientes, niſi ab aliquo habente poteſtatem concedatur, ex ſolo autem iure naturali non inuenitur principium, ex quo conſtet illi conceſſum, neque intereſt, quod de iure hoc ſit Deum colere, cum non ſimiliter ex ipſo appareat, hoc genus cultus eſſe tribuendum, quibus rationibus vſi ita cum Dom. Couarruu. tenent Suarez *vbi proximè,* Bonacin. *d. punct. 16. §. 2. num. 2.* Bene *dict. cap. 16. dubitat. 2. ex numer. 2.* quibus accedunt Decian. *cap. 25. nu. 2.* Filluc. *tract. 13. cap. 6. quæſt. 8. num. 149.* Peguera *in prax. criminal. cap. 26. num. 1.* Fagundez *præcept. 2. lib. 4. ca. 4. n. 2.* Guazz. *de defenſion. reor. defenſion. 1. cap. 29. num. 2.* Pereira *de manu Regia, part. 2. cap. 50. num. 1.* Becan. *in analog. nou. & veter. teſtament. capit. 19. numer. 9.* Bouadill. *dict. cap. 14. numer. 3.* In quo omnes ferè conueniunt, nam etſi plures ſentiant immunitatem eam eſſe de iure diuino, intelligunt de poſitiuo ex legis veteris præcepto, non de naturali, Gutierrez tamen *practicar. lib. 1. cap. 1. numer. 9.* Lotter. *de re beneficiaria, lib. 1. quæſt. 13. num. 77.* opinantur eſſe de iure naturali, quia omnes gentes Templis veri Dei, vel falſorum numinum huiuſmodi immunitatem conceſſerunt, ex quo ſolum probatur eſſe de iure gentium ſecundariò, Domin. Couarruu. hic agit de iure naturali, ſeu diuino, quod gentium ſolet nuncupari, ſumpta denominatione ab illis, qui eo vtuntur, *leg. 1. §. vltim. ff. de iuſtit. & iur.* propriè verò dicitur naturale à natura, vel diuinum à Deo conditore, *d. l. 1. §. ius naturale, §. ſed naturalia, ibi: diuina quadam prouidentia conſtituta, inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil.* Gentium à gentibus, quæ illud conſtituerunt, *§. ius autem gentiũ, inſt. eod.* quia ius denominari debet à conſtituente, à quo vim obligandi, & authoritatem obtinet, *d. §. ſed, & naturalia.* Hæc dixiſſe ſufficiat, vt ſatisfiat illis, qui

D.

D.Couarr. Impugnant ius gentium cum naturali confundentes. Nam etſi ius gentium ſoleat naturale ſecundarium appellari, id minus propriè, & docendi gratia dicitur.

9 Nihilominùs diffitendum non eſt, quin iuri naturæ valdè ſit conſentaneum, hanc reuerentiam domibus ſacris, vbi Diuina colitur Maieſtas, exhiberi, atque ita de iure naturali quodammodo dici poteſt, vt aduertunt Bene *vbi proximè, num. 6*, Bonacin. *ſup. verſ. Dixi in propoſitione*, qui *verſ. ſeq.* probabile reputat, quòd immunitas de iure naturali, & diuino ſit ſaltim in genere. Id verò extra dubium eſt, quòd ſuppoſita lege poſitiua, iuri naturali contrauenitur, quoties immunitas Eccleſiarum violatur per extractionem delinquentis, quoniam ius illis legitimè quæſitum aufertur, vt obſeruat Suar. *vbi ſup.* Quemadmodum aduerſus ius naturæ faceret, qui rem vſucapione comparatam domino auferret, quanquam vſucapio de iure naturali non ſit, ſed ciuili, *l. vnic. C. de vſucap. transformand. §. 1. inſtit. de vſucapion.* Adde dicta *infrà num. 14.*

Verſic. *Secunda concluſio.*

10 Eſt non leuis controuerſiæ, an immunitas Eccleſijs Chriſtianorum conceſſa iuris diuini poſitiui ſit? Et omiſſa ea, quæ proſpicit perſonis, & bonis, de qua fusè poſt alios Bene *tom. 1. cap. 1. dubit. 2.* Dian. *part. 1. tract. 2. reſolut. 1.* quoad illam, quæ ad tuendos delinquentes attinet, eſt affirmatiua communis ſententia, quam ſuſtinent Gonni *ſuprà, numer. 5.* Caualcan. *de brach. Reg. part. 2. num. 31.* Dian. *ſuprà, par. 4. tract. 1. reſolut. 44.* Germon. *lib. 3. cap. 56. numer. 3.* Gutierr. *ſuprà, numer. 8.* Farinat. *cap. 1. numer. 9* Mariuſ. Italia *lib. 1. cap. 2.* Cardinal. Tuſch. *lit. I. cõncluſion. 59. numer. 1.* Cened. *Canonic. quæſtion. quæſt. 42. numer. 6.* Chartar. *crimin. deciſ. 46. numer. 34.* & alij, qui, vt notant Abulenſ. *ſuper Ioſ. cap. 20. quæſt. 7.* & Suar. *dict. cap. 8 numer. 11.* maximè mouentur, ex eo quod in lege veteri Templum Domini fuit ad illud confugientibus Aſylum, à Deo conſtitutum, vt colligitur ex illo Exodi 21. *verſ. 13. Conſtituam tibi locum, in quẽ confugere debeat.* Reg. *lib. 3. cap. 1. verſicul. 51. & cap. 2. verſ. 28.* ex quibus conſtat, Adoniam, & Ioab in Templi Tabernaculum ſe recepiſſe, vt Salomonis imminentem vindictam fugerent. Ad idem probandum alia ſacra teſtimonia faciunt adducta per Decianum *vbi proximè.* Vnde putant quod, ſicut tunc immunitas erat iuris diuini, ita & hodiè ad illud pertineat.

Sed oppoſitum iure defendunt Suarez *ſuprà, num. 10. 11.* Lotter. *dict. quæſtion. 13. numer. 77.* Bene, Bouadill. Decian. & omnes alij, quorum memini *ſuprà, numer. 8.* ex rationibus, quibus in præſenti Domin. Couarruu. innititur, quem cæteri ſequuntur. Ad fundamentum contrariæ opinionis poſſet reſponderi ex Abulenſ. *vbi proximè*, qui aſſerit Templum in lege Moyſi, non fuiſſe à Deo Aſylum conſtitutum, cuius opinionem probabilem dicit Suarez *num. 10.* Sed tenendo communem aduerſus Abulenſem, quam Suarez, Becan. & alij probant, dicendum eſt, quod immunitas illa ad præcepta iudicialia, ſeu cæremonialia pertinebat, Suarez, & Decian. *vbi proximè.* Bonacin. *dict. punct. 16 § 2. numer. 2. verſic. Quod verò.* BeyerlincK *in theat. vit. human. verb. Aſylum, colum. 3. lit. C. verſicul. Olim tamen.* Quæ omnia morte Chriſti expirarunt, vt præfati DD. docent, Bene *ſuprà dict. cap. 16. dubit. 2. numer. 5.* & dixi *lib. 1. cap. 17. numer. 8.* Nec per Eccleſiam, vel alium ſuſcitari poſſunt, vt vim legis diuinæ obtineant, ſic tamen vt tanquam de nouo inſtituta obſeruentur, & tunc nullam maiorem obtinebunt authoritatem, quam poterit illis nouus legiſlator tribuere, vt obſeruaui, *d. cap. 17. nu. 11. 12.* vbi oſtenditur, quomodò hoc fieri liceat. Hinc fit quod immunitas Eccleſijs Chriſtianorum ſacris Canonibus conceſſa, *cap. inter alia, de immunitate Eccleſiarum*, iuris diuini dici non poſſit, quamuis immunitas Templi Iudæorum à Deo fuiſſet præcepta, quam differentiam aduertit Becan. *ſup.* Imò erroneum foret aſſerere, Eccleſiam hodiè ex vi legis Moyſi immunitate gaudere, vt ait Suar. *num. 10.* 11

Ibi: *Lege verò Euangelica non eſt, hæc immunitas ſtatuta.*

Iſta fatentur communiter omnes nam 12

ty



vt Suar. *nu. 11.* inquit, neque tale ius ſcriptum habemus, neque ab Apoſtolis traditum, cum talis traditio apud Patres non ſit, neque alia probabili via oſtendi poteſt, Bene *d. dubit. 2. num. 8.* Decian. *d. nu. 2. in fin.* Bonacio. *vbi proximè*, Bouadill. *d. nu. 3 circa fin.* & alij laudati *ſup. num 8.*

Ibi: *Quia à Chriſto Ieſu nulla lex.*

13 In Lege Gratiæ nullum præceptum impoſuit Dominus Ieſu, quod naturale nõ ſit, niſi de fide, de Sacramentis, & de Sacrificio, cætera ſuis Vicarijs diſponenda reliquit, Suar. & alij omnes proximè allegati, & dixi *d. cap. 17. num. 33.*

14 Admonendi tamen ſumus, immunitatem Eccleſiæ, iuris diuini, latè loquendo, duplici ratione dici poſſe, vel imitatione, quia Eccleſiaſticum ius legem diuinam veterem imitatum eſt, Abulenſ. Suar. Decian. *vbi proximè*, vel quoniam Eccleſia à Chriſto Domino poteſtatem conſtituẽdi huiuſmodi immunitatem accepit, & ea eſt valdè conueniens generali voluntati ipſiuſmet Chriſti, qua voluit, omnia in Eccleſia ſua ordinatè diſponi, & ſancta ſanctè tractari. Itaque immunitas mediatè, & remotè iuris diuini dici poteſt, ſic Suar. *d. num. 11.* Ex quibus intelligitur Trid *ſeſ. 25. cap. 20.* ibi: *Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam.* Vide *ſup. num. 9.*

Verſ. *Tertia concluſio.*

15 Immunitas Eccleſiarum eſt iuris poſitiui Eccleſiaſtici, quæ ſanctè, ac iuſtè ſacris Canonibus ſtatuta eſt, quod probatur præter textus, quos D. Couar. ſtatim adducit ex *cap. eos, qui 87. diſtinct. ex conſ. Auraſican. 1 can. 5. Trident. d. cap. 20.* Bulla Gregor. XIIII. *edita 28. Maij* 1591. quæ incipit. *Cum aliàs nonnulli*, & notant Suar, *d. cap. 8. num. 11.* Decian, *ſup.* Becan. *d. cap. 19. num. 9* Bouadill. *vbi ſup.* Bene *num. 1.* Gutier. *practicar. libr. 1. capit. 1. numer. 9.* Bonacin. *dict. punct. 16. §. 2. numer. 1.* BeyerlincK *vbi proximè*, Gonni *ſuprà numer. 6.* Guazzin. *numer. 2.* Pellizzar. *dict. ſection. 1. num. 2.* & alij citati *ſuprà numer. 8.* Obijciuntur verò aliqua argumenta, quibus probari videtur, immunitatem Eccleſiarum non eſſe iuſtè, & legitimè introductam Canonicis ſanctionibus, quæ adducit, & diluit Bene *ex nu. 9.*

A quo tempore immunitas hæc initium habuerit, non conſtat, probabile verò eſt cum Templorum ſolemni dedicatione incepiſſe ſub Imperio Conſtantini, quoniam tunc primò Eccleſiæ Chriſtianorum publicè ædificari cœperunt; imò ab eodem Imperatore introducta dicitur, de quo Suar. *numer 12.* Bouadill. *ſup. numer. 16.* Eſt tamen obſeruandum, immunitatem prius conſtitutionibus Imperatorum fuiſſe ſtatutam, quam ſacris Canonibus ſtabilitam, vt notat Suar. *numer. 14.* quod manifeſtè comprobatur, facta computatione temporum, quibus Canonicæ, & ciuiles conſtitutiones ad hanc rem ſpectantes fuerunt editæ, & forſan hoc prouenit ex eo, quod apud Romanos Imperator immunitatem Deorum Templis concedebat, non Pontifex, Decian. *d. cap. 25. nu. 5.* 16

Ibi: *Iuſsit Deus, quaſdam Ciuitates conſtitui.*

Hæ refugij Ciuitates fuerunt ſex ex quadraginta octo, quæ Leuitis, & Sacerdotibus in diuiſione terræ Promiſſionis datæ ſunt; tres erant citrà Iordanem Cedes in Neptali; Sichem in Ephraim; Hebron in Iuda. Tres aliæ vltra idem flumẽ; Boſor in Rubẽ; Ramoth in Galaad; Gaulõ in Manaſſe, vt conſtat Ioſ. *cap. 20. verſ. 7.* Omnes æquali ſpatio inter ſe diſtabant, Deuteron. 19. *verſ. 7.* Erantque in montibus ſitæ, vt eminùs videri poſſent, excepta Boſor, quæ erat in plano, ſed in loco patenti, & conſpicuo, Ioſ. *d. cap. 20. verſ. 8.* 17

Ad eas vrbes confugere poterant, qui abſque dolo quenquam occiderant, hocque coram ſenioribus vrbis probare tenebantur, vt admitterentur, *dict. cap. 20. verſ. 2.* ibique manebant vſque ad obitum Pontificis, tunc viuentis, poſteaque tuti domum ſuam reuertebãtur, alioqui ſi ante id tempus Ciuitate exirent, poterant à propinquis occiſi interfici. Num. 35. *verſ. 25.* Excipiebatur autẽ vnus caſus, quo ſtatim occiſor liber, ac ſecurus mittebatur, cum ſcilicet quis ſe iuſtè defendẽdo aggreſſorem peremerat, vt docet Cornel. à Lapid. *in d. cap. 35. verſ 15.* Abulenſ. *ſup. d. cap. 20. quæſt. 5.* Serar. *ibidem, quæſt. 2.* Becan. *d. cap. 19. num. 8.* Pet. Greg. *ſyntagmat. lib. 33. cap. 21. num. 15.* Quæſtionis eſt, an Gentilibus ius eſſet Aſyli? affirmant Maſius, & Magalian. Negant Abulenſ, 18

lenſ. & Serati *ſup. d. cap.* 20. *Ioſ.* quibus
accedere videtur Becan. *num.* 7. qui illos
refert.

Ibi: *Quibus expreſſim conuenit ius ciuile.*

19 Hoc ipſum notant Suar. Gonni, De-
cian. Bene, Bouadill. & alij *ſup.* laudati,
eſt tamen animaduertendum, quòd licèt
laudabiliter faciant Principes ſeculares
ſtatuentes in fauorem Eccleſiaſticæ im-
munitatis, hoc abſolutè neceſſarium non
eſt, cum Eccleſia valeat per ſe tale priui-
legium Templis intuitu Religionis con-
cedere, & fideles ad eius obſeruationem
aſtringere. Suar. *n.* 13. 14. Bouadill. *num.*
16. At nihilominus maximè oportet, vt
ius Eccleſiaſticum principalibus decretis
roboretur, ne quis audeat Eccleſiarum
immunitatem violare timens, & ſpiri-
tuales, & temporales pœnas incurrere.

Ibi: *His accedit, quod & apud veteres.*

20 De Aſy is plura congerit BeyerlincK,
*d. verb. Aſylum*, Decian. *num.* 3. *cum ſeqq.*
Bouadill. *ex num.* 4. Pet. Greg. d. *cap.* 21.
*à principio*, vbi de pœnis violantium Aſy-
lorum immunitatem.

Ibi: *Primus omnium Aſylum.*

21 Aliqui aſſerunt, primum Aſylum Athe-
nis conſtitutum ab Herculis prognatis,
vt ibi ſe ab inimicis genitoris tuerentur,
Stac. *lib.* 12 *Thebaidos*, Bouadill. d. *num.*
4. BeyerlincK *ſup. columm.* 1. *lit. A. verſ.*
*Primum Cadmus*, Decian. *num.* 3. Pet. Gre-
gor. *num.* 10.

Ibi: *Huius exemplum Romulus.*

22 Aſylum hoc conſtruxit Romulus inter
Arcem, & Capitolium in loco dicto, *In-
ter mentio*, vbi colebatur Deus Aſylæus
vocatus, & neſcitur, quis ille eſſet, Beyer-
lincK *lit. H. verſ. Romulus*, Bouadilla *d. n.*
4. *in fine*, eius meminit Pet. Gregor. *num.*
9. *in fin.*

Ibi: *Fitque Aſyli mentio apud Iuriſcon-
ſultos.*

23 Iacob. Ræuard. *varior. lib.* 1. *cap.* 6. Vl-
piani verba *in l.* 2. *ff. de in ius vocand.* quæ
ita ſe habent: *Neque eos, qui propter loci
religionem indè ſemouere non poſſunt*, refert
ad immunitatem Aſyli, ac legendum pu-
tat; ſemoueri non poſſunt. Ac ſi diceret
Conſultus: In ius vocare non licèt illos,
qui in Tēplo, ſiue Aſylo ſunt, quia prop-
ter loci religionem inulti ad iudicium
duci non poſſunt, quod eruditè probat
addens, etiam ſeruis ius Aſyli commune
fuiſſe.

Verùm etiam feris Aſylum eſſe fertur,
vt in Parthenio monte Panos locus qui-
dam, Aula nuncupatus, quò ſi feræ fugiti-
uæ perueniebant à leonibus, aut lupis eas
inſectantibus liberabantur, nam hi præſ-
criptum locum ingredi rapinæ cauſa
non audebant. Idem narratur canibus
contigiſſe in montibus quos Græci *Mæ-
nalas* vocant. Venatoribus quoque non
permittebatur intra lucum Dianæ feras
perſequi, vt ex Ariſtotele, & alijs refert
Decian. *num.* 3 Bouadill. *num.* 4. *in fine*,
BeyerlincK, *litter. G. verſ. In Parthenio, co-
lumn.* 1.

Num. 3.

Quoties dubium circa immunitatem 24
Eccleſiarum occurrerit, etiam in foro ſe-
culari potius ſtandum eſt iuri Canonico,
quàm laicorum Principum conſtitutio-
nibus, Decian. *d. cap.* 25. *num.* 6. Guazzin.
*ſup. num.* 8. Farinac. *in prax. crimin. tom.* 1.
*quæſt.* 28. *num.* 6. Tuſch. *lit. I. conc.* 59.
*num.* 10. 26. Bened. *cap.* 16. *dubit.* 5. *ex n.*
3. Gutier. *practicar. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4.
Curtelli. *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *quæſt.* 32.
*num.* 27. Cur. Philipic. *tom.* 1. *part.* 3. *§.* 12.
*num.* 49. Boer. *deciſ.* 109. *num.* 3. Ratio eſt,
quoniam hæc eſt materia Eccleſiaſtica,
quæ pertinet ad Religionē, cum debitus
honor, & reuerentia locis Deo dicatis
exhibeatur, atque ita principaliter circa
eam Pontifex iuriſdictionem habet, cu-
ius leges quoad hoc vim maiorem obti-
nēt, quàm Principū conſtitutiones, Suar.
*num.* 14. Sed aduertendum eſt, quòd, ſi
dubia ſit aliqua iuris Canonici diſpoſitio,
circa immunitatem, ea pars ſequenda
erit, quæ lege aliqua ciuili Principis Ca-
tholici comprobata reperiatur, Decian.
*vbi proximè*, Farinac. *de immunit. cap.* 2.
*num.* 31. Bene *ex num.* 5. qui poſt Farinac.
notat, eam declarationem, ſeu interpre-
tationem per iudicem ſecularem fieri
debere, quod non videtur neceſſarium,
cum laicus de immunitate cognoſcit, ve-
luti apud nos in Cancellarijs, ac Supre-
mis Tribunalibus Regijs per viam vio-
lentiæ.

Nu-



Num. 4.

25 Vt Eccleſia immunitate gaudeat, ſuffi-
cit authoritate Epiſcopi conſtructam eſ-
ſe, licèt conſecrata non ſit, Suar. *d. lib.* 3.
*cap.* 9. *num.* 1. Bene *dubit.* 9. *à princip.* Gre-
gor. Lop. *in l.* 4. *gloſ.* 2. *tit.* 11. *part.* 1.
Sanch. *conſil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7.
*num.* 2. Iul. Clar. *in prax. crimin. §. fin.*
*quæſt.* 30. *num.* 4. Filliuc. *tract.* 15. *cap.*
6. *quæſit.* 5. *num.* 150. Farinac. d. *quæſt.*
28. *num.* 346. & *de immunit. cap.* 17. *nu-
mer.* 26. Bonacin. *d. quæſt.* 3. *punct.* 16. *§.*
4. *num.* 2. Guazzin. *d. defenſ.* 1. *cap.* 37. *num.*
2. 3. Tuſch. *lit. I. conc.* 39. *num.* 24. Paz *in
prax. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. *§* 3. *nu.* 24. Cur.
Philip. *ſup. num.* 1. Bouadil. *plures referens*,
*d. cap.* 14. *n.* 49. Pellizzar. *n.* 4.

26 Ex quibus regula conſtituenda eſt,
quod ad huiuſmodi immunitatem nihil
aliud requiritur, niſi quod locus per Præ-
latum dicetur ad Diuinum cultum, quod
fieri ſolet per impoſitionē ſolemnē pri-
mi lapidis in tēpli ædificatione, quare cu-
randum non eſt de benedictione, aut Sa-
crorum celebratione ad hunc effectum.
Ita etiam cum pluribus Dian *part* 6. *tract.*
3. *reſolut.* 1. *verſ. Verùm ad confirmationem*,
Germon. *ſup. lib* 3. *cap.* 16. *à num.* 23. Lu-
douic. Correa *in relection. d. cap. inter alia*,
*part.* 2. *n.* 8. *de immunit. Eccleſiar.* Pellizzar.
*vbi proximè.*

27 Quod ita verum eſt, vt, ſi antequam
ædificium perficiatur, delinquens con-
fugerit ad locum, vbi Eccleſia conſtrui-
tur, immunitate gaudeat, Dian. *vbi pro-
ximè*, Farinac. *de immunit. cap.* 17. *num.*
261. Bene *dubit.* 9. *ſect.* 2. Pellizzar. *ſup.*
*num.* 4. qui *num.* 7. idem de monaſterio
probat, Abbas *in cap. Eccleſiæ, num.* 5. *de im-
munit. Eccleſiar.* Sanch. *de matrimon. lib.* 9.
*diſp.* 15. *num.* 39. Anchar. *in d. cap. Eccle-
ſiæ, num.* 1. Mari. Italia *lib.* 1. *cap.* 4. *§.* 3.
*num.* 15. *cum ſeqq.* Qui limitat, ſi ceſſatum
ſit in ædificio, quam limitationem meri-
tò reijciunt Dian. Bene, Farinac. Sanch.
*vbi proximè*, Caſt. Palao, *tom.* 2. *tract.* 11.
*diſp.* 1. *punct.* 6. *num.* 4. Erit tamen admit-
tenda, ſi ita opus derelictū fuerit, vt nul-
la ſubſit ſpes, quod in poſterum perfi-
ciatur, ſicut de ædificio Sacro diruto
dicitur, quod ſi reſtitui ſperetur, im-
munitate non caret, aliàs ſecùs, Dian. *cum
alijs ſup. verſ. Verùm affirmatiuæ*, Farinac.
*num.* 260. Bene *ſup. ſect.* 5. Tuſch. *lit. E.
conc.* 9. *num.* 10. Sanch. *vbi proximè, num.*
37. & *d. dub.* 7. *num.* 2. Bouadill. *vbi ſup.*
Italia, *d. §.* 3. *num.* 4. Bonacin. *ſup. num.* 4.
Decian. *num.* 22. Gonni *fol.* 95. *ampliat.*
20. *col.* 3. *num.* 5. Paz *num.* 38. Clar. *num.* 6.
Guazzin. *num.* 34. Pellizzar. *ſup.* Qui om-
nes docent, quod, ſi Eccleſia deſtruatur
authoritate Epiſcopi, alteriuſve Prælati
habentis poteſtatem, aut abſque ea, ſed
ſublata reædificationis ſpe, locus immu-
nitatem amittit, non ſic quando Superio-
ris authoritas non interuenit, & ſpera-
tur ædificium reſtituendum, tunc enim
licèt funditus Templum euertatur, locus
ipſe aſylum delinquentibus adeſt, de quo
diſputat Gonni *ſup. ex n.* 1.

Eccleſia itidem polluta nondum re- 28
conciliata immunitatem confugientibus
præſtat, Bene *ſect.* 3. Farinac. *d. cap.* 17.
*num.* 29. Suar. *num.* 6. vbi rationem red-
dit. Tuſch. *d. conc.* 9. *num.* 9. Diana *ſup.*
*verſ. Nota ſecundo* Mar. Italia *num.* 7. Bo-
nacin. *d. §* 14. *num.* 3. Pellizzar. *ſup.* Simi-
liter interdicta Eccleſia non priuatur im-
munitate, Suar. Dian. Bonacin. Tuſch.
Italia, *vbi proximè*, Farinac. *num.* 259. &
*d. quæſt* 28. *num.* 35. Bene *ſect.* 4. Clar. *num.*
5 Decian. *num.* 20. Guazzin. *num.* 33. Cur.
Philip. *num.* 15. Pellizar, *d. num.* 4. Quod
limitat Decian. quoad eos, propter quos
locus interdictus eſt, ſed eius ſententiam
improbant Dian. Guazzin. *vbi proximè*,
Peregrin. *de immunit. cap.* 4. *num.* 14. &
alij communiter. Ratio eſt, quia per pol-
lutionem, vel interdictum ſanctitas loci
non amittitur, nec in iure reperitur cau-
tum, quod propter illa Eccleſia immuni-
tate careat, licèt vetitum ſit Diuina offi-
cia ibi celebrari; hoc enim cum pœnale
ſit ampliandum non eſt. Videantur Suar.
& Bene *ſup.*

Idem ſcribit de Eccleſia conſtituta in 29
Ciuitate ab hoſtibus infidelibus capta,
Guazzin. *num.* 32. poſt Decian. *d. lib.* 6.
*cap.* 24. *num.* 25. Quod limitari poteſt,
quia ſi Eccleſia ad impios ritus, vel
vſus profanos deſeruiat, perinde eſt, ac ſi
abſque ſpe reædificationis eſſet diruta;
quemadmodum enim locus hoc caſu
immunitatem amittit, eo quod ibi Diui-
na celebrari non poſſunt, nec ſubeſt ſpes,
quod celebrentur; ita materiale ædifi-
cium profanatum cum Diuinus cultus
in eo reddi non poſſit, nec probabiliter
ſperetur, quod reddatur, immunitatem
non obtinebit, pro quibus facit *l. cum lo-*

ca,

*ca 36. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Poſſet tamen iure Guazzini opinio ſuſtineri, ſi Templum non eſſet profanitate pollutum, cum non perdat ſanctitatem ex eo ſolùm, quod apud infideles ſit, & quanquam Diuina peragi non liceat, hoc eſt per accidens, non ex defectu loci. Nec refragatur *d. l. cum loca*, cui reſpondendum eſt, tum quod fundatur in præſumptione, quoniam ſacra loca profanata ab hoſtibus credebantur, tum quod ethnici ſacra profana fieri, putabant, quia eorum dominium ad homines iure belli transferebatur, & Sacrorum naturæ repugnabat, in bonis alicuius eſſe, cum nullius in bonis eſſe dicerentur, *l. 1. l. in tantum 6. §. Sacræ ff de rer. diuiſ.* Nos autem veri Dei cultores, qui ſcimus eius eſſe terram, orbem terrarum, & vniuerſos, qui habitant in ea, *Pſalm.* 23. conſequenter fatemur, loca ſacra, etſi apud infideles ſint, ſub ſpeciali Dei dominio permanere, donec per aliquos actus, vel vſum profanētur, atque ita indigna fiant, vt ibi Diuina peragantur, ad quod dicata fuerunt. Imò ex præmiſsis dicendum videtur, quod ſi Eccleſia profanata ad Chriſtianos redeat, vt immunitate gaudeat, debet denuo per Prælatum ad Diuinum cultum deſtinari benedictione, vel alio quouis actu, per quem reſtituta, & reconciliata cenſeatur, licèt ex *d. l. cum loca*, contrarium colligatur, quæ quaſi ius poſtliminij locis Sacris competere, ait.

Ibi: *Tametſi plurimum hac in re valeat conſuetudo.*

30 Quoad immunitatem Eccleſiarum plurimùm valet conſuetudo, quæ maximè attendenda eſt, Suar. *d. cap. 9. num. 7. cum ſeqq.* Farinac. *d. quæſt. 28. num.* 12 Fagund. *part. 2. lib. 4. cap. 4 num* 61. Clar. *d. quæſt.* 30. *num. 1. cum alijs*, Bouadill. *d. cap. 14. num. 22. in fine*, Marta *de iuriſdiction. part. 2. cap. 51. num. 23.* Paz *ſup. num.* 25. Aug. Barbol. *de iur. Eccleſiaſtic vniuerſ. lib. 2. cap. 3. num* 82. Fontanella *deciſ.* 200. 201. Decian. *d. lib 6. cap. 28. n. 6.*

31 Sed contrarium: ſcilicèt non eſſe conſuetudini ſtandum, quæ ſit aduerſus Eccleſiaſticam immunitatem tuentur Bonacin. *d. quæſt 3. punct. 16. §. 15. num. 2.* Guazzin. *d. defenſ. 1. cap. 34. num. 5.* Bene *dubit. 6. ex num. 3.* qui priorem ſententiam probabilem fatetur à *num. 23.* Gurier. *practicar. lib. 1. quæſt. 1. num.* 11. 12. Dian. *part. 6. tract. 1 reſolut.* 29. Gonſ. *fallent. 27 nu 6 fol.* 106. *col. 1.* & alij apud Bene *num 22.* qui *ibidem*, & Diana *ſup.* teſtantur, nominatim contra D. Couar. tenuiſſe S. Rotam 20 Iunij 1636.

32 Pro quarum opinionum conciliatione placet diſtinctio communiter probata, quæ habet, non poſſe conſuetudine introduci, vt in aliquo loco Eccleſia prorſus careat immunitate, cum hoc ſit irrationabile, & contrarium bonis moribus, ac reuerentiæ, quæ Templis Deo conſecratis debetur, argument. *c. fin. de conſuetudin.* Bene tamen permiſſum eſſe, ne in aliquo caſu, vel loco reus immunitate Eccleſiaſtica gaudeat, ſi ita conſuetudo legitimè præſcripta obtinuerit, quæ ex rationabili cauſa poterit ſuſtineri, vt agēs de immunitate Eccleſiaſtica quoad perſonas Clericorum, reſoluit D. Couar. *practicar. cap. 31. num. 5.* quem ſequuntur Caſtill. *de tertijs, cap. 12. num. 34.* Garcia *de nobilitate, gloſ. 9. à num* 44 Farinac. *in prax. quæſt. 8 num. 3.* Gratian. *diſceptat. cap. 340. num. 39.* Cened. *in Canon. quæſt. 4 num 3.* Seſſe *de inhibit. cap. 8 §. 3. num.* 145. 147. 155. 156 Pereira *de man. Regia part. 2 cap. 69 num. 19.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 1. cap. 12. num.* 58. 62 63. Clar. *d. §. fin. quæſt 36. num. 3.* Qui, & alij plures docent per conſuetudinem poſſe immunitati Eccleſiaſticæ in aliquo caſu particulari derogari. Vide Lotter. *de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 13. ex num. 76.*

33 Eſt quæſtionis an per Bullam Gregor. XIIII. & Cōcil. Trident. *d. ſeſſ. 25 cap.* 20. fuerint ſublatæ omnes conſuetudines anteà legitimè præſcriptæ? de quo Bene *dubitat. 7.* qui cum pluribus affirmat, etſi alij negatiuam ſuſtineant, quos idem refert, *num. 3. verſ. Quamuis contrarium*, & circa omnia præmiſſa conſulas Bonacin. Guazzin. *ſup.* Bene *d. dub. 6. & 7* Dian. *d. reſolut.* 29. In Hiſpania verò eam Bullam, vſu non eſſe receptam teſtātur Portell. *in dubijs Regular. verb. Eccleſ. immunitas, num.* 9 Dian. *part. 1. tract. 1. reſolut.* 39. atque ita conſuetudines legitimè præſcriptæ obſeruantur abſque dubio.

Ibi: *Et præterea præcauendum.*

34 Immunitatem Eccleſiarum ſtrictè eſſe interpretandam, ne improbi ea freti delinquendi occaſionem arripiant, cum





D. Couarruu. docuere Curtell. *ſuprà, quæſt 4. num. 28.* Decian. *d. cap. 18. num. 6.* Bouadill. *num.* 93. Paz. *num.* 25. Farinac. *d. q. 28. num* 73. Clar. *d. q. 30. nu. 3. verſic. Huiuſmodi autem.*

25 Oppoſitū verò pluribus placet, qui ea ratione mouētur, quoniā agitur de fauore Eccleſiæ, qui ampliandus eſt, non obſtante, quod priuilegiū ſit, cum corpori iuris inſertū reperiatur, Bene *dub. 3.* Suar. *d. c. 9. n. 1. 3.* Marc. Ant. Genuenſ. *in prax. Archiep. Neap. cap. 22. n. 2. in fin. & cap.* 94. Mar. Ital. *Sicil. deciſ.* 156. *n. 41.* Pelliz. *ſup.* Sed dici poteſt in delictis atrociſsimis immunitatem reſtringere oportere vt D. Couarr. videtur.

36 Hinc dubitari ſolet antiqui cōmittit ſimilia, vel atrociora crimina quā in iure ſiuè *in d. Bulla Greg. XIV.* excipiūtur immunitate priuetur per reſtrictionem priuilegij, & exceptionis extenſionē? de quo *infrà, num.* 147.

Ibi: *Cum oporteat audaciam reprimere.*

37 Hoc notāt laudati *ſup. n. 34.* quibus adde Guaz. *d. c. 34. n. 1.* Petr. Greg. *ſyntagm. lib. 33. c. 22. n. 3.* Ex hac ratione Tiberius Cæſar omnibus Aſylis immunitatem abſtulit, quam poſteà ſolū ſamiæ; Sunonis, & Æſculapij delubris reſtituit, Bouad. *n. 6* Tacit. *lib. 3.* Decian. *ſup. c. 25. n. 5.* Baiard. *ad Clar. d. q. 30. n. 32.* BeyerlincK *ſup. col. 4 verſ. Tiberius Cæſar.* Hinc Aug. Cæſar Epheſię Dianæ Aſylum irritum fecit, quoniam plurimi ad illud cōfugiebāt, BeyerlincK *verſ. Auguſtus Cæſar*, ex Strabon *lib.* 14. & Sylu. *lib. 77. Aſiæ.* Hinc Sixtus V. domibus, ſeu palatijs Cardinalium immunitatem ſuſtulit, Baiard. *ſup. n.* 33. Quapropter iuſtè inuehit poſt plures, quos allegat Bouadill. *ſup. n. 93. & c. 18. n.* 109. in iudices Eccleſiaſticos, dùm confugiētes ad Eccleſiam indiſtinctè tueri conātur, etiamſi crimina excepta perpetrauerint, qui teſtatur, nunquam per viginti quatuor annos, quibus iudicādi munere functus eſt, vidiſse, iudicem Eccleſiaſticum ſe, niſi compulſum inhibuiſse.

Ibi: *Qua ratione aliquot in vrbibus.*

38 Alicubi conſuetudine receptum eſt, ne loca pia gaudeant immunitate, in quibus Auguſtiſ. Euchariſtiæ Sacramētū, cōtinuò nō exiſtit, vt præter D. Couar. obſeruāt Farin. *d. q. 28. n. 69.* Guaz. *c. 37. n. 5.* Clar. *d. q. 30. n. 3. verſ. Huiuſmodi.* Imò iure conſiderari continuā Sanctiſ. Sacramenti obſeruationē ſentiūt Germ. *lib. 3. c. 16. n. 26* Tuſc. *lit. E. cōc. 9. n. 19.* Sarp. *de Aſyl. immu. c. 4. fol.* 39. quos laudat Bene *dub. 9. ſec. 1. n. 4. verſ. Nonnulli tamē*, & inter eos D. Couarr. in præſenti, & Clar. *vbi proximè*, enumerat. qui tamen ſolū aſſerunt ita ab aliquibus Prælatis obſeruari potius de conſuetudine, quàm de iure, ſecundùm quod verum eſt, Templa immunitate gaudere, etiāſi illud venerabile Sacramentum, ibi perpetuò nō cuſtodiatur, vt reſoluūt pręter Bene Farin, *ſup. nu. 34. & de immun. c. 17. n. 254.* Dian. *p. 6. tra. 1. reſol. 1. verſ. Ad id vero*, Mar. Ital. *lib. 1. c. 4. §. 3. n. 5.* Caſtr. Palao *ſup tract. 11. pun. 6. n. 2.* Bonac *ſup. § 4. n. 2.* Gābac. *lib. 3. c. 4. & 5.* vbi conſuetudinem in contrariū reprobat, cui accedit Dian. ſed ea à pleriſq; probatur, & expreſsim à Bene *n. 5.*

Verſ. *Tertiò, conſtat.*

39 Quid nomine Eccleſiæ comprehendatur, cum de immunitate locali, quoad delinquentes, exponunt Suar. *d. lib. 3. c. 9.* Decian. *c. 24.* Dian. *d. reſ 6.* Bonac. *d. §. 4.* Bene *dub. 9.* Clar. *d. q 30.* Bouadill. *eod. c.* 14 Pelliz. *ſup. n. 4.* & alij ſup laudati. Ex quibus conſtat hoſpitalia, Monaſteria, & alia quæuis loca pia Epiſcopi authoritate conſtructa habere immitatē, nō ſolùm in locis ipſis, vbi Sacra fiūt, ſed etiā in omnibus, quæ intra ſepta Eccleſię, Monaſterij, aut hoſpitalis continentur, vt clauſtra, horti, Dian. *ſup. reſ. 6. verſ. Et tandē*, Suar. *n. 6.* Farin. *c. 17. n. 268.* Palao *num.* 18. Paz *ſup. num. 32.* & alij apud Bene *ſect. 11.* vbi quid de turri ſeparata à fabrica Eccleſiæ, vbi ſunt campanæ, & non gaudere immunitate reſoluit, vt nec Grāciæ, ſiue paruæ domus Religioſorum, quod docuit Barbola *d. lib. 2. de iur. vniuerſ. cap. 3. n.* 74. 75. vide Pelliz. *num. 6.*

40 Eſt notandum. Primùm, immunitate defendi eum, qui ſuprà tectum loci ſacri conſtituitur, cum intra ambitum eius ſit, Bene *ſect. 6. numer. 9.* Suar. *n. 8.* Farinac. *dict. quæſt. 28. numer. 14. & cap. 17. numer.* 272 Fagundez *in præcept. Eccleſ. præcept. 2. libr. 4. cap. 4. numer. 63.* Mar. Italia *d. cap. 4. §. 9. numer.* 24. Dian. *part. 6. tractat. 1. reſolut. 3. verſicul Quod autem*, vbi alij. Secundum, hoſpitalia immunitatem habere, ſi Epiſcopi authoritate conſtituantur, quamuis in illis nun-

quam diuina celebrētur, Tuſc. *lit.E.conc.* 10.*n.*2. Dian.*d.reſolut.* 6. *verſ. Dicendum eſt igitur*, Guazz.*dict. defenſ.* 1. *cap.* 37. *num.* 28. Clarin *controuerſ. forenſ. cap.* 116. *per tot.* Bene *ſect.* 10.*n.*4. Tertium, quod, etſi non conſtet, hoſpitale, vel Capellā, vulgo *Hermita* [, aliumvè locum Religioſum Epiſcopi authoritate fuiſſe fundatum, tamen ſi campanile habeat, & publicè in eo diuina peragantur, priuilegio immunitatis gaudebit, cum diu ita obſeruatum eſt, & Prælati conſenſu comprobatum, nam ex diuturnitate temporis authoritas Epiſcopalis in erectione interueniſſe præſumitur, Decian. d. *cap.* 25, *numer.* 19. Dian, *dict. reſolut.* 1. *verſ. Sed non eſt verum*, Gonni *fol.* 87. *ampliat.* 1. *nu.*9 Bonacin.d § 4 *nu.*15. Sanch. *de matrimon.lib.*9.*diſp.*15.*n.*59.*& alij.*

Num. 5.

41 Eccleſiæ immunitas vltra ſepta intra 30. vel 40. paſſus de iure extēditur, ita vt intra id ſpatiū delinquens capi non poſſit, hoc vero de conſuetudine non ſeruatur, de quo Gregor. Lop. *in l.*2.*gloſ* 5.*tit.*11.*part.* 1 *Bene* omni: ò vidēdus, *d.dub.*9 *ſect.* 8. Farinac. *dict. quæſt* 28. *num.* 14. *& de immunitat.cap.*18. *num.*284. Suarez *ſup.nu.* 8. Germon. *d.lib.*3.*cap.*16. *num.*38. Bonacin. *vbi proximè*, *num.* 6. Clar. *numer.* 2. Dian. *reſolut.*2 *per totam*, Bouadill. *num.* 81. Decian. *cap.* 24. *num.* 29. *& cap.* 25. *num.*9. Pellizar. *ſuprà, num* 3. Per. Gregor. *num.*4. Guazzin. *ſuprà num* 6 Tuſc *dict. concluſ.* 10. *num.* 45. vbi negat conſuetudine poſſe immunitatē quoad circuitum prædictum abrogari, quod neruosè defendit Diana alios referens. Sed à communi ſententia recedendum non eſt, quam præter omnes ferè proximè laudatos amplectuntur Palao *vbi proximè, num,* 15 Nauarr. *in man. c* 25.*n.*18. Fagundez *dict.cap.*4.*num.* 61. Ambroſin. *cap.*10.*numer.*4. Bene *dubitat.* 6, *num.*25. Paz *ſuprà num.*34.

42 Quoad præfatam immunitatem ſciendum eſt, Eccleſiam matricem, ſeu Cathedralem habuiſſe quadraginta paſſus vltra ſepta, intra quos delinquens tutus erat; reliquæ vero triginta duntaxat, *cap. ſicut antiquitus* 6.17.*q.*4 Suar. *ſup.* Pelliz. *nu* 4. Bene *d.ſect.*8.*num.*1. Gonni *ſup.nu.*1. Decia. *d cap.*25 *nu.*9 Qui paſſus dinumerabantur olim à candelabro, quod erat in Eccleſijs, Oldr. *conſ.*55. quē refert Decian. *vbi proximè*, ſed à parietibus, vel ſeptis Eccleſiæ ſunt numerandi, atque ita cœmeterium in illis paſsibus comprehenditur, Decian *cap.*24.*nu.*29. Guazz *num.*10.13. Bonacin. *vbi ſup.* licet Bene *num.*5. contra ſentiat aſſerens, quod ſi cœmetererium ſit Eccleſiæ contiguū, ab eo ſunt prædicti paſſus numerandi.

43 Hi paſſus habent Immunitatis ius, vt delinquentes in Eccleſia non ſint ita recluſi, vt exire ad neceſſarios naturæ vſus abſque periculo non valeant, *cap. definiuit* 35. 17.*q.*4. Gregor. Lop. *ſup.* Bene *num.*8. qui *nu.*9. ex alijs notat, quod ſi intra eos paſſus non inueniret locū aptum, poſset reus vlteriùs tutus progredi, ſtatimque reuerti, ex quo fit, vt, qui nunquam ad Eccleſiam peruenit, ſed intra 30. vel 40 paſſus extra cœmeterium capitur, immunitate non gaudeat, nam hoc priuilegium illis ſolùm proſpicit, qui iam ſub præſidio Eccleſiæ ſunt, vt ibi valeant permanere, ſic apertè colligitur *ex d.cap. definiuit*, & notant Bene *num.*7. vbi alij, Caſtr. Palao *ſup.d.tract.* 11.*punct.*6. Ioann. Vilchis *de immunit. n.* 12. Vltimò notandum eſt, iuxta communem ſententiam immunitatem prædictam non competiſſe Eccleſijs intra muros ciuitatis, vel oppidi collocatis, vt ex pluribus reſoluit Bene *n.*6. qui contrariū probabile ſentit, quod rectè probat Dian. *ſup. verſ. Sed hæc opinio*, vbi Peregrin. Farinac. Ambroſin. & Italiam allegat, quibus D. Couar. accedit limitans, quandò intra caſtella Eccleſiæ ſunt ſitæ propter anguſtias loci, cui aſſentiuntur Tuſch. *lit. I. conc.*59.*num* 18.19. Dian. *dict reſol.*2. *verſ. At his non obſtantib.* quod habetur *in c. quiſquis* 17.*q.*5.

Ibi: *Paſſus verò.*

44 De paſſuum computatione differunt Guazzin. *nu.*11. *cum ſeqq.* Bonacin. *nu* 9. Farin. *de immun.c.*18.*n.*286. Bene *d.ſect* 8 *n.*3. Tuſch *lit. E.conc.*9.*n.*2. Qui cōtra D. Couarr. affirmant pedē quindecim digitis conſtare, ſequuti gloſ. *verb. Paſſus in d. cap ſicut antiquitus*, vbi Auguſtin. Barboſ. *in collectan.num.*5. plures alios laudat.

45 Cœmeterium tamen Eccleſiæ contiguum, vel ab ea ſeparatum immunitatem obtinet, Bene cum pluribus *d dubit.* 9.*ſection.*9. *à princip.* Suarez *dict.cap.*9.*numer.*8. Gonni *fol.* 90. *ampliat* 4. *à princip.* Farinac. *d.quæſt* 28 *num.*14. Guazz. *num.* 15 Dian. *part.*6. *tract.* 1. *reſolut.*6. *verſ. Et incipiēda, cum ſeq.* Paz *n.*33. Palao *ſup.nu.* 18. Bonacin. *num.*5. Decian. *cap.*25 *num.* 10. Pellizar. *d. num.* 4. Bouadill. *num.* 81. & ita conſtat *ex cap. in de immunit.* Eccleſi *& l.*2.*tit.*11.*part* 1. Imò oſtium, & porticum cœmeterij eadem immunitate gaudere, ſcripſerunt Bene *num.* 4 Diana *verſic. Et hæc opinio*, Gonni *fol.* 91. *ampliat.* 7. *num.* 4. Præterea cœmeterium interdictum, vel pollutum eodem priuilegio non priuatur, quemadmodum de Eccleſia dictum eſt, Dian. *verſ. Nota etiam*, Bene *num.*6 Vt autem cœmeterium ita priuilegiatū ſit, neceſſe nō eſt, quod per Epiſcopum fuerit benedictum; ſatis enim eſt, quod de eius licentia aliquis Chriſtianus cum Eccleſiaſticis officijs, volente Domino, in loco ſepeliatur: cum per hoc Religioſus efficiatur, & ad pium vſum deputetur. Dian. *dict. verſ. Et hæc opinio*, *in fin.* Bene *n.*5 Bonacin. *d. nu.*5. Quidquid teneat Decian *cap.*24.*nu* 28

46 Similiter oſtium, & porticus Eccleſiæ eandem obtinent immunitatem, quoniam eiuſdem ſacri ædificij pars cenſentur, Dian. *part.*6. *tract.*1. *reſolut* 1. *verſ. Sed quæro, & reſ.* 3. *verſ. Sed iſte autor*, Gonni *ampliat.* 7. *&* 8. Bene latè *dict. dubitat* 9. *ſection.*6.7. Bonacin. *vbi proximè*, Suarez *num.*7. *&* 8. Decian. *dict. cap.*25. *n.*12.17. vbi de domibus priuilegiatis per Principem laicum, Guazzin. *num.* 17. Farinac. *d. quæſt.*28. *num.*14. Pellizar. *dict. num* 4. Cur. Philipp. *ſuprà*, § *Retraidos*, *numer.* 14. & comprobatur *cap. ſiquis contumax* 20.17 *quæſt.*4 *dict. l.* 2. ibi: *E en ſus portales, tit.* 11. *part* 1. Idem de ſcalis Eccleſiæ, quæ ante fores extra ſepta ſunt, docent Bonacin. *dict. num.* 5 Angel. *in tract. de maleſic. fol.* 73. *colum.* 1. *verſ. Quod ſama, quæſt.* 4. & alij apud Bene *dict ſect.* 6. *num.* 11. vbi declarat cum Farinac. *dict. cap.*17. *num.* 281. 288. quando ſcala pertinet ad Eccleſiam, ſecus ſi ad viam publicam, ita vt eius pars ſit, imò abſolutè ſcalam non habere immunitatis priuilegium, tenuit Gonni *ampliation.* 9 *fol.* 72.

Verſ. *Quintò infertur.*

47 Palatium Epiſcopi de iure ius immunitatis Eccleſiaſticum habet, quanuis ſitum ſit vltra quadraginta paſſus ab Eccleſia, Suar. *n.*9. Tuſch. *lit. E. conc.*9. *nu.* 11. Bene *d. dubit.*9 *ſect.*14. *ex nu.* 8. Germon. *lib.* 3. *cap.*16. *à nu* 45. Dian. *reſolut.*4. Gonni *ampliat.*15 *fol.* 93 Filliuc *tract.*15.*cap.*6 *q.*3. *num.*150. Farinac. *d. cap.*17. *nu.*272. Clar. *d. quæſt* 30 *num.*3. Gregor. Lop. *in l.* 4 *gloſ. antitit.* 1.*p.*1. Pelliz. *num.* 4 & alij plurimi, quos congerit Bene *nu.*7. *verſ. Atque ita* & Barbol. *in collect. ad cap. id conſtituimus, num.*3.17 *q.*4. Quod amplia, licet in eo capella, vel oratorium non ſit, vt notarūt Gonni *ſuprà*. Dian. *verſ. Tertiò, quia tale*, Gambac. *lib.*4.*cap.*5 *num.* Bene *num* 8. *cum ſeqq* Farinac. Tuſch. & Suar. *vbi proximè*, quanquam aliqui ſentiant, oratoriū neceſſariò ibi eſſe debere, quando domus Epiſcopalis intra quadraginta paſſus non eſt, videantur Bonacin. *ſup. nu.* 11. Guazz. *n.*23. *verſ. Si verò*, vbi alij. Ampliatur ſecundò, etiam Sede vacante, modò palatium locatum non ſit, Mar. Ital. *lib.*1. *cap.* 4 § 9 *nu* 4 13. Dian. *vbi proximè*. Farin. *num.*270 Bene *num.*2. Ampliatur tertiò, licet Epiſcopus duo palatia habuerit, Germon *ſup.* Bene *num.* 7. *verſic. Atque ita*. Ampliatur quartò ad domum, quam Epiſcopus viſitans propriam diœceſim, habitat, Ital. *num.* 13. Farinac. & Dian. *ſup.* licet contradicat Peregrin. apud Bene *n.*12. *verſ. Atque ita contra*; qui dubitat.

48 Sed contra præcipuam concluſionem: ſcilicet palatia Epiſcoporū extra 40. paſſus conſtituta immunitate carere, maximè ſi in eis oratorium non ſit, de iure, aut ſaltim de conſuetudine cū D. Couarr. docent Bonacin. *vbi proximè*. Bouadill. *d. c* 14. *n.*85. Curtell. *lib.* 1 *q.*27. Paz *nu.* 35. Decian. *cap.*25 *nu.*14 Petr. Sarp *ſup. c.*4. *q.*41. Clar. *d. q.*30. *num.* 3. Baiur. *ibi n.* 10. qui teſtatur, reos à palatijs Epiſcoporum extractos fuiſſe. Sed ſecluſa conſuetudine, quæ vbi fuerit legitimè introducta, ſeruāda eſt, vt aſſerunt Suar. *d. n.*9. *Bene num* 6. Farinac. *d. q.*28. *num.* 18. (vbi reſpondet, conſuetudinem, de qua in præſenti D. Couarr. ad Hiſpaniam reſtringendam, vbi hic verſatus eſt) prior opinio tenenda eſt ex rationibus, quibus nititur, quas videre quis poteſt apud Diana, *Bene*, & alios.

49 Seminarium Epiſcopali palatio annexum immunitate fungi, reſoluit *Bene num.* 19. poſt Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. cap.*22. *num.*10.

50 Domum Epiſcopi extra diœceſim ſuam degentis non habere immunitatem docent Italia *n.* 19. Anton. Marin.

*quotidian.reſolut.cap.*180.*n.*12. Bene cum aliis,*n.* 20.21. qui *n.*22. idem affirmat de æde Epiſcopi titularis, vulgo de *Anillo*, cum Ciarlin. *vbi proximè*, quanquam cõtrarium in vtroque caſu probabile dicat aſſentiens Dianæ, qui probat prius *part.* 4. *tra.*1.*reſol.* 40. licet cogitandũ relinquat; poſterius,*d.p.*6.*tract.*1.*reſolut.*5. ſed a præmiſsis recedendum non eſt.

51 Palatia itidem Eminentiſſ. Cardinalium tam in vrbe, quàm extra immunitate de conſuetudine gaudent, vt cum aliis tradit Bene *ſect.* 11. *num.* 1. ſed hoc priuilegium ſublatum eſt Bulla Sixti V. vt alibi dictum eſt, & Gregorij XIII. Dubitatur tamen, tùm ea reuocatio reſtringatur ad palatia in vrbe, vel generaliter accipienda ſit, quoad loca omnia vbicunque habitent? & reſtringendam ſentiunt Dian.*part.*1.*tract.*1.*reſolut.*37. Barbol. *de iur. vniuerſ. lib.* 2. *cap.*3.*numer* 71. Tuſch *lit.*E.*concluſ.* 9. *num.* 12. Guazzio. *num.* 26. & alij apud Bene, qui hoc probabile putat, quamuis oppoſitum teneat cum Farinac. *quæſt.*28.*nu.* 48. *& dict. cap.* 17. *num.* 274. Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 5. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2. *cap.* 5. *quæſt.* 16. *num.* 12. Quid de aliis priuilegiis perſonalibus Cardinalium quoad delinquentes liberandos? vide Bene *vbi proximè*. Petr. Gregor. *dict. lib.* 33. *cap.* 21. *numer.* 12.

52 Priuilegium hoc domibus Epiſcoporum conceſſum ethnicis ignotum non fuit, nam vincti ingrediẽtes ædem Dialis Flaminis liberabantur, Beyerlinch *verb. Aſylum, colum.* 3. *lit. A. verſ. Apud Romanos*, Gelli. *noct. Atticar. lib.* 10. *cap.* 15. Pet. Greg. *nu.* 6. & ad eum confugientem eo die verberari nefas erat, Petr. Greg. *n.* 14.

## Num. 6.

53 Reus confugiens ad Sacerdotem ferentem Euchariſtiæ venerabile, ac Auguſtiſſimum Sacramentum immunitatem cõſequitur. Ita communiter omnes. Suar. *d. c.* 9. *in fin.* Farinac. *d. q.* 28. *n.* 11. *& d. c.* 17. *num.* 275. Bene *ſect.* 16. *à princip.* Decian. *libr.* 6. *cap.* 29. *num.* 8. Guaz. *nu.* 36. Germon. *lib.* 3. *cap.* 26. *à num.* 90. Bonadilla, qui rectiſsime loquitur *d. cap.* 14. *ex num.* 87. Tuſch. *vbi proximè concluſ.* 10. *num.* 33. Clar. *d. q.* 30. *num.* 24. Paz. *d. cap.* 3. § 3. *num.* 36. Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 1. Plaça *in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 16. Gonni *fol.* 94. *ampliat.* 18. *num.* 2. 3. Pellız. *ſuprà, num.* 4. Petr. Gregor. *num.* 14. & alij quam plures apud Bene, quidquid alletat Bonacin. *d.* § 4. *num.* 27. & Azeued. *in l.* 2. *titul.* 1. *lib.* 1. *Recopilat.* Idem dicendum eſt, ſi id diuinum Sacramentum non portaretur per Sacerdotem, ſed eſſet in loco aliquo extra Eccleſiam collocatum, Suarez *vbi proximè*, Bene *num.* 12. Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 28. Qui duo cum aliis aduertunt, quod cum Corpus Domini publicè fertur ad infirmos, vel alio neceſſe non eſt ad immunitatem conſequendam, quod reus Sacerdotem ferentem tangat, ſed ſufficit, ſi cum illud comitantibus ſe immiſceat, quia omnes illi cum Sacerdote vnam Eccleſiam repræſentant. Quid de Sacerdote portante infirmis ſacram Vnctionem? negatiuè reſoluit optimis rationibus Bene contra Ludouicum Corream *in relection. ad cap. inter alia, part.* 2. *num.* 25. *de immunit. Eccleſiar.*

Ibi: *Vbi captus in carceribus ad Euchariſtiam.*

Quoties captus reus, dum ſibi miniſtrã- 54
tur, vel alias ad ſantiſsimam Euchariſtiã confugit, immunitate non iuuatur, nam proxima reſolutio intelligitur de eo, qui liber ad Aſylum Sacroſanctum peruenit, quam limitationem communiter admittunt DD. videantur laudati nuper.

Verſ. *Septimò, deducitur.*

Regula generalis in præſenti traditur, 55
vt ſcilicet nemo & ſi grauiſsimi criminis reus ſit, violenter ab Eccleſia, vel ſimilibus locis extrahatur, Gonni *fol.* 87. *col.* 4. *num.* 1. Paz *num.* 63. Anton. Gom. *vbi proximè*, Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 25. *verſ. Sed contrarium*, Farin. *d. q.* 28. *nu.* 15. Guaz. *ſup. num.* 52. Decian. *cap.* 25. *num.* 1. *& cap.* 28. *num.* 1. Bene *d. cap.* 16. *dub.* 24. *à princ.* Bonadill. *num.* 17. Suar. *de Religion. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 4. Ceuall. *commun. tom.* 2. *q.* 817. *nu.* 11. Gutierr. *practicar. lib.* 3. *q.* 1. *nu.* 3. A qua regula aliquorũ criminum rei excipiuntur *in cap. inter alia de immunit. Eccleſ. & in Bulla Greg. XIIII.* de quibus agendum eſt.

## Num. 7.

Primò, excipitur qui proditorie homi- 56
cidiũ perpetrauerit, ita expreſsim ſtatuitur in *Bulla* præfata Grgorij XIV. ibi: Aut qui



qui proditoriè proximum ſuum occiderit, & notarunt Bene *dubit.* 20. Farinac. *ſup. num.* 23. *& de immunit. cap.* 9. *num.* 134. Grego. Lop. *in l.* 4. *gloſ.* 8. *tit.* 11. *part.* 1. Bonac. *in ſumm. to.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 16. § 8. *num.* 1. Gutierr. *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 52. Suar. *cap.* 11. *num.* 11. Bonadill. *nu.* 35. Tuſch. *lit.* E. *concl.* 11. *nu.* 5. Anton. Gom. *num.* 2. *verſ. Quintò limita*, Paz *numer.* 113. Gonni. *fol.* 98. *fallentiã.* 13. *num.* 1. Decian. *cap.* 28. *num.* 13. Caual. *in tract. de homicid. n.* 412. Guazz. *defenſ.* 1. *cap.* 38. *n.* 39. Dian. *reſol.* 12. Clar. *d.* § *fin. quæſt.* 30. *num.* 11.

Ibi: *Imò idem eſſe in eo, qui alterum proditoriè.*

57 Qui animo occidendi alterum proditoriè percuſſit, etiam morte non ſequuta, ab Eccleſia euellendus eſt, vt puniatur, quod deducitur *ex l.* 1. § *Diuus Adrianus, ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* qua probatur, vt homicidam plectendum, qui animo enecandi vulnerat, licet mors non ſequatur, *l.* 2. *tit.* 23. *lib.* 8. *Recopil.* Idem conſtat *Exod. c.* 21. (a quo *cap.* 1. *de homic.* deſumptum eſt) vbi *verſ.* 12. legitur: *Qui percuſſerit hominem, volens occidere, morte moriatur.* Eandemq; pœnam ſuſtinet ille percuſſor ac homicida, Deuter. 19. *verſ.* 11. Ex quo hanc opinionẽ cum D. Couar. magis communiter amplectuntur DD. vt Farinac. *q.* 28. *n.* 45. Bouad. *nu.* 35. Nauar. *cap.* 25. *nu.* 22. Paz *num.* 126. Gonn. *nu.* 4. *cum ſeqq.* Gutier. *num.* 55. Curtell. *lib.* 1. *q.* 4. Maſtr. *deciſ.* 293. *num.* 10. Peguer. *crimi. deciſ.* 49. *numer.* 11. Petr. Plaza *ſuprà cap.* 21. *verſ. Rurſus*, Azeued. *in l.* 2. *num.* 9. *tit.* 23. *lib.* 8. *Recopilat.* Fontanel. *de pactis nuptialib. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 14. *num.* 117.

58 Contrarium tamen placet Suar. *num.* 14. Decian. *num.* 17. Bonacin. *numer.* 7. Germon. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 60. Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. cap.* 94. *in fin.* Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolution.* 12. Farinac. *de immunitat. cap.* 9. *num.* 145. 146. vbi ſe retractat à ſententia, quam tenuit *dict. quæſt.* 28. *numer.* 45. Mar. Italia *lib.* 1. *cap.* 5. § 4. *numer.* 22. Villagut. *de extenſion. leg. cap. fin. à num.* 54. Barboſ. *ſuprà dict. cap.* 3. *num.* 90. Tuſch. *lit. E. concluſ.* 11. *numer.* 7. Nauarr. *in ſumm. Bullar. titul. de immunitat. Eccleſiaſt. numer.* 75. Bene *dict. dubitat.* 20. *ſection.* 9. Quia *numer.* 4. Optima ratione vtitur, quia ſcilicet agitur de præiudicio eius, qui non deliquit, vt eſt Eccleſia, de cuius immunitate quæſtio eſt, atque ita verba conſtitutionis Gregorianæ ſtrictè accipi debent, & alios pro vtraque parte refert.

Sed quibus prior ſententia placue- 59
rit, obſeruare oportet, duo concurrere debere, & vulnus, & occidendi animum. Vnde qui tentat inſidioſè occidere, & nõ percutit, immunitate iuuabitur, Diana *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 4. *&* 18. & ſentiunt omnes ferè, licet contra doceat Gonni *n.* 8. Item qui vulnerat ita ſine voluntate occidendi, Gutierrez, *num.* 57. Baiard. *ad Clar. dict. quæſt.* 30. *numer.* 17. Cur. Philip. *tom.* 1. *part.* 3. § 12. *num.* 36. Gonni *num.* 6. vbi rectè ampliat, quanquam mors ex vulnere ſubſequatur *per leg.* 1. § *Diuus, ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Animus occidendi in vulnerante colligitur ex genere armorum, vt dicitur *in dict.* § *Diuus.* & aliis circunſtantiis, de quo Gonni *num.* 7. Dom. Couarruu. *in Clement. ſi furioſus, part.* 2. § 1. *numer.* 1. *de homicid.* Clar. *in prax.* § *Homicidium, numer.* 5. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 361. *à numer.* 6. qui hoc iudicis arbitrio committendum docet.

Quæſtionis eſt, num occidens prodi- 60
toriè infidelem immunitate priuetur? Negant Dina *part.* 4. *tract.* 1. *reſolution.* 105. Ambroſin. *cap.* 7. *num.* 12. Bonacin. *dict.* § 8. *numer.* 6. Ratio eſt, tum quia quemadmodum aſſaſsinus non priuatur immunitate, ſi infidelis occidatur, vt ipſi ſupponunt: ita nec qui proditoriè talem enecauerit; tum quoniam ſtrictè loquendo, infidelis proximus Chriſtianis non eſt, cum non illis communicet in fide, Sacramentis, & Eccleſia; Bulla autem Gregoriana agit de occiſione proximi. Nihilominus contrarium eſt tenendum, nam infidelis proximus eſt nobis, vt reſoluunt Bene *ſection.* 4. Farinac. *de immunitat. cap.* 8. *num.* 120. Peregrin. *cap.* 7. *num.* 15. Mar. Italia *ſup. cap.* 5. § 4. *num.* 20. 21.

Ibi: *Verùm opinio contraria.*

De hac opinione curandum non eſt 61
poſt Bullam Gregorij XIIII. qua caſus hic expreciſe excipitur, vt dictum eſt *ſuprà.*

Ibi: *Reſpondit tamen Panormitanus.*

62 De intellectu textus *in cap.1. de homicid.* agunt Suar. *num.* 10. Decian. *d. cap.* 28. *nu.* 13 Auguſtin. Barboſ. *in collectan. ad illum, num.* 1. qui Abbatis opinionem reprobant, quam ſequitur Gutierr. *practicar. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 6 7.

Ibi: *Quamobrem aduerſus Panormitanum.*

63 Clericum proditoriè occidentem non eſſe degradandum, & Curiæ ſeculari tradendum, docet Suar. *vbi proximè*, qui ſe remittit *ad tract. de degradat.* de quo etiam conſule Gregor. Lop. *in l.* 61. *gloſ.* 3. *tit.* 6. *part.* 1. Ceuall. *tom.* 1. *concluſ.* 564. vbi alij Fachin. *controuer. lib.* 9. *cap.* 29. Molin. *de iuſtit. tom.* 4. *diſp.* 49.

Ibi: *Non enim video, poſſe hanc traditionem.*

64 Ex quibus delictis Clericus poſsit degradari, ac brachio ſeculari committi, agitur *in l.* 60. *&* 61. *tit.* 6. *part.* 1. & dicam infrà, *ex num.* 195.

Ibi: *Item & illud, quod præmiſſa diſputatione.*

65 Clericus perpetrans delictũ aduerſus perſonam Principis, vel Rempublicã an ſit degradandus, & brachio ſeculari tradendus? oſtendit Bouadill. *vbi proximè, num.* 114. 115. qui alios laudat Bene *ſup. ſect.* 1. vbi reſoluit, Clericum ſic delinquentem, niſi incorrigibilis exiſtat, non eſſe Curiæ ſeculari tradendum, idem tenent Farinac. *in praxi, tom.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 81. Fachin. *controuerſ. lib.* 8. *cap.* 30. Boſſ. *in prax. crim. tit. de for. compet. num.* 136. 142. Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 60. Clar. *§. fin. quæſt.* 36. *num.* 36. *&* 40. vbi teſtatur in praxi ſeruari, quòd Clericus ob enormia crimina Curiæ ſeculari tradatur, & hoc tandem Iudicis Eccleſiaſtici arbitrio relinquit, quia alij non pauci, quos refert Farinac. *num.* 80 Chartar. *deciſ. crimin.* 66. *num.* 1. ac ſequitur Curtell. *ſup. lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 18. tradendum docent. An Iudex ſecularis cognoſcere valeat aduerſus Clericum in crimine læſæ Maieſtatis ſecularis, diſputari ſolet? Et negatiuè cum plurimis reſpondet Bene *dubit.* 4. *num.* 9. Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 129. aduerſus Curtell. *quæſt.* 20. Rabard. *de cauend. ſchiſmat. ſect.* 2. *num.* 8 *fol.* 42. Ramirez *de leg. Reg. §.* 17. *n.* 11. *in gloſ. lit.* D. Cur. Philip. *tom.* 1. *part.* 3. *§.* 3. *num.* 23. Sed oppoſitam tutiorem dicit, quæ in Hiſpania, & Gallia obſeruatur, nam D. Philippus II. & III. Reges noſtri, & Ludouicus XIII. Gallorum Rex ad cognoſcendum in hoc crimine aduerſus Clericos facultatem à Sede Apoſtolica impetrarunt, & in Regno Neapolitano, vbi conſtitutio contraria extat in caſu cõtingẽti Clemens VIII. anno 1600, declarauit ei conſtitutioni ſtandum non eſſe, vt teſtantur Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. cap.* 72. Bene *num.* 10. 19. *cum ſeqq.* & alij ab hoc laudati.

Verſ. *Tandem his prænotatis deducitur.*

Ita tenent allegati *ſup. num.* 62. Sed du- 66
bium eſt; quid ſi Petrus per inſidias deduxit aliquem, vt ab alio occideretur; & mors ſubſequatur? Et cum immunitate gaudere aſſerunt Bene *d. cap.* 17. *dubit.* 20. *ſect.* 8. Dian. *p.* 6. *tract.* 1. *verſ. Notandũ eſt tamen*, Bonac. *ſup. §.* 8. *n.* 1. *verſ. Hæc tamẽ.* Sed oppoſitum ſuſtinet Peregrin. *ſup. c.* 7. *nu.* 9. Gonni *fol.* 99 *fallent.* 14. *num.* 1. Paz *d. §.* 3. *num.* 124. Quæ ſententiæ poſſunt conciliari, vt prior procedat, quando ſeductus non proditoriè occiditur; poſterior, quando præter inſidias ad deductionem, etiam proditio in ipſa occiſione interuenit; quam diſtinctionem aliàs tradit Caball. *de homicidi. num.* 413. Guaz. *ſup. num.* 43.

Ibi: *Eum dici proditorium homicidam.*

Qui veneno alterum occidit, immuni- 67
tate non defenditur *ex d. Bulla Gregoriana*, quia inſidiosè, ac proditoriè occidere compertum eſt, Gonni *ſup. d. fallent.* 13. *num.* 2. Suar. *d. cap.* 11. *num.* 12. Anton. Gom. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. *iunct. cap.* 10. *nu.* 2. *verſ. Quintò limita*, Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut* 36. Caſtr. Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *diſput. vnic. punct.* 9. *num.* 26. Bouadill. *d. lib.* 2. *c.* 14. *num.* 75. Peregrin. *d. tract. de immunit. cap.* 3. *num.* 6. Decian. *lib.* 6. *cap.* 28 *num.* 19. Germon. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 63. Guazzin. *d. cap.* 38. *num.* 43. *in fin.* Barboſ. *ſup. cap.* 3. *num.* 44. Maſtrill. *de indult. cap.* 35. *n.* 5. Bene, qui in numeros congerit, *d. dubit.* 20. *ſect.* 2. *num.* 1. *& num.* 2. teſtatur, per ſacram Congregat. Concilij ita fuiſſe declaratum *die* 3. *Decemb. anno* 1632 etſi aliqui affirment, Summum Pontificem, cum caſus occurrerit, conſulendũ, vt Dian. *ſup.* Farinac. *de immunit. cap.* 9. *num.* 142.

Controuertitur, num occidens vene- 68
no, vel alio modo infantem, aut fœtum animatum immunitate iuuetur? Affirmant Bonacin. *num.* 8. Leo *in Theſaur. for. Eccleſiaſt. part.* 1. *cap.* 13. *verſ. Dubitari etiã poteſt*, Dian. *part.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 72. Sed contrarium probant Bene *vbi proximè, n.* 3. Farinac. *cap.* 8. *nu.* 138. & ſic declaraſſe prædictam ſacr. Congregationem refert Barboſ. *in collectan. Bullar. verb. Immunitas, & d. cap.* 3. *num.* 42. & Lezana *verb. Immunitas Eccleſiaſtica, num.* 12 Quod magis placet, nam etſi dolus propriè infanti fieri non poſsit, ex quo prior opinio defenditur, ſat eſt, quod occidatur ex propoſito, qui ſe tueri nequit, ſic inſidioſus homicida habetur, qui dormientem interimit, Suar. *ſup* & alij communiter; cui infans æqui paratur, *l.* 1. *§. Sed furioſus, ff. de acquirenda poſſeſ.*

69 Concluſio ſuprà tradita declaratur, vt minimè procedat, vbi non intenditur mors fœtus animati, quanquam ex aliqua potione matri data ſequatur, vt ſi medicus pharmacum propinet fœminæ grauidæ, vt illam ſanitati reſtituat, aut amaſius concubinæ poculum amatorium, iuxta *l. ſi quis aliquid* 38. *§. Qui abortionis, ff. de pœn.* vt enim aliquis in Eccleſia tutus non ſit, propoſitum occidendi requiritur, ita docet Bene *d. dubit.* 20. *ſect.* 2. *num.* 4. Bonacin. *d. §.* 8. *num.* 9. Idem dicẽdum eſt de eo, qui veneno interficere conatur, ſi mors non fuerit ſubſequuta, quia actus occiſionis perfici deſideratur, vt Gregorianæ conſtitutioni ſit locus, vt apparet ex dictis *ſup. num.* 58. & generaliter tradit cum alijs Diana. *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 4. *&* 18. Suar. *d. cap.* 11. *nu.* 14. Similiter reſpondent non pauci de necante inimicum veneno, Bene *ſect.* 2. *à num.* 6. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 12. *verſ. Sed ego puto.* Sed quid reſoluendum conſtabit ex dicendis ſtatim ſuo loco circa quæſtionem, an occidens per inſidias inimicum gaudeat immunitate?

Ibi: *Item is proditorius homicida eſt.*

70 Quis proditorius homicida cenſeatur, vt Eccleſiæ immunitate non defendatur, docent omnes laudati *ſup. num.* 56. Dubium autem eſt ſatis controuerſum, an qui enecat inimicum ex propoſito, ac inſidiosè priuetur immunitate, veluti ſi dormientem inuenerit, vel à tergo percuſſerit? Et partem affirmatiuam tuentur, Bene *ſect.* 5. Clar. *d. §. Homicidium, num.* 10. Caſtill. *deciſ.* 156 *n.* 38. 39. Bonac. *n.* 3. Barboſ. *d. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 62. Dian. *p.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 5. 35. Farinac. ſe retractans, *de immunitat. cap.* 9. *num.* 143 Franch. *deciſ.* 713 Ricc. *part.* 5. *collect.* 1792. Giurba *conſ.* 20. *num.* 13. *& conſ.* 60. *nu.* 4. Genuen. *in prax. cap.* 94. Guazzin. *d. defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 39. *verſ. Homicidium autem, cum ſeqq.* Gonni *fol.* 99. *fallent.* 14. *nu.* 2. Mouentur ex eo quod in præcitata conſtitutione Gregoriana ſolùm excluditur ille homicida, qui proditoriè interficit; proditor autem non dicitur, qui inimicum offendit, ſed qui ſe fingens amicum, vel odium ſimulans, incautum aggreditur, vt tradũt prælaudati, & latiſsimè Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 29. *per tot.* Gutier. *practicar. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 9. Caball. *ſup. nu.* 396. *cum ſeqq.*

Ibi: *Aduerſus quos ego animaduerto.*

Oppoſitum tamen nempè occidentem 71
etiam inimicum per inſidias, defenſione ſublata, eſſe immunitate priuandum cum D. Couarr. probant Suar. *d. cap.* 11. *num.* 12. Fagund. *in præcept. Eccleſiaſtic. tract.* 1. *lib.* 4. *num.* 46. Bouadill. *d. cap.* 14. *nu.* 36. *cum ſeqq.* Villadieg. *in politic. cap.* 3. *num.* 208. Germon *ſup. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 64. Portell. *verb. Eccleſiæ immunitas, num.* 15. Paz *d. cap.* 3. *§.* 3. *num.* 118. Villague. *cap. fin. num.* 53. *verſ. Quartus modus.* Cur. Philip. *part.* 3 *§.* 12. *num.* 31. Mari. Italia *lib.* 1. *cap.* 5. *§.* 4. *num.* 1. Plaza *in epit. delictor. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 2. & alij apud Farinac. *in prax. quæſt* 28. *de carcerib. num.* 76. Pro quibus facit *l.* 10. *tit.* 26. *lib.* 8. *Recopilat.* vbi expreſsim dicitur, illum eſſe proditorem, qui ſecurè extra rixam quenquam interficit, notat Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 5. Bouadill. *num.* 36. facit etiam *l. fin. tit.* 11. *part.* 1.

Qua opinione retenta quæritur; ſi quis 72
conſanguineum, affinem, vel amicum cernens dimicantem cum altero, hunc à tergo occidat, non præmeditato conſilio, ſed caſu verum proditor cenſeatur, iuxta *d. legem Regiam Recopilat.* & per conſequẽs ſit ab Eccleſia extrahendus? quod dubium latè examinat Gutier. *d. cap.* 2. *à princip.* & negatiuè meritò reſoluit, non enim ex propoſito delinquit, ſed ſanguinem ſuum redimere voluit eo modo, quo citiùs, & faciliùs potuit, & venia dignus eſt,

eſt, qui qualitercuque propinquum amicitia, aut ſanguine liberat, argument. l. 1. ff. de bon. eor. q. ant. ſent. ſibi mort. conſciuerunt. Sequuntur Emm. Rodrig. in ſumm. tom. 1. cap. 155. concluſ. 5. Cur. Philip. d. §. 12. num. 40.

73 Quæritur ſecundo, an interimens inimicum in duello defendendus ſit ab Eccleſia, ad quam confugit? Partem affirmatiuam ſequuntur Bene ſect. 6. Farinac. de immunitat. cap. 7. num. 117. Dian. part. 4. tract. 1. reſolut. 46. Bouadill. ſuprà, numer. 40. vbi teſtatur, ita fuiſſe deciſum per Supremum Caſtellæ Conſilium anno 1574. Cur. Philipp. numer. 39. Bonacin. ſuprà, §. 5. numer. 9. Sed contra ſentit Ludouic. Correa in dict. relect. ad cap. inter alia, part. 3. num. 19. de immunitat. Eccleſiar. Barboſ. dict. cap. 3. num. 101. Mar. Italia ſuprà, lib. 1. cap. 5. §. 4. à num. 42. Non tamen à priori ſententia deuiandum eſt, cui non obſtat, quòd Trident. ſeſſ. 25. cap. 19. duellantes ſint excommunicati, ac ſepultura Eccleſiaſtica priuentur, nam Bene numer. 2. reſpondit: Non ideò eſſe ab Eccleſia extrahendos, cum hæc pœna illis impoſita non ſit, ſed illæ. Nec etiam refragatur l. 10. titul. 8. lib. 8. Recopilation. quæ pœnam proditionis irrogat ſolemniter in duello rixantibus, nam rectè ſatisfacit Bouadill. quod ibi, ſolùm pœna imponitur, ac ſi proditores eſſent, non tamen tales eſſe dicuntur, & aliud eſt, eſſe tale, & aliud haberi pro tali, vt alibi dixi maximè quoad pœnas.

Verſ. *In his profectò caſibus.*

74 De hoc hucuſque affatim dictum eſt. Sed pulchrè dubitatur: Siquis viro nobili proditoriè alapam impingat, aut fuſtibus cædat, num immunitate potiatur? mouet quæſtionem, quia apud honeſtos, graueſque homines non minùs, imò magis honor, qui ſic deturpatur, quam vita ipſa diligi ſolet, vt diximus lib. 1. cap. 11. nu. 9. 10. 36. vbi obiter non gaudere immunitate aſſertum eſt, ex Curtell. & Bouadill. ibi laudatis, quorum vltimus affirmat, ſic per Supremum Caſtellæ Conſilium fuiſſe definitum, ſequuntur Villadieg. ſuprà numer. 211. Cur. Philipp. dict. §. 12. numer. 37. A quibus diſſentiunt Bene dict. dubit. 20. ſect. 10. Decian. conſ. 34. num. 1. lib. 1. Pat. Suarez de legib. lib. 8. cap. 19. numer. 6. in fin. Dian. part. 1. tract. 1. reſolut. 31. Quod veriùs videtur, maximè ſuppoſita ea opinione, quæ docet immunitatem non eſſe denegandam, niſi in caſibus expreſsis in Bulla Gregorij XIIII. quanuis ſimiles ſint, aut atrociores, de quo vide ſup. num. 36. & infrà num. 147.

Simili modo dubium eſt, an idem 75
ſit de iudice, vel teſte, qui dolo fecit, vt aliquis vltimo ſupplicio afficeretur, & gaudere immunitate, reſoluunt Dian. vbi proximè reſolut. 104. Bene d. cap. 17. ſect. 7. nu. 5. Peregrin. de immunitat. cap. 7. num. 42. Caſtr. Palao dict. tract. 11. diſput. vnic. punct. 10. num. 8. Bonacin. dict. §. 8. num. 4. Contrarium placet Mar. Italia lib. 1. cap. 5. §. 5. num. 145. Zambell. in repertor moral. verb. Eccleſia, quoad eius immunitatem, num. 1. Curtell. lib. 1. quæſt. 19. num. 11. 12. & alijs, & ita tenendum videtur, nam cum hi deteriùs faciant, quàm ſi ferro enecent ſub dicta exceptione occidentium proditoriè continentur in Bulla Gregoriana, quod non eſt extenſio, ſed comprehenſio legis, quæ in omni materia locũ habet, vt alibi dictum eſt. Nec refert, quod iſti non occidant phyſicè, ſed moraliter, vt Theologi loquuntur, quoniam in pœnis infligendis non modus delinquendi conſideratur, ſed criminis atrocitas attenditur, l. nihil intereſt 15. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Ex his colligi poteſt, etiam immunitate priuari calumnioſum accuſatorem, morte innocentis ſequuta, necnon mandans, vt aliquis proditoriè occidatur, etſi pretium non intercedat, Balard. ad Clar. d. q. 30. nu. 19.

Ibi: *Sed illud dubium eſt, an idem ſit.*

Qui hominem deliberato animo, ſed 76
abſque inſidijs, ſeu proditione interficit, ſubueniendum immunitate non eſt, ſecundùm Clar. d. §. fin. quæſt. 30. num. 12. Molin. de iuſt. tract. 3. diſp. 23. Fachin. controuerſ. lib. 9. cap. 93. Sanch. conſ. mor. lib. 6. cap. 1. dub. 8. num. 27. Decian. latè probans d. cap. 28. num. 15. Barboſ. d. lib. 2. cap. 3. num. 99. Matth. de iuriſdict. part. 2. cap. 55. num. 4. 5. Peguera deciſ. criminal. 54. num. 10. Ioſeph. Ludouic. Lucenſ. deciſ. 16. num. 3. Franc. Marc. deciſ. 268. numer. 2. Germon. lib. 3. cap. 16. num. 59. Menoch. de præſumption. lib. 5. præſumpt. 10. num. 16. Farinac. in prax. dict. quæſt. 28.



28. num. 23. Anton. Gom. dict. lib. 3. cap. 10. num. 2. verſ. Quintò limita, Guazzin. num. 43.

77 Nihilominùs contraria ſententia, quam Domin. Couarruu. amplectitur, ſuſtinenda eſt cum Bene dict. cap. 16. ſect. 7. Caball. ſuprà numer. 358. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. num. 13. Tuſch. lit. E. concluſ. 11. numer. 9. Dian. part. 1. tract. 1. reſolut. 33. Bouadill. ſuprà, num. 38. Peregrin. dict. cap. 7. numer. 16. Paz ſuprà, num. 131. Ghartar. deciſ. criminal. 95. Cur. Philipp. dict. §. 12. num. 38. Layman lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 8. Ricc. part. 5. collect. 1792. Quæ ſententia poſt Bullam prædictam Gregorij XIV. longè probabilior eſt, quoniam in ea duntaxat excipitur, qui proditoriè proximum occiderit, nec dubium eſt, quin proditor non cenſeatur, qui abſque inſidijs etiam deliberatè inimicum interimit. Obſeruat poſt alios Bene dict. ſect. 7. numer. 4. verſ. Atque ita. Eam tamen rectè limitat Bouadill. ſuprà, quando aliquis cum ingenti amicorum, aut familiarium copia incautum inimicum aggreditur, & perimit, ſublata moraliter defenſione, & ita ſentit Suarez vbi proximè.

Verſ: *Nonò, ab eiſdem concluſionibus deducitur.*

78 Homicida ſimplex: qui ſcilicet non deliberatè, ſed ſubito orta rixa, quemquam etiam dolo occidit immunitate Eccleſiæ iuuatur, quod abſque controuerſia procedit, vt docent Suarez vbi proximè, Ant. Gom. ſup. Guazz. cap. 37. num. 74. Paz num. 132. Clar. num. 11. Fachin. ſup. Decian. num. 10. Plaç. lib. 1. cap. 34. num. 15. Gutierr. d. lib. 1. q. 2. num. 17. Bonacin. d. punct. 16. §. 5. num. 9. & ita ſentiunt omnes ſup. laudati. Circa quod notare oportet, cum dici ſimplicem homicidam etiã qui parùm poſt rixam inimicum inuadit, & interficit, quoniam calor iracundiæ perſeuerat, de quo latè Menoch. d. caſ. 361. per tot. & obſeruant Gutierr. nu. 13. Cur. Philipp. num. 31. 40. Quantum temporis intercedere inter rixam præcedentem, & mortem debeat, vt animi deliberatio excludatur, iudicis arbitrio relinquitur, Menoch. num. 21. 22.

79 Circa præmiſſa aduertendum eſt, omne homicidium proditoriè factum præſumi, l. 1. in fin. tit. 25. lib. 8. Recop. Cur. Philip. num. 31.

Num. 8.

Raptores virginum non eſſe de iure 80
immunitate priuandos tenẽt Bene d. cap. 16. dub. 24. ſect. 2. Farinac. ſentẽtiam mutans, de immunit. cap. 6. num. 88. Suar. num. 17. Gutierr. ſup. lib. 3. q. 5. per tot. Dian. part. 6. tract. 1. reſolut. 14. Germon ſup. lib. 3. cap. 16. num. 57. Fagund. part. 2. lib. 4. ca. 4. num. 47. Guazz. dict. cap. 37. num. 72. Caſtr. Palao ſup. dict. diſputat. vnic. punct. 10. num. 5. Anton. Gom. dict. lib. 3. cap. 10. num. 2. poſt princip. Gonni fallent. 28. fol. 106. Tuſch lit. E. concluſ. 11. num. 35. Bonac. d. §. 5. num. 8. Paz num. 142. Clar. d. quæſt. 30. num. 10. & alij. Hæc ſententia nititur, tùm cap. de raptorib. 3. 36. quæſt. 1. vbi expreſsim habetur, tùm regulæ traditæ ſup. num. 55. ſecundùm quam nullus euelli ab Eccleſia poteſt, etſi atrociſsimũ crimen perpetret, niſi iure canonico illud exceptum reperiatur, quod maximè procedit poſt dictam Bullam Gregorianam, vbi ponitur taxatiua: Tantum, ad ad excludendos caſus ibi non expreſſos, ſed nullibi excipitur raptus virginis, ergo raptor immunitate carere non debet.

Contrarium nihilominùs probabi- 81
le putat Suarez vbi proximè præſertim accedente conſuetudine, nec diſſentit Bene num. 6. Decian. cap. 28. num. 20. illud probat, ſi raptus cum inſidijs fiat. Idem probabile ſentit Raphael de la Torre tom. 2. in 2. 2. quæſt. 99. art. 3. diſputat. 7. grad. 8. & tenet cum D. Couarruu. Sarp. ſuprà cap. 5. fol. 49. Lup. in tract. de illigitim. & natural. comment. 1. §. 5. num. 132. vbi alij. Ad fundamenta communis ſententiæ reſpondet Suarez quod dict. cap. de raptoribus, deductum eſt ex Concil. Aurel. 1. quod fuit prouinciale, & ideò potuit non vniuerſaliter recipi. Ad rationem ſecundo loco adductam ait, quod cum iure canonico latro ab immunitate excludatur, in dict. cap. inter alias, de immunitat. poteſt dici, raptorem virginis etiam exceptum, qui quodammodo latro eſt, cum rapinam committat fœminam rapiens ex Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 66. art. 4. ad 3. quod tamen, etſi ſubtiliter dictum violentiam præſefert, cum ex communi vſu loquendi, latro non dicatur, qui mulierem libidinis cauſa rapit, & ita expreſsè probatur in l. verum 40. ff. de furt. Quare, ſecluſa conſuetudine (quę vbi recepta ſit, ſeruari debet, vt præter Suar. &

Be-

Bene ſuprà, docet Farinac. *in prax. quæſt.* 28. *num.* 21. Boſſ. *in prax. titul. de captur. reor. numer.* 21.) à communi opinione recedere non oportet. Illud compertum eſt, quòd ſi raptus fieret in Eccleſia, vel in ea ſtuprum committeretur, minimè reus immunitate iuuaretur, eo quod delinquentibus intra Eccleſiam, ipſa non ſubuenit, *cap. fin. de immunitat. Eccleſ.* Ita Ancharran. *in dict. cap. fin. in princip.* Paz *ſuprà numer.* 86. Gonni *dict. tractat. de immunitat. fallent.* 3. *num.* 9. *fol.* 97. Cur. Philip. *ſup. num.* 19.

Num. 9.

82 Aſſaſsinus, id eſt, qui pecunia, vel re alia pretio æſtimabili acepta, vel promiſſa homicidium perpetrat, ad Eccleſiam confugiens immunitate non defenditur, *ex cap.* 1. *de homicid. in* 6. & Bulla præcitata Gregor. XIV. Suar. *ſup. num.* 15. Farinac. *de immunit. cap.* 8. *n.* 118. Bene *dubit.* 21. *ſect.* 1. *num.* 2. Gonni *fallent.* 15. *fol.* 99. Dian. *p.* 6. *trac.* 6. *reſ.* 11. Clar. *in prax. §. Aſſaſsinium, num.* 5. Bonacin. *d. punct.* 19. *§.* 9. *num.* 1. Bouadill. *num.* 77. Guazz. *d. cap.* 38. *num.* 40. Paz *num.* 133. Decian. *ſup. cap.* 28. *nu.* 18. Gutierr. *ſup. lib.* 3. *quæſt.* 7. *à num.* 50. Cur. Philip. *num.* 34. & innumeri alij ab his laudati.

— Ibi: *Etiamſi hi mandatarij Chriſtiani ſint.*

83 Aſſaſsini quanquam Chriſtiano nomine inſigniti immunitate non gaudent, vt conſtat ex Bulla præallegata, & omnes fatentur, qui eos ab Eccleſia euellendos docent; nam ſi eſſent infideles ob nullum crimen in locis ſacris ſunt tuti, vt probabitur cum Domin. Couarruu. *infrà, num.* 11. *verſic. Decimò tertiò*, & in ſpecie notant Gutierr. *num.* 51. Suar. *vbi proximè*, Bene *num.* 7. vbi alij, licet, *dict. cap.* 1. de infidelibus loquatur.

— Ibi: *Sic ſanè crimen iſtud aſſaſsinium.*

84 Aſſaſsinus autem eſt tàm mandans, quàm mandatarius, quare vterque Eccleſiæ immunitate cenſetur indignus, vt ſub prædicta Bulla comprehenſus, Suar. *num.* 16. Bouadill. Decian. Cur. Philipp. *ſuprà*, Paz *num.* 136. Peregrin. *de immunit. cap.* 7. *num.* 29. Farinac. *ſup.* Bonacin. *nu.* 6. Ambroſin. *de immunitat. cap.* 7. *num.* 1. Bene *num.* 3. 7. Guazzin. *dict. num.* 40. Qui omnes de mandante his locis loquuntur, Licet Henric. Bocer. *in tract. de homicid. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. aſſerat mandantem aſſaſsinum non eſſe.

Sciendum eſt aſſaſsinium nō committi, ſiquis, conductis pecunia hominibus, inimicum aggrediatur, & ille interficiatur à ſocijs, nec erunt vt aſſaſsini ab Eccleſia extrahendi, Dian. *ſup. verſ. Secundò limitatur*, Hieronim. Gabr. *conſ.* 180. *num.* 11. *cum ſeqq. lib.* 1. Guazz. *num.* 42. *verſ. Sed omittendum non eſt.* Bertazz. *conſil.* 142. *nu.* 13. *volumin.* 1. Bene *ſup. ſect.* 3. *nu.* 2. *verſ. Quintò*, Farinac. *d. cap.* 8. *num.* 133. Ambroſin. *n.* 7. Bonacin. *nu.* 5. Baiard. *ad Clar. §. Aſſaſsinium, num.* 5. 85

Eadem ratione qui inimicum communem ſibi & alteri, accepta ab hoc pecunia, interficit, reus aſſaſsinij non habebitur, nec Eccleſiæ immunitate carebit. Bene *vbi proximè, num.* 2. Farinac. *num.* 132. Peregrin. *ca.* 7. *n.* 45. Guazzin. *verſ. Etſi committens.* Dian. *ſup. verſ. Vnde primò limitatur*, Bonacin. *d. num.* 5. Grammatic. *conſ.* 52. *num.* 49. Baiard. *n.* 20. Idem eſt de milite, qui ſtipendium accipit, nam etſi hoſtes perimat aſſaſsinus non eſt, Bene *dict. ſect.* 3. *in fin.* Bonacin. *num.* 4. Ambroſin. *vbi proximè*, Baiard. *num.* 3. 86

DD. communiter *in d. cap.* 1. *de homicid. in* 6. præmittunt, aſſaſsinium committi, cum incautus pro mercede quis enecatur. Sed videtur quòd, etſi aliquis occidat alterius inimicum non incautum, ſed prævidentem ſe ab eo occidendum, veluti ſi eſſet ad ſingulare certamen prouocatus, nihilominus aſſaſsinus reputabitur, nam etſi *in l.* 3. *titul.* 27. *part.* 7. aſſaſsini dicantur, qui proditoriè homines incautos enecant, id à communiter accidentibus dictum eſt, cum huiuſmodi homines nō niſi per inſidias homicidia committant, Ant. Gom. *d. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 10. *verſ. Item etiam dicitur*, non quod aſſaſsini non ſint, qui ob pecuniam homines etiā præcauentes extinguunt, præcipua namque malitia huius criminis prouenit ex eo, quod propter lucrum atrociſsimum homicidij delictum perpetretur. Ant. Gom. *d. n.* 10. D. Cou. *infrà n. proxim.* Vnde non pauci de aſſaſsinis tractātes, huius qualitatis, quod incautus occidatur non meminere, vt Menoch. *de arbit. caſ.* 360. *à n.* 41. Clar. *d. §. Aſſaſsinium*, Gonni *d. fallent.* 15. *num.* 2. 3. Quod etiā corroboratur ex præfata Bulla Gregor. XIV. vbi excipitur qui proditoriè proximum occiderit, & aſſaſsinus, ne immunitate gaudeant, ſi enim aſſaſsinus non eſſet, niſi qui, ſublata defenſione, 87

inter-



interficit inſidioſè, ſuperfluum foret de eo mentionem fieri, cum ſub exceptione occidentis proditorè ipſe aſſaſsinus contineretur, quod argumentum deduci poteſt etiam ex illis, qui de immunitate Eccleſiæ diſſerunt, qui ſeparatim de occidente per inſidias, & de aſſaſsino loquuntur, vt videre eſt apud laudatos *ſup.* Nec valet reſpondere, quod Pontifex, & DD. agunt de aſſaſsinis, de quibus *in dict. cap.* 1. quoniam illi infideles iam non ſunt qui graſentur, vt aduertit Bene *ſect.* 1. *numer* 5.

88 Ex quibus omnibus concludēdum eſt, quòd vt aſſaſsinium committatur, nō eſt præciſè neceſſarium, quod aliquis incautus occidatur, quanquam ita ferè ſemper contingat, ipſe verò mandans proditionem admittit, qui ſecurus alteri mortem latenter machinatur, quo ſenſu proditorium crimen iſtud rectè nuncupatur, quidquid tenuerit *Paz numer.* 140.

89 Dubium eſt, vtrum immunitate gaudeant delinquentes, ſi homo infidelis occiſus propter pecuniam ex alterius mandato fuerit? & affirmatiuam partem ſequitur Domin. Couarruu. *hoc numer.* 9. *& numer.* 10. *verſicul. Quintò, hinc apparet*, Dian. *dict. reſolut.* 11. *verſ. Tamen ego*, Clar. *dict. §. Aſſaſsinium, num.* 2. vbi Baiard. *nu.* 13. Ambroſin. *ſup. num.* 12. Gutierrez *nu.* 8. Paz *num.* 135. 140. *Nouar. in concluſionib. iur. Pontific. concluſ.* 43. *num.* 22. Guaz. *ſup. verſ. Ac etiam requiritur*, Maſcard. *de probat. conc.* 138. *num.* 13. Farinac. *in prax. quæſt.* 123. *num.* 33. Hæc ſententia probatur *in d. c.* 1. *de homicid.* vbi aſſaſsini dicuntur, qui Chriſtianos enecant.

90 Sed contra ſentiunt Bene *ſect.* 2. Mar. Ital. *lib.* 1. *c.* 5. *§.* 4. *num.* 20. Peregrin. *dict. cap.* 7. *num.* 39. Decian. *vbi proximè*. Bonacin. *num.* 9. Henric. Bocer. *ſup. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 14. Farinac. ſibi contrarius *de immunitat. cap.* 6. *num.* 122. Ratio eſt quoniam ad crimen aſſaſsinij nil aliud requiritur, niſi quòd homo propter pecuniam ex mandato alterius perimatur, quod vtique contingit, licet infidelis occiſus ſit; Nec obſtat *dict. cap.* 1. vbi agitur de illis aſſaſsinis, qui in odium veræ Religionis Chriſtianos, mercede conſtituta, perimebāt, vt infideles; illi verò quos nunc aſſaſsinos apellamus, & de quibus quod ad immunitatem Eccleſiæ ſermo eſt, Chriſtiani ſunt, nec odiò fidei, ſed auiditate lucri homicidia perpetrant, quare licet ad incurrendas pœnas contra illis aſſaſsinis vtentes opus ſit, quod fidelis occidatur, id neceſſè non eſt, quando de aſſaſsinis fidelibus, qui ob mercedem occidūt, tractatur, cum ceſſet ratio odij fidei. Alioqui ſi omnia requiſita *dict. cap.* 1. deberent cōcurrere in aſſaſsinis omnibus præciſè, non eſſet aſſaſsinium, ſi fidelis ſit, qui interficit, nam in eo textu agitur de infidelibus homicidis. Secundùm quæ hæc vltima opinio magis placet.

Sed cum oppoſita valde probabilis ſit, quæri iuxta eam ſolet, ſi conſtet, hominem per aſſaſsinum peremptum, non tamen appareat an Chriſtianus, vel infidelis ſit, quid præſumendum? & quidem ſi in territorio Chriſtianorum reperiatur peremptus, Chriſtianus cenſebitur, alioqui infidelis iudicabitur, *Bene ſect.* 2. *n.* 8. *Bonacin. n.* 10. Iulius Clar. *num.* 2. Sed ſi in eo loco fideles, & infideles publicè commorentur, occiſus baptizatus non creditur, ſed probari debet, Guazzin. *in dict. num.* 42. *verſicul. Si verò non conſtaret*, Dian. *vbi proximè*, qui refert Nouarium, Pacian. & alios tenentes abſolutè, hominem Chriſtianum non præſumi, quibus iunge Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 14. *nu.* 8. Quidquid nouiſſimè tradat Iuſt. Oldeſob. *in cautel. crim.* qui opinatur, reo incumbere onus probandi occiſum eſſe infidelē, quod eſt intelligendum iuxta diſtinctionem ſuprà traditam. 91

Quæritur, an aſſaſsinij reus ſit, qui pecunia ab aliquo accepta bannitū occidit? & negatiuè reſoluit Greg. Lop. *in l.* 3. *gloſ.* 4. *tit.* 27. *p.* 7. ex Alberico, & Nello, de quo Decian. *tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 30. *n.* 19. 92

Item quæritur de eo, qui mandatum ſuſcepit de occidendo pro pecunia, ſi mors non ſequatur, ſed deuentum ſit ad actum proximum vulnerum, vel inſultationis? & aſſaſsinum eſſe qui fecit, quod potuit, conſequenterque Eccleſiæ immunitate priuandum, tenent Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 97. Peregrin. *ſuprà*, *numer.* 31. Bouadill. *numer.* 35. 77. Bonacin. *numer.* 6. *verſicul. Addo hoc valere*, Gambacurt. *de immunitat. cap.* 34. *num.* 12. Curtell. *eod. tract. lib.* 1. *q.* 18. Gutier. *d. q.* 7. *n.* 54. *cum ſeqq.* Gonni *fall.* 15. *num.* 8. *in fin. fol.* 100. Guazzin. *d. num.* 42. 93

41. *verſ. Pro complemento, cum ſeqq.* Sarp.
*cap.5 fol.45.* Megal. *in 3. part. lib.4. cap.2.*
*quæſt.1. num.20.* Dian. *part.1. tract.1. reſol.*
*18. verſ. Dices cum*, & alij contra Bene *d.*
*dubit.21. ſect.3. à nu.2.* Farinac. *de immuni-*
*tat. cap. 8. num.123. in fin.* Dian. ſibi con-
contrarium *d. reſolut.11. verſ. Verum licet*
*ego*, Maſcard. *d. concl.138. n.2. 5.* Theſaur.
*in pract. Eccleſ. de pœn. p.2. verb. aſſaſsinium,*
*cap.1. fol. 154.* Layman. *lib.4. tract.9. cap.*
*3. num.9.* & alios, quod benignè poteſt
amplecti.
94 Idem de mandante dicendum eſt cum
Bene *ſect.5.* Suar. *dict. ca 11. n.16.* Maſcar.
*n.4.* Franc. Leo *in theſaur. p.1. cap.23. n.27.*
& aliis proximè laudatis contra Mar.
Ital. *lib.1. cap.3. §.3. nu.130.* Bocer. *ſup.*
*lib.1. cap.3. num.4.* Vtrum effectu non ſe-
quuto, pœna ordinaria mandanti, & mã-
datario ſit imponenda? quæſtionis eſt,
de qua latè per Farinac. *in prax. quæſt.123*
*à num.19.* Gutierr. *à num.26.* Ceuall. *tom.*
*1. quæſt.540. à numer. 5.* Molin. *de iuſtit.*
*tom.4. diſputat.25.* Decian. *cap. 30. ex nu-*
*mer.13.*
95 Ille verò, qui operam ſuam locat ad vul
nerandum duntaxat aſſaſsinus nõ eſt, vn-
de ei auxilium immunitatis non denega-
bitur Farinac. *de immunitat. d. cap.8. num.*
*134.* Dian. *d. reſolut 18. verſ. Non reticeam,*
Gutier. *num.59.* Bene *dict. ſect.4. n.1.* De-
cian. *vbi proximè, num.41.* Ceuall. *tom.2.*
*quæſt.901. in princ.* vbi alios refert. Bona-
cin. *num.7.* Peregrin. *nu.11.* Guazz. *verſ.*
*Secùs erit ſi mediante*, Balard. *ſuprà, numer.*
*2.* Anton. Gabr. *commun. concluſ.1. de de-*
*lict. numer.30.* Ambroſin. *num.11.* & alij.
Hinc colligi poteſt, quid dicendum de
illo, qui ex mandato alterius propter pe-
cuniam fuſtibus cędit, vel alapam impin-
git; hic enim propriè aſſaſsinus non
eſt, quanquam ob immanitatem facino-
ris ſi homini nobili iniuria fiat, & etiam
ob proditionem contrarium poſſet ſu-
ſtineri, maximè attenta eorum opi-
nione, quibus placet, his non eſſe immu-
nitate ſubueniendum, etiamſi pecunia,
& mandatum non interueniat, de quo
etiam *ſup. num.74.* quod in hac ſpecie
facilius admittendum eſt, cum deteriùs
delinquatur. Nec deſunt, qui affirment,
aſſaſsinum dici, qui quomodolibet prop-
ter mercedem delinquit, vt refert Gonni
*ſup. ex num.3.* quæ tamen cum non omni-
nò iuris ſanctione comprobentur, con-
ſuetudini attendendum eſt, & ſuper eo
alij cogitent.
Nomine aſſaſsinorum in hoc tractatu 96
continentur, qui illis, vt aſſaſsinis fauet
receptando, vel defendẽdo, quod colligi
tur ex *dict. c.1. de homicid. in 6.* & notant
Bene *ſect.6. num.1.* Farinac. *num.124.* Pe-
regrin. *num.35.* Gonni *num.9.* Bonacin.
*vbi proximè, verſ. Secundò ſequitur*, Gutier
*num.63.* Decian. *dict. cap.30. nu.42.* Paz
*d. cap.3. §.3. num.140.* Idem eſt de ſocijs,
alijſque ad crimen perpetrandum coo-
perantibus, Guazzin. *ſup. dict. num.42. in*
*fin.* Bonacin. *numer.6.* Peregrin. *num.37.*
Barboſ. *vbi proximè*, Curtell. *dict. quæſt.18*
*num.6.* & alij apud Bene *num.2.* De pro-
xeneta vero eſt controuerſia, quoniam
cum, qui inter mandantem, & mandata-
rium intercedit, non comprehendi aſſaſ-
ſinorum appellatione, ſentiunt Dian.
*part.4. tractat.1. reſolut.33.* Gambacurt.
*lib.5. cap.34. num.14.* Anton. de Marin.
*quotidianar. reſol. cap.171. n.5.* Nouar. *ſup.*
*tit. de immunit. Eccleſ. nu.72.*
Inter aſſaſsinos etiam numeratur teſtis, 97
qui pecunia, vel alio æquiualenti corrup-
tus falſum teſtimoniũ fert, ex quo aliquis
capitis pœnas innocens det, quod vtique
de iudice ſententiam mortis in inſon-
tem propter lucrum proferente dicen-
dum eſt, Peregrin. *dict. cap.7. numer.42.*
Mar. Italia *lib.1. cap.5. §.45. num.114.*
*115.* Curtell. *ſuprà, quæſt.19. num.14. 15.*
Bene *dict. dubitat.21. ſect. vltim. ex num.1.*
Bonacin. *num.8.* etſi oppoſitum probabi-
le ſentiat, Dian. *part.1. tract.1. reſolut.17.*
*in fin.* qui immunitate non gaudent, vt
præfati DD. affirmant.
Sed ſiquis, mercede conſtituta, iuſſerit 98
hominem necari, & ante effectum ſubſe-
quutum reuocauerit mandatum, qua nõ
obſtante reuocatione aſſaſsinus mortem
intulit, quæri ſolet vtrum mandans aſſaſ-
ſinus habendus ſit. Affirmat Farin. *de im-*
*munit. cap.8. n.128. & in prax. q.123. n.26*
*29. 82.* Decian. verò *d. c.30. n.37* videtur
ſentire contrarium, quando mandata-
rius ſciẽs reuocationẽ, antequam ad actũ
proximũ deueniret, nihilominus occidit.
Cui accedit Bene *ſect.5. in fin.* ex locis, ad
quæ ſe remittit, Gutier. *ſup. à n.44.* At Fa-
rinacij ſentẽtia de iure verior videtur, nõ
tàm quia mandans ex parte ſua delictum
conſummauit, quàm quod in caſu, de quo
agimus, non eſt propriè mandatum, ſed
con-



contractus locationis, *l. non ſolum 11. §.*
*Proculus, ff. de iniur.* licèt ex eo actio ob
turpem cauſam non detur, vt aduertit
Decian. *vbi proximè, num.2.* Atque ita
cum vtriuſque gratia celebretur, licèt
conductor velit reſilire, locator renuit,
ne mercede priuetur, quod naturæ con-
tractus conuenit, *l. ſicut 5. C. de actionib.*
*& obligation.* qui etſi iniquus & nullus ſit,
eius leges inter contrahentes obſeruan-
tur. Quare tunc exiſtimo Deciani veram
eſſe ſententiam ſi mandans conſtitutam
mercedem pro homicidio traditam re-
mittat, aut promiſſam ſoluere non re-
cuſet, ceſſat enim ratio occidendi, con-
tractuſque ſeruatur, intereſſe ſoluto, at-
que ita ſi poſtea mandatarius delictum
perpetret, mandans vt aſſaſsinus puni-
ri non debet, qui omnem occaſsionem
delinquendi, quàm præſtiterat, remo-
uet. Nec obſtat quod de mandato tra-
ditur communiter, vt eo reuocato, man-
dans pœnas delicti non incurrat, vt vi-
dere eſt apud Bene, *d. tractat. de immuni-*
*tat. Eccleſ. tom.1. cap.2. dubitat.8. ſect.9.*
Decian. *d. lib.9. capit.30. numer.32. cum*
*ſeqq.* Nam id procedit, quoniam man-
datarij nihil intereſt, mandatum exe-
qui, quod gratia mandantis duntaxat eſt
adimplendum, cum res integra ſit reuo-
cationis tempore, vt notauit Bene *num.*
*4.* Aſſaſsini autem refert, ſuppoſita con-
uentione, mortem inferre, vnde manife-
ſta eſt diſparitatis ratio.
99 Ex his conſtat, ad aſſaſsinij crimen
committendum neceſſario deſiderari,
quod aliquid pretio æſtimabile promit-
tatur, vel præſtetur propter homicidium,
vt ſupponunt omnes *ex d. capit.1. de ho-*
*micid. in 6.* & quòd ſola promiſsio, ſit ſatis
docent Bene *d. dubit.21. ſect.1. num.8.*
Farinac. *d. cap.8. num.125.* Menoch. *caſ.*
*363. num.42.* Bonacin. *num.2. verſ. Ter-*
*tiò pro illis*, Gutier. cum aliis, *numer.20.*
Hinc quæritur, ſi res exigua ſit, quæ da-
tur, vel promittitur, vtrum aſſaſsinium
committatur? Negant Farinac. *d. quæſt.*
*123. num.43. & d. cap.8. num.127.* Bo-
nacin. *num.3. verſ. Idem dici poteſt*, Vul-
pell. *conſ.143. num.9.* Ambroſin. *cap.7.*
*num.9.* Dian. *d. reſolut.11. verſ. Quartò*
*limitatur.* Quod rectè limitat Bene *num.*
*10. 11.* quando conſtaret propter rem
etiam minimam homicidium fuiſſe pa-
tratum, imò grauius delinquitur, cum
magis vita proximi vilipendatur, de
quo vide Caſtr. Pala. *tom.2. tract.11. diſp.*
*vnic. punct.9. num.34.* Quæ res, vel quan-
titas exigua ſit iudicis arbitrio relinqui-
tur, Menoch. *de arbitrar. caſ.52. numer.*
11.
Res autem pretio æſtimabilis in aſ 100
ſaſsinio dicitur etiam ſimoniacè, vel
vſurariè. Vndè ſi quis beneficium pro-
mittat, vt homo occidatur, vel mutuet,
crimen hoc perpetratur, nam ſufficit,
quòd propter commodum delinquatur,
Bene *d. dubit.21. ſect.1.* Decian. *libr.9.*
*cap.30. numer.17.* Bonacin. *ſup. punct.*
*16. §.9.* Dian. *d. reſolut.11.* Balard. *ad*
Clar. *in §. Aſſaſsinium.* Quicquid decerat
Guazzin. *d. num.42. verſ. Nec ex mutuo,*
ex quibus nota aſſaſsinum non eſſe, qui
nulla præcedente promiſsione, ſpe ta-
men aliquid conſequendi homici-
dium ex alterius mandato perpetrat, vt
pluribus laudatis probat Bene *numer.*
15.
Illud tandem animaduerſione dig 101
num eſt, vt ſi pater iuſſerit filio, quem-
quam occidere, pecunia, vel æquiualen-
ti alio dato, vel promiſſo, non commit-
tatur aſſaſsinium, quia præſumitur fi-
lius interficere proprio odio, quod habet
aduerſus patris inimicum, iuxta doctri-
nam traditam *ſup. num.86.* Ita Decian. *d.*
*cap.30. num.18.*

Num. 10.

De atrocitate, & pœnis aſſaſsinii la 102
tè differunt Decian. *d. cap.30.* Ant. Gom.
*lib.3. cap.3. num.10.* Gutier. *d. quæſt.7.*
Clar. *§. Aſſaſsinium*, & ibi Balard. Fari-
nac. *in prax. quæſt.124. num.6. 7.* & DD.
communiter *in d. cap.1. de homicid. in 6.*
Qui aduertunt cum D. Couar. in præ-
ſenti deteriùs delinqui propter pecu-
niam, quàm ſi ea non interueniret, Gre-
gor. Lop. *in l.3. Gloſ.1. tit.27. p.7.* Paz
*d. §.3. num.137.* Anton. Gom. *vbi proxi-*
*mè*, Decian. *numer.4.* Gutier. *numer.*
61. Gonni *d. fallent.15. num.6. fol.*
*100. column.3. poſt princip.* Clar. *nu-*
*mer.7. in fin.* Imò quod fieri abſque
pœna gratis poteſt, pretio interueniente
punitur acerrimè, *l. mariti 29. §. pleti-*
Hu tur,

*tur*, *ff. ad leg. Iul. de adulter.* Capyc. *deciſ.* 155. *in 6. dubitat.* Decian. *vbi proximè.* A qua criminis immanitate prouenit, vt in eo leuiores probationes ad pœnam etiam ordinariam imponendam ſufficiant, quam regulariter in alijs, Decian. *num.* 22. Roland. *conſ.* 14. *num.* 14. *volum.* 4. Clar. *ſup. num.* 6. Gutier. *num.* 21. Ceuall. *d. quæſt.* 901. *num.* 43. & plures apud Barboſ. *in collectan. ad d. cap.* 1. *numer.* 20. Quod in eo textu expreſsim cautum habetur. Quicquid dicat Bene *d. ſect.* 1. *in fine*, quoad immunitatis priuationem.

Ibi: *Sed vt ad aſſaſsinos redeam.*

103 Quanquam omnes fateantur, deciſionem *d. cap.* 1. *de homicid. in* 6. fuiſſe promulgatam aduerſus eos, qui Infidelium opera vtebantur ad Chriſtianos occidendos. communi tamen Interpretum conſenſu ad illos extenditur qui pecunia homines conducunt, vt homicidia perpetrent ſiue Chriſtiani, ſiue infideles ſint, & ita contra D. Couar. pœnas illius conſtitutionis incurrere, docent Bene *d. ſect.* 1. *num.* 7. Farinac. *in prax. quæſt.* 8. *num* 83. *& quæſt.* 123. *num* 21. Bouadill. *in Politic. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 57. Gutier. *num.* 4. Brun. à Sole *in quæſtionib. legal. quæſt.* 34. *num* 25. Gregor. Lop. *vbi proximè*, Mar. Italia *ſup. lib.* 2. *cap* 5. *num.* 149. Decian. *num.* 4. Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. immunit. lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 67. Clar. *num.* 1. Ambroſin. *de immunitat. cap.* 7. *num.* 1. *cum ſeqq.* Barboſ. *in collectan. ad d. cap.* 1. *num.* 24. Et alij innumeri, quos hi referunt. Quæ ſententia cum ſit conſuetudine comprobata (quæ eſt optima legum Interpres, *l. ſi de interpretatione* 37. *ff. de legib.*) vt teſtantur Gregor. Lop. Decian. Bouadill. Brun. & cæteri *vbi ſupra*, omninò amplectenda eſt in praxi, quanquam contraria, quam D. Couar. hic tuetur de iure verior videatur, vt ſentiunt Suar. *de cenſur. diſp.* 23. *num.* 46. Petr. Gregor. *ſyntagmat. iur. part.* 3. *lib.* 35. *cap.* 5. *numer.* 2. *verſ. A quibus*, Nauar. *in Manual. cap.* 27. *num.* 136. Plaza *in Epitom. delictor. lib.* 1. *cap.* 22. *num* 43. Anton. Columb. *de controuerſijs in cauſ. crimin. art.* 157. & alij tam Theologi, quàm Iuriſperiti, quos referunt Gonni *d. fallent.* 15. & Gutier. *ſup. num.* 3.

Ibi: *Scribunt etenim Archidiaconus.*

104 Aſſaſsini per tranſlationem, & ſimilitudinem dicuntur etiam fideles, qui pecunia, vel alio æquiualenti conducti homines enecant, propriè tamen erant populi quidam infidelium ex Syria, qui Mahometis errorem profitebantur, à Barbaris ſanctiſsimi habebantur, putabantque opus piũ exercere occidendo ſuæ ſectæ, vel Principis inimicos propter, quod mortem oppetere minimè formidabant, horum opera Chriſtiani aliqui opprimebantur ex mandato etiam fidelium, qui illos, mercede conſtituta, conducebant, de quibus agitur *in d. cap.* 1. *de homicid. in* 6. Notatur per Menoch. *conſ* 360. *ex num.* 40 Bene *d. ſect.* 1. *num.* 3. Bouadill. *ſup. verſ. Volaterrano eſcribe*, Suar. *d. cap.* 11. *num.* 15. Petr. Gregor. *vbi proximè*, *num.* 2. Bonacin. *d.* §. 9. *num.* 2. *verſ. Reſpondeo nomen*, Gutier. *num* 2. Decian. *d. cap.* 30. *num.* 1. Gonni. *fallent.* 15. *num.* 2.

Verſ. *Primùm verè cenſeo.*

105 Quòd Summus Pontifex *in d. cap.* 1. pœnis in eo ſtabilitis afficiat laicos etiam ſibi in temporalibus non ſubditos, probant aduerſus D. Couar. Decian. *num* 5. Gutier. *num.* 19. Clar. *num.* 4. & alij laudati *ſup. num.* 102. *in princip.* qui ita ſentiunt. Ratio eſt, vt ait Gutier. quia hoc crimen, etiamſi fidelis occidat atrociſſimum, crudele, & inhumanum eſt, vt præter citatos *ſup. num.* 103. *in princip.* notant Monticel. *reg. crimin.* 6. *num.* 2. 3. Barboſ. *in collectan. ad d. cap.* 1. *num.* 2. Ceuall. *d. quæſt.* 901. *num.* 28. Quamobrem potuit Summus Pontifex pœnas temporales ſtatuere in eos, in quibus temporalem poteſtatem non habebat, cum in vtroque caſu ratio atrocitatis delicti militet. Per contrarium qui pro D. Couar. citaui *d. num.* 104. *in fine*, hanc quoque eius concluſionem probaſſe, conſequens eſt. Quæ magis iuri conuenit. Vide Pat. Suar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 6.

Ibi: *Nam licèt iuriſdictio temporalis.*

106 Iuriſdictionem ſpiritualem à temporali diſtinctam eſſe probãt, *cap. licèt ex ſuſcepto* 10. *de for. competent. cap. ſolitæ* 6. *de maiorit. & obedient. cap. duo* 10. 96. *diſtinct. l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopilat. Gloſ. verb. ad Regem in cap. cauſam* 7. *qui fil. ſint legitim.* Cardin. Bellarmin. *controuerſiar. lib.* 5. *de poteſt. Pontif. tempor. cap* 6. *col.* 1. 2. Bouadill. *in Politic. tom.* 1. *lib* 2. *cap.* 17. *à princip.* Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 21. *ex num.* 1. Decian. *ſup. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. *nu.* 1. Caſtr. *de leg. pœnal. lib.* 2. *cap.* 10. *pag.* 436. Azeued. *in d. l.* 3. *Recopilat. nu.* 1. Ceuall. commun. *tom.* 1. *q.* 739. *nu.* 8. vbi latè, & alij plures apud Bouadill. *cap.* 18. *num.* 60. *lit. B.* Vtraque tamen reſidet in Summo Pontifice ſaltim habitu, vt probant ex alijs Bouadill. *d. cap.* 17. *à num* 3. Ceuall. *ex num.* 46. atque ita publica delicta laicorum, quorum in temporalibus non eſt dominus, valet coercere, Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. immunit. lib.* 2. *in princip. num.* 19. Bouadill. *nu.* 10. *verſ. Bien conſta.* De quo vide Patr. Suar. *vbi proximè.*

Ibi: *Imò, & Imperator ipſe.*

107 Imperator quoque ſi pecunia, vel ęquiualenti fecerit hominem interfici adhuc per aſſaſsinum Chriſtianum pœnis *d. cap.* 1. ſubiacebit, Gutier. *vbi proximè*, Decian. *d. cap.* 30. *num.* 6. Hoſtienſ. *in d. cap.* 1. *num.* 19. Farinac. *d. quæſt* 123. *num.* 23. & idem de Cardinalibus ſcribit Mart. *de iuriſdict. part.* 4. *caſ* 85. *num.* 11. *& caſ.* 129. *num.* 3. ac de Epiſcopis, vel Archiepiſcopis Clar. *num.* 3. Farinac. *numer.* 25. Decian. *num.* 15.

Verſ. *Secundò, infero.*

108 Quod excommunicatio, de qua *in d. cap.* 1. non liget eos, quos vulgò aſſaſsinos appellamus, quando ſcilicet per hominem Chriſtianum homicidium perpetratur docent D. Couar. ſequuti Bonacin. *tom.* 3. *de excommunic. extra Bull. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 13. Nauar. *d. cap.* 27. *numer.* 136. Suar. *vbi proximè*, *ſect.* 4. *numer.* 47. & alij, quibus addendi ſunt relati *ſup. numer.* 104. in fine, qui cum D. Couarr. contra communem tenent, *d. cap.* 1. ad eos, qui per Chriſtianos aſſaſſinos alios perimunt, non pertinere. Tamen his aduerſatur eadem communis ſententia, quæ pœnas dicti textus ad huiuſmodi delictum extendit, cuius fautores ibidem laudauimus, & in ſpecie quoad excommunicationem, quòd hodie incurratur per aſſaſsinos Chriſtianorum opera vtentes, mercede conſtituta, ad Chriſtianos vtique interficiendos ſentiunt Sayr. *de cenſuris lib.* 3. *cap.* 34. *num.* 21. Fillinc. *tract.* 14. *cap.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 65. Gutier. *num.* 1. 3.

Verſ. *Tertiò, eadem ratione.*

109 Ad hæc quoque videnda ſunt tradita *ſup. num.* 104. nam qui D. Couar. ſequuntur ibi, hanc vtique illationem defendent. At qui communem amplectuntur, etiam ſentiunt, diffidatum, ſeu bannitum eſſe, qui per homines fideles, vel infideles pretio conductos Chriſtianos extinguunt more Aſſaſsinorum, vt expreſsim notant Gutier. *ex num.* 11. Clar. *num.* 4. Carrer. *in prax. crimin.* §. 5. *nu.* 8. Decian. *d. cap.* 30. *num* 7. Sayr. *in clau. Reg. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 12. Farinac. *d. q.* 123. *num.* 8. Cardoſ. *in prax. iudic. verb. Aſſaſsinus numer.* 3.

Ibi: *Ea verò diffidationis pœna.*

110 Diffidatus dicitur, qui à quocunque impunè occidi poteſt, Decian. *vbi proximè*, Ceuall. *d. q.* 901. *num.* 5. Ruin. *conſ* 4. *nu.* 14. *volum* 5. Barboſ. *in collectan. ad d. cap.* 1. *numer.* 19. Greg. Lop. *in l.* 3. *Gloſ* 4. *tit.* 27. *p.* 7. (vbi quod poterit impunè occidi propter pecuniam ab inimico acceptam, vt dixi *ſup. num.* 92.) Gutier. *num.* 11. Sed an pater filium diffidatum poſsit abſque pœna occidere? Negat Decian. *ſup.* contra Carrer. *d. num.* 8. Similiter nec frater, aut filius patrem, vel fratrem occidere poteſt, Menoch. cum alijs *conſ.* 1189. *nu.* 28. 29. *& de arbitrar. lib.* 1. *q.* 90. *num* 43. quem vide *ex num* 48. vbi de occidente bannitum ob propriam inimicitiam, vel proditoriè, quos extra ordinem puniendos docet & Clar. *in prax.* §. *Homicidium à num.* 59.

Ibi: *Nec mirum ità à Romano Pontifice.*

111 Princeps Eccleſiaſticus poteſt condere legẽ irrogantẽ pœnam mortis pro aliquo de-

delicto, quanquam ſententiam iudicialem, qua aliquis ad mortem damnetur, ferre non permittatur, Decian. *num.* 8. Gutier. *num.* 16 qui etiam D. Couar. ſequuti aſſerunt, non fieri Irregularem, qui Principi ſeculari conſilium præſtiterit, vt legem condat ſub pœna mortis aliquid prohibentem. Ratio eſt, quia neminem in particulari lex morte afficit, ſed ſolùm generaliter tranſgreſſoribus illam minitatur, quemadmodum etiam licet ſcribendi librum, etſi Eccleſiaſticus ſit, inſtruere iudices in cauſis criminalibus, vt ex alijs probat Bouadill. *d. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 27. omninò ad præmiſſa videndus ex *nu.* 24. Quid ſi confeſſarius, vel doctor conſulatur à iudice, num teneatur reum occidere? & reſpondeat teneri, non effici irregularem docet Dian. poſt alios *part.* 3. *tract.* 5. *miſcellan. reſol.* 80. licet plerique aliter ſentiant, illud autem communiter probatur, poſſe abſque irregularitatis periculo dicere quid in communi legibus cautum ſit, non conſulendo in particulari, nec aperiendo quid ipſe ſentiat in caſu, de quo interrogatur, vt docent DD. quos idem Dian. ibi refert, vbi etiam alij, qui exiſtimant nullo modo interrogato licitum eſſe in cauſa ſanguinis reſpondere.

Verſ. *Quartò, eadem ratione conſtat.*

112 Aſſaſſinos reos eſſe ipſos, qui locant operas ſuas, vt homines perimant, atque ita Eccleſiæ immunitate non gaudere, probaui ex pluribus *ſup. num.* 84. & quod pœnis omnibus ſtatutis *in d. cap.* 1. affici debeant, cum earum capaces ſunt, vt fideles, qui hodie propter pecuniam aliorum inimicos enecant, docent Bene *d. cap.* 16. *dubit.* 21. *sect.* 1. *num.* 6 Farinac. *d. q.* 123. *num.* 19. Gutier. *nu.* 18. Decian. *nu.* 9. Scort. in *theoremat.* 385. Boſſ. *in prax. tit. de mandat. ad occidend. num.* 13. Paz *num.* 137 Gonni *d. fallent.* 15. *num.* 7. *fol.* 100. Salced. ad Bernard. Diaz *in prax. cap.* 96 alias 100. *verſ. Secundus caſus*, Cantera *in quæſtionib. crimin. q.* 1. *de quæſtionib. tangent. punit. delict. cap.* 6. *nu.* 48. Barboſ. *ſup. num.* 7 licet contra ſentiat Greg. Lop. *in l.* 3. *Gloſ.* 9. *tit.* 27. *p.* 7. Notandum verò eſt, quod etſi in *d. cap.* 1. mentio non fiat aſſaſſinorum infidelium, qui Chriſtianos occidebant, non fuit, ex defectu poteſtatis, ſed quia pœnæ ibi ſtatutę illis non conueniebãt, Pontifex enim poteſt, maximè pro defenſione fidelium, pœnas ſtatuere aduerſus infideles, vt latè, & eruditè probat B. Ioan. Capiſtran. *de Author. Pontific. part.* 2. *principal. à princip. in tract. DD. tom.* 13. *fol.* 38. Greg. Lop. *in l.* 2. *Gloſ.* 3. *tit.* 23. *p.* 2.

Ibi: *Imò ipſos interfectores.*

Qui Aſſaſſinorum more conducti pecunia homines interficiunt, vltimo ſupplicio affecti membratim ſcinduntur, ſolentque ad caudam equi in locum ſupplicij trahi, vt obſeruant Clar. *d.* §. *Aſſaſſinium, nu.* 4. Plaza *in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 5. Carrer. *ſup. n.* 49 Gutier. *nu.* 13. Carrer. *ſup.* § 5. *n.* 35. Decian. *nu.* 31. Ceuall. *ſup. n.* 67. Imo cum hoc crimen cõmittatur frequentiùs proditoriè homicidium ſic perpetrans de iure Regio etiã dimidia bonorum ſuorum parte mulctabitur, fiſco applicanda. Ant. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 10. *verſ. Item etiam dicitur*, Gutier. *nu.* 15. Cant. *vbi proximè*, de quo eſt *l.* 10. *tit.* 23. *lib.* 8. *Recopilat.* Pecunia verò, vel res ob homicidium accepta debet reſtitui ei, contra quem mandatum eſt, vel eius hæredibus, Greg. Lop. *in d. l.* 3. *Gloſ.* 1 *tit* 27. *p.* 7. Decian. *nu.* 35. Carrer. *nu.* 30. Capyc. *deciſ.* 155. *nu.* 27. Baiard. ad Clar. *ſup. nu.* 9. qui, Decian. & alij aduertunt, hæredem aſſaſſini ad reſtitutionem hanc teneri, etſi lis cum defuncto conteſtata non ſit. 113

Verſ. *Quintò, hinc apparet.*

Vt pœnæ de quibus *in d. cap.* 1. locum habeant, neceſſè eſt, quod Chriſtianus ſit, qui interficitur, vt ad notarunt Decian. *n.* 10. Carrer. *nu.* 15. Clar. *n.* 2. Boſſ. *ſup. nu.* 22. Gutier. *n.* 8. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. *n.* 135. Plaz. *ſup. d. cap.* 19 *n.* 8 Gonni *d. fallent.* 15. *nu.* 7. Maſcard. *de probat. conc.* 138. *n.* 13. Guazzin. *ſup. defenſ.* 1. *cap.* 38 *nu.* 42. *verſ. Ac etiam requiritur*, Aloyſ. Ricci. *in prax. aurea reſolut* 38. Farinac. *in prax. q.* 123 *à n.* 33 Zerol. *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verb. Aſſaſsini*, *verſ. Hinc oriuntur*, Peguer. *crimin. deciſ.* 5. *num.* 29. Quod etſi commune admodùm ſit, contrarium iure defendi poteſt, vt alijs placet, quos ipſe retuli *ſup. num.* 91. de immunitate agens. 114

Verſ. *Sextò, deducitur.*

115 Suppone̅dum eſt, prout *in d. cap.* 1 diſponitur, quod Clericus aſſaſsinus iure ipſo depoſitionis pœnã incurrit, quod aduertunt Bene *ſup. tom.* 1. *cap.* 6. *dubit.* 5. *sect.* 2. *nu.* 1. Farinac. *d. q.* 123. *num.* 12. Barboſ. *num.* 12. vbi alij, Ceuall. *num.* 8. Modò dubium eſt, an talis aſſaſsinus ſit actualiter degradandus, ac brachio ſeculari tradendus, vt meritas pœnas det? Negat Barboſ. *num.* 13. vbi probat, cui ſententiæ fauet *l.* 61. *tit.* 6. *p.* 1. & ibi Gregor. Lop. *Gloſ.* 1. vbi cauetur, quod Clericus etſi propter delicta ibi expreſſa ſit deponendus, non tamen Curiæ ſeculari tradendus, niſi perpetret ea, quæ lege præcedenti continentur. Sed nihilominus in crimine aſſaſsinij communis reſolutio eſt, quod iudici ſeculari tradatur. Imò etſi hoc controuerſum valdè ſit, iudex ſecularis procedere abſque actuali degradatione poteſt, quod maximè obtinet, ſi aſſaſsinium Clericum perpetraſſe, notoriè conſtiterit, alioqui ſententia criminis declaratoria iudicis Eccleſiaſtici deſideratur, vt ſecularis de Clerico aſſaſsino cognoſcere valeat, de quo vide Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 51. Bene *tom.* 1. *d. sect.* 2. *à princip.* Clar. *in prax* § *fin. q.* 36. *num.* 29. 30. Ceuall. *ſup. d. tom.* 2. *q.* 931. *per tot.* Decian. *d. cap.* 30. *num* 21. Gutier. *num.* 23. 24. Farinac. *in prax. q.* 8. *num* 86. Matt. *de iuriſdict. part.* 4 *cent.* 2. *caſ.* 129 *num.* 17. Carol. de Graſſis *de effect. lib. Clericat. effect.* 1. *numer.* 668. Curtell. *de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *q.* 24. *nu.* 30. Gambacurt. *lib* 7. *cap.* 14. *num.* 13. Bellet. *diſquiſit. Cleric. part.* 1. *tit.* 3. § 7 *num.* 6. Ex quibus colliges, receptius eſſe, Clericum aſſaſsinum non poſſe per iudicem laicum puniri, niſi præcedat ſententia criminis declaratoria Eccleſiaſtici, maximè vbi delictum notorium non eſt.

Ibi: *Nam & ipſe idem opinor.*

116 Hanc diſtinctionem D. Couarr. inter Clericum mandantem, homicidium fieri per fidelem, aut infidelem expreſsè reijciunt Gutier. *num.* 24. Bouadill. *num.* 57. *verſ. Pero no parece*, vbi alios laudat, qui ſentiunt, diſpoſitionem *d. cap.* 1. locum habere in Clerico conducenti Chriſtianum peccunia, vt hominem enecet.

Verſ. *Septimò vt ad inſtitutum regrediar.*

117 Vide quæ dicta ſunt *ſup. num* 82. vbi plures referuntur, qui aſſerunt, aſſaſsinos eſſe, ac Eccleſiæ immunitate non iuuari, qui homines etiam Chriſtianos pretio inducunt, vt homicidia committant.



Ibi: *Sic & ſpeculator.*

Hoc iam declaratum eſt per Gregor. XIIII. vbi expreſsè ſtatuitur, aſſaſsinis Eccleſię immunitatem non ſuffragari, quod vt alibi dixi intelligi nequit de aſſaſsinis illis infidelibus, de quibus *in d. cap.* 1. quoniam tunc temporis iam non graſſabantur. 118

Num. 11.

Excommunicatio non impedit, quòd excommunicatus Eccleſiaſtica immunitate defendatur, Suar. *d. tom.* 1. *de Religion. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 3. Clar. *in prax.* § *fin. q.* 30. *num.* 18. Bonacio. *in ſumm. tom.* 3. *de excommunicat. in partic. ext. Bull. diſp.* 2. *q.* 3. *punct.* 16 § 5. *num.* 3. Farinac. *de immunit. cap.* 2. *num.* 44. & *in prax. q.* 28. *nu.* 39. Decian. *tract. crimin. tom.* 2. *lib* 6 *cap.* 26. *num.* 3 Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 26. *verſ. Quæro tertiò*, Gonni *de immunit. fallẽt.* 19. *n.* 1. *in tract. fol.* 101. Anaſt. Germ. *de Sacror. immunit. lib* 3. *cap.* 16. *à nu.* 72. Guazzin. *de defenſ. reor. defenſ.* 1. *cap.* 37. *n.* 54. Bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap.* 16. *dubit* 10. *sect.* 3. Gregor. Lop. *in l.* 4. *Gloſ.* 1. *tit.* 11. *p.* 1. Carthar. *deciſ. crimin.* 59. *num.* 17. Bouadill. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 50. Petr. Gregor. *d. libr.* 33. *cap.* 22. *num.* 1. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 5 *cap.* 3 §. 3. *num.* 112. Et omnes ferè, exceptis paucis quibuſdam, quos refert Farinac *d. cap.* 2. *num.* 45. 78. Gonni *ſup.* qui meminit eorum, qui ſenſerunt, excommunicatum ab homine non gaudere immunitate, ſecus à iure. Sed communis ſententia omninò tenenda eſt, nam Eccleſia priuilegium habet generale tuendi omnes, qui ad ſe cõfugiunt, niſi in caſibus exceptis in iure. & nullibi cautum reperitur, quòd excommunicatus immunitate priuetur, neque inter effectus excommunicationis iſte numeratur, vt obſeruat Suar. *ſup.* Nec refert, quòd excommunicatus mortuus non admittatur ad Eccleſiam, nam iure ita conſtitutum eſt, vt ſepultura careat Eccleſiaſtica, & in hoc nullus fauor Eccleſię verſatur, ſicut in immunitate. Ex quo etiam reſpondetur ad aliud fundamentum Felini & ſequacium, licèt enim excõmunicatus rebellis ſit Eccleſiæ, tamẽ defendi debet ab eadem, cum hoc in honorem Sacri loci cedat, cui priuilegiũ immunitatis conceſſum eſt. Neque excõmunicato interdicitur materialis Eccleſię ingreſſus, ſed quatenus ordinatur ad aſsiſtẽ- 119

dum Diuinis, quod eidem non licet, Bonac. & Decian *ſup.* & hęc intelligas etiam in excommunicato publicè denunciato, vt aduertunt Dian. & Bene *loc. citat.*

120 Idem dicendum eſt de homine interdicto, propter rationes proximè perpenſas. Suar. *d. n.* 3. Gambacurt. *de immunitat. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 4. Gonni *n.* 1. *in fine*, Bene *ſect.* 2. Dian. *ſup. verſ. Quæro ſecundò*, Farinac. *n.* 44. Ambroſin. *de immunitat. cap.* 8. *nu.* 12. & alij communiter aduerſus Felinum *in cap.* 2. *nu.* 6. *de exceptionib.* Decian. *num.* 14.

Verſ. *Decimotertiò, quanvis excommunicato.*

121 Infidelem, qui ad Eccleſiam confugit, non eſſe dignum, vt in ea tueatur, docent Farinac. *in prax. q.* 28. *n.* 68. Bene *ſup. ſect.* 4. *à num.* 11. Peregrin. *de immunit. cap.* 12. *num* 1. Clar. *num.* 17. Suar. *ſup. num.* 11. Gonni *fallent.* 18. *num.* 4. Sarp. *de iur. Aſylor. cap.* 5. *fol.* 58. Guazzin. *cap.* 38. *num* 3. Ambroſin. *de immunitat. cap.* 8. *num* 8. Paz *num.* 106. Pereira *de man. Req. part.* 2. *cap.* 51. *num* 5. Bonacin. *ſup.* § 10. *num.* 3. Qui contrariam probabilitsimam dicit, Marquard. *de Iudæis, part.* 1. *cap.* 8. Decian. *d. cap.* 26. *num.* 2. Franc. Leo. *in theſaur. For. Eccleſiaſt. cap.* 13. *num.* 13. Curtell. *ſup. lib.* 1. *q.* 22. Bouadill. *d. cap.* 14. *num.* 51. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 1. *q.* 13. *nu.* 109. Gutier. *d. q.* 7. *num.* 51. & alij plures. Hæc ſententia maximè nititur *l.* 1. *C. de ijs, q. ad Eccleſ. confugiunt*, vbi infidelibus immunitatis auxilium denegatur, cui deciſioni ſtandum eſt cum ſimus in re dubia, & iure Canonico expreſsim non deciſa, vt tenent Suar. *num* 10. Decian. & alij *ſupra*: Alia fundamenta ſunt apud Bene, qui latè diſputat. Quæ reſolutio procedit in Iudæis Sarracenis, alijs vè, qui Sacrum Baptiſma non ſuſceperunt.

Ibi: *Contrarium tamen notant.*

122 Sed aduerſus D. Couar. & præfatam communem opinionem alij plures ſentiunt, infidelibus non eſſe immunitatis auxilium ſubtrahendum, vt Mar. Italia *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 3. § 1. Fagund. *de præcept. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 49. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 3. *num* 44. vbi teſtatur, ita fuiſſe per Sac. Congregat. Immunitatis declaratum mēſe Februario anno 1631. Portell. *in dub. Regular. verb. Eccleſiaſtica immunitas, nu.* 10. Ricciull. *de iure perſon. ext. grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 2. *cap.* 12. Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 2. *quæſ.* 9. Carol. Maranta *in controuerſ. iur. part.* 1. *reſponſ.* 51. *num.* 3. Ludouic. Correa *in tract. de immunit. Eccleſ. part.* 3. *cap.* 3. Dian. *part.* 1. *tractat.* 1. *reſolut.* 22. Greg. Lop. *in l.* 4. *gloſ.* 1. *tit.* 11. *p.* 1. Ceuall. *tom.* 1. *q.* 269. Quæ ſanè opinio de iure defendi poteſt ex rationibus, quas pro illa Dian. conſiderat *vbi proximè*, cui adſtipulatur *l.* 2. *d. tit.* 11. ibi: *Todo ome*, prout aduertit Gregor. Lop. *d. gloſ.* 1. & Bouadill. *vbi proximè*. Et vltra alia fundamenta cōſiderandum eſt, quòd egregijs Sacræ Scripturæ Interpretibus placet ius Aſyli in lege veteri etiam Gentilibus fuiſſe commune, vt dixi *ſup. n.* 18. licet Bene oppoſitum probet *d. ſect.* 4. *à num* 12. Præterea Beyerlinck, *in theat. vit. human. tom.* 1. *verb. Aſylum*, à princip. refert, idolorum delubra apud nationes aliquas, vel exteris aſyla fuiſſe, quo magis omnibus venerabilia fiebant. Qua ratione templorum veri Dei ſanctitati hoc ipſum tribuendum eſt, vt in eis nedū Chriſtiani, ſed etiam infideles ſint tuti, in quibus tuendis pietatis, ac Maieſtatis amplitudo magis ſplendet. Nec ex iuris Cæſarei conſtitutione in *d. l.* 1. reſtringendum eſt priuilegium generaliter Eccleſiæ conceſſum, vt omnibus confugientibus ſua immunitate ſubueniat, maximè cùm veroſimile non ſit, quòd Sacrorum Canonum Conditores excluſionem infidelium omiſerint, ſi eos indignos Eccleſiæ immunitate iudicarent. Tamen contrarium receptius eſt.

Prior autem ſententia ſolet limitari, 123
ſi infidelis ad Eccleſiam confugiens, poſtulet baptizari abſque fictione, vt tenent Suar. *d. cap.* 10. *num.* 11. Nauar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 10. Baiard. ad Clar. *d. q.* 30. *n.* 23. Gambacurt. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 88. Diana, Pereira, Bonacin. Paz, Gutier. *vbi proximè*. Cardoſ. *in prax. iudic. verb. Eccleſia, num.* 81. & plures apud Bene *num.* 25.

Oppoſitum ſuſtinent Decian. *ſup.* 124
Guazzin. *num* 4. *verſ. Tamen.* Ambroſin. *d. cap.* 8. *num.* 8. & alij, qui ſentiunt, infideles baptiſmum in eo periculo conſtitutos ſimulate poſcere, vt pœnam mortis euadant, & ita lege præſumi, *d. l.* 1. *C. de ijs, qui ad Eccleſ.* In qua controuerſia cum Suar. & Bonacin. dicendum eſt, quòd ſi Iudæus, vel Gentilis cupiebat abſque cogitatione confugij ſe ad veram Religionem conuertere, &, interim delicto patrato, confugiat ad Eccleſiam & Baptiſmum petat, erit omnino tuendus, quia ceſſat ratio ſimulationis. Si verò poſtquā ad Sacrum Aſylum ſe recepit, oſtendat ſe velle, ſuſcipere Baptiſmum, poterit Eccleſia eum retinere, vt experiatur, an fictè conuertatur, nec ne, atque ita illum tueri, vel non, etſi aliqui teneant eſſe præſumptionem iuris, & de iure, quòd ſimulata ſit conuerſio, quorum meminit Suar. *num.* 12.



Verſ. *Decimoquartò, eadem ratione.*

125 Supponendum eſt, quòd confugiens ad Eccleſiam propter crimen hæreſis nullo modo ab ipſa defenditur, nam caſus iſte expreſsim excipitur *in d. Bulla Gregor. XIV.* notant Bene *d. cap.* 16. *dubit.* 22. *num.* 1. Suar. *d. cap.* 10. *num.* 13. Gutier. *de delict. q.* 71. *num.* 2. Cardinal de Lugo *in tract. de fide, diſp.* 24. Decian. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 40. *num.* 7. & *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *n.* 4. Filliuc. *tract.* 15. *cap.* 6. *quæſ.* 8. *num.* 151. Ambroſin. *cap.* 8. *num.* 1. Bonacin. § 10. *num.* 1. Bouadill. *ſup. num.* 54. Idem dicendum eſt de fautorib. hæreticorum, de apoſtatis, ſortilegis, alijſque de hæreſi ſuſpectis. Bonacin *ibidem*, & *num.* 2. *verſ. Hinc patet*, Farinac. *de immunitat. cap.* 13. *num.* 175. Bene cum alijs, *vbi proximè à nu.* 8. Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 38. Mar. Italia *lib.* 1. *cap.* 5. § 6. *num.* 59. 140. Bouad. *num.* 57. Paz *nu.* 109. & alij communiter. Et quanquam criminis huius cognitio ad forum Eccleſiaſticum ſpectet priuatiuè, *cap. cum ſecundùm* 19. § *fin. de hæretic. in* 6. Clar. *in prax.* § *Hæreſis, num.* 6. Gutier. cum multis, *vbi proximè q.* 33. *nu.* 10. Ac immunitas Eccleſiarum aduerſus iuriſdictionem Eccleſiaſticam non tueatur, vt late probat Bene *ſup. d. dubit.* 10. *ſect.* 12. *per tot.* Tamen ex eo, quod propter hæreſim immunitas non proſit, vtilis ſequitur effectus, nam iudex laicus poterit abſque cenſuræ metu hæreticum ab Eccleſia extrahere, vt ipſum iudicandum Eccleſiaſtico tradat, ſicut aduertit Bene *dubit.* 22. *nu.* 1. *verſ. Reſpondetur*, Farinac. *d. cap.* 13. *nu.* 178. Bonacin. *d. num.* 1. *verſ. Reſpondeo negando.* Et in hoc ſenſu D. Couar. præſens concluſio abſque contradictione procedit: quia hæreticus immunitate non gaudet.

Quæſtionis verò eſt de hęretico, qui 126
propter crimen aliud, veluti homicidium ad Eccleſiam confolat, an in ea ſit tutus? Negant cum D. Couar. Curtell. *ſup. lib.* 1. *q.* 29. Nauar. *d. cap.* 25. *num.* 20. Tanner. *in* 2. 2. *diſp.* 5. *q.* 8. *dub.* 1. *num.* 16. Bouadill. *vbi proximè, num.* 54. Petr. Greg. *cap.* 22. *num.* 1. Peregrin. *d. cap.* 8. *num.* 9. Gambacurt. *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 6. Gigas *de crimin. læſ. Maieſtat. lib.* 3. *q.* 93. *num.* 18. Decian. *d. num.* 4. Sarp. *cap.* 5. *fol.* 60. Ambroſin. *cap.* 8. *num.* 9. Guazzin. *num.* 5. *verſ. In tantum*, Paz *ſup. nu.* 108. & alij, qui indiſtinctè docent, hæreticum non iuuari immunitate. Quę opinio, vt ipſi DD. declarant, accipiendà eſt, de eo, quem hæreticum eſſe conſtat, nec punitus, & reconciliatus eſt, hic enim, licèt aliquando in hæreſim inciderit, ab Eccleſia defendendum, ſi ob delictum non exceptum confugiat, omnes fatentur. Videantur ita expreſsim ad notantes Bene *d. dub.* 22. *num.* 7. Bonacin. *num.* 2. *verſ. Ex quo patet.*

At affirmant ſentientes hæreticum 127
præter crimen hæreſis, vel aliud exceptum immunitate non eſſe indignum. Gregor. Lop. *in l.* 4. *Gloſ.* 1. *tit.* 11. *p.* 1. Suar. *vbi proximè*, Farinac. *de immunit. cap.* 13. *num.* 172. Bene *d. dub.* 10. *ſect.* 4. *num.* 5. 6. & *dub.* 22. *num.* 3. 4. Correa *d. cap.* 3. *num.* 3. Bonacin. *num.* 2. *verſ. Secunda ſententia*, Mar. Italia *d.* § 6. *num.* 7. Caſtr. Pal. *tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. vnic. punct.* 7. *num* 4. Dian. *ſup. reſolut.* 29. Azor *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *quæſ.* 9. Filliuc. *ſup. num.* 151. Portell. *nu.* 10. Trullench. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 2. *num.* 2. & alij. Similiter Religioſus apoſtata immunitate non carebit, niſi in Eccleſijs eius Ordinis, quem deſeruit, Dian. *ſup. reſolut.* 23. Bouadill. *d. num.* 57. Bene *dubit.* 24. *ſect.* 16. Decian. *d. cap.* 26. *num.* 13. Farinac. *nu.* 169. Mar. Ital. *d. lib.* 1. *cap.* 3. § 1. *nu.* 17. *verſ. Ex his ergo*, Guazzin. *num.* 7. Rebuff. *ad l. Gall. tom.* 2. *de immunit. Eccleſ. art.* 1. *Gloſ.* 1. *num.* 25. Per rationem textus *in cap. fin. de immun. Eccleſiar.* in Eccleſijs propriæ Religionis non eſt tutus. Quæ intelligas ſecundum eos, qui tenent etiam Eccleſiaſticos immunitate gaudere, alioqui apoſtata hic à quacunque Eccleſia extrahetur, vt aduertit Bene, *vbi proximè*.

Num. 12.

128 Reus, qui ad Eccleſiam peruenit, Inſectante Iudice, & ſatellitibus perſequentibus ipſum, ab ea extrahēdus non eſt, Suar. cap. 11. num. 19. Farinac. in prax. q. 28. nu. 41. Gutier. vbi ſtatim num. 6. Clar. d. q. 30. nu. 19. Gonni fallent. 31. fol. 106. Decian. d. lib. 6. cap. 28. num. 31. Bouadill. num. 61. 62. Cur. Philip. tom. 1. part. 3. §. 12. num. 13. Paz num. 40. Salazar de vſu, & conſuetudin. cap. 6. num. 19. Bonacin. §. 4. nu. 17. Guazzin. cap. 37. nu. 42. Tuſch. lit. E. conc. 10. num. 29. Ambroſin. ſup. cap. 10. nu. 13. verſ. Nec non, & ita vſu receptum eſſe plerique teſtantur.

Num. 13.

129 Is, qui per locum gaudentem immunitate captus à familia Iudicis ſecularis ad carcerem, vel ſupplicium ducitur, defendi nequit prætextu immunitatis, cum liber ad Aſylum non venerit, prout deſideratur, Bene d. ſect. 10. num. 4. cum ſeqq. Farinac. in prax. q. 28. num. 69. & de immunit. cap. 15. num. 201. Suar. ſup. num. 18. 19. Tuſch. conc. 12. num. 28. Guazzin. nu. 43. verſ. Hæc dicta ampliatio. Frāc. Marc. deciſ. 989. to. 1. Decian. n. 30. Curtell. lib. 1. q. 25. num. 8. 9. 30. Gutier. practicar. lib. 3. q. 6. à princip. Bonacin. num. 21. Bouadill. nu. 62. verſ. Mas es de aduertir, Scottia theorem. 385. Cur. Philip. nu. 12. Anton. Gom. variar. lib. 3. cap. 10. num. 2. verſ. Quarto limita, Azeued. in l. 1. num. 11. tit. 2. lib. 1. Recopilat. Dian. part. 1. tract. 1. reſol. 30. Qui hanc de iuris rigore veriorem agnoſcit, quæ ſane tenenda eſt, quanquam contrarium probent ipſe Dian. Paz num. 47. Nauar. cap. 25. nu. 19. Germon. lib. 3. cap. 16. num. 35. Villagut. de extenſ. leg. cap. fin. num. 40. Salaz. ſup. cap. 7. num. 19. in fin. Clar. num. 22. Peregrin. cap. 5. num. 8. Qui diſtinxit exiſtimans priorem opinionem veram eſſe, quando reus neceſſario ducitur per locum Sacrum, quia per alium non poterat; poſteriorem, ſi voluntariè abſque neceſſitate per Eccleſiam ducatur.

Eadem ratione mulier carcerata in Monaſterio loci immunitate non gaudet, Greg. Lop. in l. 5. Gloſſ. 2. tit. 29. p. 7. Bouadill. ſup. Cur. Philip. num. 10. Azeued. in l. 3. num. 12. tit. 2. lib. 1. Recopilat.

Verſ. Decimoſeptimò, perpenſis primis.

130 Qui captus per iuſtitiæ miniſtros eorum manus euadit, & in Eccleſiam ſe confert, ab ea euelli iure non poteſt, Suar. vbi proximè, num. 19. Farinac. de immunit. cap. 15. num. 196. Bene d. dub. 10. ſect. 7. num. 1. Tuſch. ſup. conc. 10. nu. 21. 30. Layman lib. 4. tract. 9. num. 9. Guazzin. d. cap. 37. n. 39. Ambroſin. cap. 10. num. 13. Bonacin. num. 16. Gutier. num. 5. Dian. part. 6. tract. 1. reſolu. 27. verſ. Confirmantur ſupra dicta, Paz num. 41. Bouadill. vbi ſup. Decian. nu. 32. Cur. Philip. num. 13. niſi ob caſum exceptum.

Quod ampliatur, etiamſi ab alijs violenter reus eripiatur ad fugam Bene num. 131
2. 3. vbi plures, Correa ſup. part. 3. num. 21. Farinac. vbi proximè, Dian. ſup. verſ. Sed hanc ſententiam, & tract. 8. reſolut. 5. Marleal lib. 1. cap. 6. §. 2. à num. 70. licèt contrarium ſentiant Nouar. in ſumm. Bullar. tit. de immunit. num. 14. Paſqualig. deciſ. 486. Peguera deciſ. 251. Ambroſin. cap. 10. num. 10. Gamma deciſ. 141. Sed prior opinio longè communior eſt, ac optimè probatur à Bene d. cap. 16. dubit. 33. ex num. 22. Qui rectè ait, quod etſi vim inferentes ſatellitibus perperam faciant, ac graui pœna ſint digni, tamē Eccleſia iure ſuo vtitur fauens ad ſe liberè confugienti. Ad id verò, quòd obijcitur de reſtitutione facienda iuſtitiæ ſeculari, quæ ſpoliata eſt, quo præcipuè aduerſarij nituntur, poteſt reſponderi, ei locum non eſſe, quemadmodum nec punitioni delictorum, in qua publicus fauor verſatur, propter reuerentiam locis Sacris debitam; magna enim eſt ratio, quæ pro Religione facit, vt inquit Papinianus in l. ſunt perſonæ 43. in fine, ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.

Similiter reſpondendum eſt de eo, qui 132
per vim etiam vinctus ſecum ducens ſatellitem à quo ducebatur, Eccleſiam ingreſſus eſt, Bene d. ſect. 7. num. 2. 3. & dubit. 19. ſect. 2. à nu. 4. Farinac. de immunit. cap. 16. num. 227. Dian. part. 1. tract. 1. reſolut. 13. Quam ſententiam defendit Bene d. ſect. 2. aſſerens, quòd iſte reus liber confugit, quandoquidem ipſe inuitum ſatellitem trahit ad Eccleſiam, & non trahitur, vt captus confugiſſe dicatur. Quod ibidem poſt Farinac. & Dian. ampliat, quanvis vulneret miniſtrum iuſtitiæ cum magna ſanguinis effuſione. At contra tenent Curtell. lib. 2. q. 13. Villadieg. in Politic. cap. 3. num. 206. Gambacurt. de immunit. lib. 4. cap. 18. num. 6.

Verſ.



Verſ. Decimooctauò, ex his conſtat.

133 Reus, qui effracto carcere in Eccleſiam ſe recipit, ſi crimen exceptum non perpetraſſet, euellendus non eſt, ſed immunitatis auxilio iuuatur. Ita cum D. Couar. aſſerunt Suar. num. 18. 19. Farinac. in prax. q. 28. num. 41. & de immunit. cap. 14. num. 200. Bonacin. d. §. 4. num. 16. Petr. Greg. ſyntagmat. iur. lib. 13. cap. 22. num. 2. verſ. Nun effractores carcerum, Peregrin. cap. 5. num. 9. Bouadill. num. 61. 62. Dian. part. 1. tract. 1. reſolut. 19. Ambroſin. cap. 10. num. 11. Decian. d. cap. 28. num. 28. Layman d. tract. 9. cap. 3. num. 9. Gutier. q. 6. num. 5. Cur. Philip. num. 13. Paz num. 41. 163. Bene cum alijs d. dubit. 10. ſect. 6. à princip. Guazzin. num. 37. Nauar. ſup. num. 19. Quicquid dixerit Gambacurt. ſup. num. 9.

134 Aliter reſoluendum eſt de fugiēte poſtquam ſententia exequibili ad triremes, vel metallū damnatus eſt, & multò magis ſi à loco metalli, vel triremibus fugiat, Bouadill. num. 74. Cur. Philip. num. 46. Matt. de iuriſdict. part. 2. cap. 51. num. 17. Megal. in 3. part. lib. 4. cap. 2. q. 1. num. 33. Sarp. ſup. cap. 5. fol. 54. Curtell. lib. 1. q. 25. num. 8. & q. 40. per tot. Gamma deciſ. 362. Villadieg. ſup. nu. 215. De quo apud nos eſt l. 9. §. penult. tit. 24. lib. 8. Recopilat. vbi ita expreſſè ſtatuitur.

135 A qua opinione recedunt Ant. de Matienis quotidi. var. reſolut. cap. 177. num. 2. Dian. par. 1. tract. 1. reſolut. 40. Pereira ſup. part. 2. cap. 50. num. 17. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 3. num. 29. Correa part. 3. q. 4. num. 9. Nouar. ſup. nu. 27. Giurba crimin. conſ. 30. num. 21. Lezana verb. Immunitas, num. 16. Bene dubit. 10. ſect. 9. per tot. Similiter de exule aſſerunt Bene d. ſect. 6. num. 2. Marc. Ant. Genuenſ. in prax. cap. 22. num. 1. Bonacin. §. 5. num. 15. Farinac. de immunit. cap. 2. à nu. 37. Paz num. 147. Nauar. num. 19. in fine. Idem dic de bannito, Bonacin. & alij. Bene ſect. 5.

Ibi: Quæ quidem praxis ex eo etiam improbatur.

136 Carceratus, qui, præſtito iuramento commentarienſi de redeundo ad carcerem, exiens ad Eccleſiam confugit, tutus eſt in ea, ſaltim ne pœna corporalis ipſi imponatur, ita vt ſi periculum eius immineat, extrahi non permittatur, ſed iuramenti relaxatio impetretur. Ita Suar. nu. 20. Decian. num. 21. 33. Bonacin. §. 4. nu. 17. Farinac. d. q. 28. num. 43. & de immunit. cap. 15. num. 200. Dian. part. 3. tract. 1. reſolut. 37. Ambroſin. cap. 10. num. 12. Paz num. 164. Layman vbi proximè, Guazzin. d. cap. 37. num. 38. Fagund. in præcept. Eccleſ. part. 2. lib. 4. cap. 4. num. 58. Nauar. nu. 19. Bene ſect. 10. Quanquam contrarium placeat Curtell. ſup. q. 19. num. 4. Bouadill. cum alijs, num. 60. Peregrin. cap. 5. nu. 10. Cur. Philip. num. 11. Azor ſup. part. 2. lib. 9. cap. 9. verſ. Quid dicendum. Sed communis eſt omnino amplectenda, quam ſine diſtinctione admittendam eſſe, ita vt nullo modo reus extrahendus ſit ab Eccleſia, docent Bonacin. Bene & Dian. vbi ſup. Hæc dicta ſunt de carcerato iuſtè, nam qui iniquè in vinculis detinetur, an teneatur præciſè relaxationem iuramenti poſtulare? dixi lib. 1. cap. 2. à n. 48.

Verſ. Decimononò, oportet perpendere:

Vt innoteſcat, quibus caſibus Eccleſiæ 137
immunitas delinquentibus non ſuffragetur, verba Gregorianæ Conſtitutionis, qua omnes continentur, ſunt præmittenda, ibi: Ad vnam tantùm formam reducimus, & moderamur, vt laicis ad Eccleſias, locaque Sacra confugientibus ſi fuerint publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediūtur, vel depopulatores agrorum, quique homicidia, & mutilationes membrorum in Eccleſijs, earumque cœmeterijs committere non verentur; aut qui proditione proximum ſuum occiderint, aut aſſaſinij, vel hæreſis, aut læſæ Maieſtatis rei in perſonam ipſiuſmet Principis, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur.

Quā conſtitutione confirmatur quod 138
ex cap. inter alia de immunitat. Eccleſiar. docet D. Couar. ſcilicet depopulatores agrorum non gaudere Eccleſiaſtica immunitate. Sed dubium eſt, an poſt eam conſtitutionem etiam diurnus depopulator cenſeatur exceptus, nām etſi in d. cap. inter alia, ſolū excipiatur nocturnus, in præcitata Bulla de depopulatore agitur ſimpliciter, atque ita omnis depopulator videtur comprehenſus & ita tenent Farinac. de immunit. cap. 11. nu. 16. Scottia theorem. 383. Barboſ. de iur. vniuerſ. Eccleſiaſtic. lib. 2. cap. 3. num. 87. Lezana ſup. num.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*num.*10. Bonacin *§.*6.*nu.*5. Dian. *part* 6.
*tract.* 1. *reſol.*15.*verſ. Verum publicis, cum*
*ſeq.* Guazzin. *cap.*38.*num.*38. Ambroſin.
*cap.*4.*num.*5. etſi aliud tenuerit Caſtr. Pal.
*d. diſp. vnic. punct.* 9.*num.*5. quod probabi-
le dicit Bene *dubit.*17.*n.*2.3. Pelliz. *n.*11.

139 De nocturnis depopulatoribus agrorum
nullum eſt dubium quin Eccleſiæ immu-
nitatem non mereantur, vt notarũt Bene
*dubit.* 16. Farinac. *d.q.*28.*n.*50.*& d. cap.*11
*n.*158. Bonacin. & Dian. *vbi proximè*, Bo-
uadill. *n.*24. Guazzin. *vbi proximè, nu.*37.
Suar. *n.*4. Clar. *d.q.*30.*n.*9. Paz *nu.*66.*cum*
*alijs*, Decian. *cap.*28.*n.*3. Pellizz. *num.*11.

140 Depopulatores agrorum dicuntur, qui
ſegetes in agris ſurripiunt, vel vineas, &
fructus deuaſtant, vt obſeruant Decian.
Bene, Paz, Bonacin. & alij *ſup.* Incendiarij
quoque agrorum inter depopulatores re-
cenſentur, non ſic qui in vrbe domos in-
cendunt, niſi mors alicuius ſubſequatur,
quæ cum proditoriè inferatur, homicida
immunitatem non conſequetur. Ita Bene
*num.*6. Bonacin. *num.*6.

Ibi: *Sic etiam excipitur famoſus latro.*

141 Latronem, vel graſſatorem publicum
ad Eccleſiam confugientem extrahi poſ-
ſe, vt debitè coerceatur, adnotarũt Suar.
Clar. Bouadill. *ſup.* Bene *dubit.*13.*num.*1.
*& dubit.*18. *vbi de graſſatoribus.* Pellizz.
*num.*9. Ant. Gom. *d. lib.*3.*cap.*10.*num.*2.
Barboſ. *d. cap.*3.*ex nu.*78. Gutier. *ſup. lib.*
3.*q.*4.*num.*2. Decian. *num.*2. Bonacin. *ſup.*
*à num.*1. Gregor. Lop. *in l.*4. *Gloſ.*2. *tit.*11
*p.*1. Dian. *d. reſolut.*15. *in princip.* Guazz.
*num.*33. Farinac. *de immunit. cap.*10.*num.*
147.

142 Quis autem publicus latro cenſeatur,
vt immunitate priuetur, explicant præfa-
ti DD. maximè Decian. Bene, Farinac. Bo-
nacin. Barboſ. Guazzin. Pellizzar. Ex qui-
bus colligitur, multa deſiderari. Primum,
quod violenter furetur. Secundùm, in vijs
publicis, & frequentatis ſiue in terra, ſiue
in mari depræ dari. Tertiùm, actus reite-
rationem, non enim ex vnico furto qua-
lificato, vt dictum eſt, aliquis publicus la-
tro dicetur. Quartùm, quod conſtet noto-
rietate iuris, vel facti confugientem ta-
lem latronem eſſe. Videantur præ cæteris
Bene, & Dian. Latrones publici etiam di-
cuntur, qui perſonas capiunt, & quaſi pre-
tium libertatis, vel vitæ ab eis accipiunt,
ſi hoc in locis publicis, & cum alijs quali-
tatibus traditis perpetrent, Dian. *d. reſol.*
15 *in fine*, Bene *dubit.*15. vbi alij. De fa-
moſo latrone nonnulla diximus *hoc lib.*
*cap.*9 *n.*77.78.

Ibi: *Quaſi ſecundùm eos ſimplices fures.*

Fures alios præter latrones publicos 143
immunitate non eſſe de iure priuandos
probant Bene *d. cap.*16 *dubit.*24.*n.*1. Mar.
Ital. *lib.*1.*c.*5.*§.*1.*n.*1. Bonacin. *d. §.*6.*n.*4.
Dian. *part* 6. *tract.* 1. *reſolut.*9. vbi de fu-
rante in Eccleſia, idem ſentit. Decian. *nu.*
4. Clar. *nu.*14 Farinac. *q.*28.*nu.*51. Guaz-
zin. *cap.*37.*nu.*57. Paz *nu.*71. Ant. Gom.
*vbi proximè*, qui duo limitant, ſi fur tria
commiſerit furta, ex quo famoſus fur ef-
ficitur. Sed hæc limitatio eſt contra d. Bul-
lam Gregorianam, & mentem DD. qui
exigunt, vt furta fiant violenter, & in vijs
publicis.

Ibi: *Conſuetudo tamen conſenſu Clericorum.*

De hac conſuetudine extrahendi ab 144
Eccleſijs ſimplices fures teſtatur eandem
approbantes Suar. *d. nu.*4. Bouadill. *n.*22.
Iul. Clar. *vbi nuper*, Paz *nu.*70. Sarp. *cap.*
5 *fol.*51. Filliuc. *tract.*15.*cap.*6.*quæſ.*5.*n.*
152. Farinac. *d. q.*28.*n.*51. Bonacin. *d. nu.*
4 *in fin.* Cur. Philip. *d. §.*12.*nu.*41. Guaz-
zin. *ſup.* Pellizzar. *d. cap.*5.*num.*3.

Eam vero conſuetudinem damnant 145
ſentientes non poſſe aduerſus immunita-
tem Eccleſiaſticam introduci, Dian. *d. re-*
*ſolut.*9. Decian. *vbi proximè* Mar. Italia *n.*
2. Farinac. mutans ſententiam, *de immun.*
*cap.*6.*num.*94. Pellizzar. *ſup. tom.*2.*tract.*
8.*cap.*5.*nu.*3.10. Tuſch. *lit. E. conc.*10.*nu.*
23. Bene *num.*5. qui tamen ſubdit, quod
ſi conſuetudo poſt Bullam Gregor. XIIII.
legitimè alicubi præſcripta ſit, ſuſtineri
debet, nam omnes ante illam ſunt per
Pontificem abrogatæ. Sed adhuc poſt eã
conſtitutionem in Hiſpania eadem viget
conſuetudo, vt teſtantur, qui poſt ipſam
ſcripſere, & ita in vſu eſt, cum Bulla Gre-
goriana recepta non ſit, vt dixi *ſup. num.*
33.

Ex eadem Bulla reis læſæ Maieſtatis in 146
perſonam Principis ius immunitatis Ec-
cleſiæ non competit, vt notãt Bene *d. cap.*
16.*dubit.*23.*num.*1. Dian. *part* 6. *tract.* 1.
*reſolut.*18.*verſ. Sed ceſſat*, Guazzin. *d. de-*
*fenſ.*1.*cap.*38.*n.*31.*verſ. Sed hodiè tollitur*,
Bonac. *§.*11.*nu.*1. Ambroſin. *ſup. cap.*9.
Peregrin. *cap.*9. Franc. Silui. *in ſuis var. re-*
*ſo-*



*lutionib. verb. immunitas, num.*108. Cir-
ca quam exceptionem plures examinan-
tur quæſtiones, de quibus latè Bene, Dian.
Bonacin. *vbi nuper.* Olim vero res erat
controuerſa, non paucis ſentientibus, ta-
les reos immunitate gaudere, vt Gutier.
*d. lib.*3.*q.*4.*n.*17. Villagut. *de extenſ. leg.*
*cap. fin. num.*5. Scortia *theorem.*387. Boſ-
ſi. *in prax. tit. de captur. numer.*32. Caſtr.
Palao, *d. diſp. vnic. punct.*10. *numer.*42.
Alijs pluribus contra tenentibus: ſcilicet
Gigas *crimin. læſ. Maieſtat. lib.*3.*tit. de plu-*
*rib. & diuerſ. quæſtion. q.*93.*per tot.* Clar.
*d. q.*30.*num.*10.*in fine*, Bouadill. *num.*55.
Decian. *d. cap.*28.*num.*23. Cur. Philip. *nu.*
28. Quæ ſententia expreſſè approbatur
præfata conſtitutione quoad delinquen-
tes in perſonam Principis, ſed quoad
alios reos læſæ Maieſtatis reprobatur ta-
citè, vt ſentiant Bonacin. Bene, & Dian.
qui ſic eã intelligunt, vt nec occidens Car-
dinales, Reginam, filios Principis, eiuſque
ſupremos Miniſtros, vt Proreges, aut Con-
ſiliarios immunitate priuentur. De quo
alij apud ipſos diuerſimodè opinantur, &
meritò poteſt dubitari.

147 Vltra caſus in eadem Bulla exceptos alij
recenſentur, in quibus reus immunitate
Eccleſiaſtica non defenditur, quos cõge-
runt Gonni *ſup. fallent.*1.*cum ſeqq.* Clar.
*d. q.*30. Bouadill. *ſup. cap.*14. Paz *d. cap.*3.
*§.*3. Villadieg. *in Politic. cap.*3. Guazzin. *d.*
*cap.*38. Cur. Philip. *to.*1.*part*3.*§.*12. Petr.
Sarp. *de Aſylor. immunit. cap.*5. Quos ta-
men communiter Theologi reijciunt, vt
videre eſt apud Bene *dubit.*24.*per tot.*
Dian. *p.*1.*tract.*1.*& p.*6.*tr.*1. qui tenent,
nullum facinus etiam deterius in Bulla ex-
preſsis excipi poſſe, ne reus immunitatẽ
obtineat, quia Gregor. XIIII. qui plures
caſus excepit quàm ius commune Cano-
nicum, vſus eſt taxatiua. *Tantùm*, per quã
extenſio excluſa eſt, maximè cum de im-
munitate, & fauore Eccleſiæ tractetur, cui
ſententiæ etiam iuxta *cap. inter alia, de im-*
*munit. Eccleſ.* ſubſcribunt ſe Bouadill. *nu.*
22. Clar. *n.*10. Montalu. *in l.*4.*tit.*11.*p.*1.
Farinac. *de immunit. cap.*22.*n.*353. Char-
tar. *deciſ. crimin.*9. Gutier. *d. q.*4.*nu.*12. &
alij, quos refert Bouadill. *ſup. lit. M.* qui
aſſerunt, non eſſe leges ciuiles obſeruan-
das, quæ iubent, ne immunitas ſuffrage-
tur raptoribus virginum, adulteris, & ho-
micidis, vt *in Authent. de mandat. Prin-*
*cip. §. Nec autem homicidis*, quia iuri Ca-
nonico ſtandum eſt, & iſtam opinionem
amplectuntur quam plurimi, quos lau-
dant Bene *d. dubit.*24.*ſect.*1.*n.*3. & Dian.
*part.*6.*tract.*1. *reſol.*25.*verſ. Secundò pro-*
*batur*, iuxta quam extenſio admittenda
non eſt in hac materia ex identitate, vel
maioritate rationis.

Contrarium verò affirmant D. Couar. 148
*hoc cap. n.*7.8. Gũbacurt. *lib.*5.*cap.*18. Por-
tell. *in dubijs Regular. verb. Eccl. ſiue immu-*
*nitas, nu.*15. Curtell. *ſup. lib.*1.*q.*2.*&* 21.
Sarp. *cap.*5.*fol.*55. Decian. *d. cap.*28.*n.*20.
Pet. Greg. *d. cap.*22.*n.*1.*verſ. Sed & tertiò*,
de quo *ſup. n.*36. Sed cum magis com mu-
niter oppoſitum teneatur, niſi conſuetu-
dine aliud obtinuerit, prior opinio ample-
ctenda eſt, vt poſt Innocentium reſoluit
Bouadill. *nu.*22. *in fine*, qua caſus excepti
per DD. vltra expreſſos in Bulla, admitti
poſſunt, vt in eis immunitatis auxilio nõ
ſit locus. Alioqui in arbitrio iudicũ eſſet
immunitas Eccleſiaſtica, ſi poſſent ecnoni
cam ſanctionem ad caſus ſimiles, vel atro-
ciores extendere, quoniã qui caſus ſimilis
dicatur eſt in iudicis arbitrio, vt docet
Menoch. *de arbitr. lib.*2. *caſ.*84.*num.*7.

Num. 14.

Illi, qui ad Eccleſiam propter æs alienum 149
confugiunt, immunitate non defendũtur
ſecundũ Curtell. *lib.*1.*q.*32.*à n.*26. Ceual.
*in tract. de cognit. per viam violent. p.*2.*q.*5.
*n.*16. Bouadill. *ſup. n.*66. Ant. Gom. *in l.*79
*Taur. n.*5. Parlad. *quotidianar. lib.*2.*cap. fin.*
*§.*6.*n.*2. Olan. *in antinom. iur. verb. Fugiens*
*nu.*104. Et alios præſertim Hiſpanos, qui
mouentur ex *l. fin. tit.*2.*lib.*1. *Recopil.* vbi
ita diſponitur, & declaratur debitores nõ
gaudere immunitate, quod etiam videtur
deciſum per Clement. VIII. qui per Bullas
quaſdam præcepit, ne debitores fugitiuos
ad Eccleſias Prælati admitterẽt, vt immu-
nitate gauderent, vt refert Dian. *part.*3.
*tract.*1.*reſol.*40. Bene *dubit.*11.*ſect.*6.*nu.*
11. & in Gallia ita lege Regia conſtitutũ eſ-
ſe teſtatur Pet. Greg. *n.*2. Nihilominus cõ-
trarium eſt verius, vt paulo inferius *n.*153
cum D. Couar. probabimus, nam ad l. Re-
giam (præterquã quod dubium valde ſit,
an poſſet immunitati Eccleſiaſticæ ali-
quid per illam detrahi) reſponderi poteſt,
non eſſe in Hiſpania vſu receptã in debito-
re ſimplice, ſed in fraudulento, vt teſtatur
Bouadill. *nu.*68. Ad alterum fundamentũ
aſſerendum eſt cum Diana eas Bullas miſ-
ſas fuiſſe ad Archiepiſcopum Bononienſem,
&

& Nuncium Neapolitanum vltra quorum territoria vim non obtinent aduerſus ius commune.

Ibi: *His ſuffragatur, maximè in his Hiſpaniarum Regnis.*

150 Hoc nihil ad rem, vt Immunitas debitoribus denegetur, vt obſeruant Nauar. *in Manual. cap. 25. n. 19.* Paz *d. §. 3. nu. 153.* vbi alij, Decian. *d. cap. 28. nu. 34.* Sed de eo in Hiſpania curandum non eſt, quoniam debitores creditoribus minimè traduntur, & leges illud præcipientes in deſuetudinem abiere, obſeruaui *ſup. hoc lib. cap. 1. n. 40.*

Ibi: *Cum ſeruus fugiens ad Eccleſiam.*

151 Paritas negatur, quia ſeruus à domino fugiens ſui ipſius furtum committit, *l. 1. C. de ſeru. fugitiu.* qui non extrahitur ad pœnam; ſed vt debitum iuxta ſuam cõditionem miniſterium exhibeat, etſi ipſum Eccleſia tueretur contra dominum peccatũ foueret. Debitor verò non peccat confugiens, ne carceribus mancipetur, aut creditori quaſi ſeruus tradatur, vbi de eo viget ſtatutum, quoniam pœnale eſt, cũ homo liber ſeruire inuitus compellatur, maximè ſi cũ dedecore fiat, vt in Hiſpania, vbi ſignum miſerandi ſtatus ad collum geſtabat torquem ſcilicet ferreum, dixi *hoc lib. cap. 1. n. 39.* Hunc igitur Eccleſia defendit, ne pœnam quaſi ſeruitutis ſuſtineat, cum aliunde poſſit acquirere, vt creditoribus ſatisfaciat. Quibus, etſi aliter explicent conſentiunt Bene *dubit. 11. ſect. 3.* & alij infra *num. 153.*

152 Illud compertum eſt, quòd ſeruus ad Eccleſiam confugiens non propter iudicem, ſed ob domini ſeueritatem, ſeu ſæuitiam, præſtito iuramento aut ſufficienti cautione arbitrio Prælati de impunitate ſerui ſecundũ delicti qualitatẽ, eſt domino tradendus etiam inuitus, quod ſi cauere nequeat, aut nolit, vẽdere mancipium compellitur, de quo *in cap. inter alia de immunit. Eccleſiar. l. præſenti, §. fin. C. de his, q. ad Eccleſ. l. 3. tit. 11. p. 1. §. Sed hoc tẽpore Inſt. de his q. ſui, vel alien. iur. ſunt.* Bene *dubit. 10. ſect. 13. per tot.* Farinac. *de immunit. cap. 4. n. 76.* Suar. *d. lib. 3. cap. 10. nu. 2.* Decian. *lib. 6. cap. 26. n. 9.* Germon. *lib. 3. cap. 16. n. 55.* Gutier. *practicar. lib. 1. cap. 1. nu. 3. 18.* Bouadill. *n. 72.* Guazzin. *cap. 38. n. 27. 28.* & omnes communiter. Quod ſi ſeruus crimen perpetret publica coercitione dignũ tutus eſt in Eccleſia, nec domino debet reſtitui, vt notant Bene *vbi proximè*, Paz *nu. 162.* Greg. Lop. *in l. 3. Gloſ. 1. tit. 11. p. 1.* & alij.

Verſ. *Sed profectò.*

Debitor onere æris alieni grauatus ad 153
Sacrum aſylum conuolans eiuſdẽ gaudet Immunitate, Suar. *cap. 11. nu. 3.* Farinac. *d. q. 28. n. 31. & de immunit. cap. 3. n. 57.* Paz *à n. 150.* Laym. *d. tract. 9. cap. 3. n. 5.* Guazzin. *cap. 37. n. 47.* Azor *p. 2. lib. 9. c. 9. quæſ. 9.* Decian. *cap. 28. n. 34.* Germon. *n. 8. cum ſeqq.* Dian. *p. 1. tract. 1. reſol. 32. ad fin.* Cur. Philip. *n. 42.* Portell. *ſup. n. 14.* Turch. *lit. E conc. 11. n. 3.* Genuenſ. *in prax. cap. 22. n. 1. 9.* Bene *dubit. 11. ſect. 1. & 2.* Quorum plerique id verum putant, etſi ſtatutum exiſtat, vt debitor ſeruire creditoribus teneatur, vt Bene *ſect. 3.* Decian. Dian. Paz, & alij *ſup.* Imò idem erit in debitore de fuga ſuſpecto, Germon. *ſup.* Bene *ſect. 4.* Farinac. *d. cap. 3. n. 60.* Suar. Dian. *ſup.* Guazz. *n. 53.* & alij. Quod colligitur ex *l. 3. tit. 11. p. 1.*

Ibi: *Etiamſi debitor fugiens ad Eccleſiam.*

Debitor etiam obnoxius tributis Re- 154
galibus, vel publicis confugiens ad Eccleſiam, extrahi non poteſt. Suar. *vbi proximè*, Farinac. *q. 28. n. 31. & de immunit. cap. 3. n. 51.* Dian. *d. reſol. 32. in fin.* Ambroſin. *ſup. cap. 13. n. 2.* Guazzin. *cap. 38. n. 46.* Bouadill. *n. 70.* Layman. *vbi proximè.* Paz *n. 155.* Gonni *d. fallent. 27.* Greg. Lop. *in l. 2. Gloſ. 2. tit. 11. p. 1.* Bene *ſect. 5. qui nu. 1.* refert Gambacur. Curtel & Pet. Greg contra docentes, & vide eundem Bene *dubit. 24. ſect. 19. num. 1.*

Quæ omnia ſunt limitanda, quando 155
debitor occultat bona, vt creditores ſuos fraudet, nam extrahi debet, alioqui Eccleſia patrocinaretur delictis, fieretque ſpelunca latronum, vt rectè ſentiunt Cur. Philip. *vbi proximè*, latè Gutier. *practicar. lib. 1. cap. 1. à num. 13.* Hic enim confugiens ad Eccleſiam nihil aliud intendit, niſi aliena vſurpare, atque ita, abvtitur loci ſanctitate, cuius immunitas non ſuffragatur eis, qui, vt peccent, Sacra aſyla petunt. Quapropter tradi poterit accepta de impunitate cautione, vt carceri mancipetur, quo compellatur occultata bona exhibere, ex quibus ſatisfiat creditoribus.

Verſ.



Verſ. *Nec Iaſonis argumentum ſufficiens eſt.*

De hoc vide laudatos *num. 153.* quorum plures ſimiliter Iaſonis argumento reſpondent.

Ibi: *Poſſet fortaſſè Iaſonis.*

156 Quæſtionis eſt, vtrùm mercatores, vel campſores decocti Immunitate gaudeant Eccleſiaſtica, etiamſi fraudulenter ſe geſſerint ex alieno opulenter, ac luxurioſè viuentes? Negant Gambacurt. *de immunitat. lib. 4. cap. 15.* Decian. *dict. numer. 34. circa finem*, Farinac. *dict. quæſt. 28. num. 33.* Bouadill. *num. 68. 71.* Rodrig. *in ſumm. tom. 7. cap. 154. num. 1.* Guazzin. *cap. 47.* & alij non pauci quos recenſet Bene *ſect. 6. num. 1.* Pro quibus facit, quod Pius V. in quadam ſua conſtitutione hos falitos publicis latronibus æquiparat, idem habetur *in l. 2. & 6. tit. 19. lib. 5. Recopilat.* & notat alios laudans Bouadill. *num. 71. & d. l. fin. tit. 2. lib. 1. Recopil.* ad rem conducit.

157 Contrarium verò etiam communiter ſuſtinent Suarez *dict. num. 3.* Farinac. ſententiam mutans *de immunitat. cap. 3. numer. 64.* Nauarr. *in manual cap. 25. num. 19.* Bene *dict. ſect. 6. per tot.* Amoroſin. *numer. 4.* Gratian. *diſceptat. foren. cap. 380. numer. 29.* Nouar. *in ſumm. Bullar. tit. de immunitat. Eccleſiaſ. num. 28.* Dian. *dict. reſolut. 32.* Girond. *de priuileg. interpret. cap. 23. numer. 1035.* Cherubin. *in compend. Bullar. tom. 2. conſtitut. 117. Pij V. ſchol. 2.* Correa *ſuprà, part. 3. quæſt. 12. n. 12.* Sanchez *conſil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 2. dub. 8. num. 24.* & alij apud Bene *num. 8.*

158 Sed hæ opiniones facilè conciliantur ex dictis *ſuprà numer. 155.* Aliud eſt enim dolum admiſiſſe campſorem, aut mercatorem recipiendo, & diſſipando aliena, cum ſciret, ſe futurum non eſſe ſoluendo, & aliud bona, quæ decoctus habet abſcondere, hic latro publicus cenſetur, quare immunitate iuuandus non eſt, dum creditoribus ſuis, cum poſſit, ſatisfacere renuit. Ille verò, id eſt, qui bona non occultat, etſi antecedenter aliena vſurpauerit, cum ad Eccleſiam confugit, iam à delicto ceſſauit, ſolũmque intendit perſonam à vexationibus, & carcere liberare, nec latro publicus habetur, quæ diſtinctio planè probatur *in l. 6. titul. 19. lib. 5. Recopilation.* & traditur per Gutierrez, & Cur. Philipp. *loc. citat. ſuprà, numer. 155.* qui in ſpecie loquuntur. Imò plerique ex illis, qui docent mercatores fallitos non eſſe Immunitate tuendos, expreſſim loquuntur de eis, qui ſecum portant bona, aut aliàs eadem occultant, etſi alij, quibus D. Couar. aſſentire videtur abſolutè doceãt, hos qui non fortunæ caſu, ſed dolo, & luxurioſè viuendo ad decoctionem peruenerunt, extrahi ab Eccleſia poſſe.

Quomodocunque tamen ſit, quoties 159
aliquis ob æs alienum tradendus eſt iudici ſeculari, præcedere debet cautio de impunitate, non enim euellitur ad puntionem delicti, propter quam non extraheretur, ſed vt carceris ærumnis, aliiſque legitimis medijs compellatur bona manifeſtare, ex quibus creditoribus ſatiſfiat, ſic cauetur *in l. fin. tit. 2. lib. 1. Recopil.* vbi de abſcondentibus bona agitur, & praxi receptum ex decreto Supremi Conſilij teſtatur D. Couarr. *verſ. Proximo ſequenti*, nam vt rectè ait Bene *d. ſect. 6. à n. 4.* illi non ſunt propriè publici latrones, vt quaſi tales immunitate priuentur, ſed illis comparantur, quod non ſufficit ad ampliandas pœnas in præiudicium huiuſmodi priuilegij Eccleſiarum.

Verſ. *Nec tamen me latet.*

Videas *proximè* tradita.

Ibi: *Idem ad iudices Eccleſiaſticos.*

Hoc decretum in noua legum compilatione eſt *l. fin. tit. 2. lib. 1.*

Idem, quod de debitoribus, dicen- 160
dum eſt de obligatis ad ratiocinia ratione publicæ, vel priuatæ adminiſtrationis, qui ſi bona, & libros rationum exhibeãt, extrahi ab Eccleſia non poterunt, de quo Farin. *de immunit. cap. 3. nu. 63.* Bene *dubit. 11. ſect. 6. nu. 9. 10. & dubit. 24. ſect. 19. num. 4. cum ſeqq.* Nauarr. *dict. c. 25. n. 19.* Decian. *ſup. cap. 28. n. 26.* Dian. *part. 6. tract. 1. reſ. 20. in fi.* Paz *n. 158.* Cur. Philip. *n. 43.* Quanquam eos Immunitate iuuari abſolutè dicant Curtell. *vbi proximè, q. 32.* Gonni *fallent. 37. n. 107.* vbi alij. Sed priorem ſuſtinendo non refragatur, *cap. Vxor 17. q. 4.* quod loquitur de ſeruo, qui cum reddere rationes teneretur, ad Eccleſiam confugit, qui iubetur domino reſtitui, quemadmodum de iure, etiam ſecluſa obligatione reddendarum rationum, fieri debet, vt ſupra dicebamus: ſecùs autem in homine libero dicen-

Ii dum

dum eſt, niſi bona, vel libros ſubtrahat, vt aduotant Paz, & Cur. Philipp.

Num 15.

161 Eſt præmittendum, quod Dom. Couarruu. in præſenti loquitur iuxta Ius antiquum ante *Bullam* Gregor. XIIII. quo tempore *ex cap. fin. de immunitat. Eccleſiar.* communis reſolutio erat, quod licet in dicto textu ſolùm mentio fiat de homicidio, & membrorum mutilatione in Eccleſia facta, vt propter ea reus extrahi poſſet, tamen ex generalitate verborum colligebatur, ea delicta vt exemplum expreſſa fuiſſe, non vt cætera excluderentur, atque ita omne crimen ſaltim graue in loco ſacro perpetratum delinquentem immunitate reddebat indignum, vt docent Suar. *d. cap.* 11. *num* 6. Gonni *fallent.* 3. *n.* 5. *fol.* 97. vbi alij Clar. *d. q.* 30. *nu.* 15. Petr. Gregor. *ſyntagmat. iur. lib.* 33. *ca.* 22. *nu* 6. Nauarr. *ſuprà, num.* 20. Paz *nu.* 73. *cum ſeqq.* Decian. *ſup. num* 5. Azeued. *in l.* 3. *num.* 24. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recopil* Gregor. Lop. *in l.* 4. *gloſ* 5. *tit.* 11. *part.* 1. Reginal. *in prax. tom* 1. *lib.* 9. *cap.* 26. *num.* 38. Gutierr. *lib.* 3. *practicar. q.* 1. *num.* 17. Sarp. *cap.* 5. *fol.* 43. Portel. *ſup. num.* 15. Villadieg. *d. c.* 3. *n* 206. Curt. *li.* 1. *q.* 1. Zipæus *in Iur. nouo Canon. lib.* 3. *de immunit. Eccleſ. n.* 10. Cur. Philip. *n.* 20. Bouad. *n.* 32. Anton. Gom. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 2. *verſ. Tertius caſus.*

162 At Neoterici maximè Theologi, qui poſt præfatam Bullam ſcripſere exiſtimant, hodiè ſolùm extrahi poſſe ab Eccleſia, qui hominem occiderint, aut membro aliquo mutilauerint; quoniam in ea conſtitutione horum delictorum mentio tantum fuit, in qua Pontifex vſus eſt taxatiua: *Tantum*, per quam omnes caſus alios excluſit, ſic corrigens, vel declarans *d. cap. vltim.* quod ſecundùm communem intellectum omnia criminaſimilia, vel grauiora expreſsis comprehendebat, & quod dicta conſtitutio, tam conſuetudines aduerſus Eccleſiaſticam immunitatem, quàm Ius commune, quatenùs ibi ſtatutis contrarium eſt, abroget, ex pluribus probat Dian. *part.* 1. *tractat.* 1. *reſolut.* 1. vbi & aduerſariorum non obliuiſcitur. Ita docent idem Diana *ſuprà reſolut.* 2. Farinac. *de immunitat. ſententiam retractans, cap.* 16. *numer.* 208. Bene *dubitat.* 19. *ſect.* 1. *à num.* 9. Gratian. *diſceptat. cap.* 380. *numer.* 29. Bonacin. *dict. punct.* 16. §. 7. *num.* 11. *verſcul. Sed mihi* Boer. *deciſ.* 109 *num.* 3. Peregrin. *ſuprà, cap.* 6. *num.* 23. *& cap.* 12. *num.* 15. Genuenſ. *in prax. cap.* 22 *num.* 8. Megal. *in* 3. *part. lib.* 4. *cap* 2. *quæſt.* 1. *num.* 5. Scortia *dict. Theoremat.* 385. Guazzin. *ſuprà cap.* 38 *num.* 11. Atque ita fuiſſe declaratum *por Sacram Congregationem immunitatis die* 18. *Martij anno* 1631. teſtis eſt oculatus Barboſa *in collectan. Bullar. verb. immunitas*, de eo, qui in Eccleſia furtum admiſit. Quam ſententiam magis congruere menti Pontificis in præfata Bulla veroſimilius eſt. *Prior* tamen (quam poſt eandem conſtitutionem probant vltrà *Bouadill.* Zipæ. *ſuprà*, Gambacurt. *de immunitat. lib.* 2. *cap.* 18. Tanner. *in* 2. 2. *diſputat.* 5. *quæſt.* 8. *dub.* 1. *nume.* 16) vſu magis recepta eſt ſaltim apud nos, nam in Eccleſia delinquentes ab ipſa extrahuntur regulariter, nec mirum eſt, cum in Hiſpania *Bullam* Gregorianam vſu receptam non eſſe, conſtet.

Hinc eſt, vt licet adulter immunitate 163
gaudeat, vt alibi dictum eſt, ſi in Eccleſia tale crimen fuerit perpetratum, reus ad punitionem à locis ſacris euellitur, Paz *numer* 85. vbi alij, Cur. *Philipp. numer* 19 qui idem dicunt de raptore virginum, vel extrahente à Monaſterio Monialem, cum in loco ſacro delinquat.

Verſ. *Viceſimoſecundò.*

Quæſtionis eſt, vtrùm delinquens in 164
Eccleſia non ex propoſito, nec animo obtinendi Immunitatem; ſed ſubitò orta rixa, vel oblata occaſione, ſit ab ipſa euellendus? Negant Azor *inſtit. moral part.* 2. *lib.* 9. *cap* 9 *quæſt.* 9. Gutierr. *d. lib.* 3. *pract. quæſt.* 1. *numer* 8. *cum ſeqq.* Tuſch *lit. E. concluſion.* 11. *numer.* 13. 14. Farinac *de immunitat. cap* 16. *numer.* 238. Dian. *par.* 1. *tractat.* 1. *reſolut* 11. Azeued. *vbi proximè*, Nouar. *ſuprà. numer.* 58 Seſſe *deciſion.* 141. *numer* 8. Zambell. *in repertor. moral. verb. Eccleſia quoad eius immunitat. numer.* 13. Menoch. *de præſumpt. libr.* 5. *præſumpt.* 10. *numer.* 10. Spetell. *deciſ.* 59. *numer.* 36. Mar. Italia *de immunitat. lib.* 6. *c.* 5. § 3. *nu.* 1. Guaz. *c* 38 *n.* 14. *in fin.* Cur. Philip. *n.* 20 Greg. Lop *in l.* 4. *gl ſ* 6. *tit.* 11 *par.* 1. & ita Romæ fuiſſe deciſum *anno* 1539. circa homicidium in Eccleſiæ Sancti



Sancti Ioannis Lateranenſis caſu patratum refert Dian. *part.* 6. *tractat.* 1. *reſolt.* 7. *verſicul. Sed quid dicendum*; quod etiam comprobatur *ex l.* 3 *titul.* 2. *lib.* 1. *Recopilation. l.* 4. *titul.* 11. *part.* 1. ibi: *Enſuziandoſe de ampararſe en ella.* Ac de iure verius videtur attenta deciſione *cap. fin. de immunitat. Eccleſiar.* ex qua colligitur, præcipuam, finalemque rationem eius fuiſſe, ne delinquendi occaſionem homines arriperent ex ſecuritate immunitatis Eccleſiæ ſi in ipſa delinquerent, cæteræ verò rationes ad comprobationem adducuntur, atque ita, deficiente cauſa finali, ceſſare debet diſpoſitio, vt dixi *lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 41. Sic Gutierr. *num.* 12. & alij.

165 Nihilominùs affirmant cum Domin. Couarruu. eos Immunitate indignos eſſe, qui in Eccleſia, cœmeteriovè deliquerint quomodolibet etiam ex tempore, & non præmeditato conſilio; Suarez *dict. cap.* 11. *numer.* 6. *in fin.* Nauarr. *ſup. d. cap.* 25. *numer.* 20. Bene *dubitat.* 19. *ſect.* 4 vbi probat Bouadill. *num.* 26. Farinac. ſibi contrarius *quæſt.* 28. *num.* 54. Peregrin. *cap.* 6. *num.* 5. Clar. *dict. quæſt.* 30. *num.* 15. Layman. *dict. cap.* 3. *numer.* 6. Paz. *num.* 78. Gambacurt. *lib.* 5. *cap.* 23 Decian. *vbi proximè, columm.* 2. Lezan. *verb immunitas, num.* 11. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 104. Bonacin. §. 7. *numer.* 1. *verſic. Amplia tertiò.* Anaſtaſ. Germon. *ſuprà, lib.* 3. *cap.* 16 *numer.* 79. Curtell. *quæſt.* 11. Pellizzar. *numer.* 12. Quæ opinio præter probabilitatem, quam habet, vt conſtat ex adductis per Bene *ſuprà*, eſt vſu comprobata, vt teſtantur idem Bene, Clar. Paz. Suar. & alij.

166 Illud omittendum non eſt, quòd ſi prior opinio eſſet practicanda, ipſi homicidæ incumbit onus probandi incontinenti, homicidium fuiſſe ſubitò perpetratum vel aliud quodlibet delictum, quoniam præſumptio eſt contra ipſum, quòd ex propoſito, & ſpe immunitatis deliquerit, vt obſeruant Bene, Farinac. *d. cap.* 15. *num.* 241. Gutierrez, Bouadill. Azor, Azeued. & alij, *vbi proximè.* facit, *l.* 1. *tit.* 25. *lib.* 8. *Recop.*

Verſ. *Viceſimotertiò.*

167 Qui in Eccleſia perpetrat crimen, propter quod indignus immunitate iudicatur, nedùm in ipſa, quam immediatè offendit, ſed nec in vlla alia tutus erit, Germon. *num* 80. *Bene dict. dubit.* 19. *ſect.* 1. *nu.* 15. Decian. *num.* 8 Sanchez *conſil. mor. tom.* 2. *lib* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 16. Farinac. *dict. quæſt* 28. *num.* 59. *& dict. cap.* 16 *num.* 219 Azor *vbi proximè*, Clar. *dict. num.* 15 *verſ. Sed quid ſi aliquis*, Ambroſin. *cap.* 5 *num.* 3. Scort. *ſuprà*, Guazzin. *num.* 17. Bonacin. *verſic. Amplia primò*, Tuſch. *num.* 11. Filliuc. *tract.* 15. *cap.* 6. *quæſt.* 8. *num.* 152. *Paz num.* 79. Ratio eſt quoniam Eccleſia, cui priuilegium conceſſum eſt, & iniuria fit, vnica eſt per totum orbem terrarum difuſa, vt Decian. Bonacin. & alij ferè omnes aduertunt, & habetur *in cap. loquitur* 18. 24. *q.* 1.

Verſ. *Viceſimoquartò.*

Quoties quis in Eccleſia deliquit, 168
ſi nondum punitus fuerit, poterit extrahi ab eadem pro quocunque crimine, etiamſi propter illud immunitate priuari non deberet. Ratio eſt, quoniam fruſtra auxilium Eccleſiæ implorat quomodolibet, qui in ipſam deliquit, Ambroſin. *cap.* 5. *num.* 10. Tuſch. *ſup.* Peregrin. *de immunitat. cap.* 6. *num.* 20. Sarp. *dict. cap.* 5. *fol.* 60. Clar. *vbi proximè.* Sed contrarium eſt verius, ac tenendum cum D. Couarruu. in præſenti: ſcilicet quòd committens delictum exceptum, quia in Eccleſia patratum, vel aliàs, non poteſt euelli ab illa pro alijs criminibus non exceptis, quòd ſi iudex competens procedat aduerſus reum pro delicto excepto, rectè extrahet delinquentem, ac puniet pro non excepto, quia cum extractio ſit licita, eum, quem extra Eccleſiam inuenit, iure plectit pro quolibet exceſſu. Ita Decian. *dict. cap.* 28. *num.* 9. Bene *dubit.* 19. *ſect.* 10 *num.* 1. 2. *& dubit.* 24. *ſect.* 22. *per tot.* Guazzin. *num.* 16. Dian. *part.* 6. *tractat.* 1. *reſolut.* 26. *verſ. vltim.* Farinac. *dict. quæſt.* 28. *num.* 67. *in fin. & de immunitat. dict. cap.* 16. *num.* 222. Caſtro Palao *tom.* 2. *tractat.* 11. *diſputat. vnic. punct.* 10. *num.* 12. Gutierr. *dict. quæſt.* 1. *num.* 18. Ioan. Viſchis *tract. de immunitat. Eccleſiæ, num.* 64. Gonni *eod. tract. fallent.* 11 *num.* 2. *fol.* 96. Bonacin. *ſup. nu.* 9. Rationem hic reddit, quoniam verba ſunt formaliter accipienda, & ſic pro ipſo delicto in Eccleſia commiſſo extrahi poſſe; nõ pro alijs, & hæc vera ſunt, tàm de delinquente in Eccleſia, quàm aliàs delictum exceptũ admittente; de quo Bene *d. ſect.* 22.



Verſ.

*Verſ. Viceſimoquintò.*

169 Delictum leue in Eccleſia commiſſum non priuat immunitate delinquentem, quod planè deducitur *ex dict. cap. fin. de immunitat. Eccleſiar.* necnon ex Bulla Gregoriana, vbi excipitur homicida, vel membrorum mutilator, quæ licet exprimantur in exemplum, & non taxatiuè, vt volunt laudati *ſuprà, numer.* 161. tamen vt alia delicta cenſeantur excepta, debent eſſe grauiora, aut ſaltim expreſsis ſimilia ſecundum notata per DD. *in cap. qui ad agendum 4. §. 1. de procurator. in 6.* & per me *lib. 1. cap. 6. num.* 21. quapropter mutilatione leuius crimen in Eccleſia admiſſum non efficiet, vt delinquens extrahi poſsit, vt obſeruat Bouadill. *nu.* 33. vltra quem ita docuere Decian. *dict. num. 9. in fin.* Chartar. *criminal. deciſ. 74. numer.* 6. Dian. *part. 6. tractat. 1. reſolut. 7. verſicul. Neque obſtat rationem*, Farinac. *dict. quæſt. 28. numer.* 63. Villalob. *in ſumm. tom. 2. tractat. 39. difficult. 5. numer.* 6. Guazzin. *dict. cap. 38. numer. 12. in fin.* Suarez *vbi ſuprà*, Paz *numer.* 81. Peregrin. *cap. 6. numer.* 29. Cur. Philipp. *num.* 20. Fagundez *ſuprà, part. 2. lib. 4. cap. 4. numer.* 48. Gonni *fallent. 3. in fin. fol.* 97. Sanchez *conſilior. moral. dict. cap. 1. dub. 8. num.* 15. Benè *dub. 19. ſect. 1. num.* 17. 18. Quæ ſint grauia, vel leuia crimina iudicis arbitrio relinquitur, Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 266. num.* 2.

170 Hinc dubitatur, an immunitate priuetur, qui abſque alicuius membri mutilatione vulnerat in Eccleſia cum abundanti ſanguinis effuſione, ex quo mors non ſequatur? Affirmat Tuſch. *lit. E. concluſ.* 59. Mar. Italia *lib. 1. cap. 5. §. 3. numer.* 18. Oppoſitum tenent Bonacin. *dict. §. 7. num.* 7. Dian. *part. 6. tractat. 1. reſolut. 7. verſicul. Vnde ex his ſequitur*, Farinac. *dict. cap. 16. num.* 227. 249. Caſtr. Palao *dict. diſput. vnic. punct. 6. numer.* 10. Chartar. *ſuprà*, Benè *dict. dub. 19. ſect. 2. à princip.* Boer. *deciſion. 109. num.* 3. & alij, quæ opinio comprobata eſt per *Sacram Congregationem Epiſcoporum die 16. Nouemb.* 1618. quæ declarauit, cum immunitate gaudere, qui in Eccleſia alterum in facie vulnerauit, vt teſtatur Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſi. lib. 2. cap. 3. num.* 13. & planè procedit ſecundùm eos, quibus placet, ſolum propter homicidium, & mutilationem in Eccleſia delinquentem carere immunitate, qui recenſentur *ſuprà, numer.* 162 At qui contra opinantur relati *ſuprà, numer. 161. 162. in fin.* cum omnia grauia delicta in loco ſacro commiſſa excepta ſentiant, conſequenter de vulnere æſtimabunt, ſi iudicis arbitrio graue delictum iudicetur ex circunſtantijs, veluti ex animo percutientis, ſi occidere voluerit, ex perſona vulnerati, ac ex vulneris qualitate.

*Verſ. Viceſimoſextò.*

171 Qui ex propoſito iuxta Eccleſiam delinquit ſpe ad ipſam confugiendi, immunitate minimè defenditur, Sanchez *dict. cap. 1. dub. 8. num.* 20. Farinac. *quæſt. 28. num. 57. & d. cap. 16. nu.* 210. Marth. *de iuriſdict. part. 2. cap. 51. numer.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 10. numer.* 12. Gambacurt. *lib. 5. cap.* 19. Villadieg. *ſuprà, num.* 206. Ambroſin. *cap. 5. numer.* 4. Barboſ. *ſuprà, numer.* 109. Gonni *falleñt. 25. fol.* 103. Curtell. *lib. 1. quæſt.* 2. Tuſch. *ſuprà, concluſ. 11. num. 4. in fin.* Azeued. *in dict. l. 3. num.* 26. Gutierrez. *dict. quæſt. 1. num.* 15. Guazzin. *cap. 38. num. 19. in fin.* Bouadill. *num.* 27. Paz *num. 94. cum ſeqq.* Gregor. Lop. *in l. 4. gloſ. 5. titul. 11. part.* 1. Cur. Philipp. *numer.* 21. Quæ ſententia magis communiter eſt recepta, & approbata per Clementem Octauum *in vna Panormitana*, apud Farinac. *dict. quæſt. 28. num.* 56. Barboſ. *dict. cap. 3. numer.* 109. qua declarauit, delinquentem immunitate priuandum, qui ſub ſpe eius deliquit.

172 Sed vtrùm qui propè Eccleſiam delictum perpetrauit, præſumatur in dubio ſpe ad ipſam confugiendi deliquiſſe? Negat Guazzin. *ſuprà, verſicul. Et regula eſt*, Vulpell. *concluſion. 130. num.* 18. Baiard. *ad Clarum dict. quæſt. 30. num.* 21. Affirmat Farinac. *dict. cap. 16. num.* 214. vbi alij, Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 33. numer.* 3. Gutierrez *num.* 10. Paz *numer.* 94. Menoch. *ſuprà, numer.* 15. Quod ſaltim verum eſt, quandò crimen ex propoſito fuit commiſſum in loco Eccleſiæ vicino, vt obſeruant Menoch. *numer.* 16. Guazzin. *ibidem*, Cur. Philip. *ſuprà*, Baiard. *numer.* 20. Henriq. Boic. *in cap. Eccleſia, de immunitat. Eccleſiar.* Decian *dict. cap. 28. num.* 15. Bouadill. *num.* 31. vbi alij. Quando autem cenſeatur homicidium, deliberato animo, commiſſum, ab arbitrio iudicis pendet, ac ex varijs coniecturis dignoſcitur, quas recenſet Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 361. per tot.* Illud compertum eſt, vt notat Gutierrez ex alijs, quod homicidæ incumbit probare, ſe non animo gaudendi immunitate iuxta Eccleſiam deliquiſſe, quoniam contra ſe præſumptionem habet, ſufficit autem, ſi probetur, reus orta extemporè rixa occidiſſe, vt immunitate tueatur, quoniam ſic eliditur præſumptio, quòd ſpe immunitatis obtinendæ deliquerit, Menoch. *d. præſ. 10. num.* 11.

173 Non deſunt tamen; imò ſunt plures, qui contra præmiſſam communem ſententiam aſſeuerant, delinquentem propè Eccleſiam, adhuc ex propoſito, & ſpe confugiendi ad illam non eſſe immunitate deſtitutum; mouentur, quia tam *in cap. fin. de immunitat. Eccleſiarum*, quàm in Bulla Gregoriana, duntaxat excipitur, qui in Eccleſia, vel cœmeterio deliquerit, atque ita non intelligitur exceptus propè Eccleſiam, quomodolibet crimen non exceptum perpetrans, nec extenſio in præiudicium Eccleſiæ de loco ad locum admitti debet, argument. *cap. odia, de reg. iur. in 6.* Ita Benè *d. dub. 19. ſect. 4.* vbi latè, Decian. *dict. cap. 28. num.* 5. qui in fin. limitat, ſi inſidiosè quis vt occidat, ducat hominem ad locum Eccleſiæ proximum, Nauarr. *d. cap. 25. num.* 22. Layman. *lib. 3. tractat 9. cap. 3. num* 7. Fagundez *de præcep. Eccleſ. tract. 2. lib. 4. cap. 8. num* 45. Peregrin. *de immunit. cap 6. numer.* 60 Dian. *part. 1. tractat. 1. reſolut.* 3. Ricc. *part. 3. deciſ. 250. per tot.* Nauarr. *ſuprà, num.* 6. Filliuc. *tractat. 15. cap. 6. num.* 132. Mar. Italia *lib. 1. cap. 4. §. 7. num.* 16. Spetell. *deciſ. 60. & 61.* Ciarlin. *in controuerſ. foren. cap. 10. num.* 95. Marant *in controuerſ. iur. part. 2. reſponſ. 45. num. 10. cum ſeqq.* Trullench. *in Decalog. tom. 1. cap. 11. dub. 3. num.* 13. Suar. *cap. 11. nu.* 9. Bonacin. *ſup. num.* 12. Pellizar. *num.* 15.

174 Quod eadem ratione per aliquos ampliatur ad delinquentes in porticu, oſtio, ſacriſtia, campanili, ſcalis, atrijs, vel tecto Eccleſiæ, nam etſi hæc loca veniant appellatione Eccleſiæ, vt ad ea confugientes immunitate gaudeant, ſicut dictũ eſt ſuprà, aliter in re, de qua agimus, dicendum eſt. Diſcriminis ratio patet, quoniã ibi agitur de fauore Eccleſiaſticæ immunitatis, hic verò de odio, & pœna, quare in vno caſu ſignificatio verbi ampliatur, quæ in altero reſtringitur iuxta *dict. regulam iur. cap. odia.* Sic Benè *d. ſect. 6. num.* 1. Spetel. *d. deciſ. 60. & 63.* Marant. *ſup. reſponſ. 16. per tot.* Anton. de Mariſis *variar. reſolut. cap. 170. num.* 12. Barboſ. *dict. cap. 3. à n.* 64. Dian. *part. 6. tract. 1. reſ. 7. verſ. Oritur etiam, cum ſeqq.* vbi ampliat quod idem ſit de delinquente in palatio Epiſcopi, Monaſterijs Religioſorum, & alijs locis, quæ quoad immunitatem Eccleſiæ appellatione continentur. Ad quod facit, quia ſtatutum puniens vulnerantem in Eccleſia non comprehendit propè ipſam percutientem, Gonni *dict. fallent. 25. in fin.* Marc. Mantua *conſ. 211. in fin.* Ioan. Andr. *in addit. ad ſpeculator. tit. de immunit. Eccleſ. in fin.*

175 Quoad præcipuam quæſtionem licet iure defendi poſsit, & admodum probabilis ſit ſententia poſterior, tamen prior tenenda eſt, vtpotè quæ vſu, Pontificis declaratione, ac frequentiori Interpretum conſenſu roboratur. Quoad ampliationem verò ſuppoſito, quod deliquerit aliquis in ſcalis, vel alio ſimili loco ſpe gaudendi immunitate, conſequenter iuxta magis communem opinionem, quam mox probauimus, dicendum erit, reum extrahi poſſe, cum propè Eccleſiam facinus perpetrauit. At quando abſque illa ſpe in prædictis locis delinquitur, ſimiliter reſpondẽdum exiſtimo, admiſſa opinione, de qua *ſuprà, numer.* 165. Ratio eſt, quoniam omnia loca, quæ in honorem Eccleſiæ immunitate gaudent, comprehenſa cenſentur *in dict. cap. fin.* & in Bulla Gregoriana, eo quod cœmeterium excipitur, quod licet extra Eccleſiam ſit, nihilominus in eo delinquentes immunitate priuantur, quia ad illud confugientes, ſecuritatem conſequuntur. Igitur idem ſentiendum eſt de atrijs, porticu, vel oſtio Eccleſiæ cum nulla differentiæ ratio poſsit cõſiderari. Neque neceſſe fuit, omnia loca, quæ immunitatis priuilegio pollent in eis conſtitutionibus

exprimere; ſatis enim eſt, vnũ extra Eccleſiam: cœmeterium ſcilicet exempli gratia commemorare, qui intellectus non eſt extenſio legis odioſæ contra Eccleſiæ immunitatem, ſed comprehenſio ex idẽtitate omnimoda rationis, quæ in quacunque materia etiam ſtrictiſsima debet admitti, ſuadente legiſlatoris intentione, vt probauimus *ſup. hoc lib. cap. 3. num. 43.* maximè cum hic verſetur fauor Eccleſiæ, cui iniuria fit delinquendo in locis Templo proximis quæ etiam Religioſa cenſentur, *l. quæ Religioſis 44. ff. de rei vendic.*

176 Hic etiam quæri poteſt de extrahente aliquem per vim ab Eccleſia, eumque extra illam interficiente? & hunc immunitate gaudere, ſentiunt Dian. *ſup. verſicul. His tamen non obſtantibus,* Bonacin. *ſuprà, num. 4.* Caſtr. Palao *d. diſput. vnic. punct. 9. num. 18.* Bene *dubitat. 19. ſect. 9.* vbi de extrahente per dolum, fundamentum eſt, quia iſte in Eccleſia non occidit, qui caſus exceptus eſt, non quandò vi euellitur ab Eccleſia, vt occidatur extra, & extenſio admitti non poteſt. Meritò tamen contrarium receptius eſt, quoniã hic extrahens delictum in Eccleſia perpetrat violentiæ, vel doli, propter quod immunitate eſt priuandus, Sanch. *dict. cap. 1. dub. 8. num. 21.* Gonni *ſup. fallent. 9.* Imò homicidium ipſum videtur in Eccleſia patratum, cum ibi inceptum fuerit, vt obſeruat Gonni, ex quibus ſic docent Farinac. *dict. cap. 16. nu. 239.* Barbeſ. *ſup. num. 114.* Azor *dict. cap. 9. quæſt. 14.* Scortia *in Bull. Pontific. epit. 152. theorem. 382.* Peregrin. *cap. 6. num. 16.* Cur. Philipp. *part. 3. §. 12. num. 24.* Nauar. *numer. 21.* Paz *numer. 101.* Sanchez *ſuprà*, qui fatetur propter extractionem violentam non gaudere immunitate, quia in Eccleſia commiſſum eſt delictum: ſecus propter homicidium, atque ita in re nobis conſentit, cum eiuſius propter violentiam poſsit vt homicida plecti, ex dictis *num. 168.*

Ibi. *Hinc ſcribit eleganter*

177 Committens peccatum reſeruatum quod aliàs non eſſet perpetraturus, ſpe conſequendi abſolutionem virtute Iubilei, vel Apoſtolicarum litterarum abſolui ex eis non poteſt. Ita cum D. Couarru. tenent Menoch. *dict. præſumpt. 10. num. 67.* Bouadill. *num. 28.* Cordubà *in tract. de indulg. q. 34. præſ. 3.* Germon. *d. cap. 16. num. 82.* Paz *num. 95.* & alij. A quibus recedunt *Bene ſup. ſect. 6. num. 3.* Bonacin. *num. 12.*

Verſ. *Viceſimoſeptimò.*

Siquis ex loco profano ſagitta, iaculo, 178
vel pila tormentaria exiſtentem in Eccleſia occidat, aut mutilet, immunitate priuatur, ſic cum Dom. Couarruu. aſſerunt Gonni *fallent. 6. fol. 98.* Suarez *dict. cap. 11. num. 7.* Nauarr. *vbi proximè*, Sanchez *ſuprà*, Farinac. *dict. quæſt. 28. numer. 61. & de immunitat. cap. 16. num. 224.* Bonacin. *num. 2.* Mar. Italia *lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 47.* Bene *ſect. 7.* Decian. *num 6. in fin.* Ambroſin. *cap 5. num. 9.* Bouadill. *nu. 30.* Layman. *dict. cap. 3. num. 6.* Ricc. *part. 5. collectan. 1792.* Dian. *part. 1. tract. 1. reſolut. 9. in fin.* Paz *num. 99.* Scortia *theoremat. 385.* Guazzin. *num. 21.* Peregrin. *cap. 13. num. 16.* Cur. Philipp. *num. 23.* Portell. *dict. verb. Eccleſiæ immunitas, num. 15.* Quidquid ſentiant Henriquez *in ſumm. lib. 4. cap. 17. num. 4. in fin.* Villagut *de extenſion. leg. cap. fin. numer. 50.* & alij apud Farinac. Quod limitat, ſeu declarat *Bene num. 3.* vt non procedat, cum quis moritur in Eccleſia ex vulnere extra accepto, quoniam homicida non fuit cauſa mortis in Eccleſia, vt in caſu propoſito, Bonacin. *numer. 3.* Pellizzar. *numer. 14.*

E contra ſiquis exiſtens in Eccleſia 179
eodem modo perimat, qui extra illam eſt, immunitate non defenditur, Suarez. Decian. Nauarr. Mar. Italia, Farinac. Portell. Sanchez *vbi proximè*, Azor *d. lib. 9. cap. 9. quæſt. 14.* Gonni *fallent. 4.* Gutierrez *dict. lib. 3. quæſt. 1. num. 19.* Marth. *de iuriſdict. part. 2. cap. 51. num. 26.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. canon. 15. quæſt. 16. num. 23.* Gambacurt. *lib. 5. cap. 24. num. 21.* Villadieg. *in politic. cap. 3. nu. 206.* Sarp. *de iur. Aſylor. cap. 4. fol. 44.* Curtell. *lib. 1. quæſt. 9.* Pellizzar. *ſupà, num. 13.* & alij nuper allegati. Quæ ſententia tenenda eſt, quoniam in alium ſagittam, vel quid ſimile ad occidendum immittens in Eccleſia, graue facinus admittit, adhuc effectu nõ conſiderato, vt conſtat *ex l. 14. tit. 23. lib. 8. Recopilation.* vbi cauetur, vt, etiam nullo damno dato, pœna capitis teneatur, qui pilam tormentariam, ſagittam, vel quid



quid ſimile in aliquem iniecerit, quapropter immmunitate dignus non eſt, ſic in Eccleſia delinquens, cum crimen graue ſit, & atrox, iuxta doctrinam, de qua *ſuprà, num. 161. cum ſeqq.* Sed ſi attendatur homicidium ſubſequutum, etiam ſecundùm oppoſitam opinionem traditam *numer. 162.* idem dici debet, nam actus occidendi habuit initium in Eccleſia per immiſſionem ſagittæ, & vnica actio totum illud ad homicidium tendens reputatur, verèque poteſt dici, homicidam in loco, quo pilam miſit, enecaſſe.

180 Quibus non obſtantibus, reum eſſe tuendum, ſuſtinent Bene *ſect. 5.* Ricc. *dict. collectan. 1792.* Nouar. *ſup. num. 51.* Dian. *vbi proximè* Peregrin. *ſup.* Bonacin. *num. 3.* apud quos fundamenta reperiuntur, maximè apud Bene.

181 Quod ſiquis mandet, quenquam in Eccleſia occidi, vel mutilari, aliudvè graue crimen admitti, effectu ſequuto, immunitate non gaudebit, etſi extra Eccleſiam dederit mandatum, Suarez *ſup. n. 7.* Farinac. *dict. cap. 16. num. 230.* Sanch. Marth. *ſuprà*, Curtell. *quæſt. 10.* Mar. Italia *num. 42. cum ſeqq.* Peregrin. *cap. 6. num. 36.* Barboſ. *dict. cap. 3. num. 116.* Sarp. *vbi proximè*, Gambacurt. *cap. 25.* Duard. *ſuprà*, Paz *num. 100.* Gonni *fallent. 7.* vbi ampliat ad mandantem, vt ex loco profano ſagitta, vel arcabutio exiſtens in Eccleſia per aliquem occidatur, Decian. *numer. 7.* & ita verum eſt, quod limitant Paz, Sanchez, & Nauarr. *d. numer. 21.* quoad delictum mandati, non quoad homicidium, cui cauſam præſtitit.

182 Sed aduerſus nuper laudatos, præfatum mandantem ab Eccleſia defendendum tenent Bene *ſect. 8.* Palao *dict. diſput. vnic. punct. 4. ex numer. 17.* Dian. *part. 1. tract. 1. reſolut. 10.* Bonacin. *dict. §. 7. num. 10.*

183 Similiter non gaudet immunitate, qui in Eccleſia mandat, vt aliquis extra Eccleſiam perimatur, aut mutiletur, aliudvè facinus perpetretur, ſecundùm Sanchez, Suarez, Azor, Barboſ. Layman. Sarp. *vbi proximè.* Nauarr. *dict. num. 21.* Paz *num. 98.* Gutierrez *dict. lib. 3. quæſt. 2. per tot.* Guazzin. *dict. defenſion. 1. cap. 38. num. 22.* Gon. *fallent. 5.* qui Paz, Nauarr. Sanch. ſentiunt hoc procedere quoad delictum mandati, quod in Eccleſia verè fuit patratum, ſecùs quoad homicidium, quod iure poteſt defendi. Vide Guzzin. *cap. 37. num. 59.*

Alij vero nempè Bene, Diana, Bo- 184
nacin. *vbi proximè.* Decian. *num. 7.* Farinac. *numer. 230.* Ambroſin. *n. 6.* & nonnulli, quos refert Bene *num. 4.* opinantur, illum non eſſe immunitate, deſtituendum, & quidem ita verum eſt, ſi concederetur, ſolam mutilationem, vel homicidium in Eccleſia factum immunitate delinquentem priuare, ſed cum hoc certum non ſit, prior opinio amplectenda eſt, cum graue delictum, in loco ſacro committatur.

Etiam ab Eccleſia euellendus erit, 185
qui cum propter crimen exiſtens ſub ipſius tutela exit ad aliud ſcelus committendum, Ioann. Sanchez *ſelectar. diſputat. 44. num. 51.* Cur. Philipp. *num. 22.* Thom. Sanchez *dict. dub. 8. num. 18.* Sed contrarium placet Dian. *part. 1. tract. 1. reſolut. 30.* Bouadill. *num. 29.* Azeued. *in l. 3. num. 28. tit. 2. lib. 1. Recopilat.* Gutierrez *dict. lib. 3. quæſt. 1. nu. 34.* vbi limitat *num. 35.*

Verſ. *Viceſimooctauò.*

Quæſtionis huius indagatio apud nos, 186
ſuperuacanea eſt, nam vt alibi diximus, fures ſimplices, etiam ab Eccleſia extrahuntur de conſuetudine, ſed ſtando in terminis iuris communis eſt omnino tenendum cum Domin. Couarruu. quod fur gaudeat immunitate quoad perſonam, quanquam cum re furtiua, ad Eccleſiam confugiat, ipſa tamen res abduci, ac domino tradi poteſt, alioqui Eccleſia foueret delictum, quod etſi de nouo non fiat, continuatur, dum alienum detinetur, domino inuito, Suarez *dict. cap. 11. numer. 8.* vbi limitat, ſi fur vellet rem in Eccleſia occultare; quia ob delictum hoc occultationis in loco ſacro immunitate non iuuabitur, Bene *dub. 24. ſect. 8. num. 3.* vbi de furante rem ſacram, eamque ſecum ad Eccleſiam deferente, & alios refert Guazzin. *ſuprà cap. 37. num. 58.* Decian. *dict. cap. 28. num. 4.* Paz. *num. 93.* Farinac. *dict. cap. 16. nu. 218.* Tuſch. *lit. E. concluſ. 11. num. 16. 17.* Bonacin. *dict. punct. 16. §. 3. num. 7. verſic. Amplia ſecundò.* Thom. Sanchez *ſuprà, num. 14.* Gutierrez *practicar. lib. 1. quæſt. 1. numer. 21.* Anton. à Gamma de-

*deciſ.* 171. *num.* 1. Azeued. *in d. lib.* 3. *num.* 3. Dian. *part.* 6 *tract.* 1. *reſolut.* 9 *verſicul. Verum præ caueto*, qui ait, nouam contrectationem rei furtiuæ in Eccleſia fictam, etſi nouum & diſtinctum crimen cenſeatur, leue eſſe, quapropter immunitate reus priuari nequit. Illud omittendum non eſt, quod notat Bene *n.* 9. 10. nempè furem re ablata eſſe per Iudicem Eccleſiaſticum in Eccleſia ſpoliandum, aut de eius licentia per ſecularem, vbi refert Spetel. *deciſ.* 34. Vide infrà, *num.* 204.

187 Furtum verò in Eccleſia commiſſum priuat delinquentem immunitate, Gonni *fallent.* 3. *nu.* 5. Decian. *vbi proximè*, Suarez *dict. num.* 8. Gregor. Lopez *in l.* 4. *gloſ.* 5. *tit.* 11. *part.* 1. Bouadill. *numer.* 23. Ioan. Vilchis *in tract. de immunit. num.* 32. Paz *num.* 88. Nauarr. *in cap. poſtulaſti, de for. compet.* Gutier. *d. lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 17. Quod à fortiori procedit, ſi res ſacras quis furetur, quia ſacrilegium committit, necnon alias res etiam non ſacratas Eccleſiæ in ipſa ſurripiens, Decian. *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30, *à num.* 16. Sacrilegus autem fruſtra defendi ab Eccleſia deſiderat, Gregor. Lop. *ſup.* Decian. *cap.* 26. *num.* 7. Gutierr. *numer.* 33. Curtell. *lib.* 1. *quæſt.* 2. *& quæſt.* 17. *num.* 12. Tuſch. *lit. E. concluſ.* 11. *num.* 19. Sarp. *ſuprà, dict. cap.* 5 *fol.* 43. Boer. *deciſ.* 109. *num.* 3. Farinac. *dict. quæſt.* 28. *nu.* 47. Germon. *d. cap.* 16, *num.* 72. Bouadill. *num.* 48. Gonni *fallent.* 34. Clar. *dict. quæſt.* 30. *num.* 9. *circa fin.* Paz *nu.* 103. Nauarr. *in manual. cap.* 28. *num.* 19. Qui duo rectè aduertunt, hoc verum eſſe de committente in Eccleſia ſacrilegium, quod extra illam multipliciter poteſt patrari, vt latè explicat Decian. *dict. cap.* 30. Vtrùm ſacrilegus ſit, qui rem priuati in Eccleſia furatur? vide apud Dian. *part.* 1. *tract.* 7. *reſolut.* 27. vbi negatiuè reſoluit, niſi res eſſet ſub cuſtodia Eccleſiæ veluti ad Feſtiuitatem commodata.

188 Sed contrarium in vtroque caſu, pluribus laudatis, probat Bene *dubit.* 24. *ſect.* 8. *num.* 4. *cum ſeqq.* vbi ex Barboſ. *in collectan. Bullar. verb. immunitas*, teſtatur, ſic Sacram Congregat. immunitatis declaraſſe de furante in Eccleſia 18. *Martij* 1632. quod etiam refert Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 9. *verſ. Sed affirmatiuam, cum ſeqq.* vbi etiam Authores recenſet, & de ſacrilegis, *reſolut.* 26. *verſ. Sextò quæro*, quibus accedit Guazzin. *in dict. cap.* 38. *num.* 10. 11. Sed quæſtio hæc pendet ab ea, de qua *ſuprà à nu.* 16. & ſuſtinendo ſententiam, quæ habet omnia delicta in Eccleſia commiſſa reddere reum immunitate indignum etiam poſt Bullam Gregorianam, dicendum eſt conſequenter, nedum ſacrilegium, ſed etiam furtum in Eccleſia patrantes ab ipſa extrahendos, maximè vbi talis fuerit conſuetudo, nam furtum, niſi paruitas rei ablatæ excuſet, graue crimen eſt, vt fuſè probat Gutierrez *de delict. quæſt.* 154. *per totam*, Clar. *in §. Furtum*, & nos alibi diximus.

Ibi: *Nam licet regulariter delinquens ſit ad locum delicti.*

Reum ad locum, in quo deliquit, 189
remittendum ex pluribus probat Carleual. *de iudic. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 2. *num.* 801. vbi latiſsimè per *numer. ſequent.* materiam explicat, Clar. *in §. fin. quæſt.* 38. Decian. *ſuprà, tom.* 1. *lib.* 4 *cap.* 19. *à princip.* D. Couarr. *pract. cap.* 11. Farinac. *in prax. quæſt.* 7. Guazzin. *de defenſ. reor. defenſ.* 1. *cap.* 17. Tondut. *de præuent. iudicial. part.* 2. *cap.* 11. Bouadill. *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *dict. num.* 69. Quid ſi delictum fiat in confinio diuerſorum territoriorum? Vide Tondut. *cap.* 31. *per tot.*

Ibi: *Si tamen quis Toleti.*

Eſt controuerſia ſatis agitata vtrùm 190
ſcilicet fur adportans rem, quam in vno abſtulit territorio in aliud, poſsit ibi puniri? de qua Clar. *num.* 16. Guazzin. latè *cap.* 15. Carleual. *ſect.* 1. *num.* 720. vbi multi, & terenta opinione affirmatiua, altera quæſtio ſubſequitur, de qua in præſenti. An fur remittendus ſit, ſi per iudicem loci delicti petatur? At contra *Bartol.* ex rationibus, quas D. Couarruu. perpendit *dict. cap.* 11. *num.* 9. cum eo dicendum eſt, furem, quamuis rem contrectet alibi, mittendum eſſe ad iudicem loci, vbi furtum admiſit, ſi poſtuletur. Idem tenet Didac. Perez *in l.* 2. *gloſ.* 1. *pag.* 339. *column.* 1. *verſ. Quæri etiam poteſt, titul.* 13. *lib.* 8. *Ordinament.* Carleual. *ſect.* 1. *num.* 726. videndus per *numer. ſequent.* Bouadill. *num.* 73. Decian. *dict. lib.* 4 *cap.* 17. *num.* 15 Boſ. *in prax. tit. de furt. num.* 18. & alij apud



apud Bouadill. *vbi proximè, lit. R.* etſi aliter deciſum teſtentur aliqui, quos laudat Carleual. *nu.* 226.

Num. 16.

191 Sciendum eſt, quòd Clericus quoad iudices ſeculares immunitate gaudet, quando ſcilicet propter defectum alicuius requiſiti, ex ijs, quæ deſiderantur Trident. *ſeſ.* 23. *cap.* 6. fori priuilegio non defenditur, vnde ſiquis in minoribus beneficiarius non ſit, nec alicui Eccleſiæ deſeruiat habitum Clericalem deferens, & ad Eccleſiam confugiat extrahi à ſeculari poteſtate nequibit, niſi pro criminibus exceptis, Bene *dubit.* 10. *ſect.* 11. Nauarr. *dict. cap.* 25. *num.* 22. Suarez *cap.* 10. *num.* 7. Genuenſ. *in prax. cap.* 22. *num.* 11. Filliuc. *tract.* 15. *cap.* 6. *quæſt.* 8. *num.* 131. Farinac. *in prax. quæſt.* 28. *num.* 7. *& de immunitat. cap.* 2. *à num.* 34. Gambacurt. *lib.* 4. *cap.* 11. Germon. *de ſacr. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *à num.* 90. Mar. Italia *lib.* 1. *cap.* 3. *§.* 1. Verùm nec à iudice Eccleſiaſtico erit euellendus, Bene *ſect.* 12. cum ad eius forum non pertineat, ſed vt laicus habeatur.

192 De Clericis verò alijs, qui ſeculari poteſtati ſubiecti non ſunt, quæſtio eſt, num per iudices Eccleſiaſticos extrahi ab Eccleſia propter delicta non excepta poſsint? Affirmant Bene fusè probans *ſect.* 12. *à princip.* Nauarr. *vbi proximè*, Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *nu.* 11. Gonni *fallent.* 21. *in fin.* vbi de praxi teſtatur, Suar. *num.* 67. Genuenſ. *ſuprà*, Azor *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *quæſt.* 9. Clar. *dict. quæſt.* 30. *num.* 16. Portell. *ſuprà, verb. immunitas Eccleſiæ, num.* 13. Bellet. *diſquiſit. Cleric. part.* 1. *tit.* 3. *§.* 15. Filliuc. *ſup.* Curtell. *lib.* 1. *quæſt.* 22. Ricc. *part.* 3. *deciſ.* 172. Fagund. *ſup. præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 52. Paz d. §. 3. *n.* 141. Rodrig. *quæſtion. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 50. *artic.* 4. Villadieg. *dict. cap.* 3. *num.* 211. Megal. *in* 3. *part. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 34. Gregor. Lop. *in l.* 4. *gloſ.* 1. *titul.* 11. *part.* 1. Peregrin. *ſup. cap.* 12. *num.* 13. Cur. Philipp. *numer.* 17. Sanchez *dict. dub* 8. *num.* 6. *verſ. Secunda ſententia.* Gutierr. *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 3. Bonacin. *§.* 5. *num.* 5. *verſicul. Secunda ſententia*, Azeued. *in l.* 3. *numer.* 17. *titul.* 2. *lib.* 1. *Recopilation.* quod vtique in omnibus perſonis Eccleſiaſticis procedit, & potiùs de conſuetudine, quam de iure verum eſſe plures ex præallegatis agnoſcunt.

Sed contrariam ſententiam, quòd 193
ſcilicet perſonæ Eccleſiaſticæ immunitate Eccleſiæ propter delicta quoad ſuos iudices potiantur, tenent cum D. Couar. Decian. *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 36. *num.* 1. vbi diſputat Tuſch. *lit. E. concluſ.* 9. *num.* 17. *& concluſ.* 11. *num.* 27. Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 24. Zerol *in prax. Epiſcopal. part.* 1. *§. Immunitas Eccleſiæ, verſ.* 8. Guazzin. *d. defenſ.* 1 *cap.* 37. *num.* 48. Gambacurt. *de immunitat. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 8. Monticell. *in prax. crimin. regul.* 12. *num.* 18. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 3. *à num.* 135. Duard. *ſuprà lib.* 2. *canon.* 15. *quæſt.* 16. *num.* 13. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 13. *ex nu.* 112. Farinac. *dict. q.* 28. *num.* 7. *& de immunitat. cap.* 2. *num.* 34 Lezan. *in ſumm. verb. immunitas, num.* 6. Ambroſin. *de immunitat. cap.* 12. *num.* 3. Salgad. *de protect. Reg. tom.* 2. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 115. Mar. Italia, *de immunitat. lib.* 1. *cap.* 3. *§.* 1. Cened. *in canonic. quæſtion. quæſt.* 42. *per tot.* Bouadill. *d. cap.* 14. *num.* 58. & ita de iure tenendum eſt, niſi aliud fuerit vſu receptum, nam conſuetudini ſtandum eſt, vt obſeruant Decian. Farin. Ital. & alij. ac iuxta hanc ſententiam deciſiſſe Sacram Congregationem Concil. Tridentin. & Epiſcopor. aſſerit Dian. *part.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 35. & Barboſ. *ſuprà* Bene *poſt d. ſect.* 12. vbi de difficultatum ſolutione, *num.* 14.

Ibi: *Quæ in re ipſe conſiderandum eſſe cenſeo.*

Compertum eſt, Clericos Eccleſia-
ſticos iudices extrahi ab Eccleſia poſſe in 194
caſibus exceptis, vt ſupponūt omnes, dū de criminibus non exceptis loquuntur, vt Decian. Gutierr. & alij. Ex quo D. Couar. infert in præſenti, vt ex omnibus delictis, pro quibus Clericus degradari, ac Curiæ ſeculari tradi permittitur, poſſit ab Eccleſia per Eccleſiaſticum iudicem extrahi, nam degradatio actualis, & traditio præfata non fit, niſi propter enormiſsima ſcelera, quæ indignum reum immunitate efficiunt; quam doctrinam ſequuntur Suar. *num.* 8. Bouadill. *num.* 59. Guazzin. *num.* 31. Farinac. *dict. quæſt.* 28. *à num.* 7. Gutierr. *num.* 2. & alij *ſup.* laudati. An autem hoc omnino certū ſit, ita vt regula conſtitui poſsit, quòd quoties

ties Clericus Curiæ ſeculari tradendus ſit, toties euelli ab Eccleſia per Eccleſiaſticum queat, oportet indagare, quoniam de ea dubitat Suar. *vbi proximè*. Ad quod ſciendum eſt, ob quæ facinora ad actualem degradationem, ac traditionem deueniatur, quo cognito apparebit num caſus aliquis detur, in quo extrahi Clericus prohibeaturm, quanqua degradatione ſit dignus.

195 Primum crimen, propter quod Clericus traditur degradatus Curiæ ſeculari, eſt aſſaſsinium, c. 1. *de homicid. in 6*. Farinac. *in prax. quæſt. 8 num 82. cum alijs*, Bene *de immunitat. Eccleſiaſt. tom. 1. cap. 6. dubit. 5. ſect. 2. à princip*. Barboſ. *in collect. ad cap. cum non ab homine, num. 11. de iudic*. Viuian. *in prax. iuriſpatr. deciſ. 107. num. 8*. Hic caſus, & ante conſtitutionem Gregorianam ex communi opinione, & in ipſa expreſsim exceptus eſt. Vide *ſuprà, num. 82. 137*. Secundum eſt hæreſis, *cap. ad abolendam 9. de hæretic*. Bene *num. 32. 33*, Barboſ. *ibidem*, Bouadill. *in politic. dict. lib. 2. cap. 18. num. 75*. Viuian. *ſup*. Hoc crimen excipitur in dict. Bulla Gregoriana, vide *ſuprà num. 137*. Tertium eſt crimen falſi circa literas Apoſtolicas, *cap. falſariorum 7. de crimini falſ*. notant Bene *num. 34*. & alij *vbi proximè*, quod nec in dict. Bulla exceptum eſt, nec à DD. excipitur quoad immunitatem. Quartum eſt conſpiratio aduerſus proprium Epiſcopum, *cap. ſiquis Sacerdotum 11. quæſt. 1*. Bene *num. 35*. Barboſ. *dict. num. 11*. Bouadill. *ſuprà*, Viuian. *dict. num. 8*. & ſimiliter in Bulla exceptum non reperitur, niſi reducatur ad clauſulam de proditoriè occidente. Verumtamen eſt, quòd occidens Clericum immunitate non gaudet, vt reſoluunt Farinac. *dict. quæſt. 2*[illegible]. *num. 28*. Guazzin. *cap. 38. num. 52*. Gigas *de crimin. leſ. Maieſtat. lib. 1. rubric. qualiter, & à quib. quæſt. 10. num. 16*. Decian. *cap. 28. num. 11*. & alij apud Bene *tom. 2. cap. 16. dubit. 24. ſect. 21*, vbi contrarium cum alijs ſuſtinet etiam in occidente Epiſcopum, & idem in Eminentiſsim. Cardinal. docent aliqui non improbabiliter, de quo ipſe *dub. 23. ſect. 1. à num. 38*.

196 Quintum delictum eſt crimen nefandum ſodomiæ ex cōſtitutione Pij V. Barboſa *ſup*. Bouadill. *dict. num. 75*. Ceuall. *de cognit. per viam violent. part. 2. quæſt. 43. num. 3*. Nauarr. *in manual. cap. 27. nu. 249*. Bene *vbi proximè ſect. 7. num. 3*. Viuian. *ſup*. Sed neque hic caſus excipitur in Bulla, communiter tamen ſodomitam immunitate priuandum placet, vt ſentiunt Curtell. *ſup. lib. 1. quæſt. 2*. Bouadill. *cap. 14. num. 20*. Correa *in cap. inter alia, de immunitat. Eccleſ. p. 3. quæſt. 17. nu. 40* Salced. *ad Bernard. Diaz in prax. cap. 86. pag. 254. colum. 1. in fin*. Phæb. *Luſitan. deciſ. 81. num. 7. tom 1*. Cur. Philipp. *dict. §. 12 num 29*. Mar. Ital. *dict. cap. 5. §. 3*. Auend. *de exequend. mandat. part. 1. cap. 229*. Rodrig. *quæſtion. Regular. tom. 2. q. 5. artic. 4*. & idem de Clerico ſic delinquente docuit expreſsè cum alijs Bouadill. *num. 21*. Aduerſus quos immunitate ſodomitas gaudere defendit Bene *vbi proximè, à num. 1*. Giurba *conſ. 100. num. 4* Bonacin. *dict. § 5. num. 14*. Farinac. *de immunitat. cap. 6 n. 98*. Sanchez *dict. cap. 1. dub. 10*. Lezan. *ſup. num. 16*. Nouar. *dict. tit. de immunitat. Eccleſ*. Caſtr. Palao *ſup. dict. diſput. vnic. punct. 10. num. 6*. Diana *part 4. tract. 1. reſolut. 45*. Eliſæ. Danza *in pugna DD. tom. 1. tit. de immunitat. Eccleſ. cap 4. num. 10. 11*. vbi de Clerico Bene *num. 6*.

Sextum eſt, cum Clericus non Preſ- 197
byter Miſſam celebrat, nam propter hoc ſeculari iudici tradendum, cauetur à Clement. VIII. Barboſ. *dict. num. 11*. Viuian. *ſup*. De quo nihil ſtatutum eſt quoad immunitatis priuationem, niſi tale perpetrans de errore contra fidem arguatur. Septimum eſt, falſam monetam cudere, vel legitimam tondere, quod conſtituit Vrbanus VIII. in Bulla, quæ incipit: *In ſuprema*, edita *die 13. Nouemb. anno 1627*. Barboſ. *ſup*. Hic caſus exceptus in Bulla Gregoriana non eſt, tametſi eos immunitate indignos eſſe, qui flagitium iſtud patrauerint, ſentiat Sarp. *de iur. Aſylor. cap. 5. fol. 52*. contra quem omnes communitèr tenent, Gutierr. latè agens, qui teſtatur, ita in Valliſoletana Cancellaria deciſum, *practicar. lib. 3. quæſt. 4. per tot*. Bene *dict. dubit. 24. ſect. 18*. Bouadill. *dict. cap. 14 num. 43*. Farinac. *d. cap. 6. num. 91*. Dian. *part. 6. tract. 1. reſolut. 19*. Mar. Italia *dict. cap. 5. §. 1. nu. 15*. Bonacin. *in ſumm. tom. 3. de excommunicat. extra Bull. diſput. 2. quæſt. 3. punct. 16 § 11. nu. 6*. Cur. Philipp. *num. 28*. Trullench. *in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub 3. num. 28*. Barboſ. *de iur. vniuerſ. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. num. 22*. qui



qui teſtatur, quod cum Neapoli monetarij quidam in Eccleſiam ſe recepiſſent, Prorex exorauit Paulum V. vt præciperet, eos Curiæ ſeculari conſignari, atque ita Pontifex Nuntio Apoſtolico imperauit *die 19. Iulij 1619*. vt conſtito ſummariè, & ex proceſſu laicorum, quòd ipſi eſſent monetarij, quod Prorex ſupplicauerat, fieret.

198 Tandem Clericus immiſcens ſe quibuſcunque enormibus delictis, in eiſque incorrigibilis perſiſtens eſt Curiæ ſeculari, vt puniatur, poſt degradationem mittendus, *cap. cum non ab homine, de iudic*. vbi Barboſ. *in collect. num. 11*. Bene *ſuprà, dict. cap. 6 dubit. 5 ſect 2. num. 36. cum ſeqq*. Viuian *dict. num 8*. De quo conſulas Bene, & Barboſ. apud quos, quæ cenſeantur delicta enormia? Quæ monitiones præcedere degradationem debeant? Et an iudex ſecularis poſsit contra incorrigibilem non degradatum procedere. Hic etiam caſus exceptus non eſt, nam reiteratio delicti non priuat reum immunitate.

199 Ex his colligere licet, num certum ſit, quod D. Couarr. pro regula tradit, cuius pace dicendum eſt, quod ſi iudex Eccleſiaſticus ſequutus opinionem, de qua *ſuprà num. 192*. extrahat Clericum ab Eccleſia pro crimine falſæ monetæ, vel alio, propter quod laicus immunitate non priuaretur, non debet, nec poteſt reum Curiæ ſeculari tradere, ſed mitius puniendus erit, vt rectè docent Suar. *vbi proximè*, Gonni *dict. fallent. 21. num. 1. in fin* poſt Bernand. Diaz, quem D. Couarr. refert. Abſurdum enim eſſet, deterioris conditionis eſſe Clericum, quam laicum cum vterque per ſecularem poteſtatem pœna ordinaria delicti veniret puniēdus, & hoc caſu ceſſat præcipua ratio, propter quam Eccleſiaſtici immunitate non gaudent: nempè quia per iudices Eccleſiaſticos leuiter, & ad correctionem potiùs, quam ad vindictam coerceri ſolent, vt videre eſt apud Bene, & alios laudatos *ſup. d. num. 192*.

200 Illud obiter notandum eſt ex Sanch. *dict. cap. 1. dub. 9*. quod ſiquis Clericus, vel laicus mandet, vel conſulat, vt delictum exceptum fiat, non eſt immunitate priuandus tanquam perpetrator talis criminis, de quo vide, quæ diximus *ſuprà, num. 181*.

Num. 17.

Dum reus in Eccleſia exiſtens iure 201
extrahi non poteſt, non eſt per ſecularem iudicem vinculis alligandus, aut aliquo modo vinciendus, vel vexandus, Suar. *dict. lib. 3. cap. 12 num. 2*. Bene *dict. cap. 16. dubit. 27*. vbi late Farinac. *dict. quæſt 28. num. 9. & de immunitat cap 19 num. 297*. Bonacin. *§. 3. num. 5*. Tuſch *lit. E concluſ. 10. num 12 16*. Sanch. *dub. 13. nu. 1*. Mar. Italia *dict. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 51*. Guazin. *dict. defenſ. 1. cap. 32. num. 2*. Decian. *lib. 6. cap. 27. num. 6*. Paz. *num. 177*. Bouadill. *num 91*. Gonni *dict. tract. de immunit. quæſt 6*. Quod eſt omnino certum, cum reus immunitate debet gaudere, ſed ſi dubium ſit, vincula ab vtroque iudice, tàm Eccleſiaſtico, quàm ſeculari iniici reo poſſunt, cuſtodeſque circa Eccleſiam apponi, ne delinquens euadat, & multò magis, ſi compertum fuerit, locum non eſſe immunitati, ſed regulariter Eccleſiaſtici omnes confugas in Eccleſia defendere nituntur, vt aduertit Gonni *vbi proximè*, quare de eorum conſenſu nūquam reus alligatur, vel aliter cuſtoditur, ſeculares verò iudices, vbi poſſunt, Eccleſias obſideri faciunt, ne recluſus euadat, Clar. *dict § fin. quæſt. 30. numer. 21*. Gonni *ſup*. Cur. Philip. *num. 52*. Azeued. *in l. 3 num 21. 22. tit. 2 lib. 1. Recopilat*. Paz *ſup. à nu. 3*. vbi teſtatur, quòd de conſuetudine vincula non iniiciuntur, ſed cuſtodes apponuntur, cùm ſuper immunitate diſceptatur, & hoc de iure ſeruandum probat, modò extra locum ſacrum cuſtodes exiſtant, Bene *num. 34*. vbi plures laudat Dian *part. 1. tract. 1. reſolut. 8. in fin*. Vide *infrà num 208*.

Nota prætereà, reum in Eccleſia 202
exiſtentem non poſſe per iudicem laicum ad aliquam pęnam corporalem damnari, vt colligitur *ex cap. inter alia de immunit. Eccleſ*. & docent Suar. *num. 5*. Farinac. *ſuprà, cap. 21. num. 333. 336*. Bonacin. *num 8*. Tuſch. *lit. E. concluſ. 10. num. 58. 14*. Dian. *dict. tract. 1. reſolut. 12*. Mar. Italia *ſup. cap 6 §. 3. num. 1*. Peregrin. *cap. 13. num. 13*. Barboſ. *dict. cap. 3. num. 56*. Bene *dict. cap. 16. dub. 31*. vbi multos refert, ac probat, neque ad exilium, nec ad carcerem perpetuum, vel ad triremes, damnandum. Circa quæ videas aliter ſentientes, Sarp. *ſup. cap. 2. fol. 30* Curtell. *lib. 1. quæſt. 12*. Gambacurt. *lib. 4. cap. 33. 35*.

35. In praxi autem obſeruatur, vt contra exiſtentem in Eccleſia, velut in abſentem in foro ſeculari procedatur, & ac mortē, vel aliam pœnam pro delicti qualitate damnetur, Farinac. *dict. quæſt.* 28. *num.* 77. Bene *num.* 11. Clar. *d. quæſt.* 30. *num.* 1. quod vt ait Bene *num.* 16. non eſt contra Eccleſiæ immunitatem, quandoquidem ſententiæ exequutio confertur in tempus, quo reus immunitate non defendatur, Bonacin. *§.* 3. *num.* 9.

203 Pecuniarias verò pœnas, ſiue bonorum confiſcationem exequi iudex ſecularis non prohibetur in illis, quæ immunitate gaudens extra Eccleſiam habuerit, Decian. *dict. lib.* 6. *cap.* 36. *num.* 10. Bene *num.* 15. Bonacin. cum alijs *vbi proximè*, Bouadilla *dict. cap.* 14. *num.* 106. Sed quid de bonis, quæ ſecum ad locum ſacrum tulit, num eis per iudicem ſecularem ſpoliari poſsit? In quo diſtinguendum eſt, ſi res non ſint alienæ, & iuſtè, ac licitè retineantur per reum, nullo modo illis priuandus eſt, Suar. *num.* 3. Farinac. *d. cap.* 19. *nu.* 100. Scortia *Theoremat.* 385. Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 13. Lezan. *verb. immunitas*, *num.* 18. 19 Bene *dub.* 30. *num.* 1. vbi teſtatur, Sacram Congregationem controuerſ. iuriſdictionalium 13. *Ianuarij* 1633. declaraſſe, aduerſus auferentes reis bona, quæ in Eccleſia habent; imò etiam arma non prohibita, procedendum, tanquam contra Eccleſiaſticæ immunitatis violatores.

204 De bonis alienis, & quæ iuſtè aut licitè retineri nequeūt, quæſtio eſt, an valeat iudex ſecularis, nō expectata Eccleſiaſtici licentia, eadem reo in Eccleſia exiſtenti auferre? Affirmant Suar. Layman. *vbi proximè*, Villadieg. *in polit. cap.* 3. *num.* 214. & alij non pauci apud Bene *num.* 3. 4 Negant Farinac. *de immunitat. cap.* 16. *num.* 248. Peregrin. *ſup. num.* 5. Marant. *in controuerſ. iur. part* 2. *reſponſ.* 37. *num.* 1. Nonar *ſup. num.* 6. Ciarlin. *in controuer. forenſ. cap.* 10. *num.* 16. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 8. Bene *numer.* 4. *verſ. Quamuis etiam.* Qui rectè ſentit *num.* 8. ſemper Superiorem Eccleſiæ prius eſſe requirendum, vt res delinquenti tollat, quibus de iure priuari debet, quod ſi renuerit, tunc miniſtri laici poterunt per ſe ipſas capere.

Verſ. T*riceſimo primò.*

205 Eccleſiam, in qua aliquis exiſtit immunitate gaudens, obſidere non licet, vt eidem alimenta, vel alia ad vitā neceſſaria exhiberi impediantur, nec aliquomodo reum vexari, permiſſum eſt, Bene, *dubitat.* 29. *num.* 1. Farinac. *dict. quæſt.* 28. *num.* 9. Suar. *num.* 4. Gregor. Lop. *in l.* 2. *gloſ.* 4. *tit.* 11. *part.* 1. Sanch. *dub.* 13. *num.* 4. Petr. Greg. *ſyntagmat. iur. p.* 3. *lib.* 33. *cap.* 22. *num.* 3. Anton. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 1. Bonacin. *ſup. num.* 4. Bouadill. *num.* 91. Clar. *num.* 21. Layman. *vbi proximè*, Decian. *d. cap.* 27. *num.* 6. Guazzin. *ſup. cap.* 32. *num.* 6. Paz *d. §.* 3. *num.* 6. Atque ita verum eſt, non ſolùm, quando certum eſt, reum immunitate gaudere, ſed etiam dum cōtrouertitur, an gaudeat vt ſentiunt omnes præcitati, & exprimūt Sanch. *num.* 1. & Paz. Alioqui reus indirectè extraheretur ab Eccleſia, qui ne fame periret, ſe ipſum traderet. Sed obſeruandum eſt, quòd ſi ad victum præcisè quærendum, vel quid aliud naturæ neceſſarium à loco ſacro exiret, & à ſatellitibus caperetur, eſſet omnino Eccleſiæ reſtituendus delinquens, modo non diuagetur, ſed recta via vadat, ac ſine mora reuertatur, Decian. *dict. num.* 6. *in fin.* Paz *num.* 174. *cum ſeqq.* Cur. Philipp. *ſuprà*, *numer.* 51. Bonacin. *dict. num.* 4. *verſ. Ex quo præcitati.*

206 Adeò verum eſt, non eſſe exiſtentibus in Eccleſia alimenta deneganda, vt, ſi nec proprio labore, nec aliundè habeant, quo ſe alere valeant, ex bonis Eccleſiæ, ſub cuius tutela ſunt, eis exhibeantur, *l.* 2. *tit.* 11. *part.* 1. vbi Gregor. Lop. *gloſ.* 6. Gloſſ. *in cap. diffiniuit* 17. *quæſt.* 4. Bene ex *num.* 2. Farinac. *vbi proximè*, Peregrin. *num.* 12. Decian. *cap.* 29. *num.* 3. Bouadilla *ſuprà*, Paz *num.* 176. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 33. *verſ. Et tandem*, Cur. Philipp. *num.* 50. Circa quod notare oportet, quòd ſi recluſus pauper ſit, nec poſsit laborare, Eccleſia liberaliter illi ſubueniet abſque ſpe compenſationis, vel reſtitutionis, ſed ſi laborare queat, cogi ad id poterit per Prælatum, aut ſi bona habuerit, quibus protunc vti impoſsibile ſit, tenetur expenſas reſarcire, Gregor. Lop. *vbi proximè*, Bene *num.* 4. vbi ampliat, ad eum, qui ab amico, vel conſanguineo alebatur, & aſſerit, poſſe perſonam rei detineri donec ſoluat, aut aliter ſatiſfaciat Eccleſiæ, quod impenſum eſt.

207 Licet autem reo exiſtenti in Eccleſia alimenta ſubtrahenda non ſint, id limitatur, ſi notoriè conſtet, ipſum immunitate indignum eſſe, quoniam tunc iudex laicus obſidere Eccleſiam non prohibetur ad impediendam alimentorum miniſtrationem, vt ſic reum fame extrahat, quem aliàs euellere de facto impeditur. Ita ſentit Bouadill. *vbi proxè*, qui bene declarat quando Eccleſiaſticus requiſitus delinquentem conſignare renuit.

208 *Preterea* aduertendum eſt, licere iudicii ſeculari cuſtodes circa Eccleſiam conſtituere ad capiendum reum gaudentem immunitate, ſi fortè à loco ſacro ſpontè receſſerit, per quod immunitas non violatur, Surez *dict. cap.* 12. *num.* 4. Bene *vbi proximè*, *num.* 7. Gregor. Lop. *dict. gloſ.* 4. Sanchez *dub.* 13. *num.* 1. Farinac. *dict. cap.* 19. *num.* 299. Peregrin. *num.* 10. Mar. Italia *dict. §.* 2. *num.* 53. Bonacin. *num.* 2. *verſicul. Negandum tamen.* Nefas verò eſt, mittere homines in locum immunem, vt metu eorum reus exeat, Bene *dub.* 28. Paz *num.* 167. de quo ſuprà *num.* 201. *in fin.*

Num. 18.

209 Qui confugiens ad Eccleſiam, eamque clauſam inueniens, portas, anſam, vel vectes manibus apprehendit, à ſacro Aſylo euellendus non eſt, Farinc. *de immunitat. cap.* 17. *num.* 279. Suarez *cap.* 9. *num.* 8. Decian. *cap.* 25. *num.* 17. Bonacin. *§.* 4. *num.* 19. Guazzin. *cap.* 37. *num.* 45. Sanch. *dict. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. *ad medium*, Paz *num.* 46. qui de praxi teſtatur, Dian. *part.* 6. *tractat.* 1. *reſolut.* 3. *verſicul. Sed iſte Author*, Bouadill. *nu.* 82. Caſtr. Palao *d. diſput. vnic. punct.* 6. *num.* 9. Correa *in dict. cap. inter alia*, *part.* 2. *num.* 16. Bene cum alijs *dubit.* 9 *ſect.* 6. *nu.* 6. Carthar. *crimin. deciſ.* 7. *num.* 1. 11. Gamoacurt. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 9. Cur. Philipp. *num.* 14. vbi aſſeritur, ſufficere, quod adhæreat ianuæ vel parietibus Eccleſiæ; quod non improbabiliter defendi poteſt, quando confugiens limen Eccleſiaſticæ ianuæ tetigit capite, & humeris, quia à miniſtris iuſtitiæ inſectatus cecidit, vt reſoluit Dian. *part* 6. *tractat.* 1. *reſolut.* 6. *in fin.* Trullench. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *numer.* 12. licet contrarium doceant Bene *dubit.* 29. *num.* 10. Bonacin. *§.* 4. *num.* 20. Ex quibus colligitur, non gaudere immunitate, qui vtrumque pedem extra locum immunem habens humeris hæret parieti, vel portis Eccleſiæ, niſi vectem, vel ſerram manibus apprehendat, ſecus dicendum videtur de eo, qui clauſo oſtio, in limine ſe conſtituit, cum in loco ſacro totus ſit, vt ipſi ſupponunt, & ita licet nihil apprehendat, tutus erit, *Bonac. n.* 19 *in fin.* De quibus vide Decian. *ſup.* Barb. *in addit. ad collect. in c. Eccleſiæ, n.* 3. *de immunit. Eccleſ.* Bene *dub.* 9. *ſect.* 8. *n.* 13. Sarp. *cap.* 4. *fol.* 41.

210 *Pulchrè* hic quæri poteſt, ſi quis ſe proijciat per feneſtram ex domo priuata in atrium, aut cœmeterium Eccleſiæ, & antequàm corpore locum ſacrum contingat, intra ambitum eius à ſatellitibus capiatur, num immunitate iuuetur, & affirmatiuè reſpondendum eſt, nam hic in loco immuni apprehenditur, & aer, qui correſpondet Eccleſiæ intra eius circuitum eadem prærogatiua gaudet. Ita Cardoſ. *in prax. iudic. & aduocator. verb. Eccleſia, n.* 77. Barboſ. *vbi proximè*, *n.* 4. Quæ reſolutio cōprobatur ex ſingulari doctrina Pellizar. *in man. Regular. tom.* 2 *tract.* 10. *c.* 5. *ſect.* 2. *n.* 79. docentis, monialem diabolica arte ſuprà tectum Monaſterij eleuatā non violare clauſuram, ſi eius ambitum non excedat, modò multùm à tecto ſurſum nō diſcedat, & rationem reddit, quia ſcilicet intra Monaſterium eſſe cenſetur, quæ ratio æquè militat in ſpecie propoſita quoad immunitatem.

Verſ. *Triceſimotertiò, idem dicendum erit.*

211 Qui exiſtens intra Eccleſiam per aliquam partem pallij, vel veſtis extra pendētis extrahitur, immunitate priuari non poteſt, Suar. *d. cap.* 12. *n.* 4. vbi rationem tradit, Decian. *cap.* 25. *num.* 21. Dian. *vbi proximè*, Guazzin. *cap.* 37. *num.* 45. Bonac. *dict. num.* 20. Paz *num.* 47. Peregrin. *cap.* 4. *num.* 18. Cur. Philip. *vbi nuper*, Bene *dub.* 29. *num.* 8. 9. Sanchez *dict. bub.* 8. *num.* 22.

212 Quid de eo, qui per aliquam partem corporis exiſtentis extra locum ſacrum euellitur? multis placet, hunc fore reſtituendum, quia ſat eſt, vnum pedem, vel manum intra locum immunem habere, ita Decian. *n.* 17. *in fi.* Pereg. *n.* 61. *verſ. Et idem dicendum*, Farinac. *in prax. q.* 28. *num.* 14. *in fin.* Ambroſin. *de immunit. cap.* 10. *n.* 5. Barboſ. *vbi proximè*, *num.* 2. Dian. *vbi ſuprà.* De quo conſule Suar. & Bene, qui præ-

præcipuas corporis partes in Eccleſia eſſe in hoc caſu deſiderant.

Verſ. *Triceſimoquartò.*

213 Vbi compertum eſt, recluſum non gaudere immunitate, iudex laicus abſque licentia Prælati ipſum licitè extrahit, Suar. *d. cap.* 13. *n.* 1. Farinac. *n.* 75. Sanch. *dub.* 13. *num.* 3. Azeued. *in l.* 3. *n.* 29. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recopilat.* Fagundez *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 22. Sarp. *cap.* 6. *fol.* 61. 62. 67. Curtell. *lib.* 1. *q.* 1. *n.* 50. *& quæſt.* 54. *num.* 3. Gonni d. *tract. de immunitat. q.* 1. Clar. *ſup. num.* 20. Decian. *cap.* 29. *num.* 4. *Bouadill. num.* 94. Villadieg. *in politic. cap.* 3. *num.* 238. Rebuf. *ad leg. Galliæ, tom.* 2. *titul. de immunitat. Eccleſ. artic.* 1. *gloſ.* 2. *num.* 4. Gambacurt. *lib.* 6. *cap.* 14. *& lib.* 8. *cap.* 10. Gregor. Lop. *in l.* 12. *gloſ.* 7. *titul.* 14. *part.* 3. Auend. *in cap.* 22. *Prætor. num.* 9. Paz *num.* 182. 183. vbi tradit praxim, qui in Hiſpania ſeruatur, quando iudex Eccleſiaſticus cenſuris prohibet, ne reus extrahatur, quo caſu per viam violentiæ ad Regias Cancellarias recurritur Cur. Philipp. *num.* 56. At que ità in Hiſpania obſeruatur, non obſtante Bulla ſæpè citata Gregorij XIIII. quæ vſu recepta non eſt, vt aſſerunt Curtell. Cur. Philipp. *ſup. num.* 57. Bene *dub.* 40. *ſect.* 2. *num.* 3. & notauimus cum Dian, & Portell. *ſub hoc cap. num.* 33.

214 Sed contrarium maximè poſt præfatam conſtitutionem (quæ expreſsè vetat extractionem delinquentis etiam immunitate priuandi, abſque licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij Generalis, ibi: *Volumus, dictaque authoritate decernimus, & declaramus, vt Curia ſecularis, eiuſque iudices, & officiales ab Eccleſijs, Monaſterijs, locisque ſacris prædictis laicum aliquem, vt præfertur, delinquentem en nullo ex caſibus ſupradictis, ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius officialis, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo authoritatem habētis, &c.*) ſuſtinent Bonacin. *ſup.* §. 14. *num.* 2. *verſ. Secundò, idem verum cenſeo*, Anton. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 2. *in fin.* Pillizzar. *ſup. tom.* 2. *tract.* 8 *cap.* 5 *ſect.* 1. *n.* 60. Anaſtaſ. Germon. *de ſacroſ. immun. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 95. Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 14. Farinac. (contra quod priùs docuerat *vbi proximè*) *de immunitat. cap.* 22. *numer.* 359. *Bene* plures laudans *dict. dub.* 40. *ſect.* 2. *&* 3 *per tot.* Guazzin. *dict. defenſ.* 1. *cap.* 31. *num.* 3. & plures alij. Eorum aliqui aſſeuerant, Bullam Gregorinam vbique eſſe ſeruandam, nō obſtante contraria conſuetudine, aut quod vſu recepta non fuerit, vt *Bonacin.* §. 15. *num.* 3. Pellizar. *num.* 57. Dian. alijs adductis *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 29. *verſ. Sed quia*, mouentur, quòd in ea conſtitutione inſerta eſt clauſula decreti irritantis, quæ eam vim habet, vt obliget omninò. Nihilominùs contra ſentiunt *Bene num.* 7. *in fin. cum ſeq.* Sarp *ſuprà, fol.* 67. & alij apud Farinac. *de immunitat. cap.* 2. *num.* 16. Hæc tamen vltima principalis concluſio ab omnibus limitatur, ſi Epiſcopus, vel eius Vicarius requiſitus licentiam concedere detrectet, nam miniſtris laicis tunc, minori, quo fieri poſsit ſcandalo, reum euellere permittitur in carceribus Epiſcopi cuſtodiendum, donec ipſe Immunitate indignus decluretur Bene *dict. ſection.* 2. *numer.* 2. vbi alij Bonacin. §. 14. *numer.* 3. *verſ. Quinta eſt*, & ita in dicta Bulla diſponitur.

215 In dubio autem an reus gaudeat immunitate? iudex eum extrahere prohibetur, qua Eccleſia ſpolianda non eſt ſua Immunitate in cuius poſſeſsione eſt, Azeued. *in l.* 3. *nnmer.* 21. 22. *titul.* 2. *lib.* 1. *Recopilat.* Decian. *cap.* 29. *numer.* 2. Cur. Philipp. *numer.* 53. Bouadill. *numer.* 101. Paz *numer.* 3. Farinac. *de immunitat. cap. vltim. num.* 370. Bene *dubitat.* 27. *numer.* 6. vbi alij, ſed in quæſtione iuris dubia propter varietatem opinionum ſi iudex ſequutus contrariam Eccleſiaſticæ immunitate delinquentem euellat, tanquam violatur eius puniri non debet, *Bouad. vbi proximè*, Decian. *cap.* 28. *num.* 5. ſed pendente cauſa ſuper immunitate, innouare, nec ad exequutionem ſententiæ aduerſus reum extractum iudici ſeculari non licer, Guazzin. *cap.* 38. *numer.* 54. Ceuall. *quæſt.* 817. *numer.* 15. vbi praxim refert Azeued. *in l.* 3. *num.* 20. *titul.* 2. *lib.* 1. *Recopilat.* Cur. Philipp. *num.* 58.

Verſ. *Triceſimoquintò.*

216 Iudex ſecularis punire valet crimen in Eccleſia commiſſum ab eo qui ad ipſius iuriſdictionem ſpectat, cum ſcilicet illud Eccleſiaſticum non eſt *l.* 12. *titul.*





14. *part.* 7. Clar. *in prax.* §. *fin. quæſt.* 39. *nu.* 18. Guazz. *dict. defenſ.* 1. *cap.* 25. *num.* 20. Menoch. *conſ.* 1000. *num.* 43. Farinac. *in prax. dict. quæſt.* 28. *num.* 62. Roland. *conſ.* 24. *num.* 9. *lib.* 1. Anton. Gom. *dict. cap.* 10. *num.* 2. *verſ. Tertius caſus*, Azeued. *numer.* 23. Gutierrez *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 13. Gonni *ſuprà, quæſt.* 16. *fol.* 112. Ripol *de iuriſdict. omn. iudic. cap.* 1. *num.* 170. Bouadill. *dict. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 160 Sanchez *ſuprà, cap.* 1. *dub.* 14. Oliuan. *de iur. fiſc. cap.* 11. *ex num.* 7. Ioann. Viſchis *de immunitat. Eccleſ. num.* 17. Paz *dict.* §. 3. *num.* 149. Decian. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 11. *& tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 15. Ratio eſt, quia licet Eccleſia exempta ſit à iuriſdictione ſeculari, ipſa territorium non habet quoad temporalia, niſi in Clericos, ac perſonas Eccleſiaſticas, quare laicus in ea delinquens, cum in territorio poteſtatis ſecularis crimen admiſerit (de quo etiam Eccleſia eſſe dicitur) à laico iudice puniri iure poteſt. Videantur Decian. Gonni, *Bouadill. vbi proximè*, quidquid aliqui ſenſerint, vt Læli. Iordan. *de maiorib. Epiſcopor. cauſ. ad Papam deferen. cap.* 8. *num.* 25. *Bene dubit.* 19 *ſect.* 3. *num.* 9. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 8. *verſ. Nec admitto, ad fin.*

Ibi: *Tametſi ſecundum eum.*

217 Qui in Eccleſia delinquit per iudicem Eccleſiaſticum etiam puniri poteſt ratione ſacrilegij, & quoad eius pœnam duntaxat, de quo Gonni *ſup.* Dian. *p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 67. *& p.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 9. *in fin.* Gutier. *n.* 14. *Bene d. c.* 16. *dub. vlt. n.* 1. 2. Tuſch. *lit. I. conc* 59. *à nu.* 8. Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 194 *n.* 11. & alij apud Farin. *de immun. c.* 16. *n.* 236. qui fatentur crimen iſtud eſſe mixti fori, & cum vterq; tàm Eccleſiaſticus, quàm ſecularis ſit competens reſpectu ſacrilegij, locus erit præuentioni, de quo latè per Decian. *d. lib.* 6. *c.* 36. *per tot.* vbi an ſi puniatur per vnum iudicem poſſit per alterum coerceri? Nota tamen quod diximus *ſup. num.* 187. vbi ex Diana traditur, non omne delictum in Eccleſia commiſſum eſſe ſacrilegium, etſi alij cōtra ſentiant, quos idem refert.

Verſ. *Triceſimoſexto.*

218 Præmonendi ſumus, cōtrouerſum eſſe, an confugiens ad Eccleſiam cum armis vetitis immunitate ſit dignus? Affirmant Bene *dict. dubit.* 19 *ſect.* 3. *num* 5. Farinac. *de immunit. c.* 16 *n.* 247. Bonac. §. 5. *n.* 10. Spetel. *deciſ.* 46. *n.* 15. 16. Guazzin. *c.* 38. *n.* 26. Decian. *d. lib.* 6. *c.* 26. *n.* 10. qui ita de conſuetudine ſeruari, ait, Ambroſin. *cap.* 5. *n.* 5. Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *reſ.* 17. Peregrin. *c.* 12. *n.* 11. Chart. *crimin. deciſ.* 74. *n.* 8. & ſic fuiſſe declaratum per Sac. Congreg. Epiſcopor. *in vna Salernitana die* 30. *Septemb.* 1616. teſtis eſt Dian. *part* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 8. *verſ. Nec admitto*, vbi latè probat, qui ferè omnes loquuntur poſt *Bullam* Gregor. XIIII.

219 At negant Rebuff. *ſup. tom.* 2. *tit. de immun. Eccleſiaſt. gloſ.* 1. *n.* 28. Sarp *cap.* 5. *fol.* 43. Villadieg. *d. cap.* 3. *n.* 244. Curtell *lib.* 1. *q.* 17. Petr. Plaza *in epitom. delict. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 28. Balar. *ad Clar.* §. *fin. q.* 30. *n.* 16 & alij, ſed à priore ſententia recedendū nō eſt, quam apud nos vſu receptā, inſinuant Paz. *n.* 149. Bouad *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 108. Cur. Philipp. *n.* 16. dum aſſerunt, quoad auferenda arma non gaudere reum immunitate, quaſi ſecùs ſit quoad perſonam.

220 Seruus verò ſi ad Eccleſiam arma deferens fugerit, etiam nō præſtitita cautione de impunitate tradendus eſt domino; quanquam alioqui abſque illa non reſtituatur, ita habetur *in l. ſi ſeruus* 4. *C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* quam conſtitutionem edidit Theodoſius Iunior *anno Domini* 431. motus, quia ſerui octoginta natione barbari cum domini ſæuitiam diutiùs tolerare nequirent, omnes armati Templū adierunt, iuſſiq; vt inde diſcederent, renuerunt, ac multis diebus perſtiterunt impedientes, Diuina peragi parati, diſtrictis gladijs ad reſiſtendum cuicunque ſibi inuadenti, tandem vno Clerico interfecto, & altero vulnerato, ſibi ipſis manus intulerunt, vt refert Socrat. *lib.* 7. *cap.* 33. Guid. Pancirol. *in theſaur. var. lect. lib.* 2. *c.* 182. & traditam concluſionem, probant Decian. *d. tom.* 2 *lib.* 6. *cap.* 26. *nu.* 9. *& lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 10. Sed contrarium veriùs videtur Suar. *ſup. ca.* 10. *n.* 2. Angel. *in ſumm. verb. Immunitas, n.* 12. Bene *dub.* 10. *ſect.* 13. *in fin.* qui cautionem præſtandam rectè docent, niſi ſeruus in Eccleſia ita delinquat, vt immunitate, & ſi liber foret, priuaretur, quo caſu iudici, ad punitionem tradetur.

221 Iudicem laicum poſſe auferre arma vetita recluſo in Eccleſia, cum D. Couarr. tenent Suar. cap. 12. n. 3. Curtell. lib. 2. q. 8 Sarp. vbi proximè, Sanch. dub. 14. Paz d. n. 140. Layman lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 13. Bouadill. d. lib. 2. cap. 14. in fin. Villalob. in ſumm. tom. 2. tract. 34. dificul. 5. nu. 11. Cur. Philip. dict. nu. 26. Caualcan. de brach. Reg. part. 1. num. 102. Fagund. de præcept. Eccleſ. præcept. 2. lib. 4. cap. 4. nu. 66. Foller. in prax. crim. Canon. cap. 37. num 30. Portell. ſup. verb. Eccleſiæ immunitas, num. 15. Baiard. ſup. num. 4. Gambacurt. lib. 4. cap. 16. num. 11. & cap. 26. num. 11. Villadieg. dict. c. 3 nu. 214. Idem dicendum eſt, ſi raptor fœminam ſecum in Eccleſiam introducat, quæ auferenda vtique per iudicem ſecularem eſt, Suar. Layman, & alij ſup. ſed arma non prohibita velut enſem capere ſatellites prohibentur, quando reus gaudere debet immunitate, etiamſi eo quem percuſſerit, nam arma applicantur miniſtris in præmium capturæ, quæ cum non ſubſequatur, nullum ius illis quæritur, Bouadill. & Cur. Philipp. vbi proximè.

222 Oppoſitum verò: nempè non licere iudici ſeculari, niſi Eccleſiaſtici licentia in Eccleſia arma vetita tollere maximè poſt Bullam Gregorianam defendunt Bene dubitat. 19 ſect. 3. à num. 7. Farinac. dict. cap. 26. numer. 248 Zambell. in repertor. mor. verb. Eccleſia quoad eius immunitatem, num. 9. Guazzin. cap. 29. numer. 9. Caſtr. Palao tom. 2. tract. 11. diſputat. vnic. punct. 9. num. 10. Marant. in controuerſ. iur. p. 2. reſponſ. 37. n. 1. Nouar. ſup. n. 6. Ciarl. controuerſ. forenſ. cap. 10. n. 16. Dian. part. 1 tract. 1. reſol. 17. in fin. & part. 6. tractat. 1 reſolut. 8. verſ. Nec admitto, in fin. Atque ſic per Sacram Congregationem immunitatis fuiſſe deciſum, teſtis eſt Bene numer. 9. Nihilominùs prior opinio magis communiter recepta, & in praxi obſeruata eſt, vt conſtat ex ijs, quos pro ipſa proxime recenſuimus.

Ibi: *Nam regulariter arma prohibita ſunt.*

223 De prohibito armorum vſu latè, & eruditè agit Decian. dict. tom. 2. lib. 8. cap. 3. per tot. Bouadill. lib. 1. cap. 13. ex num. 60. Gutierrez practicar. lib. 1. quæſt. 12. Clar. dict. § fin. quæſt. 82. ſtatut. 6. & ibi Baiard. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 394. ex quibus conſtat lege Iulia de vi public. arma habere, ac deferre vetitum eſſe, quod apud Romanos à Rege Seruio Tullio ſub cuius tempus arma intra vrbem deferre non licebat, conſtitutum eſt. Et arma regulariter eſſe tàm Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus prohibita Dom. Couarruu. ſequuti docent Gutierrez numer. 3. Plaz. ſuprà, cap. 8. num. 25. Bene tom. 1. cap. 4. dubit. 2. num. 19. Paz tom. 1. part. 7. cap. vnic. à num. 6. vbi quæ arma apud nos permiſſa ſunt.

Ibi: *Extant & Regiæ ſanctiones hac de re.*

Quæ circa armorum delationem iure Regio ſunt ſtatuta inuenies ſub titul. 6. lib. 6. Recopilation. & alibi ſunt nonnullæ ſanctiones ad id ſpectantes, vt l. 5. titul. 4. lib. 1. l. 7. titul. 2. lib. 8. l. 16. cum ſequentibus, titul. 33. eodem libr. Recopilation. 224

Ibi: *Pœna tamen, quæ ob armorum vſum.*

Pœna, quæ ob armorum vſum Clericis imponitur apud iudicē Eccleſiaſticum exigenda eſt, Domin. Couarruu. practic. cap. 33. num 7. Paz vbi proximè, Sarmiento ſelect. lib. 7. cap. 13. num. 2. Bouadill. lib. 2. cap. 18. num. 70. 71. Clar. § fin. quæſt. 36. num. 26 Gutierrez dict. quæſt. 12. num. 5. verſ. Rurſus videtur, & num. 6. Azeued. in l. 1. nu. 3. tit. 6. lib. 6. Recopilat. Salced. ad Bernard. Diaz in prax. cap. 55. lit. A. verſ. Pro quo etiam, & alij, Imò addit Dom. Couarruu. licet dubius, non teneri iudicem Eccleſiaſticum exequi pœnam ſtatuti aduerſus Clericum, ſed poſſe aliter iuxta Canonicas ſanctiones imponere debitam pœnam, quem ſequuntur Suarez de legib. lib. 3. cap. 34. n. 5. 18. Bonacin. eod. tract. diſputat. 1. quæſt. 1. punct. 6. num. 29. Salzed. & Paz ſuprà Bene tom. 2. cap. 9. dubitat. 2. numer. 28. quem omnino videas, etſi contradicat Clar. vbi ſuprà, ſed hæc quæſtio pendet ab illa, vtrum ſcilicet Eccleſiaſtici aſtringantur legibus ciuilibus in bonum commune ſtatutis, quæ non repugant Sacris Canonibus, nec libertati Eccleſiaſticæ derogant, & in communi feruntur qualis eſt prohibens armorum vſum? De quo latiſsimè Bene vbi proximè, dubitat. 1. 2. & ſub hac numer. 35. cum alijs reſoluit, quod ſi ad penam irrogandam nulla deſideretur iudicalis controuerſia, 225



ſed quod de plano imponatur, poterit iudex ſecularis eam per ſe petere à Clericis, quibus non obtemperantibus, pignus capere non prohibetur, quod docuerant aliqui ſine diſtinctione, quos refert Bouadilla ſuprà num. 69. lit. H. qui lib. 2. cap. 15. per tot. fusè tractat, quando licitum ſit Clericis arma ſumere. Illud compertum habetur, non poſſe Eccleſiaſticos armis defendere, ne reus ab Eccleſia confugiens extrahatur, ſed ſolùm ianuas claudere, vel aliter ingreſſum laicis miniſtris impedire abſque ſtrepitu armorum, Suar. dict. cap. 13. num. 5. Bouadill. citat. cap. 15. num. 29. Fagundez de præcept. Eccleſ. lib. 4. cap. 4. num. 59. Gonni ſuprà, quæſt. 12. Layman lib. 4. tractat. 9. cap. 3. num. 14. Azeued. in l. 9. num. 30. titul. 2. lib. 1. Recopilation. Curtell. lib. 1. quæſt. 37. in fin. & lib. 2. quæſt. 10. Paz ſuprà, part. 5. cap. 3. § 3. numer. 16. Mar. Italia dict. lib. 1. cap. 6. § 2. numer. 45. Bonacin. dict. punct. 16. § 3. num. 3. Farinac. de immunitat. cap. 2. numer. 46. Bene dict. cap. 16. dubitat. 32. de quo Domin. Couarruu. verſicul. ſeq. Ipſe verò delinquens etiam armis ſe à miniſtris iuſtitiæ defendendo, ne iniuſtè extrahatur, non peccat, Suarez, Farinac. Italia vbi proximè, Dian. part. 6. tractat. 1 reſolut. 32. verſicul. Sed ibi ipſe, Bene ſup. num. 3.

Ibi: *Apud Gallos Clerici.*

226 Huius conſuetudinis in Gallia receptæ puniendi Clericos deferentes arma prohibita per iudices laicos meminere Petr. Gregor. ſyntagmat. iur. lib. 36. cap. 27. in fin. Menoch. ſuprà num. 32. Clar. dict. quæſt. 36. num. 26. Bene dict. cap. 8. dubitat. 2. num. 34. Decian. lib. 8. cap. 3. numer. 23. Bouadill. dict. cap. 18. num. 69. Vulpell. de libertat. Eccleſiaſt. part. 2. num. 37. Gutierr. ſup. num. 6.

Ibi: *Apud Hiſpanos vſus obtinuit.*

227 Quòd iudices laici valeant Eccleſiaſticos cum armis repertos eiſdem ſpoliare, & in Hiſpania ita vſu receptum eſſe, affimant Menoch. Gutierrez, Clar. vbi proximè Plaz. num. 26. Rodriguez in ſumm. part. 2. cap. 137. num. 13. Borrel. de præſtant. Reg. cap. 71. num. 45. Pat. Vazquez in 2. part. tom. 2. diſput. 167. cap. 4. numer. 31. Bouadill. ſuprà, num. 66. Garſſis in ſuis deciſionib. part. 1. lib. 4. cap. 18. numer. 168. Coriolan. in Bull. Cœn. excommunicat. 20. Paz num. 7. Mexia in pragmatic. taxæ pan. concluſion. 5. num. 58. Morla in empor. iur. part. 1. tit. 1. quæſt. 16. num. 17. Quod ita intelligendum eſt, vt arma ablata miniſtris capientibus relinquantur.

Idem docent de Clerico exercente piſcationem, vel venationem ſtatuto prohibitam: ſcilicet, quod poſſit canibus, retibus, alijſque inſtrumentis ad piſcandum, vel venandum per iudicem ſecularem priuari, Morla numer. 16. Villalob. in ſumm. tom. 2. tractat. 10. difficultat. 16 numer. 2. Cened. in collectan. part. 1. collect. 37 numer. 19. Ledeſma in ſumm. tom. 2. tract. 8. cap. 9. concluſ. 33. Salced. ſup. cap. 68. 228

229 Sed ea, quæ prædiximus non parum difficultatis habent: ſunt etenim non pauci præſertim Theologi, qui ſentiunt, neque de iure, neque de conſuetudine fieri poſſe, vt Eccleſiaſtici per iudices laicos iudicentur, ſiue ſpolientur, ſaltim vt ipſi miniſtri ſeculares ablata ſibi retineant, ſed quod ea ſint iudici Eccleſiaſtico reſtituenda, nam etſi concedatur (quod ſine controuerſia non eſt) Eccleſiaſticas perſonas teneri ex vi coactiua obſeruare ſtatuta laicorum reſpicientia publicam vtilitatem, & in communi lata, adhuc tamen ad eam obſeruationem per proprios iudices ſunt cogendi, ac propter tranſgreſsionem plectendi, non per laicos, qui nullam in Eccleſiaſticos iuriſditionem obtinent, niſi per Sedem Apoſtolicam eiſdem concedatur, in quo pari paſſu priuilegium, & conſuetudo, aut præſcriptio non ambulant ex quibus conſuetudines; tàm Hiſpaniæ, quàm Galliæ, quæ laicis in Clericos iuriſdictionem tribuunt, damnant Bonacin in ſumm. tract. de legib. diſputat. 16. q. 2. punct. 1 § 1. num. 8. Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. Canon. 12. q. 11. nu. 51. Vellet. diſq. Cleric. part. 1. tit. 2 § 2. num. 38. Mart. de iuriſdict. part. 4. centur. 1. caſ. 7. numer. 20. Genuenſ. in prax. cap. 74. num. 6. Ricc. part. 3. deciſ. 299. per tot. Dian. part. 1. tractat. 2. reſolut. 9. Bene omnino videndus tom. 1. cap. 1. dubitat. 15. ſect. 5. 6. vbi latè, ſed conſuetudines prædictæ defen-

fendi poſſunt, quia ob negligenciam, ſeu lenitatem iudicum Eccleſiaſticorum ſunt introductæ, atque ita legitimè præſcriptæ cum iuſtam cauſam initio habuerint. Verſ. *Cæterum, vt & hoc non ommittamus.*

230 Moribus apud Gallos obtinuit, vt rei ad Eccleſiam confugientes illicò extrahantur, ac in inuinculis publicis apud ſeculares cõſtituãtur, donec ſuper immunitate pronũcietur, qui ſi ea gaudere debeãt, Eccleſiæ reſtituuntur, alioqui pœnas delicto debitas dant, Decia. *lib. 6. c. 29. n. 2. in fin.* Bouad. *d. c. 14. n. 95.* vbi tradit, quomodo apud nos iudex ſecularis in extrahendis delinquẽtibus ab Eccleſia ſe gerat, ſed Petr. Greg. *ſup. d. c. 22. n. 3.* teſtatur in Gallia reos Eccleſiarum immunitate non defendi, idẽq; in Alemania obſeruari ex practic. Papienſ. refert. At verum huiuſmodi conſuetudo hodie ſit abrogata ex d. *Bulla* Greg. XIV. Vrban. VIII. conſtitutione edita *die 5. Iun. 1541.* & Conc. Trident. *ſeſ. 25. de refor. c. 20.* quibus omnes conſuetudines aduerſus immunitatẽ, ſeu libertatem Eccleſiaſticam ſublatæ fuiſſe videntur? maximè cõtrouertitur, ſuper quo cõſulas *Bene d. c. 16. dub. 6. 7.* Guazz. *de defenſ. reor. defenſ. 1. c. 34.* Dian. *p. 1. tract. 1. reſol. 1. & p. 6. tract. 1. reſol. 29.* Pelliz. *ſup. cap. 5. ſect. 1. nu. 3. 36.* Farinac. *de immunit. cap. 2.*

